


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


HW 2MFP 8

Digitized by Google

KE 33341 (9)

HARVARD
COLLEGE LIBRARY



THE GIFT OF

Dr. John Rathbone Oliver
CLASS OF 1894
OF BALTIMORE, MARYLAND

AUGUST 4, 1941

TRANSFERRED
TO THE LIBRARY OF
the
Classical Department

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

VOL. IX.

Digitized by Google

Digitized by Google

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN NONUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.

Digitized by Google

~~L 9.107~~
KE 33341.(9)
HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
DR. JOHN RATHBONE OLIVER
AUGUST 4, 1941
Transferred to the
Classics Library

Digitized by Google

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXXIV.

Æris metalla.

I. (I.) PROXIMA[1] dicantur æris metalla, cui et in usu proximum est pretium: immo vero ante argentum, ac pæne etiam ante aurum, Corinthio. Stipis quoque auctoritas, ut diximus.[a] Hinc æra militum:[b] tribuni ærarii,[c] et ærarium, obærati, et ære diruti.[2][d] Docuimus,[e] quamdiu populus Romanus ære tantum signato usus sit. Sed et alia[f] vetus-

CAP. I. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Proxime* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *obærati*

NOTÆ

[a] *Ut diximus*] Lib. XXXIII. c. 13. et 48.

[b] *Hinc æra militum*] Apud Gruterum inscriptio vetus, AERA STIPENDIAQVE. Altera, pag. 565. MIL. AER. XII. 'miles ærum,' hoc est, stipendiorum, 'duodenum.' Tertia, p. 454. PRAEF. MILIT. AERARI.

[c] *Tribuni ærarii*] Festus: 'Ærarii Tribuni a tribuendo ære sunt appellati. Ærarium sane populus Romanus in æde Saturni habuit.' Unde vetus inscriptio, apud Gruterum: VIII. VIR. III. AERARI. SATVRNI. 'Octumvir tertium, Ærarii Saturni.'

[d] *Obærati, et ære diruti*] Festus: 'Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiæ causa non erat datum: quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.' Vide Notas et Emend. num. 1.

[e] *Docuimus*] Lib. XXXIII. c. 13.

[f] *Sed et alia*] Vide Notas et Emend. num. 2.

Digitized by Google

tas æqualem Urbi auctoritatem ejus declarat,[a][3] a rege Numa collegio tertio [g] ærariorum fabrum [h] instituto.

II. Vena quo dictum est modo [i] effoditur, ignique perficitur. Fit et e lapide [j] æroso, quem vocant cadmiam. Celebritas in Asia,[1] et quondam in Campania, nunc in Bergomatium agro, extrema parte Italiæ. Feruntque nuper etiam in Germania provincia repertum.

(II.) Fit et ex alio lapide quem chalciten [2][k] vocant in Cypro, ubi prima [l] fuit æris inventio: mox vilitas præcipua, reperto in aliis terris præstantiore, maxime aurichalco,[3][m] quod præcipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. Nec reperitur [n] longo jam tempore,[4] effœta tellure. Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronum Alpino tractu, non longi et ipsum ævi. Successitque ei

[a] *Sed et alia vetusta causa æris signati usum et auctoritatem æqualem Urbis natalibus facit.*

ab ære dicti.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Usus esset, et alia quæ vetustas tradidit, quum æqualem . . . . declararet* edd. vett. et Gronov.

CAP. II. 1 *Achaia* cod. Dalec.—2 Vet. Dalec. *chalcitin ;* al. *chalcitem.*—3 Gronov. et al. ante Harduin. *orichalco.* Mox, *bonitatis admirationem diu,*

NOTÆ

[g] *Collegio tertio*] Ad Sacerdotum Augurumque collegia.

[h] *Ærariorum fabrum*] Qui ex ære flato monetas, sigillariaque exprimebant, operaque ejusmodi publice proponebant. Iidem, ut videtur, in vetustis inscriptionibus 'Flaturarii' appellati.

[i] *Vena quo dictum est modo*] In argento videlicet, c. 31. superioris libri.

[j] *Fit et e lapide*] Infra cap. 22. 'Ipse lapis, ex quo fit æs, cadmia vocatur.' Lapis ejuscemodi ab ære in fornacibus conflato (æs rubrum hodie vocitant) tam avide sorbetur, ut massa æris 72. librarum, hoc admixto lapide, centenaria evadat. Snellius de Re Numm. p. 6. Hyginus fab. 274. 'Cadmus Agenoris F. æs Thebis primus inventum condidit.' Cadmia igitur ab eo forte nomen traxit. Nostri vocant, *Calamine.*

[k] *Quem chalciten*] Arist. Hist. Anim. v. 18. p. 608. Ἐν δὲ Κύπρῳ οὗ ἡ λίθος χαλκῖτις καίεται. Festus: 'Ærosam appellaverunt antiqui insulam Cyprum, quod in ea plurimum æris nascatur.'

[l] *Ubi prima*] In Chalcide Eubœæ oppido æs primum fuisse repertum, auctor est Solinus ex Callidemo c. 11 p. 30.

[m] *Aurichalco*] Quod, ut Isidorus ait, Orig. XVI. 19. et splendorem auri, et duritiam æris possideat. Festus v. 'Aurichalcum' verius 'orichalcum' dici putat, 'quod in montuosis locis invenitur: mons etenim Græce ὄρος appellatur.' De ea voce plura vide apud Vossium in Etymol.

Digitized by Google

Livianum [5] in Gallia. Utrumque a metallorum dominis appellatum: illud ab amico [o] Divi Augusti, hoc a conjuge, velocis defectus. Livianum quoque [6] certe admodum exiguum invenitur. Summa gloria nunc in Marianum [p] conversa, quod et Cordubense dicitur. Hoc a Liviano [q] cadmiam maxime sorbet, et aurichalci [7] bonitatem imitatur in sestertiis [r] dupondiariisque,[8] Cyprio suo assibus contentis. Et hactenus nobilitas in ære naturalis se habet.

&c. cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *nec jam reperitur longo tempore.*—5 *Successit et Livianum* cod. Dalec.—6 Vet. Dalec. *quippe.*—7 Gronov. et vulgg. *orichalci.*—8 '*In sestertiis dupondiariisque*] Ita scripti et editi libri. Fueruntne sestertii ærei? nullos certe novimus nisi argenteos. At, ut opinor, per sestertios hic intelligendi sunt quadrusses, qui idem valebant ac sestertii. Quadrussis enim et sestertius valent Gallicæ nostræ monetæ asses 3. cum denariis 11. Dupondiarius aut dupondius valet ferme monetæ nostræ asses 2.' *Brotier.* *dipondiariis* cod. Dalec.

NOTÆ

[n] *Nec reperitur*] Nec forte uspiam extitit, præterquam apud poëtas, et in fabulis: ut Aristoteli persuasum olim fuisse auctor est Apollonii Scholiastes. Plautus in Mil. III. 1. 64. tres homines frugi æqui ponderis cum aurichalco æstimat: 'Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum istis moribus.' Certe cum reperiri saltem Plinii jam ævo desierit, non illud esse vel ex eo capite evincitur, quod nos *du Laiton* vernaculo sermone appellare consuevimus. Non simplex aliquod metallum fuisse orichalcum Stephanus innuit, verbo Ἄνδειρα, sed ex lapide quodam cum ære cocto, fieri solitum. Ἄνδειρα πόλις, ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος καὶ κραθεὶς χαλκῷ, ὀρείχαλκος γίνεται. Lapidem eum cadmiam esse fossilem Kircherus noster arbitratus est Mundi Subterr. x. 4. p. 218. Cui sententiæ Festus suffragatur: 'Cadmea terra,' inquit, 'quæ in æs conjicitur, ut fiat orichalcum.'

[o] *Illud ab amico*] Sallustio Crispo, quem participem secretorum Augusti Tacitus vocat Annal. I. p. 6. Fuit is Sallustii historici ex sorore nepos. Meminit et Seneca de Clementia I. 10.

[p] *In Marianum*] A Mario septies Consule, ut diximus libro sup. c. 13. quemadmodum a Sallustio Liviaque genera æris alia nomen acceperunt. Vel, quod alicui forsan similius veri videatur, a Marianis montibus prope Cordubam, nunc *Sierra Morena.*

[q] *Hoc a Liviano*] Si Livianum æs exceperis, Marianum æs maxime omnium sorbet, sibique agglutinat, commiscetque lapidem cadmiam, cum in eundem, in quo conflatur æs, fornacem immittitur.

[r] *In sestertiis*] Fuere igitur et ex ære sestertii, sicuti dupondii, et asses: ex dispari tantum æris genere conflati: sestertiis dupondiisque Mariano, Cyprio assibus adjudicato. De dupondio ex ære testis Petronius in Sat. p. 40. 'Præter unum dupondium sicilicumque, quibus lupinos destinaveramus mercari, nihil ad manum erat.' Ne porro Plinium hallucinatum existimem, usus illius ævi, quem probe ei perspectum hac in re

Digitized by Google

III. Reliqua genera artificio constant, quæ suis locis reddentur, summa claritate ante omnia indicata. Quondam æs confusum[1] auro argentoque miscebatur, et tamen ars pretiosior erat: nunc incertum est pejor hæc sit, an materia. Mirumque, cum ad infinitum operum pretia creverint,[2] auctoritas artis extincta est. Quæstus causa enim, ut omnia,[3] exerceri cœpta est, quæ gloriæ solebat. Ideo etiam Deorum[a] ascripta operi, cum proceres gentium claritatem et hac via quærerent: adeoque exolevit fundendi æris pretiosi ratio, ut jamdiu ne fortuna quidem in ære jus artis habeat.

Ex illa autem antiqua gloria Corinthium maxime laudatur: hoc casus miscuit,[b] Corintho, cum caperetur, incensa: mireque[4] circa id multorum affectatio fuit: quippe cum tradatur, non alia de causa Verrem, quem Cicero damnaverat, proscriptum esse ab Antonio,[5] quam quod Corinthiis se ei cessurum negavisset. At mihi major pars eorum[c] simulare eam scientiam videtur, ad segregandos se a ceteris magis, quam intelligere aliquid ibi[6] subtilius: et

CAP. III. 1 Cod. Dalec. *confuse.*—2 Cod. Dalec. *cum ad fructum operum pretium creverit;* al. ap. Dalec. *excreverint.*—3 Cod. Dalec. *ante omnia.*—4 Vet. Dalec. *miraque.*—5 Ita codd. Torrent. et Dalec. *proscriptum eum esse ab A.* Editio princeps; *p. cum eo ab A.* Gronov. et al. ante Brotier. Mox, pro *eorum*, Vet. Dalec. *doctorum;* al. vett. *elegantiorum.*—6 Vox *ibi* deest in

NOTÆ

fuisse nemo inficias ierit; ne corruptos codices putem, conspirans exemplarium consensus vetat: adeoque ne et Gronovio assentiar, de Sestertio lib. III. p. 529. ita conjicienti, *in sesquassibus dipondiisque.* Vide quæ de universa re Monetaria veterum Romanorum cura singulari diximus, in eo volumine, quod, 'Nummi Antiqui Populorum et Urbium Illustrati,' inscripsimus.

[a] *Ideo etiam Deorum*] Vulcani. Lactantius de Falsa Relig. I. 18. p. 60. 'Artes quoque suis inventoribus immortalitatem peperisse dicuntur, ut Æsculapio medicina, Vulcano fabrica.'

[b] *Hoc casus miscuit*] Incensa urbe. Florus eleganter II. 16. de Corintho: 'Quantas opes et cremaverit, hinc scias, quod quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam et æris notam pretiosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria: quia incendio permixtis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere.'

[c] *Major pars eorum*] Quorum circa signa Corinthia affectatio fuit, ut paulo ante dixit: qui signis ejusmodi inprimis capiebantur

Digitized by Google

hoc paucis docebo. Corinthus capta est Olympiadis CLVIII.[7] anno tertio,[d] nostræ Urbis DCVIII. cum ante sæcula[e] fictores nobiles esse desissent, quorum ista omnia signa hodie Corinthia appellant. Quapropter ad coarguendos eos ponemus artificum ætates. Nam Urbis nostræ annos ex supradicta comparatione Olympiadum colligere facile erit. Sunt ergo vasa tantum Corinthia, quæ isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, aut trulleos,[8] [f] nullo munditiarum despectu.[9] Ejus tria genera: candidum, argento nitore quam proxime accedens, in quo illa mixtura prævaluit: alterum, in quo auri fulva natura: tertium, in quo æqualis omnium temperies fuit. Præter hæc est, cujus ratio non potest reddi, quanquam hominis manu facta[10] dederit Fortuna temperamentum simulacro signisque, illud suo colore pretiosum ad jocineris imaginem vergens, quod ideo hepatizon[g] appellant, procul

cod. Dalec.—7 'Male Mss. Reg. Editio princeps, et eruditus Harduinus in altera sua editione, *CLVI.* Annus Urbis conditæ DCVIII. quo capta est Corinthus incidit in annum tertium Olympiadis CLVIII.' *Brotier.* *CLVI.* edd. vett. Gronov. et aliæ omnes ante Brotier.—8 Vet. Dalec. *modo in l. modo in trullas;* cod. Dalec. *aut trullas.*—9 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Frustra emendatum *respectu.*' Brotier. *respectu* edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt. *multo m. despectu* cod. Dalec.—10 Vet. Dalec. *reddi, quoniam temperamentum fortuna dederit simulachris signisque hominis manu factis, illud, &c.* al. vett. *reddi, quoniam hominis manu facto, &c.* cod. Dalec. *reddi, quanquam hom. manus se ad formæ simulachrum aptet, signisque, &c.*

NOTÆ

[d] *CLVIII. anno tertio*] Libri omnes, etiam Mss. *CLVI.* Sed hic numerus haud dubie ibi in mendo cubat. Incidit enim Urbis annus DCVIII. in annum tertium, non *CLVI.* sed *CLVIII.* olympiadis. Quare binarii nota, quæ excidit, restituta a nobis est.—'*CLVI. anno tertio.*] Sic libri omnes, &c. Quare denarii nota, *X.* mutata perperam fuerat in notam quinarii, *V.*' Ed. sec.

[e] *Cum ante sæcula*] Ante annos CLII. hoc est, Olympiade CXX. ut dicetur cap. 19. Etiam Mss. codices sic præ se ferunt. Conjiciebat autem Gelenius legi multo commodius posse, *cum ante sæculo,* hoc est, ante centum annos, quam Corinthus caperetur.

[f] *Aut trulleos*] Trulleus, sive trulleum, sive trulla, pro matula hoc loco accipitur, ut apud Martial. IX. 97. 'Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro: Deprensus dixit: Stulte, quid ergo bibis?' Subintellige: nisi vis et urinam reddere. Furtum ingeniose dissimulat, quasi idcirco tantum matulam sustulisset, ut offerret ægro.

[g] *Hepatizon*] 'Ηπατίζον, jocineris colorem referens.

Digitized by Google

a Corinthio: longe tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

IV. Antiquissima æris gloria Deliaco[h] fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe, et ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcrisque. Ibi prima nobilitas æris. Pervenit[1] deinde ad Deum simulacra, effigiemque hominum, et aliorum animalium.

V. Proxima laus Æginetico fuit. Insula et ipsa,[1] nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus inde captus in foro boario[i] est Romæ. Hoc erit exemplar Æginetici æris: Deliaci autem Jupiter in Capitolio in Jovis Tonantis æde. Illo ære Myron usus est, hoc Polycletus, æquales atque condiscipuli. Æmulatio iis et in materia fuit.[2]

VI. (III.) Privatim Ægina candelabrorum superficiem[1] duntaxat elaboravit, sicut Tarentum scapos.[j] In his ergo juncta commendatio officinarum est. Nec pudet tribunorum militarium[2] salariis[k] emere, cum ipsum nomen[l] a

CAP. IV. 1 Vet. Dalec. *æris quæ pervenit.*

CAP. V. 1 *Insula est ipsa* Vet. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Hic est exemplar .... illoque ære .... Æmulatio autem et in materia fuit* Gronov. et vulgg. *illoque .... æqualis atque condiscipulus .... fuit privatim, &c.* cod. Dalec.

CAP. VI. 1 Vet. Dalec. *superiorem faciem.*—2 Vet. Dalec. *militum.*—

NOTÆ

[h] *Deliaco*] Deliaca vasa et Corinthia laudat inprimis Cicero, pro Sext. Rosc. Amer. num. 153.

[i] *In foro boario*] Regione Urbis octava, ex P. Victore, in descriptione Urbis Romæ.

[j] *Scapos*] Candelabrorum truncos, ac ramulos: *Branches de lustre, branches de girandole, branches ou tiges de flambeau.* Superficies autem appellatur, superior ea planities, cujus in medium foramen candela inseritur.

[k] *Tribunorum militarium salariis*] Tanti candelabra emere, 'quantum in legione Tribuni Accipiunt,' ut cecinit Juvenal. Sat. III. 132. Porro quod miles, qui pedibus merebat, accipere solitus erat stipendium, id centurio duplum referebat, eques triplex, quadruplum Tribunus, uti ex Livio lib. XXXV. de triumpho Pauli, et ex Appiano colligitur de Bellis Civ. lib. II. p. 491. Erat autem peditis diurnum stipendium denarius unus, ut diximus XXXIII. 13. unde computatione facta quantum esset Tribunorum salarium annuum licet æstimare; nempe denarium 1460. seu Gallicæ monetæ librarum omnino 584.

[l] *Cum ipsum nomen*] Cum res ipsa quæ tanti emitur, tam vilis sit ipsa per se, ut a candelis nomen accipiat.

Digitized by Google

candelarum lumine[3] impositum appareat. Accessio candelabri talis[m] fuit, Theonis jussu præconis, Clesippus fullo, gibber præterea et alio fœdus[4] aspectu, emente id Gegania sestertiis[n] quinquaginta: eademque ostentante convivio emtum, ludibrii causa nudatus, atque impotentia[5] libidinis receptus in torum, mox in testamentum prædives, numinum vice illud candelabrum coluit, et hanc Corinthiis fabulam adjecit: vindicatis tamen moribus nobili sepulcro, per quod æterna supra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret. Sed cum esse nulla Corinthia candelabra constet, nomen id præcipue in his celebratur, quoniam Mummii[o] victoria Corinthum quidem diruit, sed compluribus Achaiæ oppidis simul æra dispersit.

VII. Prisci limina etiam ac valvas ex ære in templis factitavere. Invenio et a Cn. Octavio,[p] qui de Perseo rege

3 Idem Vet. *nomine.*—4 Idem Vet. *fuit, ut auctor est Dionys. Jussu p. C. fusor, gibber, et alio præterea fœdus.* Cod. Dalec. etiam *gibber;* Gronov. *gibbere.*—5 Cod. Dalec. *impudentia.* Mox, Vet. Dalec. *numinis vice . . . . fabulam addixit.*

NOTÆ

[m] *Accessio candelabri talis*] Ex ære Æginetico. Locus hic salebrosissimus visus est Hermolao, qui extricare se ex eo non potuit. Sententia est, quam tamen, non nisi veniam ante præfatus, aperire vix ausim: adeo pudet inquinare chartas, auresque et animos legentium vel leviter inficere pœnitet. Cum auctio fieret, inquit, præco Theon candelabro Corinthio pretioso accedere et adjungi voluit servum nihili, pravissimo corpore, fullonem Clesippum. Id candelabrum cum appendice homuncionis comparavit L. sestertiis Gegania, vidua nobilis et locuples. Eam emtionem dum frequenti convivio ostentat, productus quoque, et ut vitia corporis manifestiora jocos præberent, nudari jussus est Clesippus: libidinis impudentia correpta domina recepit eum mox in torum, manumisit, maritum hæredemque sumsit. Ille æs, cui nisi applicitus adhæsisset, nunquam pervenisset ad res tam opimas, non secus ac fatum suum veneratus est, ac totam hanc fabulam Corinthiis vasis cum vulgo ascripsit. Providit tamen interim et bonis moribus, vel cum nobile sepulcrum erexit Geganiæ, per quod dedecus illius supra terras in omne ævum duraret. Geganiorum familia Romæ nobilis, apud Plutarchum in Numa, p. 66. et 77. Item apud Livium et Dionys.

[n] *Sestertiis*] Sive sestertium quinquaginta millibus: quæ libras efficiunt Gallicæ monetæ 5000.

[o] *Mummii*] De eo diximus XXXIII. 53. et alibi sæpius.

[p] *Cn. Octavio*] Qui anno Urbis DLXXXVI. L. Æmilio Paulo secundum, C. Licinio Crasso Coss. Prætor classem sortitus, cum Æmilio Paulo

Digitized by Google

navalem triumphum egit, factam porticum duplicem[q] ad Circum Flaminium, quæ Corinthia sit appellata a capitulis æreis columnarum. Vestæ quoque ædem[r] ipsam Syracusana superficie tegi placuisse. Syracusana sunt in Pantheo[s] capita columnarum a M. Agrippa posita. Quin etiam privata opulentia eo modo usurpata est. Camillo inter crimina[1] objecit Sp. Carvilius quæstor, quod ærata ostia haberet in domo.

VIII. Nam triclinia[a] ærata, abacosque,[b] et monopodia[c] Cn. Manlium Asia devicta primum invenisse triumpho suo, quem duxit Urbis anno DLXVII. L. Piso auctor est.[d]

CAP. VII. 1 Vet. Dalec. *cum modum usurpavit. Camillo enim crimen.*

NOTÆ

Consule in Macedoniam contra Persen Regem profectus est. Quo capto, ipse de eodem Kalendis Decembribus triumphum navalem egit. Auctor Livius lib. XLV. p. 586.

[q] *Porticum duplicem*] P. Victor, in descriptione Urbis Romæ, regione nona, in qua Circus Flaminius fuit: 'Porticus Corinthia Cn. Octavii, quæ prima duplex fuit.' Duplex dicitur, ob duplicem ordinem columnarum. Festus: 'Octaviæ porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecit; alteram Theatro Pompeii proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit Ædilis curulis, Prætor, Consul, Decemvir sacris faciundis, triumphavitque de rege Perse, navali triumpho: quam combustam reficiendam curavit Cæsar Augustus.' Meminit et Velleius, initio libri secundi.

[r] *Vestæ quoque ædem*] Hujus ædis formam veteres nummi exhibent familiæ Cassiæ, apud Patinum, p. 67. Rotundam fuisse ait Ovidius Fast. VI. 265. quod Vesta eadem sit quæ terra, globata ad pilæ similitudinem: 'Forma tamen templi, quæ nunc manet, ante fuisse Dicitur: et formæ causa probanda subest. Vesta eadem est, quæ Terra,' &c. Et paulo post: 'Arte Syracusia suspensus in aëre clauso Stat globus, immensi parva figura poli. Et quantum a summis, tantum secessit ab imis Terra: quod ut fiat, forma rotunda facit. Par facies templi: nullus procurrit in illo Angulus: a pluvio vindicat imbre tholus.'

[s] *In Pantheo*] Quem ille perfecit Augusto nonum, M. Junio Silano Coss. Auctor Dio lib. LIII. p. 515.

[a] *Nam triclinia*] Mensas, ut diximus XXXIII. 51.

[b] *Abacosque*] Abacus mensæ genus fuit, ex opere intestino, cui vasa aurea, supellexque similis imponeretur. *Un buffet.*

[c] *Et monopodia*] Mensas unico pede fultas, *μονοπόδια.*

[d] *L. Piso auctor est*] Livius quoque lib. XXXIX. p. 489. 'Extremo anni (DLXVIII.) ad tertium Nonas Martias Cn. Manlius Volso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphavit ... Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in Urbem est: ii primum

Antias quidem L. Crassum, hæredem L. Crassi oratoris,[e] multa etiam triclinia ærata vendidisse. Ex ære factitavere et cortinas,[f] tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Placuere et lychnuchi[g] pensiles in delubris, aut arborum[1] modo mala ferentium lucentes: qualis est in templo Apollinis Palatini,[h] quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicaverat eidem Deo.

IX. (IV.) Transiit deinde ars ubique vulgo ad effigies Deorum. Romæ simulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassii,[i] quem regnum affectantem

CAP. VIII. 1 Ms. *lychni pens. in del. arborum.* Vet. *et arb. mod. m. fer. lucernæ:* et mox, *quam Alex. &c. captum.*' Dalec.

NOTÆ

lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, ... monopodia, et abacos Romam advexerunt,' &c.

[e] *L. Crassi Oratoris*] De quo diximus XVIII. 3. Is Licinium Crassum Scipionem ex filia nepotem adoptavit, hæredemque instituit, virum summo ingenio, teste Tullio in Bruto.

[f] *Et cortinas*] Cortinam hoc loco mensam interpretamur, quæ pocula sustineret, cui Delphicæ nomen ex eo quod similis esset mensæ illi, cui Delphis insidebat Pythia oracula faciens. Vetus interpres Horatii in illud I. Sat. 6. 'Et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet.' 'Lapis,' inquit, 'mensa marmorea, quam Delphicam vocant.' Abacum, Delphicam Glossæ Philoxeni appellant, et *μυιστέριον*, quod ex ea poculorum mensa convivis ministrarent. Etymologus: *Δελφικὰ, τὸν τρίποδα Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν.* Nimirum primo Delphicæ Delphis fiebant: posteaque quivis abaci ejus formæ id nomen habuere. Martialis XII. 67. 'Argentum atque aurum non simplex Delphica portat.' Gruterus, pag. 1115. ex Sirmondo: DELPHICAE. AEREAE. CVM. OMNI. CVLTV. EXORNATAE. De Delphicis multa Procopius in Vandal. lib. I. Acceptionem aliam ejus vocis vide apud V. Cl. Du-Cangium, in Notis ad Alexiad. pag. 411.

[g] *Lychnuchi*] *Λυχνοῦχοι, candelabra.* Et hæc Tranquillo quoque usurpata vox in Julio, cap. 37. Meminit candelabri Euphorion, apud Athen. lib. XV. pag. 700. in quo *tot lucernæ* arderent, *λύχνοι τοσοῦτοι,* quot dies anni sunt.

[h] *Apollinis Palatini*] Quod ab Augusto dedicatum, anno DCCXXVI. ipso sextum, et M. Agrippa Coss. Tranquillus in Augusto, c. 29. P. Victor, in Descript. Romæ, regione Urbis decima: 'Ædes Apollinis, ubi lychni pendebant instar arboris mala ferentis.'

[i] *Sp. Cassii*] Is regnum affectans, ubi primum magistratu abiit, damnatus, necatusque est. 'Sunt qui patrem auctorem ejus supplicii ferant,' inquit Livius lib. II. p. 35. 'eum cognita domi causa verberasse ac necasse; peculiumque filii Cereri consecravisse; signum inde factum esse, et

Digitized by Google

pater ipsius interemerat. Transiit et ab Diis ad hominun statuas, atque multis modis. Bitumine antiqui tingue bant eas,[1] quo magis mirum est placuisse auro integere Hoc nescio an Romanum fuerit[2] inventum: certe etian Romæ non habet vetustatem. Effigies hominum non sole bant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem me rentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiæ: ubi omnium qui vicissent statuas dicari mo erat. Eorum vero, qui ter ibi superavissent, ex membri ipsorum similitudine expressa, quas iconicas[j] vocan Athenienses nescio an primi omnium Harmodio[k] et Aris togitoni tyrannicidis publice posuerint statuas. Hoc ac tum est eodem anno, quo et Romæ reges pulsi. Excepta deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambi tione. Et jam omnium municipiorum foris[5] statuæ orna mentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, e honores legendi ævo[a] basibus inscribi, ne in sepulcris tar tum legerentur. Mox forum[l] et in domibus privatis fa

[a] *Posteris.*

CAP. IX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *antiqui pingebant eas b tumine* Gronov. et vulgg. *tingebant* cod. Dalec.—2 Ita codd. Regg. Bro et Editio princeps. *integi. Hoc n. an R. fuerit* Vet. Dalec. *integere. H n. an R. fuit* edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt.—3 Gronov. *maximu que.*—4 Vet. Dalec. *et reges Roma pulsi. Accepta;* Gronov. Harduin. 1. 2. et recentt. *et reges Romæ pulsi, &c.*—5 Cod. Dalec. *fori.*

NOTÆ

inscriptum, EX CASSIA FAMILIA DATVM.' Affirmat hoc ipsum Valerius Max. v. 8. 2. Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. VIII. pag. 546. Alii e rupe dejectum aiunt.

[j] *Quas iconicas*] Εἰκονικὰ ἀγάλματα vocat Athenæus lib. I. si memini. Iconicum simulacrum Tranquillus in Caligula, cap. 40. Erant ejuscemodi statuæ iis hominibus, quorum speciem referebant, pares. Majores vocabantur 'Augustæ:' 'Colossi' longe maximæ. Curæ id Hellanodicis fuisse, Lucianus est auctor, *ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων*, sub initium, ut *εἰκόνες ἰσομέτρητοι* essent, ne augustiores scilicet, majoresque humana, Hieronicaru figuræ a sculptoribus exprimerentu Et Plato in Phædro: *Ὑπισχνοῦμ χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δέλφο ἀναθήσειν.*

[k] *Harmodio*] Vide Plutarchum Antiphonte de Decem Rhetor. Th cyd. lib. VI. aliosque. A Praxite elaboratas esse has statuas Plini auctor est cap. 19. libri hujus.

[l] *Mox forum*] Quaslibet privat ædes totidem fora credas esse: t sunt instructæ signis singulæ. Sin translatione populum imaginum s perius dixit XXXIII. 45.

Digitized by Google

tam atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

x. (v.) Togatæ[m] effigies antiquitus ita dicabantur.[1] Placuere et nudæ tenentes hastam, ab epheborum e gymnasiis[2] exemplaribus, quas Achilleas[n] vocant. Græca res est,[3][o] nihil velare: at contra Romana ac militaris, thoracas addere. Cæsar quidem dictator loricatam[p] sibi dicari in foro suo[q] passus est. Nam Lupercorum[r] habitu factæ, tam novitiæ sunt, quam quæ nuper prodiere pænulis indutæ.[s] Mancinus[t] eodem[4] habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatum ab auctoribus, et L. Accium[u] poëtam in Camœnarum[v] æde maxima forma statuam sibi posuisse, cum brevis admodum fuisset. Equestres vero

CAP. X. 1 Vet. Dalec. *Togata effigie a. statuæ dicabantur.*—2 Idem Vet. *ab epheborum gymnicis.*—3 *Græcis mos est* Vet. Dalec. Mox, *at c. Romanus*

NOTÆ

[m] *Togatæ*] Asconius Pedian. in Orat. Cic. pro M. Scauro, sub finem, Catonem ait 'togatum sine tunica exercuisse judicium, in forumque sic descendisse, jusque dixisse: idque reperisse ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ætatis statuæ in Capitolio, et in Rostris Camilli, fuerunt togatæ sine tunicis.' Meminit et Plinius alter in Panegyr. Trajani, num. 55. 'Visuntur eadem e materia Cæsaris statuæ, qua Brutorum, qua Camillorum.'

[n] *Quas Achilleas*] Notum Achillis decus et tutamen, hasta.

[o] *Græca res est*] Nummi statuæque testes, in quibus nuda plane corpora: quem morem in Deorum heroumque simulacris Romani etiam postmodum secuti sunt.

[p] *Cæsar ... loricatam*] Qualem in plurimis Imperatorum statuis nummisque cernimus.

[q] *In foro suo*] Forum Cæsaris prope Templum Jani fuit, regione Urbis octava, apud P. Victorem. Et Dionem vide lib. XLIII. p. 224.

[r] *Nam Lupercorum*] Qui pellis caprinæ solum amictu tecti, cetero nudi, Romæ Lupercalibus discurrebant: unde Maro, Æneid. VIII. vocat, 'Nudosque Lupercos.'

[s] *Pænulis indutæ*] Pænula vestis fuit adversus imbres et frigora, *circumquaque corpus ambiens*, ἐμπεριέχων τὸ σῶμα, inquit Artemidorus. Vide Voss. in Etymol.

[t] *Mancinus*] Qui cum Numantinis ipsorum arbitrio fœdus percussit, auctore Ti. Graccho Quæstore suo. At eo fœdere per Senatum improbato, Mancinus Numantinis est deditus, nudus vinctisque post tergum manibus. Plutarch. in Graccho. Aurel. Victor de Viris Illustr. Valerius Max. I. 7. Cicero de Offic. lib. III.

[u] *L. Accium*] Dicemus de eo in Auctorum Indice.

[v] *Camœnarum*] In Regione urbis prima, juxta Portam Capenam, 'Vicus et ædes Camœnarum' fuit, teste P. Victore.

Digitized by Google

statuæ[5] Romanam celebrationem habent,[b] orto[6] sine dubio a Græcis exemplo. Sed illi celetas[w] tantum dicabant in sacris victores. Postea vero et qui bigis vel quadrigis vicissent. Unde et nostri[x] currus nati in his[7] qu triumphavissent. Serum hoc, et in his non nisi a Divo Augusto sejuges,[y] sicut et elephanti.

XI. Non vetus et bigarum celebratio in his[1] qui præture functi curru vecti essent per Circum. Antiquior columnarum, sicut C. Mænio,[a] qui devicerat priscos Latinos,[b]

[b] *Apud Romanos præcipua in commendatione fuere.*

idem Vet.—4 Codd. et Vet. Dalec. *eo*.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cun edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Equestres ubique statuæ* Gronov. et vulgg —6 Cod. Dalec. *toto*.—7 *Unde et nostris currus in his* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[w] *Sed illi celetas*] Κέλητες appellatæ statuæ eorum equestres, qui non bigis aut quadrigis in certamine uterentur, sed uno insiderent equo. Proprie *κέλης equus* ipse est, qui ab uno sessore agitatur ac regitur. Sententia igitur, fuisse receptum apud Græcos primum, ut statuas equestres dedicarent illi, qui victores extitissent in ludis sacris celete. Postea factum, ut dicarent quoque bigas vel quadrigas sculptas marmore, vel fusas ære, qui vicissent isto genere. Inde consuetudinem venisse Romam, ut et qui triumphassent, dedicarent statuas triumphales, puta quadrigas; sed hunc morem invectum sero; et adhuc serius, ut triumphales sejugas; hoc enim primum auctorem habere D. Augustum. Hunc Plinii locum Onuphrius male intellexit, cum sejugas in ludis Circensibus ex eo colligit primum ab Augusto missos: cum sit sententia longe dispar, statuam scilicet triumphalem cum equis sejugibus primum ab eo positam. Sejuges tamen in Capitolio auratos ab Cn. Cornelio positos reperio, apud Livium lib. XXXVIII. pag. 479. anno Urbis DLXVI. hoc est, ante August excessum annis ducentis.

[x] *Unde et nostri*] Sic Mss. Reg. 2 Colb. 3. et alii. Libri antea editi *Unde et nostris currus in his, &c.*

[y] *Sejuges*] Equi seni uno curru juncti. BIGAS, TRIGAS, QVADRIGAS SEIVGES, et SEPTEIVGES habet inscriptio vetus apud Gruterum, pag 337.

[a] *Sicut C. Mænio*] L. Furii Camill in Consulatu Collegæ, anno Urbis CCCCXV. de quo Livius lib. VIII. pag 141. qui Lavinios, et Veliternos, e Antiatas devicit: uti tum ex eoden Livio discimus, loc. cit. tum ex inscriptione Capitolini lapidis, apud Gruter. pag. 297. C. MAENIVS. P. F P. N. COS. DE. ANTIATIBVS. LAVINEIS VELITERNEIS. PRIDIE. K. OCTOB. AN CDXVI. Meminit columnæ Mænianæ Nonius cap. 1. num. 33.

[b] *Priscos Latinos*] Latium vetus Livius loc. cit. de Camillo et Mænio Coss. 'Nec quievere ante, quam ... Latium omne subegere.' Et paulo post, in oratione a Camillo habita

quibus ex fœdere tertias prædæ Romanus populus [2][a] præstabat, eodemque in consulatu in suggestu [c] rostra devictis Antiatibus fixerat anno Urbis CCCCXVI. Item Caio Duillio,[d] qui primus navalem triumphum egit de Pœnis, quæ est etiam nunc in Foro. Item P. Minucio [3][e] præfecto annonæ, extra portam Trigeminam, unciaria stipe [f] collata, nescio an primo honore tali a populo, antea enim [4] a senatu erat: præclara res, nisi frivolis cœpisset initiis. Namque et Atti Navii [5][g] statua fuit ante Curiam, cujus basis conflagravit

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *celebratio iis.*—2 *Respub. Romana* cod. Dalec.—3 'Supra XVIII. 4. dictus est *L. Minucius.* Sic quoque appellatur ab aliis scriptoribus. Vide Liv. IV. 12.' *Brotier. P. Minutio* edd. vett. et Gronov.—4 Vet. Dalec. *unciali stirpe .... honor talis a p. ante enim.*—5 *Actii Navii*

NOTÆ

'Oppida Latina omnia .... præsidiis tenentur vestris.'

[c] *In suggestu*] Locus excelsior fuit, unde oratio haberi ad populum posset. Livius VIII. 142. 'Naves Antiatum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in Foro exstructum adornari placuit. Rostraque id templum appellatum.' Florus I. 11. 'Extant et parta de Antio spolia: quæ Mænius in suggestu Fori, capta hostium classe, suffixit: si tamen illa classis: nam sex fuere rostratæ: sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit.'

[d] *Item Caio Duillio*] De eo Florus II. 2. pag. 49. 'Victor ergo apud Liparas, mersa et fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum.' Actum id belli primi Punici anno quinto: Urbis, CCCCXCIII. Inscriptionem columnæ huic rostratæ appositam singulari opere P. Ciacconius explicuit. C. Duillius appellatur a Tacito quoque Annal. II. pag. 56. et in Epitome Livii lib. XVII. et in lapide Capitolino, apud Gruter. pag. 297. Sunt nihilominus qui in veteribus monumentis, non C. sed K. scribi affirment, ut Cæsonem, non Caium, prænomen fuisse ei intelligi oporteat: quibus et nos assentimur.

[e] *Item P. Minucio*] Lucium vidimus appellatum superius XVIII. 4. ubi res eadem jam delibata.

[f] *Unciaria stipe*] Æreo nummo, cujus pretium foret dimidius as: asses enim tum sextantario pondere feriebantur, ut dictum est XXXIII. 13. Hic obiter annotabis Eminentiss. Annalium scriptoris ἁμάρτημα, ad an. Chr. 69. num. 9. ubi Guill. Godelevæi notas in Livium secutus, ex hoc Plinii testimonio efficere nititur, mendicos vilesque personas ad portam Trigeminam convenire solitos, ut stipem rogarent; cum nihil Plinius aliud velit, quam stipe honoris causa collata, extra portam Trigeminam Præfecto annonæ positam statuam fuisse. Augusto ipsi Principi stipem vidimus esse collatam lib. sup. c. 48.

[g] *Atti Navii*] Diximus de eo sup. XV. 20. Augur is fuit, Tarquinii Prisci ævo, ut Livius refert lib. I. pag. 14. Hunc novacula cotem discidisse ferunt. 'Statua Atti posita,' inquit Li-

Digitized by Google

Curia incensa Publii Clodii[h] funere. Fuit et Hermodori Ephesii in Comitio, legum, quas decemviri scribebant, interpretis, publice dicata. Alia causa, alia auctoritas M. Horatii[j] Coclitis statuæ,[6] quæ durat hodieque, cum hoste a ponte Sublicio[k] solus arcuisset. Equidem et Sibyllæ juxta Rostra esse non miror, tres sint licet:[7] una, quam Sextus Pacuvius Taurus[l] ædilis plebis instituit:[8] duæ quas M. Messala.[m] Primas putarem has, et Atti Navi positas ætate Tarquinii Prisci, nisi regum[n] antecedentium essent in Capitolio.

(VI.) Ex his Romuli[o] est sine tunica, sicut et Camilli i

Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et a auctoritas major in Horatii Coclitis statua* Gronov. et vulgg.—7 *Sibyllæ t juxta r. sunt minores scilicet* Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cu

NOTÆ

vius, 'capite velato, quo in loco res acta est, in Comitio in gradibus ipsis, ad lævam Curiæ fuit,' &c.

[h] *Publii Clodii*] Vide Ciceronem pro Milone, num. 91.

[i] *Fuit et Hermodori*] Digest. lib. I. tit. 2. de Orig. juris, § 4. de legibus XII. Tabularum. 'Harum ferendarum,' inquit Pomponius, 'auctorem fuisse Decemviris Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia, quidam retulerunt.' Hunc exulare jussum, quod vir probus esset, Cicero testatur Tuscul. lib. V. Vide et Strab. lib. XIV.

[j] *M. Horatii*] Positam in Comitio statuam auctor est Gellius IV. 5. pag. 282. Alteram in æde Vulcani, Plutarch. in Poplic. pag. 106.

[k] *A ponte Sublicio*] Rem eam narrat prolixe et eleganter Valerius Max. III. 2. 1. 'Etruscis in Urbem ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam ejus partem occupavit, totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit. Atque, ut patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus se in Til rim misit,' &c. Pons Sublicius Ron dictus est, quia e sublicis, hoc e tignis sive palis, exstructus erat. Vi et Livium lib. II. pag. 25. et Dion Halic. lib. V. p. 296.

[l] *Sextus Pacuvius Taurus*] Is qui Tribunus plebis fuit, Augusti prin patu: laudatur a Macrobio Saturn 12. p. 249.—'Non is, &c. [ut supr sed vetustior aliquis.' *Ed. sec.*

[m] *M. Messala*] Messalæ Corvini O toris F. de quo nos agemus in A torum Indice. Gessit is Consulat Augusti Principis temporibus, U anno DCCLI.—'Neque hic Messa &c. [ut supra;] sed ex eadem ge antiquior.' *Ed. sec.*

[n] *Nisi regum*] Dio lib. XLIII. p 236. octo fuisse in Capitolio stat dicit: septem positas regibus; o vam Bruto, regum exactori. Ca ris postea Dictatoris juxta Brut locatam.

[o] *Ex his Romuli*] Utriusque, muli nimirum et Camilli statuæ, minit Asconius Pedianus, loco a bis allato, initio superioris cap.

Digitized by Google

Rostris, et ante ædem Castorum [p] fuit Q. Marcii [q] Tremuli [9] equestris togata, qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia, populum stipendio liberaverat. Inter antiquissimas sunt et Tulli Clœlii,[10 r] Lucii Roscii, Spurii Nautii, C. Fulcinii in Rostris, a Fidenatibus [s] in legatione interfectorum. Hoc à republica [11] tribui solebat injuria cæsis, sicut et P. Junio, et Tito [t] Coruncanio, qui ab Teuca [u] Illyriorum regina interfecti erant. Non omittendum videtur,[12] quod Annales annotavere, tripedaneas his statuas in Foro statutas. Hæc videlicet mensura honorata

edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *restituit* Gronov. et vulgg.—9 *Tremellii* cod. Dalec. *Tremelli* Vet. Dalec.—10 Sic et Ursinus; *Titi Clœlii* quidam ap. Dalec. *Tulli Cœlii* edd. vett. et Gronov. Mox, *et C. Fulcinii* cod. Dalec.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *a Romano populo* Gronov. et vulgg. Mox, *sicut alias et P. Junio* cod. Dalec.—

NOTÆ

[p] *Castorum*] Hoc est, Castoris et Pollucis. P. Victor, Regione VIII. 'Templum Castorum ad lacum Juturnæ.' Vide Dionem lib. XXXVII. p. 33. Geminis fratribus ædes in Foro constituta, inquit Sueton. in Julio, cap. 10. quæ tantum Castoris appellatur.

[q] *Q. Marcii*] Lapis Capitolinus, apud Gruter. p. 297. Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. TREMVLVS. COS. DE. ANAGNINEIS. HERNICEISQ. PRID. K. QVINT. Anno scilicet post Urbem conditam, CCCCXLVIII. Livius lib. IX. pag. 168. 'Marcius de Hernicis triumphans in Urbem rediit: statuaque equestris in Foro decreta est, quæ ante templum Castoris posita est.'

[r] *Tullii Clœlii*] Ita Reg. 2. non, ut editi, *Cœlii.* Extat in cimelio Collegii nostri Parisiensis nummus Cloulia seu Clœliæ gentis, inscriptus TL. CLOVLI. hoc est, 'Tullii Cloulii,' non Titi. Cicero Philipp. IX. 5. 'Atque huic et Tullo Clivio, (lege *Clœlio,*) et L. Roscio, et Sp. Antio, (lege rursum *Nautio,*) et C. Fulcinio, qui a Veientium rege cæsi sunt, non sanguis qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob rempublicam obita honori fuit.'

[s] *A Fidenatibus*] Cicero loc. cit. de his ipsis agens, num. 4. 'Lartes Tolumnius, rex Veientium, quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit: quorum statuæ in Rostris steterunt usque ad nostram memoriam.' Fuere Rostra in Foro Romano, regione Urbis octava.

[t] *P. Junio, et T.*] Fratribus, ex familia Junia Coruncanorum. In Reg. 2. cod. *Coruntiano* legitur. In lapide Capitolino, apud Gruter. p. 296. CORVNCANIVS.

[u] *Qui ab Teuca*] Teutana a Floro appellatur II. 5. 'Illyrii, seu Liburni, sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam, Titiumque flumen, longissime per totum Adriani maris littus effusi. Hi regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiæ scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant, jure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas, securi percutiunt,' &c.

Digitized by Google

a Corinthio: longe tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

IV. Antiquissima æris gloria Deliaco[h] fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe, et ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcrisque. Ibi prima nobilitas æris. Pervenit[1] deinde ad Deum simulacra, effigiemque hominum, et aliorum animalium.

V. Proxima laus Æginetico fuit. Insula et ipsa,[1] nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus inde captus in foro boario[i] est Romæ. Hoc erit exemplar Æginetici æris: Deliaci autem Jupiter in Capitolio in Jovis Tonantis æde. Illo ære Myron usus est, hoc Polycletus, æquales atque condiscipuli. Æmulatio iis et in materia fuit.[2]

VI. (III.) Privatim Ægina candelabrorum superficiem[1] duntaxat elaboravit, sicut Tarentum scapos.[j] In his ergo juncta commendatio officinarum est. Nec pudet tribunorum militarium[2] salariis[k] emere, cum ipsum nomen[l] a

CAP. IV. 1 Vet. Dalec. *æris quæ pervenit.*
CAP. V. 1 *Insula est ipsa* Vet. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Hic est exemplar . . . . illoque ære . . . . Æmulatio autem et in materia fuit* Gronov. et vulgg. *illoque . . . . æqualis atque condiscipulus . . . . fuit privatim, &c.* cod. Dalec.
CAP. VI. 1 Vet. Dalec. *superiorem faciem.*—2 Vet. Dalec. *militum.*—

NOTÆ

[h] *Deliaco*] Deliaca vasa et Corinthia laudat inprimis Cicero, pro Sext. Rosc. Amer. num. 153.

[i] *In foro boario*] Regione Urbis octava, ex P. Victore, in descriptione Urbis Romæ.

[j] *Scapos*] Candelabrorum truncos, ac ramulos: *Branches de lustre, branches de girandole, branches ou tiges de flambeau.* Superficies autem appellatur, superior ea planities, cujus in medium foramen candela inseritur.

[k] *Tribunorum militarium salariis*] Tanti candelabra emere, 'quantum in legione Tribuni Accipiunt,' ut cecinit Juvenal. Sat. III. 132. Porro quod miles, qui pedibus merebat, accipere solitus erat stipendium, id centurio duplum referebat, eques triplex, quadruplum Tribunus, uti ex Livio lib. XXXV. de triumpho Pauli, et ex Appiano colligitur de Bellis Civ. lib. II. p. 491. Erat autem peditis diurnum stipendium denarius unus, ut diximus XXXIII. 13. unde computatione facta quantum esset Tribunorum salarium annuum licet æstimare; nempe denarium 1460. seu Gallicæ monetæ librarum omnino 584.

[l] *Cum ipsum nomen*] Cum res ipsa quæ tanti emitur, tam vilis sit ipsa per se, ut a candelis nomen accipiat

candelarum lumine[3] impositum appareat. Accessio candelabri talis[m] fuit, Theonis jussu præconis, Clesippus fullo, gibber præterea et alio fœdus[4] aspectu, emente id Gegania sestertiis[n] quinquaginta: eademque ostentante convivio emtum, ludibrii causa nudatus, atque impotentia[5] libidinis receptus in torum, mox in testamentum prædives, numinum vice illud candelabrum coluit, et hanc Corinthiis fabulam adjecit: vindicatis tamen moribus nobili sepulcro, per quod æterna supra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret. Sed cum esse nulla Corinthia candelabra constet, nomen id præcipue in his celebratur, quoniam Mummii[o] victoria Corinthum quidem diruit, sed compluribus Achaiæ oppidis simul æra dispersit.

VII. Prisci limina etiam ac valvas ex ære in templis factitavere. Invenio et a Cn. Octavio,[p] qui de Perseo rege

3 Idem Vet. *nomine.*—4 Idem Vet. *fuit, ut auctor est Dionys. Jussu p. C. fusor, gibber, et alio præterea fœdus.* Cod. Dalec. etiam *gibber;* Gronov. *gibbere.*—5 Cod. Dalec. *impudentia.* Mox, Vet. Dalec. *numinis vice .... fabulam addixit.*

NOTÆ

[m] *Accessio candelabri talis*] Ex ære Æginetico. Locus hic salebrosissimus visus est Hermolao, qui extricare se ex eo non potuit. Sententia est, quam tamen, non nisi veniam ante præfatus, aperire vix ausim: adeo pudet inquinare chartas,auresque et animos legentium vel leviter inficere pœnitet. Cum auctio fieret, inquit, præco Theon candelabro Corinthio pretioso accedere et adjungi voluit servum nihili, pravissimo corpore, fullonem Clesippum. Id candelabrum cum appendice homuncionis comparavit L. sestertiis Gegania, vidua nobilis et locuples. Eam emtionem dum frequenti convivio ostentat, productus quoque, et ut vitia corporis manifestiora jocos præberent, nudari jussus est Clesippus: libidinis impudentia correpta domina recepit eum mox in torum, manumisit, maritum hæredemque sumsit. Ille æs, cui nisi applicitus adhæsisset, nunquam pervenisset ad res tam opimas, non secus ac fatum suum veneratus est, ac totam hanc fabulam Corinthiis vasis cum vulgo ascripsit. Providit tamen interim et bonis moribus, vel cum nobile sepulcrum erexit Geganiæ, per quod dedecus illius supra terras in omne ævum duraret. Geganiorum familia Romæ nobilis, apud Plutarchum in Numa, p. 66. et 77. Item apud Livium et Dionys.

[n] *Sestertiis*] Sive sestertium quinquaginta millibus: quæ libras efficiunt Gallicæ monetæ 5000.

[o] *Mummii*] De eo diximus XXXIII. 53. et alibi sæpius.

[p] *Cn. Octavio*] Qui anno Urbis DLXXXVI. L. Æmilio Paulo secundum, C. Licinio Crasso Coss. Prætor classem sortitus, cum Æmilio Paulo

Digitized by Google

navalem triumphum egit, factam porticum duplicem[q] ad Circum Flaminium, quæ Corinthia sit appellata a capitulis æreis columnarum. Vestæ quoque ædem[r] ipsam Syracusana superficie tegi placuisse. Syracusana sunt in Pantheo[s] capita columnarum a M. Agrippa posita. Quin etiam privata opulentia eo modo usurpata est. Camillo inter crimina[1] objecit Sp. Carvilius quæstor, quod ærata ostia haberet in domo.

VIII. Nam triclinia[a] ærata, abacosque,[b] et monopodia[c] Cn. Manlium Asia devicta primum invenisse triumpho suo, quem duxit Urbis anno DLXVII. L. Piso auctor est.[d]

CAP. VII. 1 Vet. Dalec. *eum modum usurpavit. Camillo enim crimen.*

NOTÆ

Consule in Macedoniam contra Persen Regem profectus est. Quo capto, ipse de eodem Kalendis Decembribus triumphum navalem egit. Auctor Livius lib. XLV. p. 586.

[q] *Porticum duplicem*] P. Victor, in descriptione Urbis Romæ, regione nona, in qua Circus Flaminius fuit: 'Porticus Corinthia Cn. Octavii, quæ prima duplex fuit.' Duplex dicitur, ob duplicem ordinem columnarum. Festus: 'Octaviæ porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecit; alteram Theatro Pompeii proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit Ædilis curulis, Prætor, Consul, Decemvir sacris faciundis, triumphavitque de rege Perse, navali triumpho: quam combustam reficiendam curavit Cæsar Augustus.' Meminit et Velleius, initio libri secundi.

[r] *Vestæ quoque ædem*] Hujus ædis formam veteres nummi exhibent familiæ Cassiæ, apud Patinum, p. 67. Rotundam fuisse ait Ovidius Fast. VI. 265. quod Vesta eadem sit quæ terra, globata ad pilæ similitudinem: 'Forma tamen templi, quæ nunc manet, ante fuisse Dicitur: et formæ causa probanda subest. Vesta eadem est, quæ Terra,' &c. Et paulo post: 'Arte Syracusia suspensus in aëre clauso Stat globus, immensi parva figura poli. Et quantum a summis, tantum secessit ab imis Terra: quod ut fiat, forma rotunda facit. Par facies templi: nullus procurrit in illo Angulus: a pluvio vindicat imbre tholus.'

[s] *In Pantheo*] Quem ille perfecit, Augusto nonum, M. Junio Silano Coss. Auctor Dio lib. LIII. p. 515.

[a] *Nam triclinia*] Mensas, ut diximus XXXIII. 51.

[b] *Abacosque*] Abacus mensæ genus fuit, ex opere intestino, cui vasa aurea, supellexque similis imponeretur. *Un buffet.*

[c] *Et monopodia*] Mensas unico pede fultas, *μονοπόδια.*

[d] *L. Piso auctor est*] Livius quoque lib. XXXIX. p. 489. 'Extremo anni (DLXVIII.) ad tertium Nonas Martias Cn. Manlius Volso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphavit ... Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in Urbem est: ii primum

Antias quidem L. Crassum, hæredem L. Crassi oratoris,[e] multa etiam triclinia ærata vendidisse. Ex ære factitavere et cortinas,[f] tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Placuere et lychnuchi[g] pensiles in delubris, aut arborum[1] modo mala ferentium lucentes: qualis est in templo Apollinis Palatini,[h] quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicaverat eidem Deo.

IX. (IV.) Transiit deinde ars ubique vulgo ad effigies Deorum. Romæ simulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassii,[i] quem regnum affectantem

CAP. VIII. 1 Ms. *lychni pens. in del. arborum.* Vet. *et arb. mod. m. fer. lucernæ:* et mox, *quam Alex. &c. captum.*' Dalec.

NOTÆ

lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, ... monopodia, et abacos Romam advexerunt,' &c.

[e] *L. Crassi Oratoris*] De quo diximus XVIII. 3. Is Licinium Crassum Scipionem ex filia nepotem adoptavit, hæredemque instituit, virum summo ingenio, teste Tullio in Bruto.

[f] *Et cortinas*] Cortinam hoc loco mensam interpretamur, quæ pocula sustineret, cui Delphicæ nomen ex eo quod similis esset mensæ illi, cui Delphis insidebat Pythia oracula faciens. Vetus interpres Horatii in illud I. Sat. 6. 'Et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet.' 'Lapis,' inquit, 'mensa marmorea, quam Delphicam vocant.' Abacum, Delphicam Glossæ Philoxeni appellant, et μινιστέριον, quod ex ea poculorum mensa convivis ministrarent. Etymologus: Δελφικὰ, τὸν τρίποδα 'Ρωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν. Nimirum primo Delphicæ Delphis fiebant: posteaque quivis abaci ejus formæ id nomen habuere. Martialis XII. 67. 'Argentum atque aurum non simplex Delphica portat.' Gruterus, pag. 1115. ex Sirmondo: DELPHICAE. AEREAE. CVM. OMNI. CVLTV. EXORNATAE. De Delphicis multa Procopius in Vandal. lib. I. Acceptionem aliam ejus vocis vide apud V. Cl. Du-Cangium, in Notis ad Alexiad. pag. 411.

[g] *Lychnuchi*] Λυχνοῦχοι, *candelabra.* Et hæc Tranquillo quoque usurpata vox in Julio, cap. 37. Meminit candelabri Euphorion, apud Athen. lib. XV. pag. 700. in quo *tot lucernæ* arderent, λύχνοι τοσοῦτοι, quot dies anni sunt.

[h] *Apollinis Palatini*] Quod ab Augusto dedicatum, anno DCCXXVI. ipso sextum, et M. Agrippa Coss. Tranquillus in Augusto, c. 29. P. Victor, in Descript. Romæ, regione Urbis decima: 'Ædes Apollinis, ubi lychni pendebant instar arboris mala ferentis.'

[i] *Sp. Cassii*] Is regnum affectans, ubi primum magistratu abiit, damnatus, necatusque est. 'Sunt qui patrem auctorem ejus supplicii ferant,' inquit Livius lib. II. p. 35. 'eum cognita domi causa verberasse ac necasse; peculiumque filii Cereri consecravisse; signum inde factum esse, et

Digitized by Google

pater ipsius interemerat. Transiit et ab Diis ad hominum statuas, atque multis modis. Bitumine antiqui tinguebant eas,[1] quo magis mirum est placuisse auro integere. Hoc nescio an Romanum fuerit[2] inventum: certe etiam Romæ non habet vetustatem. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximeque[3] Olympiæ: ubi omnium qui vicissent statuas dicari mos erat. Eorum vero, qui ter ibi superavissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas[j] vocant. Athenienses nescio an primi omnium Harmodio[k] et Aristogitoni tyrannicidis publice posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo et Romæ reges pulsi. Excepta[4] deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambitione. Et jam omnium municipiorum foris[5] statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, et honores legendi ævo[a] basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur. Mox forum[l] et in domibus privatis fac-

[a] *Posteris.*

CAP. IX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *antiqui pingebant eas bitumine* Gronov. et vulgg. *tingebant* cod. Dalec.—2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *integi. Hoc n. an R. fuerit* Vet. Dalec. *integere. Hoc n. an R. fuit* edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt.—3 Gronov. *maximæque.*—4 Vet. Dalec. *et reges Roma pulsi. Accepta;* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et reges Romæ pulsi, &c.*—5 Cod. Dalec. *fori.*

NOTÆ

inscriptum, EX CASSIA FAMILIA DATVM.' Affirmat hoc ipsum Valerius Max. v. 8. 2. Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. VIII. pag. 546. Alii e rupe dejectum aiunt.

[j] *Quas iconicas*] Εἰκονικὰ ἀγάλματα vocat Athenæus lib. I. si memini. Iconicum simulacrum Tranquillus in Caligula, cap. 40. Erant ejuscemodi statuæ iis hominibus, quorum speciem referebant, pares. Majores vocabantur 'Augustæ:' 'Colossi' longe maximæ. Curæ id Hellanodicis fuisse, Lucianus est auctor, *ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων*, sub initium, ut *εἰκόνες ἰσομέτρητοι* essent, ne augustiores scilicet, majoresque humana, Hieronicarum figuræ a sculptoribus exprimerentur. Et Plato in Phædro: *Ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δέλφους ἀναθήσειν.*

[k] *Harmodio*] Vide Plutarchum in Antiphonte de Decem Rhetor. Thucyd. lib. VI. aliosque. A Praxitele elaboratas esse has statuas Plinius auctor est cap. 19. libri hujus.

[l] *Mox forum*] Quaslibet privatas ædes totidem fora credas esse: tot sunt instructæ signis singulæ. Simili translatione populum imaginum superius dixit XXXIII. 45.

Digitized by Google

tum atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

X. (V.) Togatæ [m] effigies antiquitus ita dicabantur.[1] Placuere et nudæ tenentes hastam, ab epheborum e gymnasiis[2] exemplaribus, quas Achilleas[n] vocant. Græca res est,[3][o] nihil velare: at contra Romana ac militaris, thoracas addere. Cæsar quidem dictator loricatam[p] sibi dicari in foro suo[q] passus est. Nam Lupercorum[r] habitu factæ, tam novitiæ sunt, quam quæ nuper prodiere pænulis indutæ.[s] Mancinus[t] eodem[4] habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatum ab auctoribus, et L. Accium[u] poëtam in Camœnarum[v] æde maxima forma statuam sibi posuisse, cum brevis admodum fuisset. Equestres vero

CAP. X. 1 Vet. Dalec. *Togata effigie a. statuæ dicabantur.*—2 Idem Vet. *ab epheborum gymnicis.*—3 *Græcis mos est* Vet. Dalec. Mox, *at c. Romanus*

NOTÆ

[m] *Togatæ*] Asconius Pedian. in Orat. Cic. pro M. Scauro, sub finem, Catonem ait 'togatum sine tunica exercuisse judicium, in forumque sic descendisse, jusque dixisse: idque reperisse ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ætatis statuæ in Capitolio, et in Rostris Camilli, fuerunt togatæ sine tunicis.' Meminit et Plinius alter in Panegyr. Trajani, num. 55. 'Visuntur eadem e materia Cæsaris statuæ, qua Brutorum, qua Camillorum.'

[n] *Quas Achilleas*] Notum Achillis decus et tutamen, hasta.

[o] *Græca res est*] Nummi statuæque testes, in quibus nuda plane corpora: quem morem in Deorum heroumque simulacris Romani etiam postmodum secuti sunt.

[p] *Cæsar . . . loricatam*] Qualem in plurimis Imperatorum statuis nummisque cernimus.

[q] *In foro suo*] Forum Cæsaris prope Templum Jani fuit, regione Urbis octava, apud P. Victorem. Et Dionem vide lib. XLIII. p. 224.

[r] *Nam Lupercorum*] Qui pellis caprinæ solum amictu tecti, cetero nudi, Romæ Lupercalibus discurrebant: unde Maro, Æneid. VIII. vocat, 'Nudosque Lupercos.'

[s] *Pænulis indutæ*] Pænula vestis fuit adversus imbres et frigora, *circumquaque corpus ambiens*, ἐμπεριέχων τὸ σῶμα, inquit Artemidorus. Vide Voss. in Etymol.

[t] *Mancinus*] Qui cum Numantinis ipsorum arbitrio fœdus percussit, auctore Ti. Graccho Quæstore suo. At eo fœdere per Senatum improbato, Mancinus Numantinis est deditus, nudus vinctisque post tergum manibus. Plutarch. in Graccho. Aurel. Victor de Viris Illustr. Valerius Max. I. 7. Cicero de Offic. lib. III.

[u] *L. Accium*] Dicemus de eo in Auctorum Indice.

[v] *Camœnarum*] In Regione urbis prima, juxta Portam Capenam, 'Vicus et ædes Camœnarum' fuit, teste P. Victore.

Digitized by Google

statuæ[5] Romanam celebrationem habent,[a] orto[6] sine dubio a Græcis exemplo. Sed illi celetas[w] tantum dicabant in sacris victores. Postea vero et qui bigis vel quadrigis vicissent. Unde et nostri[x] currus nati in his[7] qui triumphavissent. Serum hoc, et in his non nisi a Divo Augusto sejuges,[y] sicut et elephanti.

XI. Non vetus et bigarum celebratio in his[1] qui prætura functi curru vecti essent per Circum. Antiquior columnarum, sicut C. Mænio,[a] qui devicerat priscos Latinos,[b]

[a] *Apud Romanos præcipua in commendatione fuere.*

idem Vet.—4 Codd. et Vet. Dalec. *eo.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Equestres ubique statuæ* Gronov. et vulgg. —6 Cod. Dalec. *toto.*—7 *Unde et nostris currus in his* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[w] *Sed illi celetas*] Κέλητες appellatæ statuæ eorum equestres, qui non bigis aut quadrigis in certamine uterentur, sed uno insiderent equo. Proprie *κέλης equus* ipse est, qui ab uno sessore agitatur ac regitur. Sententia igitur, fuisse receptum apud Græcos primum, ut statuas equestres dedicarent illi, qui victores extitissent in ludis sacris celete. Postea factum, ut dicarent quoque bigas vel quadrigas sculptas marmore, vel fusas ære, qui vicissent isto genere. Inde consuetudinem venisse Romam, ut et qui triumphassent, dedicarent statuas triumphales, puta quadrigas; sed hunc morem invectum sero; et adhuc serius, ut triumphales sejugas; hoc enim primum auctorem habere D. Augustum. Hunc Plinii locum Onuphrius male intellexit, cum sejugas in ludis Circensibus ex eo colligit primum ab Augusto missos: cum sit sententia longe dispar, statuam scilicet triumphalem cum equis sejugibus primum ab eo positam. Sejuges tamen in Capitolio auratos ab Cn. Cornelio positos reperio, apud Livium lib. XXXVIII. pag. 479. anno Urbis DLXVI. hoc est, ante Augusti excessum annis ducentis.

[x] *Unde et nostri*] Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. et alii. Libri antea editi, *Unde et nostris currus in his, &c.*

[y] *Sejuges*] Equi seni uno curru juncti. BIGAS, TRIGAS, QVADRIGAS, SEIVGES, et SEPTEIVGES habet inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 337.

[a] *Sicut C. Mænio*] L. Furii Camilli in Consulatu Collegæ, anno Urbis CCCCXV. de quo Livius lib. VIII. pag. 141. qui Lavinios, et Veliternos, et Antiatas devicit: uti tum ex eodem Livio discimus, loc. cit. tum ex inscriptione Capitolini lapidis, apud Gruter. pag. 297. C. MAENIVS. P. F. P. N. COS. DE. ANTIATIBVS. LAVINEIS VELITERNEIS. PRIDIE. K. OCTOB. AN. CDXVI. Meminit columnæ Mænianæ Nonius cap. 1. num. 33.

[b] *Priscos Latinos*] Latium vetus. Livius loc. cit. de Camillo et Mænio Coss. 'Nec quievere ante, quam .... Latium omne subegere.' Et paulo post, in oratione a Camillo habita:

Digitized by Google

quibus ex fœdere tertias prædæ Romanus populus [a] præstabat, eodemque in consulatu in suggestu [c] rostra devictis Antiatibus fixerat anno Urbis CCCCXVI. Item Caio Duillio,[d] qui primus navalem triumphum egit de Pœnis, quæ est etiam nunc in Foro. Item P. Minucio [3] [e] præfecto annonæ, extra portam Trigeminam, unciaria stipe [f] collata, nescio an primo honore tali a populo, antea enim [4] a senatu erat: præclara res, nisi frivolis cœpisset initiis. Namque et Atti Navii [5] [g] statua fuit ante Curiam, cujus basis conflagravit

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *celebratio iis.*—2 *Respub. Romana* cod. Dalec.—3 'Supra XVIII. 4. dictus est *L. Minucius.* Sic quoque appellatur ab aliis scriptoribus. Vide Liv. IV. 12.' *Brotier.* *P. Minutio* edd. vett. et Gronov.—4 Vet. Dalec. *unciali stirpe . . . . honor talis a p. ante enim.*—5 *Actii Navii*

NOTÆ

'Oppida Latina omnia . . . . præsidiis tenentur vestris.'

[c] *In suggestu*] Locus excelsior fuit, unde oratio haberi ad populum posset. Livius VIII. 142. 'Naves Antiatum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in Foro exstructum adornari placuit. Rostraque id templum appellatum.' Florus I. 11. 'Extant et parta de Antio spolia: quæ Mænius in suggestu Fori, capta hostium classe, suffixit: si tamen illa classis: nam sex fuere rostratæ: sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit.'

[d] *Item Caio Duillio*] De eo Florus II. 2. pag. 49. 'Victor ergo apud Liparas, mersa et fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum.' Actum id belli primi Punici anno quinto: Urbis, CCCCXCIII. Inscriptionem columnæ huic rostratæ appositam singulari opere P. Ciacconius explicuit. C. Duillius appellatur a Tacito quoque Annal. II. pag. 56. et in Epitome Livii lib. XVII. et in lapide Capitolino, apud Gruter. pag. 297. Sunt nihilominus qui in veteribus monumentis, non C. sed K. scribi affirment, ut Cæsonem, non Caium, prænomen fuisse ei intelligi oporteat: quibus et nos assentimur.

[e] *Item P. Minucio*] Lucium vidimus appellatum superius XVIII. 4. ubi res eadem jam delibata.

[f] *Unciaria stipe*] Æreo nummo, cujus pretium foret dimidius as: asses enim tum sextantario pondere feriebantur, ut dictum est XXXIII. 13. Hic obiter annotabis Eminentiss. Annalium scriptoris ἁμάρτημα, ad an. Chr. 69. num. 9. ubi Guill. Godelevæi notas in Livium secutus, ex hoc Plinii testimonio efficere nititur, mendicos vilesque personas ad portam Trigeminam convenire solitos, ut stipem rogarent; cum nihil Plinius aliud velit, quam stipe honoris causa collata, extra portam Trigeminam Præfecto annonæ positam statuam fuisse. Augusto ipsi Principi stipem vidimus esse collatam lib. sup. c. 48.

[g] *Atti Navii*] Diximus de eo sup. XV. 20. Augur is fuit, Tarquinii Prisci ævo, ut Livius refert lib. I. pag. 14. Hunc novacula cotem discidisse ferunt. 'Statua Atti posita,' inquit Li-

Digitized by Google

Curia incensa Publii Clodii[h] funere. Fuit et Hermodori[i] Ephesii in Comitio, legum, quas decemviri scribebant, interpretis, publice dicata. Alia causa, alia auctoritas M. Horatii[j] Coclitis statuæ,[6] quæ durat hodieque, cum hostes a ponte Sublicio[k] solus arcuisset. Equidem et Sibyllæ juxta Rostra esse non miror, tres sint licet:[7] una, quam Sextus Pacuvius Taurus[l] ædilis plebis instituit:[8] duæ, quas M. Messala.[m] Primas putarem has, et Atti Navii, positas ætate Tarquinii Prisci, nisi regum[n] antecedentium essent in Capitolio.

(VI.) Ex his Romuli[o] est sine tunica, sicut et Camilli in

Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et alia auctoritas major in Horatii Coclitis statua* Gronov. et vulgg.—7 *Sibyllæ tres juxta r. sunt minores scilicet* Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

NOTÆ

vius, 'capite velato, quo in loco res acta est, in Comitio in gradibus ipsis, ad lævam Curiæ fuit,' &c.

[h] *Publii Clodii*] Vide Ciceronem pro Milone, num. 91.

[i] *Fuit et Hermodori*] Digest. lib. I. tit. 2. de Orig. juris, § 4. de legibus XII. Tabularum. 'Harum ferendarum,' inquit Pomponius, 'auctorem fuisse Decemviris Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia, quidam retulerunt.' Hunc exulare jussum, quod vir probus esset, Cicero testatur Tuscul. lib. V. Vide et Strab. lib. XIV.

[j] *M. Horatii*] Positam in Comitio statuam auctor est Gellius IV. 5. pag. 282. Alteram in æde Vulcani, Plutarch. in Poplic. pag. 106.

[k] *A ponte Sublicio*] Rem eam narrat prolixe et eleganter Valerius Max. III. 2. 1. 'Etruscis in Urbem ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam ejus partem occupavit, totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit. Atque, ut patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus se in Tiberim misit,' &c. Pons Sublicius Romæ dictus est, quia e sublicis, hoc est, tignis sive palis, exstructus erat. Vide et Livium lib. II. pag. 25. et Dionys. Halic. lib. V. p. 296.

[l] *Sextus Pacuvius Taurus*] Is qui et Tribunus plebis fuit, Augusti principatu: laudatur a Macrobio Saturn. I. 12. p. 249.—'Non is, &c. [ut supra,] sed vetustior aliquis.' *Ed. sec.*

[m] *M. Messala*] Messalæ Corvini Oratoris F. de quo nos agemus in Auctorum Indice. Gessit is Consulatum Augusti Principis temporibus, Urbis anno DCCLI.—'Neque hic Messala, &c. [ut supra;] sed ex eadem gente antiquior.' *Ed. sec.*

[n] *Nisi regum*] Dio lib. XLIII. pag. 236. octo fuisse in Capitolio statuas dicit: septem positas regibus; octavam Bruto, regum exactori. Cæsaris postea Dictatoris juxta Brutum locatam.

[o] *Ex his Romuli*] Utriusque, Romuli nimirum et Camilli statuæ, meminit Asconius Pedianus, loco a nobis allato, initio superioris cap.

Digitized by Google

Rostris, et ante ædem Castorum [p] fuit Q. Marcii [q] Tremuli [9] equestris togata, qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia, populum stipendio liberaverat. Inter antiquissimas sunt et Tulli Clœlii,[10 r] Lucii Roscii, Spurii Nautii, C. Fulcinii in Rostris, a Fidenatibus [s] in legatione interfectorum. Hoc à republica [11] tribui solebat injuria cæsis, sicut et P. Junio, et Tito [t] Coruncanio, qui ab Teuca [u] Illyriorum regina interfecti erant. Non omittendum videtur,[12] quod Annales annotavere, tripedaneas his statuas in Foro statutas. Hæc videlicet mensura honorata

edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *restituit* Gronov. et vulgg.—9 *Tremellii* cod. Dalec. *Tremelli* Vet. Dalec.—10 Sic et Ursinus; *Titi Clælii* quidam ap. Dalec. *Tulli Cælii* edd. vett. et Gronov. Mox, *et C. Fulcinii* cod. Dalec.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *a Romano populo* Gronov. et vulgg. Mox, *sicut alias et P. Junio* cod. Dalec.—

NOTÆ

p *Castorum*] Hoc est, Castoris et Pollucis. P. Victor, Regione VIII. 'Templum Castorum ad lacum Juturnæ.' Vide Dionem lib. XXXVII. p. 33. Geminis fratribus ædes in Foro constituta, inquit Sueton. in Julio, cap. 10. quæ tantum Castoris appellatur.

q *Q. Marcii*] Lapis Capitolinus, apud Gruter. p. 297. Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. TREMVLVS. COS. DE. ANAGNINEIS. HERNICEISQ. PRID. K. QVINT. Anno scilicet post Urbem conditam, CCCCXLVIII. Livius lib. IX. pag. 168. 'Marcius de Hernicis triumphans in Urbem rediit: statuaque equestris in Foro decreta est, quæ ante templum Castoris posita est.'

r *Tullii Clœlii*] Ita Reg. 2. non, ut editi, *Cælii*. Extat in cimelio Collegii nostri Parisiensis nummus Clouliæ seu Clœliæ gentis, inscriptus TL. CLOVLI. hoc est, 'Tullii Cloulii,' non Titi. Cicero Philipp. IX. 5. 'Atque huic et Tullo Clivio, (lege *Clælio*,) et L. Roscio, et Sp. Antio, (lege rursum *Nautio*,) et C. Fulcinio, qui a Veientium rege cæsi sunt, non sanguis qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob rempublicam obita honori fuit.'

s *A Fidenatibus*] Cicero loc. cit. de his ipsis agens, num. 4. 'Lartes Tolumnius, rex Veientium, quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit: quorum statuæ in Rostris steterunt usque ad nostram memoriam.' Fuere Rostra in Foro Romano, regione Urbis octava.

t *P. Junio, et T.*] Fratribus, ex familia Junia Coruncanorum. In Reg. 2. cod. *Coruntiano* legitur. In lapide Capitolino, apud Gruter. p. 296. CORVNCANIVS.

u *Qui ab Teuca*] Teutana a Floro appellatur II. 5. 'Illyrii, seu Liburni, sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam, Titiumque flumen, longissime per totum Adriani maris littus effusi. Hi regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiæ scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant, jure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas, securi percutiunt,' &c.

Digitized by Google

tunc erat. Non præteribo Cn. Octavium [v] ob unum scilicet verbum.[13] [w] Hic regem Antiochum,[x] daturum se responsum dicentem, virga quam tenebat forte circumscripsit, et prius quam egrederetur circulo illo, responsum dare coëgit. In qua legatione interfecto senatus statuam poni jussit quam oculatissimo [y] loco in Rostris. Invenitur statua decreta et Taraciæ [14] Caiæ, sive Suffetiæ virgini Vestali, ut poneretur ubi vellet: quod adjectum non minus honoris habet, quam fœminæ esse decretam. Meritum ejus in ipsis [15] ponam Annalium verbis: 'Quod campum Tiberinum gratificata esset ea populo.'

XII. Invenio et Pythagoræ, et Alcibiadi, in cornibus Comitii positas, cum bello Samniti [a] Apollo Pythius fortissimo Graiæ gentis [1] jussisset, et alteri sapientissimo, simulacra celebri loco dicari: ea stetere [b] donec Sylla dictator

12 Verbum *videtur* non legitur in cod. Dalec.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *C. Octavium ob unum verbum* Gronov. et vulgg.—14 Cod. Dalec. *honoratissimo loco qui est in R. invenitur et s. decreta Taraciæ.* Mox, in eodem cod. *quam quod feminæ est decreta.*—15 Cod. Dalec. *ejus ipsis,* expuncto *in.*

CAP. XII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Græcorum gentis* Gronov. et vulgg. Mox, in iisdem: *dicari, donec Sylla;* cod. Dalec. *dicari, et*

NOTÆ

[v] *Cn. Octavium*] 'Fuit iste Octavius e majoribus Octavii Cæsaris, qui Cæsar Augustus est appellatus.' *Ed. sec.*—Vide Notas et Emend. num. 3. De statua ei Octavio posita, Cic. Philip. IX. 4.

[w] *Ob unum scilicet verbum*] Sic Reg. 2. totidem syllabis, sine ullis notarum compendiis. In editis, *ob unum verbum.* Colb. 3. *ob unum verbum quo regem, &c.* Gronovius in suo, *ob unum sc. verbum,* interpretaturque, *ob unum senatusconsulti verbum,* illud nempe quod mox sequitur, *oculatissimo loco,* quod vix ego putem in Senatus consulto eo fuisse.—'Non improbabili sane conjectura.' *Ed. sec.*

[x] *Antiochum*] Ejus nominis sextum, illius Antiochi nepotem, qui cum Romanis bella gessit, ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ in nummis appellati: quæ nomina et ob avi memoriam nepos præ se quoque tulit: ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ. — '*Antiochum*] Antiochum Magnum, Syriæ regum quintum.' *Ed. sec.*

[y] *Oculatissimo*] Celeberrimo, qui omnium oculis pateat.

[a] *Bello Samniti*] Quod anno Urbis CDXXXI. Campanorum rogatu suscepere Romani. Illi enim a Samnitibus victi Romanis deditionem fecerunt.

[b] *Ea stetere*] Vide Notas et Emend. num. 4. In parte interim Fori Romani, in cornibus Comitii, exædificatam a Sylla Curiam hic locus edocet.

Digitized by Google

ibi Curiam faceret. Mirumque est, illos patres Socrati[c] cunctis ab eodem Deo sapientia prælato Pythagoram prætulisse, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quenquam utroque[a] Themistocli. Columnarum ratio erat, attolli supra ceteros mortales: quod et arcus significant novitio invento. Primus tamen honos cœpit a Græcis. Nullique arbitror plures statuas dicatas, quam Phalereo Demetrio[d] Athenis. Siquidem CCCLX.[e] statuere, nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere.[f] Statuerant[2] Romæ etiam in omnibus vicis C. Mario Grati-

[a] *Utraque laude.*

credo, ne Sylla.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Siquidem CCCLX.*

NOTÆ

[c] *Socrati*] Vide supra VII. 31.

[d] *Demetrio*] Agemus de eo in Auctorum Indice.

[e] *Siquidem CCCLX.*] Ita Reg. 2. Colb. 3. omnesque editi. Varro apud Nonium sic scriptum reliquit: 'Hic Demetrius æneas tot aptu' est, Quot luces annus habet absolutus.' Modum anni Græci fuisse tum temporis dierum duntaxat *CCCLX.* tum ex his, similibusque testimoniis, tum ex Cleobuli ænigmate, quod apud Laërtium est, colligi putant nonnulli recte posse. Est enim ejusmodi Latine redditum: 'Bissenos genitor natos habet unus: at horum Ter sunt cuique decem natæ, variante figura. Quippe aliis color est albus, niger inditus illis: Immortale genus cum sint, moriuntur utræque.' Hoc enim ænigma tam annum diebus confici trecentis et LX. quam singulos menses tricenis perspicue significat. Verum ad ea nihilominus scriptorum veterum testimonia sic excipimus: annum Græcorum ejusmodi fuisse, ut licet diebus absolveretur *CCCLXV.* cum quadrante, in eo tamen soli *CCCLX.* ordinarii ac proprii communi judicio censerentur; reliqui, velut appendix quædam et accessio, ab ipso anni corpore rejecti, ceu peregrini ac superflui, conjectique in calcem auctarii loco. Adjecit autem Plinius animum, cum annum dicit, ad Julianam formam, et mensium distributionem, in qua hi quinque dies in annum ipsum recepti sunt, variisque mensibus superfusi.—'Hinc vero intelligimus in tota Græcia, usque ad tempora Cæsaris Dictatoris, fuisse menses singulos tricenum dierum: ita ut annus non excederet numerum dierum *CCCLX.* ut Plinius refert: tertio autem quoque anno embolimum tempus conveniens, quindecim videlicet sedecimve dierum, intersereretur, τῶν ὡρέων εἵνεκεν, ut ait Herodot. II. 4. hoc est, ut suis tempestatibus menses responderent: hyberni hyemi, æstati æstivi. In hoc enim Ægyptios Græcis fuisse sapientiores censet Herodotus; quod illi non quindecim dies adjicerent tertio quoque anno, sed annis singulis dies quinque.' *Ed. sec.*—Vide Petav. de Doctr. Temp. I. 8. p. 16. et, qui ab eo dissidet, Samuelem Petitum Miscell. VIII. 1. p. 191.

[f] *Quas mox laceravere*] Strabo lib.

Digitized by Google

navalem triumphum egit, factam porticum duplicem [q] ad Circum Flaminium, quæ Corinthia sit appellata a capitulis æreis columnarum. Vestæ quoque ædem [r] ipsam Syracusana superficie tegi placuisse. Syracusana sunt in Pantheo [s] capita columnarum a M. Agrippa posita. Quin etiam privata opulentia eo modo usurpata est. Camillo inter crimina [1] objecit Sp. Carvilius quæstor, quod ærata ostia haberet in domo.

VIII. Nam triclinia [a] ærata, abacosque,[b] et monopodia [c] Cn. Manlium Asia devicta primum invenisse triumpho suo, quem duxit Urbis anno DLXVII. L. Piso auctor est.[d]



CAP. VII. 1 Vet. Dalec. *eum modum usurpavit. Camillo enim crimen.*

NOTÆ

Consule in Macedoniam contra Persen Regem profectus est. Quo capto, ipse de eodem Kalendis Decembribus triumphum navalem egit. Auctor Livius lib. XLV. p. 586.

[q] *Porticum duplicem*] P. Victor, in descriptione Urbis Romæ, regione nona, in qua Circus Flaminius fuit: 'Porticus Corinthia Cn. Octavii, quæ prima duplex fuit.' Duplex dicitur, ob duplicem ordinem columnarum. Festus: 'Octaviæ porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecit; alteram Theatro Pompeii proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit Ædilis curulis, Prætor, Consul, Decemvir sacris faciundis, triumphavitque de rege Perse, navali triumpho: quam combustam reficiendam curavit Cæsar Augustus.' Meminit et Velleius, initio libri secundi.

[r] *Vestæ quoque ædem*] Hujus ædis formam veteres nummi exhibent familiæ Cassiæ, apud Patinum, p. 67. Rotundam fuisse ait Ovidius Fast. VI. 265. quod Vesta eadem sit quæ terra, globata ad pilæ similitudinem: 'Forma tamen templi, quæ nunc manet, ante fuisse Dicitur: et formæ causa probanda subest. Vesta eadem est, quæ Terra,' &c. Et paulo post: 'Arte Syracusia suspensus in aëre clauso Stat globus, immensi parva figura poli. Et quantum a summis, tantum secessit ab imis Terra: quod ut fiat, forma rotunda facit. Par facies templi: nullus procurrit in illo Angulus: a pluvio vindicat imbre tholus.'

[s] *In Pantheo*] Quem ille perfecit, Augusto nonum, M. Junio Silano Coss. Auctor Dio lib. LIII. p. 515.

[a] *Nam triclinia*] Mensas, ut diximus XXXIII. 51.

[b] *Abacosque*] Abacus mensæ genus fuit, ex opere intestino, cui vasa aurea, supellexque similis imponeretur. *Un buffet.*

[c] *Et monopodia*] Mensas unico pede fultas, *μονοπόδια.*

[d] *L. Piso auctor est*] Livius quoque, lib. XXXIX. p. 489. 'Extremo anni (DLXVIII.) ad tertium Nonas Martias Cn. Manlius Volso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphavit ... Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico invecta in Urbem est: ii primum

Antias quidem L. Crassum, hæredem L. Crassi oratoris,[e] multa etiam triclinia ærata vendidisse. Ex ære factitavere et cortinas,[f] tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Placuere et lychnuchi[g] pensiles in delubris, aut arborum[1] modo mala ferentium lucentes: qualis est in templo Apollinis Palatini,[h] quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cyme dicaverat eidem Deo.

IX. (IV.) Transiit deinde ars ubique vulgo ad effigies Deorum. Romæ simulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassii,[i] quem regnum affectantem

CAP. VIII. 1 Ms. *lychni pens. in del. arborum.* Vet. *et arb. mod. m. fer. lucernæ:* et mox, *quam Alex. &c. captam.*' Dalec.

NOTÆ

lectos æratos, vestem stragulam pretiosam,... monopodia, et abacos Romam advexerunt,' &c.

[e] *L. Crassi Oratoris*] De quo diximus XVIII. 3. Is Licinium Crassum Scipionem ex filia nepotem adoptavit, hæredemque instituit, virum summo ingenio, teste Tullio in Bruto.

[f] *Et cortinas*] Cortinam hoc loco mensam interpretamur, quæ pocula sustineret, cui Delphicæ nomen ex eo quod similis esset mensæ illi, cui Delphis insidebat Pythia oracula faciens. Vetus interpres Horatii in illud I. Sat. 6. 'Et lapis albus Pocula cum cyatho duo sustinet.' 'Lapis,' inquit, 'mensa marmorea, quam Delphicam vocant.' Abacum, Delphicam Glossæ Philoxeni appellant, et μινιστέριον, quod ex ea poculorum mensa convivis ministrarent. Etymologus: Δελφικὰ, τὸν τρίποδα Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν. Nimirum primo Delphicæ Delphis fiebant: posteaque quivis abaci ejus formæ id nomen habuere. Martialis XII. 67. 'Argentum atque aurum non simplex Delphica portat.' Gruterus, pag. 1115. ex Sirmondo: DELPHICAE. AEREAE. CVM. OMNI. CVLTV. EXORNATAE. De Delphicis multa Procopius in Vandal. lib. I. Acceptionem aliam ejus vocis vide apud V. Cl. Du-Cangium, in Notis ad Alexiad. pag. 411.

[g] *Lychnuchi*] Λυχνοῦχοι, *candelabra.* Et hæc Tranquillo quoque usurpata vox in Julio, cap. 37. Meminit candelabri Euphorion, apud Athen. lib. XV. pag. 700. in quo *tot lucernæ* arderent, λύχνοι τοσοῦτοι, quot dies anni sunt.

[h] *Apollinis Palatini*] Quod ab Augusto dedicatum, anno DCCXXVI. ipso sextum, et M. Agrippa Coss. Tranquillus in Augusto, c. 29. P. Victor, in Descript. Romæ, regione Urbis decima: 'Ædes Apollinis, ubi lychni pendebant instar arboris mala ferentis.'

[i] *Sp. Cassii*] Is regnum affectans, ubi primum magistratu abiit, damnatus, necatusque est. 'Sunt qui patrem auctorem ejus supplicii ferant,' inquit Livius lib. II. p. 35. 'eum cognita domi causa verberasse ac necasse; peculiumque filii Cereri consecravisse; signum inde factum esse, et

Digitized by Google

pater ipsius interemerat. Transiit et ab Diis ad hominum statuas, atque multis modis. Bitumine antiqui tinguebant eas,[1] quo magis mirum est placuisse auro integere. Hoc nescio an Romanum fuerit[2] inventum: certe etiam Romæ non habet vetustatem. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximeque[3] Olympiæ: ubi omnium qui vicissent statuas dicari mos erat. Eorum vero, qui ter ibi superavissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas[j] vocant. Athenienses nescio an primi omnium Harmodio[k] et Aristogitoni tyrannicidis publice posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo et Romæ reges pulsi. Excepta[4] deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambitione. Et jam omnium municipiorum foris[5] statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, et honores legendi ævo[a] basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur. Mox forum[l] et in domibus privatis fac-

[a] *Posteris.*

CAP. IX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *antiqui pingebant eas bitumine* Gronov. et vulgg. *tingebant* cod. Dalec.—2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *integi. Hoc n. an R. fuerit* Vet. Dalec. *integere. Hoc n. an R. fuit* edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt.—3 Gronov. *maximæque.*—4 Vet. Dalec. *et reges Roma pulsi. Accepta;* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et reges Romæ pulsi, &c.*—5 Cod. Dalec. *fori.*

NOTÆ

inscriptum, EX CASSIA FAMILIA DATVM.' Affirmat hoc ipsum Valerius Max. v. 8. 2. Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. VIII. pag. 546. Alii e rupe dejectum aiunt.

[j] *Quas iconicas*] Εἰκονικὰ ἀγάλματα vocat Athenæus lib. I. si memini. Iconicum simulacrum Tranquillus in Caligula, cap. 40. Erant ejuscemodi statuæ iis hominibus, quorum speciem referebant, pares. Majores vocabantur 'Augustæ:' 'Colossi' longe maximæ. Curæ id Hellanodicis fuisse, Lucianus est auctor, ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων, sub initium, ut εἰκόνες ἰσομέτρητοι essent, ne augustiores scilicet, majoresque humana, Hieronicarum figuræ a sculptoribus exprimerentur. Et Plato in Phædro: Ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δέλφους ἀναθῆσειν.

[k] *Harmodio*] Vide Plutarchum in Antiphonte de Decem Rhetor. Thucyd. lib. VI. aliosque. A Praxitele elaboratas esse has statuas Plinius auctor est cap. 19. libri hujus.

[l] *Mox forum*] Quaslibet privatas ædes totidem fora credas esse: tot sunt instructæ signis singulæ. Simili translatione populum imaginum superius dixit XXXIII. 45.

Digitized by Google

tum atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

x. (v.) Togatæ[m] effigies antiquitus ita dicabantur.[1] Placuere et nudæ tenentes hastam, ab epheborum e gymnasiis[2] exemplaribus, quas Achilleas[n] vocant. Græca res est,[3][o] nihil velare: at contra Romana ac militaris, thoracas addere. Cæsar quidem dictator loricatam[p] sibi dicari in foro suo[q] passus est. Nam Lupercorum[r] habitu factæ, tam novitiæ sunt, quam quæ nuper prodiere pænulis indutæ.[s] Mancinus[t] eodem[4] habitu sibi statuit, quo deditus est. Notatum ab auctoribus, et L. Accium[u] poëtam in Camœnarum[v] æde maxima forma statuam sibi posuisse, cum brevis admodum fuisset. Equestres vero

CAP. x. 1 Vet. Dalec. *Togata effigie a. statuæ dicabantur.*—2 Idem Vet. *ab epheborum gymnicis.*—3 *Græcis mos est* Vet. Dalec. Mox, *at c. Romanus*

NOTÆ

[m] *Togatæ*] Asconius Pedian. in Orat. Cic. pro M. Scauro, sub finem, Catonem ait 'togatum sine tunica exercuisse judicium, in forumque sic descendisse, jusque dixisse: idque reperisse ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ætatis statuæ in Capitolio, et in Rostris Camilli, fuerunt togatæ sine tunicis.' Meminit et Plinius alter in Panegyr. Trajani, num. 55. 'Visuntur eadem e materia Cæsaris statuæ, qua Brutorum, qua Camillorum.'

[n] *Quas Achilleas*] Notum Achillis decus et tutamen, hasta.

[o] *Græca res est*] Nummi statuæque testes, in quibus nuda plane corpora: quem morem in Deorum heroumque simulacris Romani etiam postmodum secuti sunt.

[p] *Cæsar ... loricatam*] Qualem in plurimis Imperatorum statuis nummisque cernimus.

[q] *In foro suo*] Forum Cæsaris prope Templum Jani fuit, regione Urbis octava, apud P. Victorem. Et Dionem vide lib. XLIII. p. 224.

[r] *Nam Lupercorum*] Qui pellis caprinæ solum amictu tecti, cetero nudi, Romæ Lupercalibus discurrebant: unde Maro, Æneid. VIII. vocat, 'Nudosque Lupercos.'

[s] *Pænulis indutæ*] Pænula vestis fuit adversus imbres et frigora, *circumquaque corpus ambiens*, ἐμπεριέχων τὸ σῶμα, inquit Artemidorus. Vide Voss. in Etymol.

[t] *Mancinus*] Qui cum Numantinis ipsorum arbitrio fœdus percussit, auctore Ti. Graccho Quæstore suo. At eo fœdere per Senatum improbato, Mancinus Numantinis est deditus, nudus vinctisque post tergum manibus. Plutarch. in Graccho. Aurel. Victor de Viris Illustr. Valerius Max. I. 7. Cicero de Offic. lib. III.

[u] *L. Accium*] Dicemus de eo in Auctorum Indice.

[v] *Camœnarum*] In Regione urbis prima, juxta Portam Capenam, 'Vicus et ædes Camœnarum' fuit, teste P. Victore.

Digitized by Google

statuæ[5] Romanam celebrationem habent,[a] orto[6] sine dubio a Græcis exemplo. Sed illi celetas[w] tantum dicabant in sacris victores. Postea vero et qui bigis vel quadrigis vicissent. Unde et nostri[x] currus nati in his[7] qui triumphavissent. Serum hoc, et in his non nisi a Divo Augusto sejuges,[y] sicut et elephanti.

XI. Non vetus et bigarum celebratio in his[1] qui prætura functi curru vecti essent per Circum. Antiquior columnarum, sicut C. Mænio,[a] qui devicerat priscos Latinos,[b]

[a] *Apud Romanos præcipua in commendatione fuere.*

idem Vet.—4 Codd. et Vet. Dalec. *eo.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Equestres ubique statuæ* Gronov. et vulgg. —6 Cod. Dalec. *toto.*—7 *Unde et nostris currus in his* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[w] *Sed illi celetas*] Κέλητες appellatæ statuæ eorum equestres, qui non bigis aut quadrigis in certamine uterentur, sed uno insiderent equo. Proprie *κέλης equus* ipse est, qui ab uno sessore agitatur ac regitur. Sententia igitur, fuisse receptum apud Græcos primum, ut statuas equestres dedicarent illi, qui victores extitissent in ludis sacris celete. Postea factum, ut dicarent quoque bigas vel quadrigas sculptas marmore, vel fusas ære, qui vicissent isto genere. Inde consuetudinem venisse Romam, ut et qui triumphassent, dedicarent statuas triumphales, puta quadrigas; sed hunc morem invectum sero; et adhuc serius, ut triumphales sejugas; hoc enim primum auctorem habere D. Augustum. Hunc Plinii locum Onuphrius male intellexit, cum sejugas in ludis Circensibus ex eo colligit primum ab Augusto missos: cum sit sententia longe dispar, statuam scilicet triumphalem cum equis sejugibus primum ab eo positam. Sejuges tamen in Capitolio auratos ab Cn. Cornelio positos reperio, apud Livium lib. XXXVIII. pag. 479. anno Urbis DLXVI. hoc est, ante Augusti excessum annis ducentis.

[x] *Unde et nostri*] Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. et alii. Libri antea editi, *Unde et nostris currus in his, &c.*

[y] *Sejuges*] Equi seni uno curru juncti. BIGAS, TRIGAS, QVADRIGAS, SEIVGES, et SEPTEIVGES habet inscriptio vetus apud Gruterum, pag. 337.

[a] *Sicut C. Mænio*] L. Furii Camilli in Consulatu Collegæ, anno Urbis CCCCXV. de quo Livius lib. VIII. pag. 141. qui Lavinios, et Veliternos, et Antiatas devicit: uti tum ex eodem Livio discimus, loc. cit. tum ex inscriptione Capitolini lapidis, apud Gruter. pag. 297. C. MAENIVS. P. F. P. N. COS. DE. ANTIATIBVS. LAVINEIS VELITERNEIS. PRIDIE. K. OCTOB. AN. CDXVI. Meminit columnæ Mænianæ Nonius cap. 1. num. 33.

[b] *Priscos Latinos*] Latium vetus. Livius loc. cit. de Camillo et Mænio Coss. 'Nec quievere ante, quam .... Latium omne subegere.' Et paulo post, in oratione a Camillo habita:

Digitized by Google

quibus ex fœdere tertias prædæ Romanus populus [2] præstabat, eodemque in consulatu in suggestu [c] rostra devictis Antiatibus fixerat anno Urbis CCCCXVI. Item Caio Duillio,[d] qui primus navalem triumphum egit de Pœnis, quæ est etiam nunc in Foro. Item P. Minucio [3] [e] præfecto annonæ, extra portam Trigeminam, unciaria stipe [f] collata, nescio an primo honore tali a populo, antea enim [4] a senatu erat: præclara res, nisi frivolis cœpisset initiis. Namque et Atti Navii [5] [g] statua fuit ante Curiam, cujus basis conflagravit

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *celebratio iis.*—2 *Respub. Romana* cod. Dalec.—3 'Supra XVIII. 4. dictus est *L. Minucius.* Sic quoque appellatur ab aliis scriptoribus. Vide Liv. IV. 12.' *Brotier.* *P. Minutio* edd. vett. et Gronov.—4 Vet. Dalec. *unciali stirpe .... honor talis a p. ante enim.*—5 *Actii Navii*

NOTÆ

'Oppida Latina omnia .... præsidiis tenentur vestris.'

[c] *In suggestu*] Locus excelsior fuit, unde oratio haberi ad populum posset. Livius VIII. 142. 'Naves Antiatum partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in Foro exstructum adornari placuit. Rostraque id templum appellatum.' Florus I. 11. 'Extant et parta de Antio spolia: quæ Mænius in suggestu Fori, capta hostium classe, suffixit: si tamen illa classis: nam sex fuere rostratæ: sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit.'

[d] *Item Caio Duillio*] De eo Florus II. 2. pag. 49. 'Victor ergo apud Liparas, mersa et fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum.' Actum id belli primi Punici anno quinto: Urbis, CCCCXCIII. Inscriptionem columnæ huic rostratæ appositam singulari opere P. Ciacconius explicuit. C. Duillius appellatur a Tacito quoque Annal. II. pag. 56. et in Epitome Livii lib. XVII. et in lapide Capitolino, apud Gruter. pag. 297. Sunt nihilominus qui in veteribus monumentis, non C. sed K. scribi affirment, ut Cæsonem, non Caium, prænomen fuisse ei intelligi oporteat: quibus et nos assentimur.

[e] *Item P. Minucio*] Lucium vidimus appellatum superius XVIII. 4. ubi res eadem jam delibata.

[f] *Unciaria stipe*] Æreo nummo, cujus pretium foret dimidius as: asses enim tum sextantario pondere feriebantur, ut dictum est XXXIII. 13. Hic obiter annotabis Eminentiss. Annalium scriptoris ἁμάρτημα, ad an. Chr. 69. num. 9. ubi Guill. Godelevæi notas in Livium secutus, ex hoc Plinii testimonio efficere nititur, mendicos vilesque personas ad portam Trigeminam convenire solitos, ut stipem rogarent; cum nihil Plinius aliud velit, quam stipe honoris causa collata, extra portam Trigeminam Præfecto annonæ positam statuam fuisse. Augusto ipsi Principi stipem vidimus esse collatam lib. sup. c. 48.

[g] *Atti Navii*] Diximus de eo sup. XV. 20. Augur is fuit, Tarquinii Prisci ævo, ut Livius refert lib. I. pag. 14. Hunc novacula cotem discidisse ferunt. 'Statua Atti posita,' inquit Li-

Digitized by Google

Curia incensa Publii Clodii[h] funere. Fuit et Hermodori Ephesii in Comitio, legum, quas decemviri scribebant, in terpretis, publice dicata. Alia causa, alia auctoritas M Horatii[j] Coclitis statuæ,[6] quæ durat hodieque, cum hoste: a ponte Sublicio[k] solus arcuisset. Equidem et Sibylla juxta Rostra esse non miror, tres sint licet:[7] una, quan Sextus Pacuvius Taurus[l] ædilis plebis instituit:[8] dua quas M. Messala.[m] Primas putarem has, et Atti Navi positas ætate Tarquinii Prisci, nisi regum[n] antecedentiur essent in Capitolio.

(VI.) Ex his Romuli[o] est sine tunica, sicut et Camilli i

Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et a auctoritas major in Horatii Coclitis statua* Gronov. et vulgg.—7 *Sibyllæ t juxta r. sunt minores scilicet* Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cu

NOTÆ

vius, 'capite velato, quo in loco res acta est, in Comitio in gradibus ipsis, ad lævam Curiæ fuit,' &c.

[h] *Publii Clodii*] Vide Ciceronem pro Milone, num. 91.

[i] *Fuit et Hermodori*] Digest. lib. I. tit. 2. de Orig. juris, § 4. de legibus XII. Tabularum. 'Harum ferendarum,' inquit Pomponius, 'auctorem fuisse Decemviris Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia, quidam retulerunt.' Hunc exulare jussum, quod vir probus esset, Cicero testatur Tuscul. lib. v. Vide et Strab. lib. XIV.

[j] *M. Horatii*] Positam in Comitio statuam auctor est Gellius IV. 5. pag. 282. Alteram in æde Vulcani, Plutarch. in Poplic. pag. 106.

[k] *A ponte Sublicio*] Rem eam narrat prolixe et eleganter Valerius Max. III. 2. 1. 'Etruscis in Urbem ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam ejus partem occupavit, totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit. Atque, ut patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus se in Til rim misit,' &c. Pons Sublicius Ron dictus est, quia e sublicis, hoc e tignis sive palis, exstructus erat. Vi et Livium lib. II. pag. 25. et Dion Halic. lib. v. p. 296.

[l] *Sextus Pacuvius Taurus*] Is qui Tribunus plebis fuit, Augusti prir patu: laudatur a Macrobio Saturr 12. p. 249.—'Non is, &c. [ut sup sed vetustior aliquis.' *Ed. sec.*

[m] *M. Messala*] Messalæ Corvini C toris F. de quo nos agemus in A torum Indice. Gessit is Consula Augusti Principis temporibus, U anno DCCLI.—'Neque hic Mess &c. [ut supra;] sed ex eadem g antiquior.' *Ed. sec.*

[n] *Nisi regum*] Dio lib. XLIII. 236. octo fuisse in Capitolio sta dicit: septem positas regibus; c vam Bruto, regum exactori. C ris postea Dictatoris juxta Br locatam.

[o] *Ex his Romuli*] Utriusque, muli nimirum et Camilli statuæ, minit Asconius Pedianus, loco bis allato, initio superioris cap.

Digitized by Google

Rostris, et ante ædem Castorum [p] fuit Q. Marcii [q] Tremuli [9] equestris togata, qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia, populum stipendio liberaverat. Inter antiquissimas sunt et Tulli Clœlii,[10] [r] Lucii Roscii, Spurii Nautii, C. Fulcinii in Rostris, a Fidenatibus [s] in legatione interfectorum. Hoc a republica [11] tribui solebat injuria cæsis, sicut et P. Junio, et Tito [t] Coruncanio, qui ab Teuca [u] Illyriorum regina interfecti erant. Non omittendum videtur,[12] quod Annales annotavere, tripedaneas his statuas in Foro statutas. Hæc videlicet mensura honorata

edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *restituit* Gronov. et vulgg.—9 *Tremellii* cod. Dalec. *Tremelli* Vet. Dalec.—10 Sic et Ursinus; *Titi Clælii* quidam ap. Dalec. *Tulli Cælii* edd. vett. et Gronov. Mox, *et C. Fulcinii* cod. Dalec.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *a Romano populo* Gronov. et vulgg. Mox, *sicut alias et P. Junio* cod. Dalec.—

NOTÆ

p *Castorum*] Hoc est, Castoris et Pollucis. P. Victor, Regione VIII. 'Templum Castorum ad lacum Juturnæ.' Vide Dionem lib. XXXVII. p. 33. Geminis fratribus ædes in Foro constituta, inquit Sueton. in Julio, cap. 10. quæ tantum Castoris appellatur.

q *Q. Marcii*] Lapis Capitolinus, apud Gruter. p. 297. Q. MARCIVS. Q. F. Q. N. TREMVLVS. COS. DE. ANAGNINEIS. HERNICEISQ. PRID. K. QVINT. Anno scilicet post Urbem conditam, CCCCXLVIII. Livius lib. IX. pag. 168. 'Marcius de Hernicis triumphans in Urbem rediit: statuaque equestris in Foro decreta est, quæ ante templum Castoris posita est.'

r *Tullii Clœlii*] Ita Reg. 2. non, ut editi, *Cælii*. Extat in cimelio Collegii nostri Parisiensis nummus Clouliæ seu Clœliæ gentis, inscriptus TL. CLOVLI. hoc est, 'Tullii Clonlii,' non Titi. Cicero Philipp. IX. 5. 'Atque huic et Tullo Clivio, (lege *Clælio*,) et L. Roscio, et Sp. Antio, (lege rursum *Nautio*,) et C. Fulcinio, qui a Veientium rege cæsi sunt, non sanguis qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob rempublicam obita honori fuit.'

s *A Fidenatibus*] Cicero loc. cit. de his ipsis agens, num. 4. 'Lartes Tolumnius, rex Veientium, quatuor legatos populi Romani Fidenis interemit: quorum statuæ in Rostris steterunt usque ad nostram memoriam.' Fuere Rostra in Foro Romano, regione Urbis octava.

t *P. Junio, et T.*] Fratribus, ex familia Junia Coruncanorum. In Reg. 2. cod. *Coruntiano* legitur. In lapide Capitolino, apud Gruter. p. 296. CORVNCANIVS.

u *Qui ab Teuca*] Teutana a Floro appellatur II. 5. 'Illyrii, seu Liburni, sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam, Titiumque flumen, longissime per totum Adriani maris littus effusi. Hi regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiæ scelus addiderunt. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant, jure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas, securi percutiunt,' &c.

Digitized by Google

tunc erat. Non præteribo Cn. Octavium [v] ob unum scili
cet verbum.[13] [w] Hic regem Antiochum,[x] daturum se re
sponsum dicentem, virga quam tenebat forte circumscrip
sit, et prius quam egrederetur circulo illo, responsum dar
coëgit. In qua legatione interfecto senatus statuam por
jussit quam oculatissimo [y] loco in Rostris. Invenitur statu
decreta et Taraciæ [14] Caiæ, sive Suffetiæ virgini Vestal
ut poneretur ubi vellet: quod adjectum non minus hono
ris habet, quam fœminæ esse decretam. Meritum ejus i
ipsis [15] ponam Annalium verbis: 'Quod campum Tib
rinum gratificata esset ea populo.'

XII. Invenio et Pythagoræ, et Alcibiadi, in cornibus Co
mitii positas, cum bello Samniti [a] Apollo Pythius fortiss
mo Graiæ gentis [1] jussisset, et alteri sapientissimo, simu
lacra celebri loco dicari: ea stetere [b] donec Sylla dictato

12 Verbum *videtur* non legitur in cod. Dalec.—13 Ita ex codd. Harduin et recentt. *C. Octavium ob unum verbum* Gronov. et vulgg.—14 Cod. Dal *honoratissimo loco qui est in R. invenitur et s. decreta Taraciæ.* Mox, in e dem cod. *quam quod fœminæ est decreta.*—15 Cod. Dalec. *ejus ipsis,* puncto *in.*

CAP. XII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Græcorum gentis* G nov. et vulgg. Mox, in iisdem: *dicari, donec Sylla;* cod. Dalec. *dicari*

NOTÆ

[v] *Cn. Octavium*] 'Fuit iste Octavius e majoribus Octavii Cæsaris, qui Cæsar Augustus est appellatus.' *Ed. sec.*—Vide Notas et Emend. num. 3. De statua ei Octavio posita, Cic. Philip. IX. 4.

[w] *Ob unum scilicet verbum*] Sic Reg. 2. totidem syllabis, sine ullis notarum compendiis. In editis, *ob unum verbum.* Colb. 3. *ob unum verbum quo regem, &c.* Gronovius in suo, *ob unum sc. verbum,* interpretaturque, *ob unum senatusconsulti verbum,* illud nempe quod mox sequitur, *oculatissimo loco,* quod vix ego putem in Senatus consulto eo fuisse.—'Non improbabili sane conjectura.' *Ed. sec.*

[x] *Antiochum*] Ejus nominis sextum, illius Antiochi nepotem, qui cum R manis bella gessit, ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟ in nummis appellati: quæ nomina ob avi memoriam nepos præ se q que tulit: ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙ ΦΟΡΟΥ. — '*Antiochum*] Antioch Magnum, Syriæ regum quintum.' *sec.*

[y] *Oculatissimo*] Celeberrimo, omnium oculis pateat.

[a] *Bello Samniti*] Quod anno U CCCCXI. Campanorum rogatu su pere Romani. Illi enim a Sam bus victi Romanis deditionem f runt.

[b] *Ea stetere*] Vide Notas et Em num. 4. In parte interim Fori mani, in cornibus Comitii, exædi tam a Sylla Curiam hic locus ed

Digitized by Google

ibi Curiam faceret. Mirumque est, illos patres Socrati [c] cunctis ab eodem Deo sapientia prælato Pythagoram prætulisse, aut tot aliis virtute Alcibiadem, aut quenquam utroque [a] Themistocli. Columnarum ratio erat, attolli supra ceteros mortales: quod et arcus significant novitio invento. Primus tamen honos cœpit a Græcis. Nullique arbitror plures statuas dicatas, quam Phalereo Demetrio [d] Athenis. Siquidem CCCLX.[e] statuere, nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere.[f] Statuerant [2] Romæ etiam in omnibus vicis C. Mario Grati-

[a] *Utraque laude.*

credo, ne Sylla.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Siquidem CCCLX.*

NOTÆ

[c] *Socrati*] Vide supra VII. 31.

[d] *Demetrio*] Agemus de eo in Auctorum Indice.

[e] *Siquidem CCCLX.*] Ita Reg. 2. Colb. 3. omnesque editi. Varro apud Nonium sic scriptum reliquit: 'Hic Demetrius æneas tot aptu' est, Quot luces annus habet absolutus.' Modum anni Græci fuisse tum temporis dierum duntaxat *CCCLX.* tum ex his, similibusque testimoniis, tum ex Cleobuli ænigmate, quod apud Laërtium est, colligi putant nonnulli recte posse. Est enim ejusmodi Latine redditum: 'Bissenos genitor natos habet unus: at horum Ter sunt cuique decem natæ, variante figura. Quippe aliis color est albus, niger inditus illis: Immortale genus cum sint, moriuntur utræque.' Hoc enim ænigma tam annum diebus confici trecentis et LX. quam singulos menses tricenis perspicue significat. Verum ad ea nihilominus scriptorum veterum testimonia sic excipimus: annum Græcorum ejusmodi fuisse, ut licet diebus absolveretur *CCCLXV.* cum quadrante, in eo tamen soli *CCCLX.* ordinarii ac proprii communi judicio censerentur; reliqui, velut appendix quædam et accessio, ab ipso anni corpore rejecti, ceu peregrini ac superflui, conjectique in calcem auctarii loco. Adjecit autem Plinius animum, cum annum dicit, ad Julianam formam, et mensium distributionem, in qua hi quinque dies in annum ipsum recepti sunt, variisque mensibus superfusi.—'Hinc vero intelligimus in tota Græcia, usque ad tempora Cæsaris Dictatoris, fuisse menses singulos tricenum dierum: ita ut annus non excederet numerum dierum *CCCLX.* ut Plinius refert: tertio autem quoque anno embolimum tempus conveniens, quindecim videlicet sedecimve dierum, intersereretur, τῶν ὡρέων εἵνεκεν, ut ait Herodot. II. 4. hoc est, ut suis tempestatibus menses responderent: hyberni hyemi, æstati æstivi. In hoc enim Ægyptios Græcis fuisse sapientiores censet Herodotus; quod illi non quindecim dies adjicerent tertio quoque anno, sed annis singulis dies quinque.' *Ed. sec.*—Vide Petav. de Doctr. Temp. I. 8. p. 16. et, qui ab eo dissidet, Samuelem Petitum Miscell. VIII. 1. p. 191.

[f] *Quas mox laceravere*] Strabo lib.

Digitized by Google

diano tribus,[g] ut diximus,[h] easdemque subvertere Syllæ introitu.

XIII. Pedestres[i] sine dubio Romæ fuere in auctoritate longo tempore. Equestrium tamen origo perquam vetus est, cum fœminis etiam honore communicato. Clœliæ enim[j] statua est equestris, ceu parum esset toga eam cingi: cum Lucretiæ, ac Bruto, qui expulerant reges, propter quos Clœlia inter obsides fuerat, non decernerentur. Hanc primam cum Coclitis[1][k] publice dicatam crediderim: Atto enim[l] ac Sibyllæ Tarquinium, et reges sibi ipsos posuisse

statuere, quas mox laceraverunt, nondum anno h. n. d. excedente. Statuerunt Gronov. et vulgg. *quas mox lacinavere* malit Nic. Heinsius Advers. p. 42.

CAP. XIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Quum nec Lucretiæ, nec Bruto decerneretur .... Hanc primam et Horatii Coclitis* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

IX. et Laërtius in Demetrio lib. v. dejectas, conflatasque aiunt in matulas et obscœniora vasa.

g *Tribus*] Romanæ tribus.

h *Ut diximus*] Lib. XXXIII. c. 46.

i *Pedestres*] Romuli statuæ pedestres omnes, inquit Plutarchus in ejus Vita, p. 27.

j *Clœliæ enim*] Hanc equestri statua donatam, positamque eam in summa Sacra Via, qua in Palatium ascendebatur, Livius est auctor, II. 26. Seneca de Consol. ad Marciam c. 16. p. 774. 'Equestri insidens statuæ, in Sacra via, celeberrimo loco, Clœlia exprobrat juvenibus nostris pulvinum ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donavimus.' Datam ei statuam equestrem Valerius Maximus arbitratur, III. 2. 2. quoniam 'inter ceteras virgines obses hosti Porsenæ data, nocturno tempore custodiam egressa, equum conscendit, celerique trajectu fluminis, non solum obsidione, sed etiam metu patriam puella solvit, viris lumen virtutis præferendo.'

k *Cum Coclitis*] Ita Reg. 2. et alii. De ea superius, cap. 11.—'Cum Lucretia autem simul et Brutus dicantur expulisse reges, fictam hinc esse discito fabulam, a Livio proditam, de Lucretia, quæ se ob illatum sibi stuprum a Tarquinio filio peremerit.' *Ed. sec.*

l *Atto enim*] Atto Navio auguri, de quo c. 11. Typi hactenus, *ante enim sibi ac Sibyllæ, &c.*—'Est argenteus in Thesauro Regio nummus, et apud Patin. in familia Manlia, p. 164. capite cirrato muliebri; infra SIBYLL. .)(. Tripus, super quo urceus est, insigne sacerdotii, inter soles duos, quibus imperare Roma significatur Orienti et Occidenti. L. TORQVAT. IIIVIR. 'Lucius Torquatus Triumvir,' et idem sacerdos Apollinis. In nostro corona laurea non caput muliebre, sed alteram nummi aream cingit. Qui Sibyllam hic pingi putant, magno ducuntur errore. Nam si Sibyllam vellet Monetarius intelligi, cur SIBYLL. tantum scriberet, non integrum nomen SIBYLLA? Operosumne ei fuit literam A postremam adjicere?

Digitized by Google

verisimile est: nisi Clœliæ quoque Piso[2] traderet ab his positam, qui una obsides fuerant, redditis a Porsena[m] in honorem ejus. E diverso[n] Annius fetialis, equestrem, quæ fuerit contra Jovis Statoris ædem[o] in vestibulo Superbi[3] domus, Valeriæ fuisse Publicolæ consulis filiæ: eamque solam refugisse, Tiberimque tranavisse, ceteris obsidibus, quæ Porsenæ mittebantur, interemtis Tarquinii insidiis.[4]

XIV. L. Piso prodidit, M. Æmilio,[p] C. Popilio II. coss.

Mox, in iisdem, *ante enim sibi ac Sibyllæ.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nisi Clœliæ Piso* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *superiore.* Mox, cod. Dalec. *fugisse, Tib. transnatuisse, cæt. obsidibus, qui, &c.*—4 Idem cod. *insidiis, ut L. Piso prodidit. Idem auctor est M. Æmilio, &c.*

NOTÆ

Caput est civitatis, quales pingi eæ a Monetariis Narbonensibus solebant: et plane hæc similis est ei quæ CABE. hoc est, 'Cabellio' in Lepidi nummo legitur. Cur vero hic Sibylla pingeretur, quod nomen unius fœminæ proprium fuit, cujus hic Plinius meminit, sub Tarquinio rege? Afferri causa probabilis non potest. Est hic SIBYLL. scriptum pro eo quod est, 'Severus Imposuit Byzantii LLegiones,' rediens haud dubie a victoria Parthica. Hanc corona laurea denotat. Severi nomine sunt alii nummi inscripti, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Litera L hic geminatur ad pluralem numerum legionum significandum: ut in nummo inscripto RVLLI superius diximus. At est *Sibylla* in hoc Plinii loco, æque ac l. XIII. 27. proprium fœminæ nomen, ut Susanna ac Genovefa: non appellativum, aut commune. Usitatum illud olim, tum apud alios, tum apud nostrates, ut in vetustis Rationibus Regiis, ad calcem historiæ Juvenalis de Ursinis, p. 796. *A Sebille le Veyer Dame de Lesloet, femme de Messire Tanneguy du Chatel, Chevalier, Conseiller et Chambellan de Monsieur le Regent, et Marechall de ses guerres, deux mille livres pour soutenir son état, le 2 Juillet* 1420.' Ed. sec.

[m] *Redditis a Porsena*] Livius lib. II. p. 26. de Porsena: 'Laudatam virginem (Clœliam) parte obsidum se donare dixit: ipsa quos vellet legeret: productis omnibus elegisse impuberes dicitur,' &c.

[n] *E diverso*] Sic dissidentes scriptorum sententias recitat et Plutarchus in Poplicola, p. 107. aliis hanc Clœliæ statuam, Valeriæ aliis adjudicantibus. Quod iterum repetit, lib. de Virt. Mul. p. 250. Ἀνέκειτο γοῦν ἔφιππος εἰκὼν γυναικὸς, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἱερᾶς λεγομένης, ἣν οἱ μὲν τῆς Κλοιλίας, οἱ δὲ τῆς Οὐαλερίας λέγουσιν εἶναι.

[o] *Jovis Statoris ædem*] Regione Urbis decima. Alia est ab ista quæ in Regione XIV. trans Tiberim Valeriana statua ab eodem collocata legitur.

[p] *M. Æmilio*] Anno Urbis DXCVI. M. Æmilius Lepidus, C. Popilius Lænas secundum, Consulatum gessere: Censuram P. Cornelius Scipio Nasica, M. Popilius Lænas Caii frater, lustrumque fecere LIV.—'ex Fastis Ex hac Popilia gente multo

Digitized by Google

a censoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio, statuas circa Forum, eorum qui magistratum gesserunt,[1] sublatas omnes, præter eas quæ populi aut senatus sententia statutæ essent. Eam vero quam apud ædem Telluris[q] statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum affectaverat, etiam conflatam a censoribus. Nimirum in ea quoque re ambitioni providebant illi viri. Extant Catonis in censura vociferationes, mulieribus Romanis in provinciis statuas poni. Nec tamen potuit inhibere, quominus Romæ quoque ponerentur, sicuti Corneliæ Gracchorum matri, quæ fuit Africani prioris[r] filia. Sedens huic posita, soleisque sine amento[*] insignis, in Metelli publica porticu: quæ statua nunc est in Octaviæ operibus.

XV. Publice autem ab exteris posita est Romæ C. Ælio[a] tribuno plebis, lege perlata in Stenium[1] Statilium[b] Luca-

[*] *Sine loro.*

CAP. XIV. 1 Cod. Dalec. *magistratus gesserant.*
CAP. XV. 1 *Septimium* cod. Dalec. *Stennium* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

postea ortum duxit FL. POP. NEPOTIANVS. P. F. AVG. et ejusdem filia Helena, in nummo argenteo perraro appellata, HELENA. N. F. 'Helena Nepotiani filia,' alteraque, FAVSTA N. F. 'Fausta Nepotiani filia,' apud D. Baudelot.' *Ed. sec.*

[q] *Ædem Telluris*] In quarta Urbis regione Templum Telluris a P. Victore statuitur. De Sp. Cassio egimus cap. 9.

[r] *Africani prioris*] Scipionis Africani majoris vulgo dicti. Vide Plutarchum in Gracchis, ipso initio.—'In nummis antiquis casus Gracchi nominativus semper GRACCVS scribitur, non GRACCHVS, quamvis apud Plut. Γράκχος sit.' *Ed. sec.*

[a] *C. Ælio*] C. Ælio Pæto, ut arbitror, ei qui postea Consulatum gessit, anno Urbis CCCCLXVII.—'*C. Ælio*] Ad summos postea magistratus evecta gens Ælia fuit: ex qua nimirum Ælius Sejanus, et Ælius Nerva Cæsar, qui in Græco nummo est, nunc e Gaza Parmensi, ΑΙΛΙΟϹ Ν. ΚΑΙϹΑΡ: Αἴλιος Νερούας Καῖσαρ: et Ælius Hadrianus Augustus, et Ælius Cæsar Antoninus, aliique. Ex affinitate cum Cæsaribus nobilitatem adepta est una familia ex Ælia gente: ex qua se ob eam causam Ælium Cæsarem, non Ælium simpliciter et absolute, Antoninus Pius appellat.' *Ed. sec.*

[b] *Stenium Statilium*] Statium Statilium mendose pro Stenio Statilio vocat Valerius Max. I. 8. 6. p. 67. Lucanorum Brutiorumque ducem in eo bello, quo gemini populi Thurinæ urbis petebant excidium. Apud Gruterum p. DCCCXXX. STENIVS, et STENIA, non STHENIVS.

Digitized by Google

num, qui Thurinos bis infestaverat: ob id Ælium Thurini statua et corona aurea donaverunt. Iidem postea Fabricium[c] donavere[2] statua, liberati obsidione. Passimque gentes[d] in clientelas ita receptæ: adeo[3] discrimen omne sublatum, ut Hannibalis etiam statuæ tribus locis visantur in Urbe, cujus intra muros[e] solus hostium emisit hastam.

XVI. (VII.) Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiæ quoque et vetustam, indicant: Hercules ab Evandro sacratus, ut produnt,[1] in Foro boario,[f] qui triumphalis vocatur, atque per triumphos vestitur habitu triumphali: præterea Janus geminus[g] a Numa rege dicatus, qui pacis bellique[h] argumento colitur,[*] digitis ita figuratis,[i] ut trecen-

[*] *Qui Deus colitur ut index pacis ac belli.*

—2 Cod. Dalec. *donarunt.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. *passimque clientes in clientelas ita recepti et adeo* edd. vett. et Gronov.

Cap. XVI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut ferunt* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *per triumphum.*—

NOTÆ

[c] *Fabricium*] Luscinum cognomine, de quo XXXIII. 50. et 54.

[d] *Passimque gentes*] Sic patronum habuere M. Tullium Ciceronem Capuani, statuamque ei inauratam posuere, ipso prodente, Orat. in Pison. et pro Sextio. Sic Bononienses in Antoniorum: in Claudiorum clientela Lacedæmonii fuere, teste Sueton. in Tiberio, c. 6.

[e] *Cujus intra muros*] Conferenda hæc cum iis quæ Livius habet lib. XXVI. p. 282.

[f] *In Foro boario*] Regione Urbis octava.

[g] *Janus geminus*] In eadem regione Urbis octava P. Victor hæc habet: 'Jani duo, celebris mercatorum locus. Regia Numæ, Templum Vestæ .... Templum Jani,' &c.

[h] *Qui pacis bellique*] Livius de Numa lib. I. p. 8. 'Janum .... indicem pacis bellique fecit: apertus ut in armis esse civitatem, clausus pacatos circa omnes populos, significaret.'

[i] *Digitis ita figuratis*] Ita nimirum, 'ut ungues indicis et pollicis in manu dextera blando conjungantur amplexu,' verba sunt Bedæ, in libello de Indigitatione, tomo I. 'hæc enim nota trecenta significat: sexaginta, index pollici superpositus in læva manu: quinque demum, in eadem manu annularis, seu proximus a minimo erectus.' Ita Beda. Meminere illius figuræ Macrobius, Saturn, I. 9. p. 226. 'Simulacrum Jani plerumque fingitur manu dextera trecentorum, et sinistra sexaginta et quinque numerum retinens, ad demonstrandam anni dimensionem,' &c. Suidas, p. 1214. Ἰανουάριος .... οἱ δὲ πλάττουσι αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τ', τῇ δὲ ἀριστερᾷ ξ' ε' κατέχοντα, ὥσπερ τὸν

torum quinquaginta quinque[j] dierum[2] nota, per significationem anni,[3] temporis et ævi se Deum[k] indicaret: signa quoque Tuscanica[l] per terras dispersa, quæ in Etruria factitata non est dubium.[4] Deorum tantum putarem ea fuisse,[5] ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen[m] a Romani nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos objiceret. Mirumque mihi videtur, cum statuarum origo tam vetus in Italia sit, lignea potius

2 'Ita et bene Ms. Reg. 3. et eruditus Harduinus in altera sua editione. Temporibus enim Numæ annus fuit tantum dierum *CCCLV*. In Mss. Reg. 2. 5. et editione principe, *CCCLXV*. *dierum*. Sed hoc ex recentiore usu a librariis repositum, quod annum noverant esse dierum *CCCLXV*.' Brotier. *sexaginta*, &c. Gronov. et vulgg.—3 '*Per significationem anni*] Ita quidem codd. Regg. et Editio princeps. Redundare tamen hæc mihi videntur, ut et visum erudito Torrentio; et aberant ab ejus antiquissimo Ms. codice.' *Brotier*. *anni* Vet. Dalec.—4 *Thuscana*, &c. *facta non est dubium* Vet. Dalec.—

NOTÆ

ἐνιαυτόν. *Januarius .... Alii fingunt ipsum dextra tenere numerum CCC. sinistra vero LXV. ut annum repræsentet, ex 365. diebus constantem.* Codinus item in Constantinopoli, περὶ ἀγάλματος Ἰάνου. Denique Nicolaus Smyrnæus Astabasdas, libello quem conscripsit ea de re, ἔκφρασιν τοῦ δακτυλικοῦ μέτρου, Morellus edidit, capita ex eo præcipua excerpsit Caussinus noster, in Eloquentiæ Parall. de Pronunt. et Gestu IX. p. 565.—'Nos vero rem simplicius exponimus. Existimamus enim tres priores digitos ita curvatos, ut literam C ter exhiberent, ac proinde numerum *trecentorum*: quartum deinde digitum volæ appressum, et literæ L similitudinem, ac proinde quinquagenarium numerum: digitum denique minimum leniter inflexum, ut V, quæ forma quinarii est, repræsentaret.' *Ed. sec.*

j *Quinquaginta* [*sexaginta*] *quinque*] Ita Reg. 2. non *quinquaginta*, ut libri fere omnes editi: etsi annum Numa, qui simulacrum hoc dedicavit, CCCLV. dierum esse solummodo sciverit. Sed perfecta dimensione anni a Cæsare constituta, digitorum figuram mutatam esse credimus: astipulantibus inprimis huic lectioni Macrobio, Suida, Codino. —'*Quinquaginta*] Ita probatissimi Mss. et libri omnes editi: eo quod annum Numa, qui simulacrum hoc dedicavit, *CCCLV*. dierum esse solummodo sciverit. Primus, opinor, Manutius, in editione sua anni 1559. *quinquaginta* mutavit in *sexaginta*.' Ed. sec.

k *Ævi se Deum*] Codinus, in Constantinopoli, p. 13. ὡσανεὶ πατέρα τοῦ χρόνου.

l *Signa quoque Tuscanica*] Phialas quoque aureas in Tuscia elaboratas laudat Critias poëta apud Athen. lib. I. p. 28. Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ χρυσότυπος φιάλη. Duriora signa et Tuscanicis proxima, ait Quintil. XII. 10. p. 894. ut rigidiora fuisse Tuscanica innuat. Idem p. 892. statuas Græcas Tuscanicis anteponit.

m *Cui cognomen*] Misoromæi, ut dicemus in Auctorum Indice.

Digitized by Google

aut fictilia [a] Deorum simulacra in delubris dicata, usque ad devictam Asiam, unde luxuria.[6] Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen [o] Græci vocant, dici convenientius erit: etenim prior, quam statuaria, fuit. Sed hæc [p] ad infinitum effloruit multorum voluminum opere, si quis plura persequi velit: omnia enim quis possit?[7]

XVII. In M. Scauri [a] ædilitate tria millia signorum in scena tantum fuere temporario [b] theatro.[1] Mummius [c] de-

5 Idem Vet. *tamen putarem esse.* Paulo post, cod. Dalec. *centum et decem statuarum signa Vulsinios.*—6 Vet. Dalec. *unde irrepsit et luxuria.*—7 Idem Vet. *multarum imaginum o. si quis plures p. velit: omnes enim, &c.*

NOTÆ

[a] *Aut fictilia*] Ipsa Jovis effigies in Capitolio a Tarquinio Prisco dicata fictilis fuit, ita prodente Plinio xxxv. 45.

[o] *Quam plasticen*] Fictricem. Ars est ex argilla vel creta rerum similitudines exprimens.

[p] *Sed hæc*] Statuaria, ex ære.

[a] *In M. Scauri*] De eo multa Asconius Pedian. in Orat. Cicer. pro eo: multa Plinius similiter, de genere ejus, de moribus, et ædilitate, xxxvi. 24.

[b] *Temporario*] Vix uno mense duraturo, ut dicetur xxxvi. 2. cum stent in Urbe cetera. Temporariam ejus theatri moram Plinius ait fuisse, loco proxime citato.

[c] *Mummius*] Achaicus ille, de quo nos alias sæpius. Aurel. Victor de Viris Illustr. cap. 60. 'Mummius Corinthum signis tabulisque spoliavit: quibus cum totam replesset Italiam, in domum suam nihil contulit.' Sic Epitome Livii lib. LII. Frontinus Strateg. IV. 3. 'L. Mummius, qui Corintho capta, non Italiam solum, sed etiam provinciam tabulis statuisque exornavit, adeo nihil ex tantis manubiis in suum convertit, ut filiam ejus inopem Senatus ex publico dotaverit.'—'Est in Æneide locus ab interpretibus hactenus præpostere intellectus, VI. 831. sqq. 'Aggeribus socer Alpinis atque arce Monœci Descendens; gener adversis instructus Eois. Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella: Neu patriæ validas in viscera vertite vires: Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo; Projice tela manu, sanguis meus. Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, cæsis insignis Achivis. Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, Ipsumque Æacidem, genus armipotentis Achillei: Ultus avos Trojæ, templa et temerata Minervæ.' 'Ille' cum dicit, prius appellatum e duobus proxime commemoratis, hoc est, socerum, qui Julius Cæsar, designat. Nam in hac recensione virorum illustrium ordinem temporum servat diligenter. Itaque post Cæsarem et Pompeium præpostere ac ridicule Mummium Achaicum, qui centum ante annis obiit, denotaret; et satis negligenter quidem, non appellato eo de nomine, cum ceteros omnes appellet. De populis triumphasse Cæsarem ipsum hic dicit, quorum majores in obsidione Trojæ fuere.

Digitized by Google

victa Achaia replevit Urbem: ipse excessit non relicturus filiæ dotem.[2] Cur enim non cum excusatione ponatur? Multa et Luculli[d] invexere. Rhodi etiamnum tria millia signorum esse, Mucianus ter consul prodidit: nec pauciora Athenis, Olympiæ,[3] Delphis superesse creduntur. Quis ista mortalium persequi possit? aut quis usus noscendi intelligatur? Insignia tamen maxime, et aliqua[4] de causa notata, voluptarium sit attigisse, artificesque celebratos nominavisse, singulorum[5] quoque inexplicabili multitudine, cum Lysippus DCX. opera[6] fecisse dicatur, tantæ omnia artis, ut claritatem possent dare vel singula. Numerum apparuisse defuncto eo, cum thesaurum effregisset hæres: solitum enim[e] ex manipretio[f] cujusque signi denarios seponere[7] aureos[g] singulos. Evecta supra humanam fidem ars est successu, mox et audacia. In argumentum successus unum exemplum afferam, nec Deorum hominisve[8] similitudinis expressæ. Ætas nostra vidit in Capitolio, priusquam id novissime conflagravit[9] a Vitellianis[h]

CAP. XVII. 1 Vet. Dalec. *in scena fuere, temporario tantum theatro.*—2 Idem Vet. *relicta filiæ dote.*—3 Cod. Dalec. *et Olympiæ.*—4 Cod. Dalec. *tamen, et maxime aliqua.* Mox, *voluptuarium* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *signorum.*—6 'Ita cod. Reg. 5. Sic quoque additum in margine Regg. 2. 3. Editio princeps et Regg. 2. 3. *M. D. opera.*' Brotier. *ad sexcenta X. opera fecisse prodatur* Gronov. et vulgg. *ad M. D. opera f. dicatur* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 Ita codd. Harduini, et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *reponere* al ap. Dalec. *deponere* Gronov. et vulgg.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nec hominum* al. ap. Dalec. *hominumve* edd. vett. et

NOTÆ

Hi sunt Achivi et Corinthii. Argos in Peloponneos, et Mycenæ, et Phthiotis, quæ ditio fuit Æacidæ, hoc est, Neoptolemi, in Thessalia. De Corintho quidem, et Peloponneso ei adhærente, triumphasse Cæsarem dicit, quoniam Corinthi coloniam condidit; ut nummi ipsius haud pauci testantur. De Phthiotide et Thessalia, bello Pharsalico. Nam Pharsalici campi in Thessalia sunt.' *Ed. sec.*

[d] *Multa et Luculli*] Lucius, et Marcus, fratres. Ille Mithridatico bello, Macedonico iste triumpho nobilis. Vide Plutarchum in Lucullo, et Ciceronem Orat. in Pison.

[e] *Solitum enim*] Lysippum videlicet, de quo VII. 38.

[f] *Ex manipretio*] De ea voce diximus XXXIII. 53. Vulgus ait, pro manufactura, *pour la façon.*

[g] *Denarios . . . aureos*] De horum pretio egimus XXXIII. 13.

[h] *A Vitellianis*] Vide Dionem lib. LXV. pag. 741. Tacitumque inprimis, Hist. III. pag. 80. et 81.

Digitized by Google

incensum, in cella Junonis, canem ex ære vulnus suum lambentem: cujus eximium miraculum et indiscreta veri similitudo, non eo solum intelligitur, quod ibi dicata[10] fuerat; verum et nova satisdatione; nam summa nulla par videbatur: capite tutelarios[i] cavere pro eo,[11] instituti publici fuit.[a]

XVIII. Audaciæ innumera sunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus statuarum, quas colosseas vocant,[1] turribus pares. Talis est in Capitolio[j] Apollo, translatus a M. Lucullo ex Apollonia[k] Ponti urbe, XXX. cubitorum, quingentis talentis[l] factus: talis in Campo Martio[m] Jupiter a Divo Claudio[2] Cæsare dicatus, qui vocatur Pompeianus[n] a vicinitate theatri: talis et Tarenti[o] factus a Lysippo XL. cubitorum. Mirum in eo, quod manu, ut ferunt, mobilis, (ea ratio libramenti est,) nullis convellatur procellis.[b] Id quidem[3] providisse et artifex dicitur, modico intervallo,

[a] *Ut vel periculo capitis id signum canis integrum præstarent ii, quibus credita ædis tutela esset, respublica sanxerat.*

[b] *In eo Colosso id mirum, quod cum moveri possit manu, ea tamen libræ ratio est, ut ventis et tempestatibus resistat.*

Gronov.—9 Cod. Dalec. *conflagrarat;* al. ap. eundem, *flagraret.*—10 Cod. Dalec. *intelligatur quod ibi dicatus.*—11 Ita cod. Dalec. *pro ea* al. ante Brotier.

CAP. XVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quas colossos vocant* edd. vett. et Gronov.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *CL. talentis . . . . a Claudio* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *devoratur Pompeiani theatri vicinitate.*—3 Idem codex, *ratione l. est,*

NOTÆ

[i] *Tutelarios*] Tutelæ redemtores, qui pro custodia mercedem accipiebant, præstabantque se suo periculo rem tuituros. Vide Grotium in Florum sparsione ad jus Justin. pag. 63.

[j] *Talis est in Capitolio*] Refert hoc ipsum Strabo totidem verbis lib. VII. pag. 319. Victor in Descript. Romæ, regione Urbis octava: 'Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo, triginta cubitum.'

[k] *Ex Apollonia*] Ea scilicet, de qua IV. 27.

[l] *Quingentis talentis*] Monetæ Gallicæ libræ sunt, 1200000.

[m] *Talis in Campo Martio*] Nona Urbis regione.

[n] *Qui vocatur Pompeianus*] Vide Notas et Emend. num. 5.

[o] *Talis et Tarenti*] Jupiter nimirum, non Hercules, ut credidit Dalecampius: Herculem enim, ut mox dicetur, Fabius Romam Tarento transtulit, Jove ibi relicto.

Digitized by Google

unde maxime flatum[c] [4] opus erat frangi, opposita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque movendi,[5] non attigit eum Fabius Verrucosus,[p] cum Herculem, qui est in Capitolio, inde transferret.[q] Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi,[r] quem fecerat Chares Lindius,[6] [s] Lysippi supra dicti discipulus. Septuaginta[t] cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum[u] sextum annum terræ motu prostratum, sed

[c] *Ventum.*

ut n. e. procellis. Id quod, &c.—4 Idem cod. *proflatum.*—5 Ita cod. Dalec.

NOTÆ

[p] *Fabius Verrucosus*] Q. Fabius Maximus Dictator, Cunctatorque, cui verruca ex summo labio extuberans Verrucosi nomen dedit. Plutarchus in Fabio, pag. 174. Q. Serenus cap. 65. pag. 164. 'Interdum existit turpi verruca papilla: Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæsit, Qui solus patriæ cunctando restituit rem.'

[q] *Cum Herculem .... inde transferret*] Ita Plutarchus in Fabio, pag. 187. et Strabo lib. vi. pag. 278. Dedicatum hoc deinde simulacrum est, positumque in Capitolio, anno Urbis CCCCL. P. Sempronio Sopho, P. Sulpicio Saverrione, Coss. ut Livius refert lib. IX. pag. 169. De eo Hercule quem finxit Lysippus pervenustum Gemini Epigramma legimus in Anthol. IV. 8. Ἥρακλες, ποῦ σοι πτόρθος μέγας, ἥτε Νέμειος Χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰωδόκη; Ποῦ σοβαρὸν μίμημα; τίς ἔπλασεν ὧδε κατηφῆ; Λύσιππος· χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην. Ἄχθῃ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο; τίς δέ σ' ἔπερσεν; Ὁ πτερόεις (ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος) ἔρως. *Alcide, quo clava tibi, telisque pharetra Dives, et e Nemea raptus amictus abit? Fastus ubi? quis te tam tristi fronte figurat? Lysippus: paret multus in ære dolor: Arma tibi mæres detracta: quis abstulit illa? Unum certamen, sed grave, præpes Amor.*

[r] *Solis colossus Rhodi*] Describitur is egregie a Philone Byzantio de Septem Mirac. pag. 11. Vide et Anthologiam VI. 1.

[s] *Chares Lindius*] Inchoarat is sane: sed cum errasset in ratione subducendæ impensæ, opere inchoato, sibi necem intulit. Auctor Sextus Empir. Advers. Mathem. lib. VII. Itaque perfecit alius, ex eodem oppido Rhodi Lindo. De quo Simonidis extat Epigramma in Anthol. IV. 6. Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος. Grotius ita reddidit: *Laches colossum Lindius fecit Rhodi, Qui se per ulnas octies tollit decem.* Eustathius ad Dionysii Perieg. versum 505. pag. 72. ait esse Χάρητος ἔργον. Servat Charetis nomen alterum in Anthologia epigramma, III. 12. quo bucula ab eo posita contra Constantinopolim laudatur.

[t] *Septuaginta*] Sic libri omnes, etiam Mss. Epigramma antea laudatum, *LXXX.* sed sunt qui in eo ἑπτάκις legant, et Χάρης pro Λάχης. Altum fuisse pedes centum et quinque Festus ait, verbo 'Colossus.'

[u] *Post quinquagesimum*] Nempe anno secundo Olympiadis CXXXIX. auctore Eusebio in Chronico: unde positum apparet Olymp. CXXV. anno

Digitized by Google

jacens[v] quoque miraculo est. Pauci pollicem ejus amplectuntur. Majores sunt digiti, quam pleræque statuæ. Vasti specus hiant defractis[7] membris. Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliverat[8] constituens. Duodecim annis tradunt effectum ccc. talentis,[w] quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii relicto, moræ tædio.[9][x] Sunt alii minores hoc in eadem urbe colossi centum[y] numero: sed ubicumque singuli fuissent, nobilitaturi locum. Præterque hos Deorum quinque, quos fecit Bryaxis.[z] Factitavit colossos et Italia. Videmus certe Tuscanicum Apollinem in bibliotheca templi Augusti,[a] quinquaginta pedum[10] a pollice, dubium ære mirabiliorem, an pulcritudine. Fecit et Sp. Carvilius[b] Jovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege[c] pugnantibus, e pec-

moliendi al. ante Brotier.—6 *Lyndius* Gronov.—7 Vet. Dalec. *diffractis.*—8 Cod. Dalec. illud *stabiliverat.*—9 Vet. Dalec. *tædio obsessa Rhodo.*—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Apollinem in bibliotheca templi Augusti Tus-*

NOTÆ

tertio. Ruinam in septimum post annum differt Polybius lib. v. hoc est, in Olympiadis xli. annum primum.

[v] *Sed jacens*] Jacuit ferme annis nongentis: donec anno post Christum natum dcliii. Saracenorum rex Mauvia, capta Rhodo, mercatori cuidam vendidit. Auctor est Cedrenus nongentos camelos fragmentis asportandis vix pares fuisse.

[w] *CCC. talentis*] Atticis nimirum. Monetæ Gallicæ libras efficiunt, sive florenos, 720000.

[x] *Relicto, moræ tædio*] In Reg. 2. et aliis, *relicto moræ tædio obesse a Rhodo.* Forte, *relicta moræ tædio obsessa Rhodo.* Solvisse Demetrium obsidionem Rhodi, fœderis specie, auctor est Plutarchus, in ejus vita, pag. 899. Demetrius is Poliorcetes fuit, primum Asiæ, mox et Macedoniæ rex.

[y] *Sunt alii . . . . colossi centum*] Sic Isidorus Orig. xiv. 6.

[z] *Bryaxis*] Βρύαξις ὁ δημιουργὸς ὁ Ἀθηναῖος, ἀγαλματουργὸς, *statuarius.* Clemens Alex. Protrept. pag. 31. Laudatur et a Columella in Præf. pag. 10.

[a] *Templi Augusti*] Templi ab Augusto conditi, quod Apollini dedicavit. Suetonius in Augusto, cap. 29. 'Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a Deo aruspices pronuntiarant. Addita porticus cum bibliotheca Latina Græcaque,' &c.

[b] *Sp. Carvilius*] Spurius Carvilius Maximus Ædilitatem curulem adeptus est, et cum L. Papirio Cursore duos Consulatus gessit, totidemque egit triumphos. Ædilitatis meminit Livius lib. x. pag. 173. ad Urbis annum cccclv. Triumphi de Samnitibus, idem pag. 187. sub libri decimi finem.

[c] *Sacrata lege*] Quodam sacramento initiatis militibus. Livius de eo

Digitized by Google

diano tribus,[g] ut diximus,[h] easdemque subvertere Syllæ introitu.

XIII. Pedestres[i] sine dubio Romæ fuere in auctoritate longo tempore. Equestrium tamen origo perquam vetus est, cum fœminis etiam honore communicato. Clœliæ enim[j] statua est equestris, ceu parum esset toga eam cingi: cum Lucretiæ, ac Bruto, qui expulerant reges, propter quos Clœlia inter obsides fuerat, non decernerentur. Hanc primam cum Coclitis[1 k] publice dicatam crediderim: Atto enim[l] ac Sibyllæ Tarquinium, et reges sibi ipsos posuisse

statuere, quas mox laceraverunt, nondum anno h. n. d. excedente. Statuerunt Gronov. et vulgg. *quas mox lacinavere* malit Nic. Heinsius Advers. p. 42.

CAP. XIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Quum nec Lucretiæ, nec Bruto decerneretur .... Hanc primam et Horatii Coclitis* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

IX. et Laërtius in Demetrio lib. V. dejectas, conflatasque aiunt in matulas et obscœniora vasa.

[g] *Tribus*] Romanæ tribus.

[h] *Ut diximus*] Lib. XXXIII. c. 46.

[i] *Pedestres*] Romuli statuæ pedestres omnes, inquit Plutarchus in ejus Vita, p. 27.

[j] *Clœliæ enim*] Hanc equestri statua donatam, positamque eam in summa Sacra Via, qua in Palatium ascendebatur, Livius est auctor, II. 26. Seneca de Consol. ad Marciam c. 16. p. 774. 'Equestri insidens statuæ, in Sacra via, celeberrimo loco, Clœlia exprobrat juvenibus nostris pulvinum ascendentibus, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donavimus.' Datam ei statuam equestrem Valerius Maximus arbitratur, III. 2. 2. quoniam 'inter ceteras virgines obses hosti Porsenæ data, nocturno tempore custodiam egressa, equum conscendit, celerique trajectu fluminis, non solum obsidione, sed etiam metu patriam puella solvit, viris lumen virtutis præferendo.'

[k] *Cum Coclitis*] Ita Reg. 2. et alii. De ea superius, cap. 11.—'Cum Lucretia autem simul et Brutus dicantur expulisse reges, fictam hinc esse discito fabulam, a Livio proditam, de Lucretia, quæ se ob illatum sibi stuprum a Tarquinio filio peremerit.' *Ed. sec.*

[l] *Atto enim*] Atto Navio auguri, de quo, c. 11. Typi hactenus, *ante enim sibi ac Sibyllæ, &c.*—'Est argenteus in Thesauro Regio nummus, et apud Patin. in familia Manlia, p. 164. capite cirrato muliebri; infra SIBYLL. .)(. Tripus, super quo urceus est, insigne sacerdotii, inter soles duos, quibus imperare Roma significatur Orienti et Occidenti. L. TORQVAT. IIIVIR. 'Lucius Torquatus Triumvir,' et idem sacerdos Apollinis. In nostro corona laurea non caput muliebre, sed alteram nummi aream cingit. Qui Sibyllam hic pingi putant, magno ducuntur errore. Nam si Sibyllam vellet Monetarius intelligi, cur SIBYLL. tantum scriberet, non integrum nomen SIBYLLA? Operosumne ei fuit literam A postremam adjicere?

Digitized by Google

verisimile est: nisi Clœliæ quoque Piso [2] traderet ab his positam, qui una obsides fuerant, redditis a Porsena [m] in honorem ejus. E diverso [n] Annius fetialis, equestrem, quæ fuerit contra Jovis Statoris ædem [o] in vestibulo Superbi [3] domus, Valeriæ fuisse Publicolæ consulis filiæ: eamque solam refugisse, Tiberimque tranavisse, ceteris obsidibus, quæ Porsenæ mittebantur, interemtis Tarquinii insidiis.[4]

XIV. L. Piso prodidit, M. Æmilio,[p] C. Popilio II. coss.

Mox, in iisdem, *ante enim sibi ac Sibyllæ.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nisi Clœliæ Piso* Gronov. et vulgg.—3 Vet. Dalec. *superiore.* Mox, cod. Dalec. *fugisse, Tib. transnatuisse, cæt. obsidibus, qui, &c.*—4 Idem cod. *insidiis, ut L. Piso prodidit. Idem auctor est M. Æmilio, &c.*

NOTÆ

Caput est civitatis, quales pingi eæ a Monetariis Narbonensibus solebant: et plane hæc similis est ei quæ CABE. hoc est, 'Cabellio' in Lepidi nummo legitur. Cur vero hic Sibylla pingeretur, quod nomen unius fœminæ proprium fuit, cujus hic Plinius meminit, sub Tarquinio rege? Afferri causa probabilis non potest. Est hic SIBYLL. scriptum pro eo quod est, 'Severus Imposuit BYzantii LLegiones,' rediens haud dubie a victoria Parthica. Hanc corona laurea denotat. Severi nomine sunt alii nummi inscripti, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Litera L hic geminatur ad pluralem numerum legionum significandum: ut in nummo inscripto RVLLI superius diximus. At est *Sibylla* in hoc Plinii loco, æque ac l. XIII. 27. proprium fœminæ nomen, ut Susanna ac Genovefa: non appellativum, aut commune. Usitatum illud olim, tum apud alios, tum apud nostrates, ut in vetustis Rationibus Regiis, ad calcem historiæ Juvenalis de Ursinis, p. 796. *A Sebille le Veyer Dame de Lesloet, femme de Messire Tanneguy du Chatel, Chevalier, Conseiller et Chambellan de Monsieur le Regent, et Marechall de ses guerres, deux mille livres pour soutenir son état, le 2 Juillet* 1420.' Ed. sec.

[m] *Redditis a Porsena*] Livius lib. II. p. 26. de Porsena: 'Laudatam virginem (Clœliam) parte obsidum se donare dixit: ipsa quos vellet legeret: productis omnibus elegisse impuberes dicitur,' &c.

[n] *E diverso*] Sic dissidentes scriptorum sententias recitat et Plutarchus in Poplicola, p. 107. aliis hanc Clœliæ statuam, Valeriæ aliis adjudicantibus. Quod iterum repetit, lib. de Virt. Mul. p. 250. 'Ανέκειτο γοῦν ἔφιππος εἰκὼν γυναικὸς, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἱερᾶς λεγομένης, ἣν οἱ μὲν τῆς Κλοιλίας, οἱ δὲ τῆς Οὐαλερίας λέγουσιν εἶναι.

[o] *Jovis Statoris ædem*] Regione Urbis decima. Alia est ab ista quæ in Regione XIV. trans Tiberim Valeriana statua ab eodem collocata legitur.

[p] *M. Æmilio*] Anno Urbis DXCVI. M. Æmilius Lepidus, C. Popilius Lænas secundum, Consulatum gessere: Censuram P. Cornelius Scipio Nasica, M. Popilius Lænas Caii frater, lustrumque fecere LIV.—'ex Fastis Ex hac Popilia gente multo

Digitized by Google

a censoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio, statuas circa Forum, eorum qui magistratum gesserunt,[1] sublatas omnes, præter eas quæ populi aut senatus sententia statutæ essent. Eam vero quam apud ædem Telluris[q] statuisset sibi Sp. Cassius, qui regnum affectaverat, etiam conflatam a censoribus. Nimirum in ea quoque re ambitioni providebant illi viri. Extant Catonis in censura vociferationes, mulieribus Romanis in provinciis statuas poni. Nec tamen potuit inhibere, quominus Romæ quoque ponerentur, sicuti Corneliæ Gracchorum matri, quæ fuit Africani prioris[r] filia. Sedens huic posita, soleisque sine amento[*] insignis, in Metelli publica porticu: quæ statua nunc est in Octaviæ operibus.

XV. Publice autem ab exteris posita est Romæ C. Ælio[a] tribuno plebis, lege perlata in Stenium[1] Statilium[b] Luca-

[*] *Sine loro.*

CAP. XIV. 1 Cod. Dalec. *magistratus gesserant.*
CAP. XV. 1 *Septimium* cod. Dalec. *Stennium* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

postea ortum duxit FL. POP. NEPOTIANVS. P. F. AVG. et ejusdem filia Helena, in nummo argenteo perraro appellata, HELENA. N. F. 'Helena Nepotiani filia,' alteraque, FAVSTA N. F. 'Fausta Nepotiani filia,' apud D. Baudelot.' *Ed. sec.*

[q] *Ædem Telluris*] In quarta Urbis regione Templum Telluris a P. Victore statuitur. De Sp. Cassio egimus cap. 9.

[r] *Africani prioris*] Scipionis Africani majoris vulgo dicti. Vide Plutarchum in Gracchis, ipso initio.—'In nummis antiquis casus Gracchi nominativus semper GRACCVS scribitur, non GRACCHVS, quamvis apud Plut. Γράκχος sit.' *Ed. sec.*

[a] *C. Ælio*] C. Ælio Pæto, ut arbitror, ei qui postea Consulatum gessit, anno Urbis CCCCLXVII.—'*C. Ælio*] Ad summos postea magistratus evecta gens Ælia fuit: ex qua nimirum Ælius Sejanus, et Ælius Nerva Cæsar, qui in Græco nummo est, nunc e Gaza Parmensi, ΑΙΛΙΟϹ Ν. ΚΑΙϹΑΡ: Αἴλιος Νερούας Καῖσαρ: et Ælius Hadrianus Augustus, et Ælius Cæsar Antoninus, aliique. Ex affinitate cum Cæsaribus nobilitatem adepta est una familia ex Ælia gente: ex qua se ob eam causam Ælium Cæsarem, non Ælium simpliciter et absolute, Antoninus Pius appellat.' *Ed. sec.*

[b] *Stenium Statilium*] Statium Statilium mendose pro Stenio Statilio vocat Valerius Max. I. 8. 6. p. 67. Lucanorum Brutiorumque ducem in eo bello, quo gemini populi Thurinæ urbis petebant excidium. Apud Gruterum p. DCCCXXX. STENIVS, et STENIA, non STHENIVS.

Digitized by Google

num, qui Thurinos bis infestaverat: ob id Ælium Thurini statua et corona aurea donaverunt. Iidem postea Fabricium[c] donavere[2] statua, liberati obsidione. Passimque gentes[d] in clientelas ita receptæ: adeo[3] discrimen omne sublatum, ut Hannibalis etiam statuæ tribus locis visantur in Urbe, cujus intra muros[e] solus hostium emisit hastam.

XVI. (VII.) Fuisse autem statuariam artem familiarem Italiæ quoque et vetustam, indicant: Hercules ab Evandro sacratus, ut produnt,[1] in Foro boario,[f] qui triumphalis vocatur, atque per triumphos vestitur habitu triumphali: præterea Janus geminus[g] a Numa rege dicatus, qui pacis bellique[h] argumento colitur,* digitis ita figuratis,[i] ut trecen-

*. *Qui Deus colitur ut index pacis ac belli.*

—2 Cod. Dalec. *donarunt.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. *passimque clientes in clientelas ita recepti et adeo* edd. vett. et Gronov.

CAP. XVI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut ferunt* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *per triumphum.*—

NOTÆ

[c] *Fabricium*] Luscinum cognomine, de quo XXXIII. 50. et 54.

[d] *Passimque gentes*] Sic patronum habuere M. Tullium Ciceronem Capuani, statuamque ei inauratam posuere, ipso prodente, Orat. in Pison. et pro Sextio. Sic Bononienses in Antoniorum: in Claudiorum clientela Lacedæmonii fuere, teste Sueton. in Tiberio, c. 6.

[e] *Cujus intra muros*] Conferenda hæc cum iis quæ Livius habet lib. XXVI. p. 282.

[f] *In Foro boario*] Regione Urbis octava.

[g] *Janus geminus*] In eadem regione Urbis octava P. Victor hæc habet: 'Jani duo, celebris mercatorum locus. Regia Numæ, Templum Vestæ .... Templum Jani,' &c.

[h] *Qui pacis bellique*] Livius de Numa lib. I. p. 8. 'Janum .... indicem pacis bellique fecit: apertus ut in armis esse civitatem, clausus pacatos circa omnes populos, significaret.'

[i] *Digitis ita figuratis*] Ita nimirum, 'ut ungues indicis et pollicis in manu dextera blando conjungantur amplexu,' verba sunt Bedæ, in libello de Indigitatione, tomo I. 'hæc enim nota trecenta significat: sexaginta, index pollici superpositus in læva manu: quinque demum, in eadem manu annularis, seu proximus a minimo erectus.' Ita Beda. Meminere illius figuræ Macrobius, Saturn, I. 9. p. 226. 'Simulacrum Jani plerumque fingitur manu dextera trecentorum, et sinistra sexaginta et quinque numerum retinens, ad demonstrandam anni dimensionem,' &c. Suidas, p. 1214. Ἰανουάριος .... οἱ δὲ πλάττουσι αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τʹ, τῇ δὲ ἀριστερᾷ ξʹ εʹ κατέχοντα, ὥσπερ τὸν

Digitized by Google

torum quinquaginta quinque[j] dierum[2] nota, per significationem anni,[3] temporis et ævi se Deum[k] indicaret: signa quoque Tuscanica[l] per terras dispersa, quæ in Etruria factitata non est dubium.[4] Deorum tantum putarem ea fuisse,[5] ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen[m] a Romani nominis odio inditum est, propter duo millia statuarum Volsinios expugnatos objiceret. Mirumque mihi videtur, cum statuarum origo tam vetus in Italia sit, lignea potius

2 'Ita et bene Ms. Reg. 3. et eruditus Harduinus in altera sua editione. Temporibus enim Numæ annus fuit tantum dierum *CCCLV*. In Mss. Reg. 2. 5. et editione principe, *CCCLXV. dierum*. Sed hoc ex recentiore usu a librariis repositum, quod annum noverant esse dierum *CCCLXV*.' Brotier. *sexaginta, &c.* Gronov. et vulgg.—3 '*Per significationem anni*] Ita quidem codd. Regg. et Editio princeps. Redundare tamen hæc mihi videntur, ut et visum erudito Torrentio; et aberant ab ejus antiquissimo Ms. codice.' *Brotier. annui* Vet. Dalec.—4 *Thuscana, &c. facta non est dubium* Vet. Dalec.—

NOTÆ

ἐνιαυτόν. *Januarius .... Alii fingunt ipsum dextra tenere numerum CCC. sinistra vero LXV. ut annum repræsentet, ex 365. diebus constantem.* Codinus item in Constantinopoli, περὶ ἀγάλματος Ἰάνου. Denique Nicolaus Smyrnæus Astabasdas, libello quem conscripsit ea de re, ἔκφρασιν τοῦ δακτυλικοῦ μέτρου, Morellus edidit, capita ex eo præcipua excerpsit Caussinus noster, in Eloquentiæ Parall. de Pronunt. et Gestu IX. p. 565.—'Nos vero rem simplicius exponimus. Existimamus enim tres priores digitos ita curvatos, ut literam C ter exhiberent, ac proinde numerum *trecentorum*: quartum deinde digitum volæ appressum, et literæ L similitudinem, ac proinde quinquagenarium numerum: digitum denique minimum leniter inflexum, ut V, quæ forma quinarii est, repræsentaret.' *Ed. sec.*

j *Quinquaginta* [*sexaginta*] *quinque*] Ita Reg. 2. non *quinquaginta*, ut libri fere omnes editi: etsi annum Numa, qui simulacrum hoc dedicavit, CCCLV. dierum esse solummodo sciverit. Sed perfecta dimensione anni a Cæsare constituta, digitorum figuram mutatam esse credimus: astipulantibus inprimis huic lectioni Macrobio, Suida, Codino. —'*Quinquaginta*] Ita probatissimi Mss. et libri omnes editi: eo quod annum Numa, qui simulacrum hoc dedicavit, *CCCLV.* dierum esse solummodo sciverit. Primus, opinor, Manutius, in editione sua anni 1559. *quinquaginta* mutavit in *sexaginta*.' Ed. sec.

k *Ævi se Deum*] Codinus, in Constantinopoli, p. 13. ὡσανεὶ πατέρα τοῦ χρόνου.

l *Signa quoque Tuscanica*] Phialas quoque aureas in Tuscia elaboratas laudat Critias poëta apud Athen. lib. I. p. 28. Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ χρυσότυπος φιάλη. Duriora signa et Tuscanicis proxima, ait Quintil. XII. 10. p. 894. ut rigidiora fuisse Tuscanica innuat. Idem p. 892. statuas Græcas Tuscanicis anteponit.

m *Cui cognomen*] Misoromæi, ut dicemus in Auctorum Indice.

Digitized by Google

aut fictilia [a] Deorum simulacra in delubris dicata, usque ad devictam Asiam, unde luxuria.[6] Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen [o] Græci vocant, dici convenientius erit: etenim prior, quam statuaria, fuit. Sed hæc [p] ad infinitum effloruit multorum voluminum opere, si quis plura persequi velit: omnia enim quis possit?[7]

XVII. In M. Scauri [a] ædilitate tria millia signorum in scena tantum fuere temporario [b] theatro.[1] Mummius [c] de-

5 Idem Vet. *tamen putarem esse.* Paulo post, cod. Dalec. *centum et decem statuarum signa Vulsinios.*—6 Vet. Dalec. *unde irrepsit et luxuria.*—7 Idem Vet. *multarum imaginum o. si quis plures p. velit: omnes enim, &c.*

NOTÆ

[a] *Aut fictilia*] Ipsa Jovis effigies in Capitolio a Tarquinio Prisco dicata fictilis fuit, ita prodente Plinio XXXV. 45.

[o] *Quam plasticen*] Fictricem. Ars est ex argilla vel creta rerum similitudines exprimens.

[p] *Sed hæc*] Statuaria, ex ære.

[a] *In M. Scauri*] De eo multa Asconius Pedian. in Orat. Cicer. pro eo: multa Plinius similiter, de genere ejus, de moribus, et ædilitate, XXXVI. 24.

[b] *Temporario*] Vix uno mense duraturo, ut dicetur XXXVI. 2. cum stent in Urbe cetera. Temporariam ejus theatri moram Plinius ait fuisse, loco proxime citato.

[c] *Mummius*] Achaicus ille, de quo nos alias sæpius. Aurel. Victor de Viris Illustr. cap. 60. 'Mummius Corinthum signis tabulisque spoliavit: quibus cum totam replesset Italiam, in domum suam nihil contulit.' Sic Epitome Livii lib. LII. Frontinus Strateg. IV. 3. 'L. Mummius, qui Corintho capta, non Italiam solum, sed etiam provinciam tabulis statuisque exornavit, adeo nihil ex tantis manubiis in suum convertit, ut filiam ejus inopem Senatus ex publico dotaverit.'—'Est in Æneide locus ab interpretibus hactenus præpostere intellectus, VI. 831. sqq. 'Aggeribus socer Alpinis atque arce Monœci Descendens; gener adversis instructus Eois. Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella: Neu patriæ validas in viscera vertite vires: Tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo; Projice tela manu, sanguis meus. Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, cæsis insignis Achivis. Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas, Ipsumque Æacidem, genus armipotentis Achillei: Ultus avos Trojæ, templa et temerata Minervæ.' 'Ille' cum dicit, prius appellatum e duobus proxime commemoratis, hoc est, socerum, qui Julius Cæsar, designat. Nam in hac recensione virorum illustrium ordinem temporum servat diligenter. Itaque post Cæsarem et Pompeium præpostere ac ridicule Mummium Achaicum, qui centum ante annis obiit, denotaret; et satis negligenter quidem, non appellato eo de nomine, cum ceteros omnes appellet. De populis triumphasse Cæsarem ipsum hic dicit, quorum majores in obsidione Trojæ fuere.

Digitized by Google

victa Achaia replevit Urbem: ipse excessit non relicturus filiæ dotem.[2] Cur enim non cum excusatione ponatur? Multa et Luculli[d] invexere. Rhodi etiamnum tria millia signorum esse, Mucianus ter consul prodidit: nec pauciora Athenis, Olympiæ,[3] Delphis superesse creduntur. Quis ista mortalium persequi possit? aut quis usus noscendi intelligatur? Insignia tamen maxime, et aliqua[4] de causa notata, voluptarium sit attigisse, artificesque celebratos nominavisse, singulorum[5] quoque inexplicabili multitudine, cum Lysippus DCX. opera[6] fecisse dicatur, tantæ omnia artis, ut claritatem possent dare vel singula. Numerum apparuisse defuncto eo, cum thesaurum effregisset hæres: solitum enim[e] ex manipretio[f] cujusque signi denarios seponere[7] aureos[g] singulos. Evecta supra humanam fidem ars est successu, mox et audacia. In argumentum successus unum exemplum afferam, nec Deorum hominisve[8] similitudinis expressæ. Ætas nostra vidit in Capitolio, priusquam id novissime conflagravit[9] a Vitellianis[h]

CAP. XVII. 1 Vet. Dalec. *in scena fuere, temperario tantum theatro.*—2 Idem Vet. *relicta filiæ dote.*—3 Cod. Dalec. *et Olympiæ.*—4 Cod. Dalec. *tamen, et maxime aliqua.* Mox, *voluptuarium* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *signorum.*—6 'Ita cod. Reg. 5. Sic quoque additum in margine Regg. 2. 3. Editio princeps et Regg. 2. 3. *M. D. opera.*' Brotier. *ad sexcenta X. opera fecisse prodatur* Gronov. et vulgg. *ad M. D. opera f. dicatur* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 Ita codd. Harduini, et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *reponere* al ap. Dalec. *deponere* Gronov. et vulgg.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nec hominum* al. ap. Dalec. *hominumve* edd. vett. et

NOTÆ

Hi sunt Achivi et Corinthii. Argos in Peloponneos, et Mycenæ, et Phthiotis, quæ ditio fuit Æacidæ, hoc est, Neoptolemi, in Thessalia. De Corintho quidem, et Peloponneso ei adhærente, triumphasse Cæsarem dicit, quoniam Corinthi coloniam condidit; ut nummi ipsius haud pauci testantur. De Phthiotide et Thessalia, bello Pharsalico. Nam Pharsalici campi in Thessalia sunt.' *Ed. sec.*

[d] *Multa et Luculli*] Lucius, et Marcus, fratres. Ille Mithridatico bello, Macedonico iste triumpho nobilis. Vide Plutarchum in Lucullo, et Ciceronem Orat. in Pison.

[e] *Solitum enim*] Lysippum videlicet, de quo VII. 38.

[f] *Ex manipretio*] De ea voce diximus XXXIII. 53. Vulgus ait, pro manufactura, *pour la façon.*

[g] *Denarios ... aureos*] De horum pretio egimus XXXIII. 13.

[h] *A Vitellianis*] Vide Dionem lib. LXV. pag. 741. Tacitumque inprimis, Hist. III. pag. 80. et 81.

Digitized by Google

incensum, in cella Junonis, canem ex ære vulnus suum lambentem: cujus eximium miraculum et indiscreta veri similitudo, non eo solum intelligitur, quod ibi dicata[10] fuerat; verum et nova satisdatione; nam summa nulla par videbatur: capite tutelarios[i] cavere pro eo,[11] instituti publici fuit.[a]

XVIII. Audaciæ innumera sunt exempla. Moles quippe excogitatas videmus statuarum, quas colosseas vocant,[1] turribus pares. Talis est in Capitolio[j] Apollo, translatus a M. Lucullo ex Apollonia[k] Ponti urbe, XXX. cubitorum, quingentis talentis[l] factus: talis in Campo Martio[m] Jupiter a Divo Claudio[2] Cæsare dicatus, qui vocatur Pompeianus[n] a vicinitate theatri: talis et Tarenti[o] factus a Lysippo XL. cubitorum. Mirum in eo, quod manu, ut ferunt, mobilis, (ea ratio libramenti est,) nullis convellatur procellis.[b] Id quidem[3] providisse et artifex dicitur, modico intervallo,

[a] *Ut vel periculo capitis id signum canis integrum præstarent ii, quibus credita ædis tutela esset, respublica sanxerat.*

[b] *In eo Colosso id mirum, quod cum moveri possit manu, ea tamen libræ ratio est, ut ventis et tempestatibus resistat.*

Gronov.—9 Cod. Dalec. *conflagrarat;* al. ap. eundem, *flagraret.*—10 Cod. Dalec. *intelligatur quod ibi dicatus.*—11 Ita cod. Dalec. *pro ea* al. ante Brotier.

CAP. XVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quas colossos vocant* edd. vett. et Gronov.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *CL. talentis .... a Claudio* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *devoratur Pompeiani theatri vicinitate.*—3 Idem codex, *ratione l. est,*

NOTÆ

[i] *Tutelarios*] Tutelæ redemtores, qui pro custodia mercedem accipiebant, præstabantque se suo periculo rem tuituros. Vide Grotium in Florum sparsione ad jus Justin. pag. 63.

[j] *Talis est in Capitolio*] Refert hoc ipsum Strabo totidem verbis lib. VII. pag. 319. Victor in Descript. Romæ, regione Urbis octava: 'Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo, triginta cubitum.'

[k] *Ex Apollonia*] Ea scilicet, de qua IV. 27.

[l] *Quingentis talentis*] Monetæ Gallicæ libræ sunt, 1200000.

[m] *Talis in Campo Martio*] Nona Urbis regione.

[n] *Qui vocatur Pompeianus*] Vide Notas et Emend. num. 5.

[o] *Talis et Tarenti*] Jupiter nimirum, non Hercules, ut credidit Dalecampius: Herculem enim, ut mox dicetur, Fabius Romam Tarento transtulit, Jove ibi relicto.

Digitized by Google

unde maxime flatum[e] [4] opus erat frangi, opposita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque movendi,[5] non attigit eum Fabius Verrucosus,[p] cum Herculem, qui est in Capitolio, inde transferret.[q] Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi,[r] quem fecerat Chares Lindius,[6] [s] Lysippi supra dicti discipulus. Septuaginta[t] cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum[u] sextum annum terræ motu prostratum, sed

[e] *Ventum.*

ut n. c. procellis. Id quod, &c.—4 Idem cod. *proflatum.*—5 Ita cod. Dalec.

NOTÆ

[p] *Fabius Verrucosus*] Q. Fabius Maximus Dictator, Cunctatorque, cui verruca ex summo labio extuberans Verrucosi nomen dedit. Plutarchus in Fabio, pag. 174. Q. Serenus cap. 65. pag. 164. 'Interdum existit turpi verruca papilla: Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæsit, Qui solus patriæ cunctando restituit rem.'

[q] *Cum Herculem .... inde transferret*] Ita Plutarchus in Fabio, pag. 187. et Strabo lib. VI. pag. 278. Dedicatum hoc deinde simulacrum est, positumque in Capitolio, anno Urbis CCCCL. P. Sempronio Sopho, P. Sulpicio Saverrione, Coss. ut Livius refert lib. IX. pag. 169. De eo Hercule quem finxit Lysippus pervenustum Gemini Epigramma legimus in Anthol. IV. 8. Ἥρακλες, ποῦ σοι πτόρθος μέγας, ἥτε Νέμειος Χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη; Ποῦ σοβαρὸν μίμημα; τίς ἔκλασεν ὧδε κατηφῆ; Λύσιππος· χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην. Ἄχθῃ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο; τίς δέ σ' ἔπερσεν; Ὁ πτερόεις (ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος) ἔρως. *Alcide, quo clava tibi, telisque pharetra Dives, et e Nemea raptus amictus abit? Fastus ubi? quis te tam tristi fronte figurat? Lysippus: paret multus in ære dolor: Arma tibi mœres detracta: quis abstulit illa? Unum certamen, sed grave, præpes Amor.*

[r] *Solis colossus Rhodi*] Describitur is egregie a Philone Byzantio de Septem Mirac. pag. 11. Vide et Anthologiam VI. 1.

[s] *Chares Lindius*] Inchoarat is sane: sed cum errasset in ratione subducendæ impensæ, opere inchoato, sibi necem intulit. Auctor Sextus Empir. Advers. Mathem. lib. VII. Itaque perfecit alius, ex eodem oppido Rhodi Lindo. De quo Simonidis extat Epigramma in Anthol. IV. 6. Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος. Grotius ita reddidit: *Laches colossum Lindius fecit Rhodi, Qui se per ulnas octies tollit decem.* Eustathius ad Dionysii Perieg. versum 505. pag. 72. ait esse Χάρητος ἔργον. Servat Charetis nomen alterum in Anthologia epigramma, III. 12. quo bucula ab eo posita contra Constantinopolim laudatur.

[t] *Septuaginta*] Sic libri omnes, etiam Mss. Epigramma antea laudatum, *LXXX.* sed sunt qui in eo ἑπτάκις legant, et Χάρης pro Λάχης. Altum fuisse pedes centum et quinque Festus ait, verbo 'Colossus.'

[u] *Post quinquagesimum*] Nempe anno secundo Olympiadis CXXXIX. auctore Eusebio in Chronico: unde positum apparet Olymp. CXXV. anno

Digitized by Google

jacens[v] quoque miraculo est. Pauci pollicem ejus amplectuntur. Majores sunt digiti, quam pleræque statuæ. Vasti specus hiant defractis[7] membris. Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliverat[8] constituens. Duodecim annis tradunt effectum ccc. talentis,[w] quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii relicto, moræ tædio.[9][x] Sunt alii minores hoc in eadem urbe colossi centum[y] numero: sed ubicumque singuli fuissent, nobilitaturi locum. Præterque hos Deorum quinque, quos fecit Bryaxis.[z] Factitavit colossos et Italia. Videmus certe Tuscanicum Apollinem in bibliotheca templi Augusti,[a] quinquaginta pedum[10] a pollice, dubium ære mirabiliorem, an pulcritudine. Fecit et Sp. Carvilius[b] Jovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege[c] pugnantibus, e pec-

moliendi al. ante Brotier.—6 *Lyndius* Gronov.—7 Vet. Dalec. *diffractis.*—8 Cod. Dalec. illud *stabiliverat.*—9 Vet. Dalec. *tædio obsessa Rhodo.*—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Apollinem in bibliotheca templi Augusti Tus-*

NOTÆ

tertio. Ruinam in septimum post annum differt Polybius lib. v. hoc est, in Olympiadis XLI. annum primum.

[v] *Sed jacens*] Jacuit ferme annis nongentis: donec anno post Christum natum DCLIII. Saracenorum rex Mauvia, capta Rhodo, mercatori cuidam vendidit. Auctor est Cedrenus nongentos camelos fragmentis asportandis vix pares fuisse.

[w] *CCC. talentis*] Atticis nimirum. Monetæ Gallicæ libras efficiunt, sive florenos, 720000.

[x] *Relicto, moræ tædio*] In Reg. 2. et aliis, *relicto moræ tædio obesse a Rhodo.* Forte, *relicta moræ tædio obsessa Rhodo.* Solvisse Demetrium obsidionem Rhodi, fœderis specie, auctor est Plutarchus, in ejus vita, pag. 899. Demetrius is Poliorcetes fuit, primum Asiæ, mox et Macedoniæ rex.

[y] *Sunt alii .... colossi centum*] Sic Isidorus Orig. XIV. 6.

[z] *Bryaxis*] Βρύαξις ὁ δημιουργὸς ὁ Ἀθηναῖος, ἀγαλματουργὸς, *statuarius.* Clemens Alex. Protrept. pag. 31. Laudatur et a Columella in Præf. pag. 10.

[a] *Templi Augusti*] Templi ab Augusto conditi, quod Apollini dedicavit. Suetonius in Augusto, cap. 29. 'Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam desiderari a Deo aruspices pronuntiarant. Addita porticus cum bibliotheca Latina Græcaque,' &c.

[b] *Sp. Carvilius*] Spurius Carvilius Maximus Ædilitatem curulem adeptus est, et cum L. Papirio Cursore duos Consulatus gessit, totidemque egit triumphos. Ædilitatis meminit Livius lib. x. pag. 173. ad Urbis annum CCCCLV. Triumphi de Samnitibus, idem pag. 187. sub libri decimi finem.

[c] *Sacrata lege*] Quodam sacramento initiatis militibus. Livius de eo

Digitized by Google

toralibus eorum, ocreisque et galeis. Amplitudo tanta est, ut conspiciatur a Latiari Jove.[11] [d] Reliquiis limæ [12] [e] suam statuam fecit, quæ est ante pedes simulacri ejus. Habent in eodem Capitolio admirationem et capita duo, quæ P. Lentulus consul[f] dicavit: alterum a Charete supradicto factum: alterum fecit Decius,[g] comparatione in tantum victus, ut artificium minime probabilis artificis videatur.

Verum omnem amplitudinem statuarum ejus generis vicit ætate nostra Zenodorus,[13] Mercurio facto in civitate Galliæ Arvernis,[h] per annos decem, H-S. CCCC.[i] mani-

canicum L. pedum Gronov. et vulgg.—11 'Corrupte codd. Regg. et Editio princeps, *a latere Jovis*. In recentioribus editionibus, *a Latiario Jove*. Melius fuit emendandum, *Latiari*. 'Latiarem' dixit Lactantius de Falsa Religione I. 21. Hic est de quo Lucanus I. 198.' *Brotier*. *a Latiario* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—12 Vet. Dalec. *limaturæ*.—13 *Zenodotus* Vet. Dalec.—

NOTÆ

bello lib. X. pag. 184. 'Sequitur hunc annum et Consul insignis, L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua, et bellum ingens, victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem Consulis, pepererat.... Et Deorum etiam adhibuerant opes ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito nova lege, ut, qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset .... Jurare cogebatur diro quodam carmine, in execrationem capitis familiæque et stirpis composito, nisi issent in prælium, quo imperatores duxissent .... Ea legio linteata ab integumento consepti, loci quo sacrata nobilitas erat, appellata est. His arma insignia data, et cristatæ galeæ, ut inter ceteros eminerent,' &c.

[d] *A Latiari Jove*] Jovis statua in Albano monte collocata, in quo septem et XL. Latinorum civitates cum Romanis communia sacra Jovi faciebant. Unde Latinæ feriæ appellatæ. Dionys. Halic. lib. II. Lucanus I. 198. 'Et residens celsa Latialis Jupiter Alba.' Cicero pro Mil. num. 86. 'Vos enim Albani tumuli .... Tuque ex tuo edito monte Latialis, sancte Jupiter,' &c. Tatianus, adversus Græcos Λατιάριον Δία, vocat: Lactantius de Falsa Relig. I. 21. 'Latiarem.'

[e] *Reliquiis limæ*] Extremo artis opere, et ramentis ex ære derasis.

[f] *P. Lentulus Consul*] Is quem Cicero et Deum et salutis suæ auctorem vocat, quod Consul revocari eum enixe contendit.

[g] *Decius*] Statuarius.

[h] *Mercurio facto .... Arvernis*] Vetus inscriptio, apud Gruterum, p. 53. II. MERCVRIO. ARVERNO. VICINI....

[i] *H-S. CCCC.* [*HS.* $\overline{CCCC}$.] Hoc est, sestertium quadringenties: ubi subintelligendum, sestertium quadringenties centenis millibus, superposita numero nota admonet. Sunt monetæ Gallice omnino 4000000. seu quatuor, ut aiunt, milliones.

Digitized by Google

pretio.[14] Is postquam[15] satis ibi artem approbaverat, Romam accitus est a Nerone, ubi destinatum illius principis simulacrum colossum[16] fecit, CX. pedum[j] longitudine, qui dicatus Solis venerationi[k] est, damnatis sceleribus illius principis.[d] Mirabamur[17] in officina non modo ex argilla similitudinem insignem, verum et ex parvis admodum surculis,[e] quod primum operis instar fuit.[18] Ea statua indicavit interisse fundendi æris scientiam, cum et Nero largiri aurum argentumque paratus esset, et Zenodorus[19] scientia fingendi cælandique nulli veterum postponeretur. Statuam Arvernorum cum faceret, provinciæ Vibio Avito[l] præsidente, duo pocula Calamidis manu cælata, quæ Cassio Silano,[20] avunculo ejus, præceptori suo Germanicus Cæsar[m]

[d] *Colossus ille Soli dicatus est post obitum Neronis.*
[e] *Virgultis.*

14 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Perperam eruditus Harduinus numeris lineam superposuit, $\overline{CCCC}$. quod immanem summam efficit. Nam *H-S.* $\overline{CCCC}$. id est, quadringenties centena millia sestertium, efficiunt Gallicæ monetæ libras 7,782,010. Sed *H-S. CCCC.* id est, quadringenta millia sestertium efficiunt tantum Gallicæ nostræ monetæ libras 77,812. Quod quoque minimum est manipretium pro tanta statuæ amplitudine per annos decem facta. Opinor ergo nihil mutata scriptura legendum, *sestertium quadringenorum millium manipretio.* Tunc quadringeni mille sestertii per decem annos efficiunt Gallicæ monetæ libras 778,120. Quod sufficiens est tantæ statuæ manipretium.' *Brotier.*—15 'Ita bene codd. Regg. 3. 5. et Editio princeps.' *Brotier. Postquam* al. ante Brotier.—16 Vet. Dalec. *colosseum.* —17 *Mirabantur* Vet. Dalec.—18 Vet. Dalec. *et in p. a. sigillis, q. p. o. institutum fuit;* cod. Dalec. *et de parte, &c.* ut in vulgg.—19 *Zenodotus* Vet. Dalec. *Xenodotus* al. ap. Dalec.—20 *Cassio Syllano* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[j] *CX. pedum*] Tranquillus in Nerone, cap. 31. ait fuisse centum et xx. 'Vestibulum ejus domus fuit, in quo colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie.'

[k] *Solis venerationi*] Rectius putem, *qui dicatus Soli, &c.* Hieronym. in c. 3. Habacuc. 'Hic colossus erectus sub Nerone, refectus a Vespasiano, ac demto capite Neronis, et Solis adjecto, cum septem radiis, Soli dicatus fuit,' &c. De hoc colosso Martialis in Spectac. Epigr. 2. Iterumque I. 71. 'Nec te detineat miri radiata Colossi, Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.' Hinc errasse Spartanum intelliges, qui Soli dicatum fuisse ab Hadriano retulit, in ejus Vita. P. Victor in quarta Urbis regione locat: 'Colossus altus centum duo semis, habens in capite radios septem: singuli pedum XXII. semis.'

[l] *Vibio Avito*] Hunc Tacitus perperam Dubium pro Vibio vocat. Nomen est Romanum Vibius: Dubius, ne barbarum quidem.

[m] *Germanicus Cæsar*] Tiberii Imp.

Digitized by Google

adamata donaverat, æmulatus est, ut vix ulla differentia esset artis. Quantoque major in Zenodoro præstantia fuit, tanto magis deprehendi æris obliteratio [21] [n] potest.[f]

(VIII.) Signis, quæ vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, ut secum circumferant, sicut Hortensius orator Sphingem Verri reo ablatam. Propter quam Cicero, illo judicio, in altercatione neganti ei 'se ænigmata [22] intelligere' respondit, 'debere, quoniam sphingem domi haberet.' Circumtulit et Nero princeps Amazonem, de qua dicemus:[o] et paulo ante C. Cestius [p] consularis signum, quod secum etiam in prælio habuit. Alexandri quoque Magni tabernaculum sustinere traduntur solitæ [23] statuæ, ex quibus duæ ante Martis Ultoris ædem [q] dicatæ sunt,[24] totidem ante regiam.

XIX. Minoribus simulacris signisque innumera prope artificum multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen Phidias Atheniensis, Jove Olympiæ [a] facto, ex ebore quidem et auro: sed et ex ære signa fecit.[b] Floruit autem Olympiade LXXXIII.[1] [c] circiter CCC. nostræ Urbis anno. Quo

[f] *Deprehendi potest æris fundendi scientiam obliteratam esse.*

Mox, *adamato* Vet. Dalec.—21 Cod. Dalec. *deprehenditur arcis obliteratio.*—22 Alii ap. Dalec. *in judicii alterc. neganti se ænigmata.*—23 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sustinuisse t. solidæ.*—24 Cod. Dalec. *sacratæ sunt.*

CAP. XIX. 1 'Ita bene codd. Regg. 3. 5. et Editio princeps.' *Brotier.*

NOTÆ

ex Druso fratre nepos.

[n] *Æris obliteratio*] Sincerum vas incrustant, qui hoc loco *artis* pro *æris* obtrudunt.

[o] *De qua dicemus*] Cap. seq.

[p] *C. Cestius*] Gesserat Consulatum Tiberii principatu, M. Servilio Noniano Collega, anno Urbis, DCCLXXXVII. ut ex Tacito discimus.

[q] *Martis Ultoris ædem*] Fuit ea in foro Augusti, regione octava. Regiam vero, Numæ domum seu Regiam intelligi oportet, eadem urbis regione.

[a] *Jove Olympiæ*] De eo Jovis simulacro multa Pausanias lib. v. pag. 303. Inscriptio hæc fuit ad Jovis pedes posita: ΦΕΙΔΙΑΣ. ΧΑΡΜΙΔΟΥ ΥΙΟΣ. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Μ' ΕΠΟΙΗΣΕ. PHIDIAS. CHARMIDÆ. F. ATHENIENSIS ME. FECIT.

[b] *Sed et ex ære signa fecit*] Testis inter ceteros Prudentius *περὶ στεφάνων*, Hymn. x. in S. Romanum, vs. 291. 'Miror quod ipsum non sacrastis Mentorem, Nec templum et aras ipse Phidias habet: Fabri Deorum, vel parentes numinum: Qui si caminis institissent segnius, Non esset ullus Jupiter conflatilis.'

Digitized by Google

eodem tempore æmuli ejus fuere Alcamenes,[d] Critias, Nestocles, Hegias. Et deinde Olympiade LXXXVII. Agelades,[e] Callon, Polycletus, Phradmon,[2] Gorgias, Lacon, Myron, Pythagoras, Scopas, Perelius.[3] Ex his Polycletus discipulos habuit Argium,[f] Asopodorum, Alexim, Aristidem, Phrynonem, Dinonem, Athenodorum, Demeam[4] Clitorium: Myron, Lycium.[g] Nonagesima quinta Olympiade floruere Naucydes,[h] Dinomenes, Canachus, Patrocles.[5]

Ita quoque Gronov. et al. ante Harduin. qui e cod. Reg. 2. edidit, *LXXXIV*. —2 *Phragmon* Gronov. et al. ante Harduin.—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier*. ita quoque edd. vett. et Gronov. *Purelius* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Ita codd. Dalec. Regg. Brot. et Editio princeps. *Dameam* Gronov. et vulgg. *Damiam* Harduin. 1. 2. 3. et edd. recentt. Mox, *Myronem Lycium* Gronov. et al. ante Harduin.—5 *Patroclus* cod. Dalec. Mox, *Ce-*

NOTÆ

[c] *Olympiade LXXXIII.* [*LXXXIV.*] Vide Notas et Emend. num. 6.

[d] *Alcamenes*] Ἀλκαμένεα Phidiæ æmulum et coævum ei fuisse scribit et Tzetzes Chil. VIII. Hist. 193. vs. 342. Κριτίας Atticus fuit: de eo Pausanias lib. I. pag. 14. et lib. VI. pag. 347. Nestocles nobis adhuc ignotus. *Hegias*, Ἡγίας, Atheniensis statuarius, Ageladæ, de quo mox, fere æqualis, dicitur a Pausania lib. VIII. p. 525. Alius ab isto qui Hegesias Quintiliano nominatur, XII. 10. p. 894. 'Similis in statuis differentia. Nam duriora et Tuscanicis proxima Callon atque Hegesias; jam minus rigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit,' &c. Hic in vetere inscriptione apud Reinesium, p. 284. ΑΓΑΣΙΑΣ ΔΟΣΙΘΕΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ.

[e] *Agelades*] Ἀγελάδαν Ἀργεῖον, statuamque Cereris ab eo elaboratam, laudat Pausanias lib. VIII. p. 525. Alter ab isto Γελάδης est, Phidiæ non æmulus, sed magister, de quo Tzetzes Chil. VII. Hist. 154. vs. 930. et Chil. VIII. Hist. 192. vs. 326. Κάλλων Æginetes fuit, Tectæi et Angelionis discipulus, qui a Dipœno et Scyllide artem eam didicerant. Pausan. lib. II. p. 146. De Polycleto inferius dicetur. De eo multa Pausanias lib. II. p. 135. alibi passim. Φράδμων, (sic enim legendum, non *Phragmon*,) plastes Argivus ab eodem Pausania laudatur lib. VI. p. 358. et a Columella lib. X. de cultu hortor. p. 347. Sed unde huc irrepserit, nescio. Desideratur enim id nomen in Reg. 2. et Colb. 3. De Myrone infra, et de Pythagora. Σκόπας denique Parius, Pausaniæ in Arcad. p. 529. et Horatio IV. Od. 8. 6. Γοργίας, Λάκων Περήλιος, vel Παρήλιος potius, ut in Colb. 3. nobis incogniti.

[f] *Argium*] Ἀργεῖος, Ἀσωπόδωρος, adhuc obscuri. Alexis Canthari statuarii pater a Pausania laudatur lib. VI. pag. 348. De Aristide iterum inferius. Sequuntur Φρύνων, Δείνων, quorum mentio nusquam occurrit. Ἀθηνόδωρος καὶ Δαμίας ambo statuarii, et Arcades ambo, pariter ex Clitore oppido, laudantur a Pausania lib. X. pag. 625.

[g] *Myron, Lycium*] Subintellige ex antecedentibus, Myron discipulum habuit Lycium. Vide Notas et Emend. num. 7.

Digitized by Google

Centesima secunda, Polycles,[i] Cephissodotus, Leochares, Hypatodorus. Centesima quarta, Praxiteles,[j] Euphranor. Centesima septima, Echion, Therimachus. Centesima quartadecima, Lysippus[k] fuit, cum et Alexander[6] Magnus. Item Lysistratus,[l] et frater ejus Sthenis, Euphronides, Sostratus, Ion, Silanion: in hoc mirabile, quod nullo doctore nobilis fuit ipse. Discipulos[7] habuit[m] Zeuxim, et Iadem. Centesima vicesima, Eutychides,[n] Euthycrates,

phissodorus edd. vett. et Gronov.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *fuit, et cum eo Alexander* edd. vett. et Gronov.—7 Cod. Dalec. *fuit. Ipse discipulum*...

NOTÆ

[h] *Naucydes*] Ναυκύδης statuarius, Mothonis F. non semel laudatur a Pausania lib. II. pag. 126. &c. Δεινομένης (sic enim scribendum, non Diomedes, ex ipso Plinio inferius) laudatur a Tatiano in orat. contra Græcos, pag. 182. ejus opera a Pausania recensentur lib. I. pag. 44. Κάναχος Sicyonius statuarius fuit, Polycleti Argivi discipulus, inquit Pausan. lib. VI. pag. 367. et lib. VII. pag. 433. De eo Cicero in Bruto, pag. 535. Πατροκλέους et Κανάχου opera, quasi conjunctis animis viribusque elaborata, laudat idem lib. X. pag. 626.

[i] *Polycles*] Πολυκλῆς ortu Atticus, Stadiei Atheniensis discipulus, apud Pausan. lib. VI. pag. 351. Κηφισόδοτος (sic etiam Mss. Reg. 2. Colb. 3. et alii, non *Cephissodorus*) statuarius Atheniensis, cujus opera laudat Pausanias, tum alibi, tum lib. IX. p. 566. Λεωχάρους lib. I. p. 6. aliasque passim. Ὑπατοδώρου lib. VIII. p. 497. et lib. X. p. 627.

[j] *Praxiteles*] Cujus opera non a Pausania modo, sed ab aliis scriptoribus commendantur. De eo inferius. Cum ceteris ejusdem artis maxime peritis a Martiale IV. 39. 'Argenti genus omne comparasti, Et solus veteres Myronis artes, Solus Praxitelis manus, Scopæque, Solus Mentoreos habes labores,' &c. De Euphranore inferius XXXV. 40. Laudatur a Pausania lib. I. p. 6. Ἐχίων, et Θηρίμαχος, adhuc obscuri: nisi pro *Echion*, ex Vitruvio, in præfatione libri tertii, p. 37. *Chion* legas, quem Corinthium ait fuisse, et inter antiquos statuarios in paucis arte nobilem. Sed iidem, Echion et Therimachus, iterum laudantur inferius XXXV. 36.

[k] *Lysippus*] Sicyonius fuit. De eo nos alibi diximus VII. 38. Pausanias vero lib. II. p. 102. Plinius infra. Vide Not. et Emend. n. 7.

[l] *Item Lysistratus*] Ipse quidem a ceteris scriptoribus neglectus: cum ejus frater Σθένις Olynthius ortu laudetur a Pausania lib. VI. p. 374. De Euphronide nihil extat. Σώστρατος Χῖος statuarius apud Pausan. loc. cit. p. 360. Ἴων ceteris indictus. Σιλανίων Atheniensis fuit, teste eodem Pausania, loc. cit. p. 350. Laudatur et a Tatiano Orat. contra Græcos, p. 182. et a Themistio Orat. V. p. 64. Præcepta symmetriarum conscripsisse dicitur, auctore Vitruvio, in præf. lib. VII. p. 125.

[m] *Discipulos habuit*] Reg. 2. et Colb. 3. *Ipse discipulum habuit Zeuxiadem.*

[n] *Eutychides*] Εὐτυχίδης, de quo in-

Lahippus,[8] Cephissodotus, Timarchus. Cessavit deinde ars, ac rursus Olympiade centesima quinquagesima quinta revixit, cum fuere longe quidem infra prædictos, probati tamen, Antæus,[9] [o] Callistratus, Polycles, Athenæus, Callixenus, Pythocles, Pythias, Timocles. Ita distinctis celeberrimorum ætatibus, insignes raptim transcurram, reliqua multitudine passim dispersa.[10] Venere autem et in certamen laudatissimi, quanquam diversis ætatibus geniti, quoniam fecerant Amazonas: quæ cum in templo Ephesiæ Dianæ dicarentur, placuit eligi probatissimam, ipsorum artificum, qui præsentes erant, judicio, cum apparuit eam esse, quam omnes secundam a sua quisque[11] judicassent. Hæc est Polycleti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Ctesilai,[12] quarta Cydonis, quinta Phradmonis.

Phidias,[p] præter Jovem Olympium, quem nemo æmu-

cipulos.—8 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. et Editio princeps. Ita quoque Gronov. et al. vett. *Dahippus* Harduin. et recentt.—9 *Antheu* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Vet. Dalec. *reliquam multitudinem et passim dispersam.*—11 Vox *quisque* deest in cod. Dalec.—12 *Ctesilæ* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

ferius XXXVI. 4. et hoc ipso cap. Εὐθυκράτης laudatur a Tatiano Orat. contra Græcos, p. 182. *Dahippus*, (sic enim restituimus, pro *Lahippus*, ex ipso Plinio paulo inferius, ubi quos modo ex temporum ratione, ibi ex serie alphabeti appellat,) Δάϊππος, pariter Pausaniæ lib. VI. p. 366. et 374. ubi ejus opera enumerantur. Uterque Lysippi filius, ut dicetur inferius. Κηφισόδοτος alter a superiore, pariter cum illo laudatus a Tatiano Orat. contra Græcos, p. 182. *Timarchus*, forte Τιμαρχίδης ἀγαλματοποιὸς, de quo Pausanias lib. X. p. 678. De Pyromacho iterum Plinius inferius.

[o] *Antæus*] Ex his Καλλίστρατος a Tatiano laudatur loc. cit. p. 183. Τιμοκλῆς a Pausania lib. X. Καλλίξενος, teste Photio in Bibl. condidit ζωγράφων καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφὴν, pictorum et statuariorum descriptionem. Reliqui deinde, Ἀνταῖος, Πολυκλῆς, Ἀθηναῖος, Πυθοκλῆς, Πυθίας, amplius quærendi.

[p] *Phidias*] De Jovis Olympii simulacro non invenustum extat epigramma in Anthologia Græca IV. 6. Εἰς τὸ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς ἄγαλμα· Ἢ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων, Φειδία, ἢ σύ γ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος; Hoc est, interprete Grotio: *De Jovis Olympii imagine: Jupiter ad terras, an ad æthera Phidia venit, Ut viso fieret talis imago Deo?* De Minerva Atheniensi tria sat elegantia, eodem lib. c. 12. Juliani primum: Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων εἰς τὴν ἐν Ἀθήναις ἔνοπλον Ἀθηνᾶν· Τίπτε, Τριτογένεια, κορύσσεαι ἄστεϊ μέσσῳ; Εἶξε Ποσειδάων, φείδεο Κεκροπίης. *Juliani Ex-præfecto Augustali de Minerva Athenis armata: Cur media, Pallas, capis arma in Cecropis urbe? Neptunus cessit jam tibi: parce tuis.*

Digitized by Google

latur, fecit et ex ebore æque Minervam Athenis, quæ est in Parthenone[q] astans. Ex ære vero præter Amazonem supra dictam,[r] Minervam tam eximiæ pulchritudinis, ut formæ[13] [s] cognomen acceperit. Fecit et Cliduchum,[t] et aliam Minervam, quam Romæ Æmilius Paulus ad ædem Fortunæ hujusque diei[u] dedicavit.[14] Ideo duo signa, quæ Catulus in eadem æde posuit palliata: et alterum colossicon[15] [v] nudum: primusque[w] artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito judicatur.

Mox, *Phragmonis* Gronov.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut a forma* Gronov. et al. vett.—14 Gronov. et al. ante Harduin. *ad ædem Fortunæ dedicavit.*—15 Vet. Dalec. *colosseum.*—

NOTÆ

Alterum Antipatri Sidonii, de Venere Paphia simul, et hoc Minervæ signo: Ἀφρογενοῦς Παφίης ζάθεον περιδέρκεο κάλλος, Καὶ λέξεις, αἰνῶ τὸν Φρύγα τῆς κρίσεως. Ἀτθίδα δερκόμενος πάλι Παλλάδα, τοῦτο βοήσεις, Ὡς βούτης ὁ Πάρις τήνδε παρετρόχασεν. *Ætherium Paphiæ decus aspice: jam, puto, dices: Subscribo Phrygii judicis arbitrio. Atthida sed videas idem si Pallada, dices: Hanc qui præteriit, rusticus ille fuit.* Tertium denique Hermodori: Τὰν Κνιδίαν Κυθέρειαν ἰδὼν, ξένε, τοῦτό κεν εἴποις, Αὐτὰ καὶ θνατῶν ἄρχε καὶ ἀθανάτων. Τὰν δ' ἐνὶ Κεκροπίδαις δορυθαρσέα Παλλάδα λεύσσων, Αὐδάσεις, ὄντως βωκόλος ἦν ὁ Πάρις. *Clamabis, Cnidiam Venerem si videris, hospes, Tu rege mortales, tu rege sola Deos. Pallada si videas hastam quæ vibrat Athenis, Dices, credo, Paris nil nisi pastor erat.* De eodem iterum signo Ovidius ex Ponto IV. 1. 31. 'Arcis ut Actææ vel eburna vel ærea custos, Bellica Phidiaca stat Dea facta manu.' Eburneæ Tzetzes quoque meminit, Chil. VIII. vs. 192. et 322. Æreæ vs. 334.

[q] *In Parthenone*] Templum fuit in arce, cui a Minerva nomen, quam παρθένον, *virginem*, vocabant. Ναὸς ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, inquit Pausan. lib. I. pag. 2. et 43. Cicero in Parad. 'Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiæ,' &c. Stare autem id Minervæ signum, veste stolata, auctor est idem Pausan. Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ὀρθὸν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, κ. τ. λ.

[r] *Amazonem supra dictam*] Cap. sup. sub finem: et hoc ipso cap. paulo ante.

[s] *Ut forma*] Fuerit ea igitur dicta Καλλίμορφος, aut καλλίστη. Plura Minervæ signa Pausanias commemorat lib. I. pag. 51. et lib. IX. pag. 548. &c.

[t] *Cliduchum*] Κλειδοῦχον, *clavigerum.*

[u] *Ad ædem Fortunæ hujusque diei*] Hoc est, uniuscujusque diei. Decima Urbis regione hæc fuit. Vide Notas et Emend. num. 8.

[v] *Colossicon*] Ita Mss. Credo idem esse quod colosseum.

[w] *Primusque*] Consummatæ perfectæque jam artis rationem monstrasse intellige, quæ prius erat inchoata tantum et rudis: nam Anacreon, qui Olympiade LXII. floruit, hoc est, ante Phidiam annis fere XC.

Digitized by Google

Polycletus[x] Sicyonius Ageladæ discipulus Diadumenum[y] fecit molliter juvenem, centum[16] talentis[z] nobilitatum: idem et Doryphorum viriliter puerum. Fecit et quem canona[a] artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam:[17] solusque hominum artem ipse fecisse artis opere judicatur. Fecit et destringentem,[18 b] et nudum talo incessentem.[a] Duosque pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur Astragalizontes:[c] et sunt in Titi imperatoris atrio: quo opere nullum absolutius plerique judicant. Item Mercurium, qui fuit Lysimachiæ: Herculem,[d] qui Romæ: alexetera,[e] arma sumentem:[19] Artemona,[f] qui Periphoretos appellatus est. His consum-

[a] *Provocantem ad ludum.*

16 Dalec. *quinque.*—17 Cod. Dalec. *quæ canonica .... ex iis petentes velut lege quadam.*—18 'Ita codd. Regg. 2. 3. In balneo se strigili defricantem.' *Brotier. distringentem se, et n. t. incedentem* cod. Dalec. Mox, Vet. Dalec. *Duosque pueros item nudos talis ludentes.*—19 *Antæum a terra sustinentem* Gro-

NOTÆ

τορευτικῆς meminit, fierique sibi postulat a Vulcano poculum, in quo nec arma sint, nec astra cælata, sed vitibus uvæ insertæ, &c.

[x] *Polycletus*] Πολύκλειτος Pausaniæ, ceterisque.

[y] *Diadumenum*] Διαδούμενον, *diademate redimitum*, mitratum, vittatum, molliterque agentem: ut alterum e contrario δορυφόρον, quasi *hastatum militem*, gerentemque se viriliter. Δορυφόρας, inquit Herodianus lib. v. οὓς δὴ πραιτωριάνους καλοῦσι, *Prætoriani milites*. Id nomen satellitio regis Persarum fuit. Doryphori a Polycleto ficti meminit Cicero in Bruto, num. 296.

[z] *Centum talentis*] Monetæ Gallicæ, libræ sunt omnino 268,800.

[a] *Fecit et quem canona*] Hoc est, simulacrum ad artis leges omnes normamque exacte elaboratum. Κανὼν Græcis *regula*, seu *norma*, dicitur. De hoc suo canone lepidum est Polycleti dictum, apud Ælian. Hist. Anim. xiv. 8.

[b] *Fecit et destringentem* [*distringentem*] Mss. *destringentem*: hoc est, strigili sese in balneo defricantem, sudoremque ac sordes detergentem. Ἀποξυόμενον Græci appellant, ut dicetur inferius.

[c] *Astragalizontes*] Ab ἀστραγαλίζειν, *talis ludere*.

[d] *Herculem*] Meminit hujus signi Cicero de Orat. lib. ii. pag. 360.

[e] *Alexetera*] Adjutorem, defensorem, propulsatorem injuriæ, cujus conatum in armis capiendis tabula exprimit. Vide Notas et Emend. num. 10.

[f] *Artemona*] Περιφόρητος Artemoni, artifici μηχανικῷ egregio, cognomen hæsit, quod claudus esset, et ad opera lectica deferretur. Sic Ephorus apud Plutarchum in Pericle, pag. 167. Heraclides contra Ponticus ex Anacreonte refert ibidem virum mol-

Digitized by Google

masse hanc scientiam judicatur, et toreuticen[g] sic erudisse, ut Phidias aperuisse. Proprium ejusdem, ut uno crure insisterent signa, excogitasse: quadrata tamen ea esse tradit Varro, et pæne ad un umexemplum.

Myronem[h] Eleutheris natum, et ipsum Ageladæ[20] discipulum, bucula maxime[i] nobilitavit, celebratis versibus laudata: quando alieno plerique ingenio magis, quam suo, commendantur. Fecit et canem,[j] et discobolon,[k] et Persea,[l]

nov. et al. ante Harduin.—20 *Ageladis* Gronov. et al. ante Harduin.—

NOTÆ

lem hunc fuisse, meticulosum, domi fere residem, cujus supra caput, ne quid superne decideret, servi duo clypeum æneum tenerent: lectulo pensili circumferri solitum: inde *περιφόρητον* nuncupatum.

g *Et toreuticen*] Artem quæ sculptura Latine, et cælatura dicitur.

h *Myronem*] De quo dictum est initio hujus cap. Natus Eleutheris Bœotiæ oppido, Atheniensium tamen idem civitate donatus, unde et Atheniensis semper a Pausania appellatur, ut lib. VI. pag. 345. Commigrasse Athenas Eleutheris cives omnes aiunt, ibique receptos.

i *Bucula maxime*] Ovid. ex Ponto IV. 1. 34. 'Ut similis veræ vacca Myronis opus.' In hanc Myronis buculam epigrammata Græca diversorum poëtarum, plenissima elegantiæ ac leporis, ferme quadragena reperies in Anthologia IV. 7. Latina undecim, apud Ausonium a LVII. Epigr. ad LXVIII. Illud quod ibi est ordine primum juvat hic referre ob elegantiam: 'Bucula sum, cælo genitoris facta Myronis Ærea: nec factam me puto, sed genitam. Sic me taurus init: sic proxima bucula mugit: Sic vitulus sitiens ubera nostra petit. Miraris, quod fallo gregem? gregis ipse magister Inter pascentes me numerare solet.' Vide et Joan. Tzetzem Chil. VIII. Hist. 194. v. 374. Felicius tamen ceteris omnibus lusit in eam Myronis buculam V. Cl. Menagius, qui non homines modo artificio suo fefellisse Myronem, sed Junonem quoque ipsam, cecinit hoc eleganti disticho: *Τὴν χαλκῆν Ἥρη ποτὲ πόρτιν ἰδοῦσα Μύρωνος, Ζηλοτύπησεν, ἰδεῖν Ἰναχίδ' οἰομένη.*

j *Fecit et canem*] Opere nempe mirabili, qualem et Leucon e marmore finxisse perhibetur a Macedonio in Anthologia VI. 2. *Τὸν κύνα, τὸν πάσης κρατερῆς ἐπιΐδμονα θήρης, Ἔξεσε μὲν Λεύκων, ἄνθετο δ' Ἀλκιμένης. Ἀλκιμένης δ' οὐχ εὗρε τί μέμψεται· ὡς δ' ἴδ' ὁμοίην Εἰκόνα παντοίῳ σχήματι φαινομένην, Κλοιὸν ἔχων, πέλας ἦλθε, λέγων Λεύκωνι κελεύειν Τῷ κυνὶ καὶ βαίνειν· πεῖθε γὰρ ὡς ὑλάων. Indagare canem solitum genus omne ferarum Effinxit Leucon, dedicat Alcimenes. Vidit ut Alcimenes vitio culpaque carentem Effigiem cunctas corpore ferre notas; vincla tenens queis colla liget, jam dic age, Leucon, Currat, ait: latrans nam tua jussa manet.*

k *Et discobolon*] Δισκοβόλον, hoc est, *qui discum jacit*: quæ statua mire expressit nixum et conatum hominis discum jacere molientis. Quintil. II. 13. pag. 145. 'Quid tam distortum et elaboratum, quam est ille discobolos Myronis? Si quis tamen ut parum rectum improbet opus, nonne ab intellectu artis abfuerit,' &c.

l *Et Persea*] De hujus Myronis

Digitized by Google

et Pristas,[m] et Satyrum[n] admirantem tibias, et Minervam: Delphicos[o] pentathlos pancratiastas: Herculem etiam,[p] qui est apud Circum maximum[21] in æde Pompeii Magni.

21 Cod. Dalec. *magnum*. Mox, Vet. Dalec. *Fecit et ... ac l. sicut carminibus.*

NOTÆ

opere Pausanias lib. I. pag. 41 Perseo, scilicet, cum Medusæ capite.

[m] *Et Pristas*] Πρίσται, inquit Pollux, τομεῖς, qui serra aliquid secant scinduntque. *Des scieurs de bois.*

[n] *Et Satyrum*] Argumentum hujus tabulæ, Minerva, quæ cum inflaret tibias, conspecta in Mæandro amne oris deformitate, abjectas fregit. Illas autem admirabundus Satyrus Marsyas excepit, et inflare didicit. Ovidius Fast. VI. 697. ubi Minerva sic loquitur: 'Prima, terebrato per rara foramina buxo, Ut daret effeci tibia longa sonos. Vox placuit: liquidis faciem referentibus undis, Vidi virgineas intumuisse genas. Ars mihi non tanti est: valeas, mea tibia, dixi: Excipit abjectam cespite ripa suo. Inventam Satyrus primum miratur: at usum Nescit: et inflatam sentit habere sonum,' &c. Satyri in ea tabella effigiem describit elegans epigramma in Anthologia Græca IV. 12. Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ, εἰς εἰκόνα Σατύρου πρὸς τῇ ἀκοῇ τὸν αὐλὸν ἔχοντος, καὶ ὥσπερ ἀκροωμένου· Αὐτομάτως, Σατυρίσκε, δόναξ τεὸς ἦχον ἰάλλει; Ἢ τί παρακλίνας οὔας ἄγεις καλάμῳ; Ὃς δὲ γέλων σίγησεν· ἴσως δ' ἂν φθέγξατο μῦθον, Ἀλλ' ὑπὸ τερπωλῆς εἴχετο ληθεδόνι. Οὐ γὰρ κηρὸς ἔρυκεν· ἑκὼν δ' ἠσπάζετο σιγὴν, Θυμὸν ὅλον τρέψας πηκτίδος ἀσχολίῃ. Grotius interpres: *Agathiæ Scholastici, de imagine Satyri tibiam auri admoventis, velut auscultabundi: Sola tua an per se lotos, Satyrisce, sonabit? Nam cur apposita est auribus illa tuis? Ecce silet ridens. Loqueretur, credo: voluptas Ecce est tanta, sui non sit ut ipse memor. Eloquium nec cera negat: sed non vacat illi, Tibia dum sensus distinet, osque, loqui.*

[o] *Delphicos*] Qui Delphis omni certaminum genere valerent. Πεντάθλους Græci vocant, Latini *quinquertiones*, qui in ludo artes gymnasticas quinque exercent. Constabat autem πένταθλον, sive *quinquertium* illud, cursu, saltu, disco, jaculo, lucta. Simonides in Anthol. I. 1. Ἴσθμια καὶ Πυθοῖ Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην. *Victorem Delphis Diophonta Philonis et Isthmo Discus habet, saltus, lucta, pedes, jaculum.* Iidem, cum se pentathlo obtulissent, si pancratio quoque, quod in gravibus agonibus numerari solet, decertarent, *pancratiastæ* vocabantur, παγκρατιασταὶ, hoc est, *qui manibus pedibusque*, quasi omni ope, *omnibusque*, ut dicitur, *unguilis, connixi certabant*, ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶ πυκτομαχοῦντες. Fecit porro Myron et cursorem in Piseo certamine, in quo ars velocior natura intelligitur, ut festivum colligit Epigramma, in Anthol. IV. 2.

[p] *Herculem etiam*] P. Victor, in descriptione Urbis Romæ, regione undecima: 'Circus maximus .... Hercules olivarius ..... Ædes Pompeii.' Tullius, sub initium libri IV. in Verrem, meminit hujus simulacri: 'Verum ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc quod dico, Cupidinis e marmore: ex altera parte Hercules egregie factus ex ære: is dicebatur esse Myronis, ut opinor: et certe ita est.'

Digitized by Google

Fecisse et cicadæ[q] monumentum ac locustæ carminibus suis Erinna[r] significat. Fecit et Apollinem, quem a triumviro Antonio sublatum restituit Ephesiis Divus Augustus, admonitus in quiete. Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior[s] in arte, quam Polycletus, et in symmetria[22] diligentior: et ipse tamen corporum tenus curiosus, animi sensus non expressisse, capillum quoque et pubem non emendatius fecisse, quam rudis antiquitas instituisset.

Vicit eum Pythagoras[t] Rheginus ex Italia, pancratiaste[u] Delphis posito. Eundem vicit et Leontinus,[23] [v] qui fecit

—22 Gronov. et al. ante Harduin. *et sym.* cod. Dalec. *et in sym.*—23 Ita

NOTÆ

[q] *Fecisse et cicadæ*] Aut ipsum Erinnæ carmen est, aut ei certe simile, quod de eo ipso monumento, Anytæ ab aliis, ab aliis Leonidæ ascribitur, Anthologiæ Græcæ III. 14. *Ἀνύτης, οἱ δὲ Λεωνίδου, εἰς ἀκρίδα· Ἀκρίδι τᾷ κατ' ἄρουραν ἀηδόνι καὶ δρυοκοίτᾳ Τέττιγι ξυνὸν τύμβον ἔτευξε Μυρὼ, Παρθένιον στάξασα κόρα δάκρυ· δισσὰ γὰρ αὐτᾶς Παίγνι' ὁ δυσπειθὴς ᾤχετ' ἔχων Ἀΐδας.* Interprete Grotio: *Anytæ, sive, ut alii, Leonidæ: Læta cicada comis, locustaque ruris aëdon, Hunc vobis tumulum ponit utrique Myro, Tristitiam fletu virgo testata, quod illi Mors pariter lusus abstulit atra duos.* Quod quidem carmen dubitationem injicit haud levem, num de Myrone statuario Plinius incaute acceperit, quod de Myrone puella intelligi oportuit.

[r] *Erinna*] Teia, vel, ut alii volunt, Lesbia vates, Sappho æqualis. Meminere illius Eustathius, in navium catalogum; Stobæus serm. VII. de fortitudine: Propertius II. 3. 'Carminaque Erinnes non putat æqua suis.' Extat Erinnæ Ode Græca, in laudem Urbis Romæ, apud Stobæum Serm. de fortitudine. In ipsam Erinnam Epigramma perelegans Anthol. I. 67. num. 14. *Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον ἁδύ τι μικρὸν, Ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κριν άμενον μέλιτι. Οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι, ἶσοι Ὁμήρῳ, Τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτους. Ἡ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ, μητρὸς φόβῳ, ἢ καὶ ἐφ' ἱστῷ Ἑστήκει, Μουσέων λάτρις ἐφαπτομένη. Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων, Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις. Lesbidis Erinnæ non magna mole, sed omni Pieridum redolet dulcia mella favus: Haud plus tercentum quam versibus æquat Homerum, Annos nata decem virgo, superque novem. Nec tamen interea quæ poscunt otia Musæ, Aut colus, aut telæ, matre premente, dabant. Si cupis, Erinnam Sappho testudine vincat: Dum tamen Erinnæ cedat in hexametris.* Similia plura in eam vide Anthol. III. 25.

[s] *Numerosior*] In excogitandis quæ ad variandam artem spectant, ingeniosior, solertiorque: vel plurium potius statuarum fictor.

[t] *Pythagoras*] *Πυθαγόρας Ῥηγῖνος* Pausaniæ quoque lib. VI. pag. 350. a Philosopho ejus nominis et patria, et ætate, et arte diversissimus.

[u] *Pancratiaste*] Quæ vis huic voci subsit, paulo ante diximus. Fuit hic,

Digitized by Google

stadiodromon[w] Astylon, qui Olympiæ ostenditur: et Libyn puerum[x] tenentem tabellam,[24] eodem loco,[y] et mala ferentem nudum. Syracusis autem claudicantem: cujus ulceris dolorem sentire etiam spectantes videntur. Item Apollinem, serpentemque ejus sagittis confici: citharœdum, qui Dicæus[z] appellatus est, quoniam cum[25] Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum, sinu ejus celatum esset.[b] Hic primus nervos et venas expressit, capillumque diligentius.

Fuit et alius Pythagoras Samius,[26][a] initio pictor, cujus signa ad ædem Fortunæ hujusque diei[b] septem nuda, et

[b] *Profugiens ex urbe quidam, in sinum ejus statuæ conditam, celatamque pecuniam, rediens integram intactamque reperit.*

Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Lentius* Gronov. et vulgg.—24 Cod. Dalec. *et Iolpum p. t. tabulas;* alii etiam *tabulas;* al. *bellas;* Vet. Dalec. *labellum.*—25 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Item Apollinem citharœdum ... qui Dicæus... quod cum* edd. vett. et Gronov. *sagittis confectum* Vet. Da-

NOTÆ

ni fallit conjectura, Euthymus Locrus, qui Olymp. LXXVI. pugilatu vicit: de quo dictum est VII. 48. Hujus enim statuam a Pythagora Rhegino positam, auctor est Pausanias loc. cit.

[v] *Leontinus*] Pythagoras scilicet alter, Leontinis Siciliæ oppido oriundus. Vide Notas et Emend. num. 10.

[w] *Stadiodromon*] Σταδιοδρόμον, *qui in stadio cursu certat.* De Astylo Crotoniatā cursore Plato de Leg. l. VIII. aliique. Ter is Ὀλυμπιονίκης fuit.

[x] *Libyn puerum*] Cum puer hic appelletur, miror Dalecampium existimasse Mneseam Cyrenæum intelligi, cujus cælatam effigiem a Pythagora Rhegino Pausanias prodidit lib. VI. pag. 367. cum vir ille dicatur, et gravi accinctus armatura.

[y] *Eodem loco*] Olympiæ, in Elide.

[z] *Qui Dicæus*] Δίκαιος, *justus:* quod pecuniam, in sinum ejus statuæ conditam, summa ea fide servasset. Similem huic historiam vide apud Athen. lib. I. pag. 19. Revocat id in memoriam Xenocratis epigramma lepidum ex Anthol. IV. 12. de Mercurio ligneo aurum asservante: Ἑρμείῃ ξυλίνῳ τις ἐπηύχετο, καὶ ξύλον ἦεν. Εἶτά μιν ἀείρας, χαμάδις βάλε· τοῦ δ' ἀπὸ χρυσὸς Ἐβῤῥύησεν καταγέντος· Ὕβρις πόρε πολλάκι κέρδος. *Mercurium ex ligno vir adit prece: nil nisi lignum Ille erat: in terram vi magna dejicit: aurum Profluit e fracto. Dat sæpe injuria lucrum.*

[a] *Fuit et alius Pythagoras Samius*] De quo Laërtius lib. VIII. in Vita Pythagoræ, pag. 225. Καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον. Quare Dalecampio cave credas, qui contra omnium exemplarium fidem, contra scriptoris mentem, ex Pausania Parium pro Samio reponi posse credit, quoniam Pythagoræ Parii pictoris apud istum mentio in Bœoticis.

[b] *Ad ædem Fortunæ hujusque diei*] De hac voce superius diximus, hoc ipso capite.

Digitized by Google

senis unum, laudata sunt.[27] Hic supra dicto [c] facie quoque indiscreta similis fuisse traditur: Rhegini autem discipulus et filius sororis fuisse Sostratus.[d]

Lysippum Sicyonium,[*] Duris negat, Tullius fuisse [28] discipulum affirmat,[e] sed primo ærarium fabrum, audendi rationem cœpisse pictoris Eupompi responso. Eum enim interrogatum, quem sequeretur antecedentium, dixisse demonstrata hominum multitudine, 'Naturam ipsam imitandam esse, non artificem.' Plurima ex omnibus signa fecit, ut diximus,[f] fœcundissimæ artis, interque destringentem se,[g] quem Marcus Agrippa ante Thermas suas [h] dicavit, mire gratum Tiberio principi: qui non quivit [29] temperare sibi in eo, quanquam imperiosus sui [i] inter initia principatus, transtulitque in cubiculum, alio ibi signo substituto: cum quidem tanta [30] populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi Apoxumenon flagitaverit,[31] princepsque, quanquam adamatum, reposuerit. Nobilitatur Lysippus et temulenta tibicina, et canibus ac venatione. Inprimis vero quadriga cum Sole Rhodiorum.[j] Fecit et Alexandrum [k] Magnum multis operibus, a pueritia

[*] *Duris negat fuisse discipulum cujuspiam: sed a se ipso ait didicisse: Tullius contra affirmat.*

lec.—26 *Parius* Pausan. lib. IX.—27 Vet. Dalec. *diei seminuda et valde laudata sunt;* al. vett. *deæ sunt seminuda unde et laudata;* Turneb. *diei sunt seminuda et senis unum;* edd. vett. et Gronov. *hujusce Deæ septem,&c.*—28 Vet. Dalec. *sororis Sostratus Lysippum fuisse S. D. n. T. Praxitelis fuisse.*—29 Dalec. *qui nequivit.*—30 Vet. Dalec. *cum tanta quidem.*—31 Cod. Dalec.

NOTÆ

[c] *Hic supra dicto*] Pythagoræ Leontino.

[d] *Sostratus*] De quo supra.

[e] *Lysippum Sicyonium*] Hanc ejus patriam omnes agnoscunt. Tzetzes inprimis Chil. VIII. Hist. 200. pag. 417.

[f] *Ut diximus*] Supra c. 17.

[g] *Destringentem se*] Strigili se fricantem in balneo, ut supra diximus, ἀποξυόμενον.

[h] *Ante Thermas suas*] Apud P. Victorem, 'Thermæ Agrippæ,' regione Urbis nona.

[i] *Imperiosus sui*] Vide Tranquillum in Tiberio, cap. 26. et sequentibus.

[j] *Sole Rhodiorum*] Qualis in nummis Rhodiorum exprimitur, capite radiato. De hoc Solis curru vide Dionem Chrys. orat. Rhod.

[k] *Fecit et Alexandrum*] Archelaus, in Anthol. IV. 8. *Τόλμαν Ἀλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν Λύσιππος· τίν᾽ ὅδε χαλκὸς ἔχει δύναμιν; Αὐδασοῦντι*

Digitized by Google

ejus orsus. Quam statuam inaurari jussit Nero princeps, delectatus admodum illa. Dein cum pretio[l] perisset gratia artis,[32] detractum est aurum: pretiosiorque talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque concisuris,[33] in quibus aurum hæserat, remanentibus. Idem fecit Hephæstionem Alexandri Magni amicum,[m] quem quidam Polycleto ascribunt, cum is[n] centum prope annis ante fuerit. Idem Alexandri venationem, quæ Delphis sacrata est: Athenis Satyrum:[o] turmam Alexandri,[p] in qua amicorum ejus imagines[34] summa omnium[q] similitudine expressit. Has Metellus,[r] Macedonia subacta, transtulit Romam. Fecit et quadrigas multorum generum. Statuariæ arti plurimum traditur contulisse, capillum exprimendo,[s] capita minora fa-

---

efflagitaverit.—32 Cod. Dalec. *operis.*—33 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *conscissuris* Gronov. et vulgg.—34 ' Ita bene Mss. Reg. et Editio princeps. Perperam eruditus Harduinus, ut Velleii Paterculi auctoritatem infringeret, in altera sua editione emendavit: *Athenis Satyrorum turmam: Alexandrum amicorumque ejus imagines.* Egregium illud

NOTÆ

δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος, ἐς Δία λεύσσων, Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ· σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε. Æquat Alexandri vultumque animumque ferocem Lysippus: tantum posse quis æra putet? Æreus iste Jovem spectans clamare videtur: Subdo mihi terras: tu, pater, astra tene.

[l] *Dein cum pretio*] Cum esset ea statua facta pretiosior auro addito, vilior peritorum judicio habita postea est.

[m] *Alexandri M. amicum*] Vide Valer. Max. IV. 7. p. 235.

[n] *Cum is*] Scilicet Polycletus, qui Olympiade floruit LXXXVII. Hephæstion cum Alexandro, Olymp. CXIV.

[o] *Athenis Satyrum*] Vide Notas et Emend. num. 11.

[p] *Turmam Alexandri*] Turmam statuarum equestrium, quinque scilicet ac XX. equitum, qui ex Alexandri turma ad Granicum flumen ceciderant. Auctor Velleius lib. I. pag. 5. et Arrianus de Exped. Alex. l. I. p. 47.

[q] *Summa omnium*] Propert. III. 8. ' Gloria Lysippo est animosa effingere signa.'

[r] *Has Metellus*] Qui Macedonia tertio domita, anno Urbis DCVI. victoque Andrisco, infimæ sortis homine, qui pro Philippo Persei filio se gerens eam anno ante occupaverat, Macedonici nomen inde tulit.

[s] *Capillum exprimendo*] Expressit autem feliciter inprimis in Occasionis simulacro, quod finxit ille, ut Posidippus refert in Anthologia IV. 14. non inelegante epigrammate: *Τίς, πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. οὔνομα δὴ τίς; Λύσιππος. σὺ δὲ, τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ. Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω· τί δὲ ταρσοὺς Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος. Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; ἄνδρασι δεῖγμα Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω. Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι. Νὴ Δία τἀξόπιθεν δ' εἰς τί φαλακρὰ πέλει; Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξ-*

Digitized by Google

ciendo, quam antiqui: corpora graciliora, siccioraque, per quæ proceritas signorum major videretur.[35] Non habet Latinum nomen[t] symmetria, quam diligentissime custodivit, nova intactaque ratione quadratas veterum staturas[36] permutando: vulgoque dicebat, 'ab illis factos, quales essent, homines:[u] a se, quales viderentur esse.' Propriæ hujus videntur esse argutiæ[v] operum,[d] custoditæ in minimis quoque rebus.

Filios et discipulos reliquit laudatos artifices, Lahippum,[37][w] et Bedam,[x] sed ante omnes Euthycratem: quanquam is constantiam patris potius æmulatus, quam ele-

[d] *Elegantiam operum.*

opus commendat et describit Velleius Paterculus I. 12.' *Brotier.*—35 Ita cod. Dalec. edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *videtur* edd. vett. Gronov. et Franz.—36 Cod. Dalec. *non incerta ratione qua v. statuas.*—37 Ita codd. Regg. Brot. Editio princeps, al. vett. et Gronov. *Dahippum* Harduin.

NOTÆ

αὐτά με ποσσὶν, Οὔ τις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν. Τοὔνεχ' ὁ τεχνίτης με διέπλασεν, εἵνεκεν ὑμέων, Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην. Tu quis es hic qui stas? Occasio. Quis tibi fictor? Lysippus. Cujas? De Sicyone satus. Nitere cur pedibus summis? Amo currere. Pennæ Cur pedibus! Venti turbine rapta volo. In dextra cur ista novacula? Monstrat acutam Hæc esse et ferro me magis et chalybe. Cur in fronte coma est? Appendar ut obvia. Sed cur Omnis abest glabro crinis ab occipite? Nempe quod eripui cum me semel alite cursu, Nemo erit elapsam qui revocare queat. Hanc operum fictor propter vos sumserat, hospes, Pro monito starem semper ut ante fores.

[t] *Non habet Latinum nomen*] Non est igitur visa Plinio digna Latino ore vox, *commensus*, qua voce, Græci fere vocabuli *συμμετρίας* ratione servata, Vitruvius haud semel utitur: inprimis III. 1. 'Ut etiam in operum perfectionibus singulorum membrorum ad universam figuræ speciem habeat commensus exactionem.' Neque geminum illud verbum arrisit, quod, ut symmetriam significaret, Plinius alter adhibuit Epist. II. 5. 'congruentia æqualitasque.' 'Etenim si avulsum statuæ caput,' inquit, 'aut membrum aliquod inspiceres, non tu quidem ex illo posses congruentiam æqualitatemque deprehendere, posses tamen judicare an idipsum satis elegans esset.' Nos 'proportionem' et 'correspondentiam' dicimus.

[u] *Quales essent homines*] Vide quæ de gratia picturæ dicturi sumus XXXV. 36.

[v] *Argutiæ*] Elegantia operum. Ipse mox de Euthycrate Lysippi filio: 'Quanquam is constantiam patris potius æmulatus, quam elegantiam,' &c.

[w] *Lahippum* [*Dahippum*] Non *Lahippum*, ut supra monuimus.

[x] *Et Bedam*] Alter a Vitruvio Bedas Byzantius in statuariorum quoque insignium albo ponitur, in præf. lib. III. pag. 37. De Euthycrate superius diximus.

Digitized by Google

gantiam, austero maluit genere, quam jucundo, placere. Itaque optime expressit Herculem Delphis, et Alexandrum, Thespin venatorem, et Thespiadas:[y] prælium equestre: simulacrum Trophonii[z] ad oraculum:[38] quadrigas Medeæ complures: equum cum fiscinis:[39][a] canes venantium.

Hujus porro discipulus fuit Tisicrates,[b] et ipse Sicyonius, sed Lysippi sectæ propior, ut vix discernantur complura signa: ceu senex Thebanus, Demetrius[c] rex, Peucestes[d] Alexandri Magni servator, dignus tanta gloria.[e]

1. 2. 3. et recentt.—38 Ita codd. Harduini, Turneb. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *equestre ad Trophonii oraculum* al.—39 Vet. Dalec.

NOTÆ

[y] *Thespiadas*] Musas novem, a Thespiis Bœotiæ oppido, ubi inprimis colebantur, sic appellatas. Thespiades Deæ apud Ovid. Met. v. 310.

[z] *Trophonii*] Summus artifex is fuit in secandis saxis, qui subterraneum fanum in Lebadea Bœotiæ regione construxit, quod vulgo Trophonii fanum, ut diximus in Geographicis lib. IV. ab artifice cognominatum est. Ibi oracula complura reddi olim solita. Locum hunc ope codicum Mss. sanavimus, cum prius legeretur, *equestre prælium ad Trophonii oraculum.* Simulacrum porro Trophonii fuisse ejusmodi arbitramur, quale a Suida describitur: Τὸν δὲ Τροφώνιόν φασιν ἔχοντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀγαμήδους, καὶ διωκόμενον ὑπὸ Αἰγαίου, εὐξαμένου εἰς χάσμα ἐμπεσεῖν, οὗ δὴ καὶ τὸ μαντεῖόν ἐστι. *Trophonium aiunt, fratris Agamedis caput tenentem, persequente Ægæo, in hiatum, ubi nunc ejus oraculum est, voto facto incidisse.*

[a] *Equum cum fiscinis*] Fiscina seu fiscella fit e viminibus funiculisque contextis, qua boum, equorumque, et mulorum ora faucesque capistrantur. Fiscellas Plinius ipse appellat XVIII. 49. In hunc forte Lysippi equum extat argutum Philippi Macedonis epigramma, in Anthol. IV. 7. Ἴδ' ὡς ὁ πῶλος χαλκοδαιδάλῳ τέχνῃ Κορωνιῶν ἕστηκε· δριμὺ γὰρ βλέπων Ὑψαυχενίζει, καὶ διηνεμωμένας Κορυφῆς ἐθείρας οὐρίωκεν ἐς δρόμον. Δοκέω, χαλινοὺς εἴ τις ἡνιοστρόφος Ἐναρμόσει γένυσσι, κἀπικεντρίσει, Ὁ σὸς πόνος, Λύσιππε, καὶ παρ' ἐλπίδα Τάχ' ἐκδραμεῖται· τῇ τέχνῃ γὰρ ἐμπνέει. *Vides ut altum cornipes superbiat Docta dolatus arte? sic collum erigit, Sic acre cernit, deque toto vertice Vento fluentes fundit in cursum jubas. Si quis lupata, credo, maxillis eques Imponat, armos et premat calcaribus, Tuus repente, spem supra mortalium, Lysippe curret, quippe jam spirat, labor.*

[b] *Tisicrates*] Τισικράτης.

[c] *Demetrius*] Poliorcetes, Asiæ primum, mox et Macedoniæ tyrannus.

[d] *Peucestes*] Qui in obsidione oppidi Oxydracarum, ut Curtius refert IX. 17. p. 368. 'tribus jaculis confossus, non se tamen scuto, sed regem Alexandrum tuebatur.' In obsidione primarii Mallorum oppidi id contigisse ceteri narrant, Strabo, Plutarchus, Arrianus, Lucianus in Dialogis mortuorum.

[e] *Tanta gloria*] Tam eximiæ honore statuæ, tantoque artifice.

Digitized by Google

Artifices, qui compositis voluminibus condidere hæc, miris laudibus celebrant et Telephanem Phoceum, ignotum alias, quoniam in Thessalia habitaverit, ubi latuerint[40] opera ejus: alioqui suffragiis ipsorum æquatur Polycleto, Myroni, Pythagoræ. Laudant ejus Larissam,[f] et Spintharum[41][g] pentathlon, et Apollinem. Alii non hanc ignobilitatis fuisse causam, sed quoniam se regum Xerxis[42] atque Darii officinis dediderit, existimant.

Praxiteles quoque marmore[h] felicior: ideo et clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proserpinæ raptum:[43] item Catagusam,[i] et Liberum patrem, et Ebrietatem, nobilemque[44] una[j] Satyrum, quem Græci periboëton[k] cognominant. Signa etiam, quæ ante Felicitatis ædem[l] fuere, Veneremque, quæ cum ipsa æde incendio

fuscinis.—40 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ubi habitavit, latuerint* Vet. Dalec. *ubi habitaverat, latuerint* Gronov. et vulgg.—41 *Spinarum* cod. Dalec. *Spinarchum* Vet. Dalec. *Spintharum* al. vett. *Spinarum* Gronov. et vulgg.—42 Vet. Dalec. *regi Xerxi.*—43 Vet. Dalec. *raptum ad Syracusas.*—44 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Catagusam et Ebrietatem, et Liberum patrem,*

NOTÆ

[f] *Larissam*] Pelasgi filiam, quæ arci Argivorum, ac duabus Thessaliæ urbibus nomen suum impertiit. Auctor Pausanias in Corinthiacis.

[g] *Et Spintharum*] Prius *Spinarum* legebatur: quæ vox apud Græcos nusquam occurrit. Proprium viri nomen est Σπίνθαρος, apud Plutarch. lib. de Audit. pag. 39. Pausan. lib. I. p. 56. item lib. X. p. 619. Suidam tom. II. p. 792.

[h] *Praxiteles .... marmore*] Propertius III. 8. 'Phidiacus signo se Jupiter ornat eburno, Praxitelem Parius vindicat arte lapis.'

[i] *Item Catagusam*] Κατάγουσαν, Cererem scilicet, quæ raptam Proserpinam reducit in domum. Unde καταγόμενοι, *reduces.* Hic miras merasque afferunt nugas interpretes. Ovidium consule, qui Met. V. 565. Jovem ait ita litem de Proserpinæ raptu composuisse, ut hæc senis anni mensibus apud Plutonem, totidem apud matrem incoleret.

[j] *Nobilemque una*] Una eademque pictura Ebrietatem Satyrumque descriptos fuisse significat.

[k] *Periboëton*] Περιβόητον, celebrem et nominatissimum. Pausanias lib. I. Ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου καλουμένη Τρίποδες .... Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ Πραξιτέλης λέγεται φρονῆσαι μέγα. *Via est a Prytaneo, Tripodes dicta .... Ibi Satyrus extat, quo Praxiteles se jactasse gloriatur.* Meminit hujus Satyri a Praxitele elaborati Athenæus lib. XIII. p. 591. Alterius e marmore Pario, in quo et Liber Pater cum Satyro, Pausanias lib. I. p. 81.

[l] *Ante Felicitatis ædem*] Ea signa intelligit, quæ L. Mummius ex Achaica præda detulit, anno Urbis DCVIII. Cicero Orat. VI. in Verrem de signis,

Digitized by Google

cremata est Claudii principatu, marmoreæ illi suæ [m] per terras [45] inclytæ parem. Item Stephusam,[n] Spilumenen,[o] Œnophorum :[p] Harmodium [q] et Aristogitonem tyrannicidas, quos a Xerxe Persarum rege captos victa Perside Atheniensibus remisit Magnus Alexander.[46] [r] Fecit et puberem [s] Apollinem surrepenti [47] lacertæ cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon vocant. Spectantur et duo signa ejus diversos affectus exprimentia, flentis matronæ, et meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynen [t] fuisse,

nobilemque Gronov. et vulgg.—45 Vet. Dalec. *illi super ceteras.*—46 *Antiochus* Pausanias lib. I. *Seleucus* Val. Max. II. 10.—47 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et puberem subrepenti* Gronov.

NOTÆ

num. 4. 'Itaque ille L. Mummius, cum Thespiis ea, quæ ad ædem Felicitatis sunt, ceteraque ex illo oppido signa tolleret,' &c. Fuit regione secunda Urbis, ubi et Curia Hostilia. Dio lib. XLIV.

[m] *Marmoreæ illi suæ*] Veneri e marmore, de qua XXXVI. 4.

[n] *Item Stephusan*] Στέφουσαν, *mulierem coronas plectentem.*

[o] *Spilumenen*] Σπιλουμένην, *anum sordidam.* Tatianus contra Græcos, pag. 183. ipsos irridet, ob meretricum, ceterarumque mulierum statuas, quas illi haberent in pretio: et in exemplum affert hanc inprimis. Καὶ Σπιλούμενόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν. Unde Turnebi commentum irridetur, Advers. XVI. 12. p. 487. existimantis legi hic oportere conjunctim, *Spilumenen oporan*, hoc est, *autumnum sordidam*, cum de mulierum simulacris sermo habeatur. Et Turnebo sane exemplaria quoque scripta adversantur: nec minus aliis, qui *Psilumenen* legunt.

[p] *Œnophorum*] Οἰνοφόρον, *mulierem, quæ vinum fert.*

[q] *Harmodium*] De his cap. 9.

[r] *Magnus Alexander*] Non ipse quidem, sed qui Alexandro successit, Seleucus, si Valerium Maximum audimus: sic enim ille II. 10. p. 238. 'Harmodii et Aristogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies æneas Xerxes ea urbe devicta in regnum suum transtulit: longo deinde interjecto tempore, Seleucus in pristinam sedem reportandas curavit,' &c. Nec Seleucus quidem ipse, sed Antiochus Seleuci F. si Pausaniæ fides, lib. I. pag. 14. Quisquis autem is fuerit, qui demum ea signa Athenis restituerit, præstitisse id eum Alexandri jussu credimus. Plinio Arrianus suffragatur de Exped. Alex. lib. III. pag. 396. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατελήφθη αὐτοῦ, ὅσα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε· τά τε ἄλλα, καὶ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος χαλκαῖ εἰκόνες· καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει ὀπίσω Ἀλέξανδρος, καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες. Quod iterum repetit idem lib. VII. pag. 483.

[s] *Fecit et puberem*] Apollinem videlicet. Vide Notas et Emend. num. 12. Σαυροκτόνον, a σαῦρος, *lacerta*, et κτείνω, *occido*.

[t] *Phrynen*] Praxitelis ipsius amasiam: cujus in gratiam et Amoris simulacrum ille finxit, inscripsitque ba-

Digitized by Google

deprehenduntque in ea amorem artificis, et mercedem in vultu meretricis.

Habet et simulacrum benignitas ejus. Calamidis enim quadrigæ aurigam suum imposuit,[t] ne melior in equorum effigie defecisse in homine crederetur. Ipse Calamis[u] et alias quadrigas bigasque fecit, equis semper sine æmulo expressis. Sed ne videatur in hominum effigie inferior, Alcmena[48] [v] nullius est nobilior.

Alcamenes[w] Phidiæ discipulus et marmorea fecit, et æreum pentathlon, qui vocatur Encrinomenos.[x] At Polycleti discipulus Aristides quadrigas, bigasque. Iphicratis[49] [y] Leæna laudatur; scortum hæc[z] lyræ cantu familiare[50] Harmodio et Aristogitoni, consilia eorum de tyrannicidio, usque ad mortem excruciata a tyrannis,[51] non pro-

[t] *Fecit et Praxiteles effigiem alteram, qua benignæ suæ indolis dedit argumentum. Nam Calamidis quadrigæ aurigam sua manu elaboratum imposuit, &c.*

et vulgg.—48 Vet. Dalec. *Alcumena.*—49 *Et Iphicratis* Gronov. et al. ante Harduin. '*Iphicrates* codd. Regg. et Editio princeps. Frustra eruditus Harduinus emendavit *Tisicratis.*' Brotier. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz.—50 Cod. Dalec. *familiaris.*—51 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *excruciata tyrannis* Gronov. et al. vett.—

NOTÆ

si epigramma a Simonide concinnatum, in Anthol. IV. 12. et apud Athenæum: Πραξιτέλης ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν ἔρωτα, Ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης· Φρύνῃ μισθὸν ἐμοῖο διδοὺς ἐμέ· φίλτρα δὲ βάλλω Οὐκέτι τοξεύων, ἀλλ' ἀτενιζόμενος. Grotius sic reddidit: *Quam bene Praxiteles finxit, quem sensit Amorem: De corde exemplar sumserat ille suo. Meque mei pretium Phryne dedit: inde sagittis Nil opus est: videar si modo, sat ferio.*

[u] *Ipse Calamis*] De Calamide, Cicero in Bruto, p. 535. Pausanias lib. VI. p. 365. Propertius III. 8. 'Exactis Calamis se mihi jactat equis.' Ovid. ex Ponto IV. 1. 33. 'Vindicat ut Calamis laudes quos fecit equorum.'

[v] *Alcmena*] Herculis mater.

[w] *Alcamenes*] Hactenus de celebrioribus statuariis habita oratio: ceteri deinceps ex alphabeti serie appellandi. Ἀλκαμένης Pausaniæ crebro memoratus, non sine peculiari operum ejus commendatione, in Atticis, Arcadicis, &c. De eo rursum inferius XXXVI. 4. et jam supra diximus.

[x] *Encrinomenos*] Ἐγκρινόμενος, inprimis approbatus, ceteris prælatus.

[y] *Iphicratis* [*Tisicratis*] Typi hactenus prætulerunt, *Et Iphicratis.* At idem supra Tisicratem laudavit.

[z] *Scortum hæc*] Refert hoc quoque de Leæna Athenæus lib. XIII. 596. Item Pausanias lib. I. p. 48.

Digitized by Google

didit. Quamobrem Athenienses, et honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis ejus [a] fecere; atque, ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt.

Bryaxis [b] Æsculapium et Seleucum [52] fecit. Bedas adorantem.[c] Batton, Apollinem, et Junonem, qui sunt Romæ in Concordiæ templo.[d]

Ctesilaus [53] vulneratum deficientem, in quo possit intelligi, quantum restet animæ: et Olympium [e] Periclem dignum

52 'Ingeniose quidem conjecit Harduinus, *Æsculapium et Salutem*. At et infra inter opera nobilia artificum laudatur Seleucus rex. Nihil ergo mutan-

NOTÆ

[a] *Animal nominis ejus*] Nempe leænam. Plutarchus de Garrul. p. 505. ubi rem prolixe narrat, et eleganter quidem : *Ἀθηναῖοι δὲ χαλκῆν ποιησάμενοι λέαιναν, ἄγλωσσον, ἐν πύλαις τῆς ἀκροπόλεως ἀνέθηκαν, κ. τ. λ.* Calamidis opus id fuisse, ex aliorum asseveratione, ac probabiliore fama, refert Pausanias lib. I. p. 40.

[b] *Bryaxis*] De quo cap. 18. Vide Notas et Emend. num. 13.

[c] *Bedas adorantem*] Subintellige, fecit, ex antecedente sententia. Conjunctim hæc legenda Dalecampius arbitratus est, *Bedas adorantem Batton, &c.* cum sit ibi *Batton* in recto, statuarii nomen, qui sacrificantem, sive, ut nunc Plinius ait, adorantem, fecisse rursum traditur inferius.

[d] *In Concordiæ templo*] In regione Urbis octava.

[e] *Olympium*] Id ei cognomen hæsit, vel ob eximiam dicendi vim, qua tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur, vel ob insignem domi militiæque potentiam, aliasve ob causas, quas affert Plutarchus in ejus Vita, pag. 156. Valerius Max. v. 10. 'Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii Jovis cognomen ascendit.' Affectavit id nomen etiam Hadrianus in nummis, ΚΑΙΣΑΡ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ. ΟΛΥΜΠΙΟΣ. Et ipse Nero. —'Datum est etiam cognomen Olympii Romanis Imperatoribus omnino tribus : Hadriano, Commodo, Severo Alexandro. Hadriani Augusti sunt in Gaza Regia, et alibi, nummi inscripti, ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ, ΚΑΙϹΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ, ΚΑΙϹΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟϹ ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Commodi, in Thesauro Regio : Μ. ΑΥ. ΟΛΥΜΠ. ΚΟΜΟΔΟϹ. 'Marcus Aurelius Commodus.' Denique Severi Alexandri, in collectione Mss. D. de Peiresc. pag. 100. ΟΛΥΜΠ. ΑΥΡ. ϹΕΟΥΗΡΟϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟϹ ϹΕΒ. 'Olympius Aurelius Alexander Augustus.' Caput laureatum. .)(. Caput Jovis. ΤΕΤΑΡΤΟΥ. 'Anno quarto' ejusdem Alexandri imperii. Appellatione ea Græci donasse videntur Augustos, qui in majoribus suis duos haberent Divos Augustos; quasi jam essent ipsi e nomine natalium jure cœli hæredes. Sic Hadrianus Divum Titum habuit proavum, Divum Nervam avum maternum : Commodo fuit Divus Marcus pater, et Divus Pius avus. Aurelio Severo Alexandro abavus Divus Marcus, Divi Pii filius.' *Ed. sec.* —In æream Periclis statuam epigramma extat in Anthol. lib. v. *Ἡγασάμην δ' ὁρόων σε, Περίκλεες, ὅττι καὶ*

Digitized by Google

Fecisse et cicadæ [q] monumentum ac locustæ carminibus suis Erinna [r] significat. Fecit et Apollinem, quem a triumviro Antonio sublatum restituit Ephesiis Divus Augustus, admonitus in quiete. Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior [s] in arte, quam Polycletus, et in symmetria [22] diligentior: et ipse tamen corporum tenus curiosus, animi sensus non expressisse, capillum quoque et pubem non emendatius fecisse, quam rudis antiquitas instituisset.

Vicit eum Pythagoras [t] Rheginus ex Italia, pancratiaste [u] Delphis posito. Eundem vicit et Leontinus,[23] [v] qui fecit

—22 Gronov. et al. ante Harduin. *et sym.* cod. Dalec. *et in sym.*—23 Ita

NOTÆ

[q] *Fecisse et cicadæ*] Aut ipsum Erinnæ carmen est, aut ei certe simile, quod de eo ipso monumento, Anytæ ab aliis, ab aliis Leonidæ ascribitur, Anthologiæ Græcæ III. 14. *Ἀνύτης, οἱ δὲ Λεωνίδου, εἰς ἀκρίδα· Ἀκρίδι τᾷ κατ' ἄρουραν ἀηδόνι καὶ δρυοκοίτᾳ Τέττιγι ξύνον τύμβον ἔτευξε Μυρὼ, Παρθένιον στάξασα κόρα δάκρυ· δισσὰ γὰρ αὐτᾶς Παίγνι' ὁ δυσπειθὴς ᾤχετ' ἔχων Ἀΐδας.* Interprete Grotio: *Anytæ, sive, ut alii, Leonidæ: Læta cicada comis, locustaque ruris aëdon, Hunc vobis tumulum ponit utrique Myro, Tristitiam fletu virgo testata, quod illi Mors pariter lusus abstulit atra duos.* Quod quidem carmen dubitationem injicit haud levem, num de Myrone statuario Plinius incaute acceperit, quod de Myrone puella intelligi oportuit.

[r] *Erinna*] Teia, vel, ut alii volunt, Lesbia vates, Sappho æqualis. Meminere illius Eustathius, in navium catalogum; Stobæus serm. VII. de fortitudine: Propertius II. 3. 'Carminaque Erinnes non putat æqua suis.' Extat Erinnæ Ode Græca, in laudem Urbis Romæ, apud Stobæum Serm. de fortitudine. In ipsam Erinnam Epigramma perelegans Anthol. I. 67. num. 14. *Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον ἁδύ τι μικρὸν, Ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κρινάμενον μέλιτι. Οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι, Ἶσοι Ὁμήρῳ, Τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτους. Ἣ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ, μητρὸς φόβῳ, ἢ καὶ ἐφ' ἱστῷ Ἑστήκει, Μουσέων λάτρις ἐφαπτομένη. Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων, Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.* *Lesbidis Erinnæ non magna mole, sed omni Pieridum redolet dulcia mella favus: Haud plus tercentum quam versibus æquat Homerum, Annos nata decem virgo, superque novem. Nec tamen interea quæ poscunt otia Musæ, Aut colus, aut telæ, matre premente, dabant. Si cupis, Erinnam Sappho testudine vincat: Dum tamen Erinnæ cedat in hexametris.* Similia plura in eam vide Anthol. III. 25.

[s] *Numerosior*] In excogitandis quæ ad variandam artem spectant, ingeniosior, solertiorque: vel plurium potius statuarum fictor.

[t] *Pythagoras*] Πυθαγόρας Ῥηγῖνος Pausaniæ quoque lib. VI. pag. 350. a Philosopho ejus nominis et patria, et ætate, et arte diversissimus.

[u] *Pancratiaste*] Quæ vis huic voci subsit, paulo ante diximus. Fuit hic,

Digitized by Google

stadiodromon [w] Astylon, qui Olympiæ ostenditur: et Libyn puerum [x] tenentem tabellam,[24] eodem loco,[y] et mala ferentem nudum. Syracusis autem claudicantem: cujus ulceris dolorem sentire etiam spectantes videntur. Item Apollinem, serpentemque ejus sagittis confici: citharœdum, qui Dicæus [z] appellatus est, quoniam cum [25] Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum, sinu ejus celatum esset.[b] Hic primus nervos et venas expressit, capillumque diligentius.

Fuit et alius Pythagoras Samius,[26] [a] initio pictor, cujus signa ad ædem Fortunæ hujusque diei [b] septem nuda, et.

[b] *Profugiens ex urbe quidam, in sinum ejus statuæ conditam, celatamque pecuniam, rediens integram intactamque reperit.*

Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Lentius* Gronov. et vulgg.—24 Cod. Dalec. *et Iolpum p. t. tabulas;* alii etiam *tabulas;* al. *bellas;* Vet. Dalec. *labellum.*—25 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Item Apollinem citharœdum ... qui Dicæus... quod cum* edd. vett. et Gronov. *sagittis confectum* Vet. Da-

NOTÆ

ni fallit conjectura, Euthymus Locrus, qui Olymp. LXXVI. pugilatu vicit: de quo dictum est VII. 48. Hujus enim statuam a Pythagora Rhegino positam, auctor est Pausanias loc. cit.

[v] *Leontinus*] Pythagoras scilicet alter, Leontinis Siciliæ oppido oriundus. Vide Notas et Emend. num. 10.

[w] *Stadiodromon*] *Σταδιοδρόμον, qui in stadio cursu certat.* De Astylo Crotoniatâ cursore Plato de Leg. l. VIII. aliique. Ter is Ὀλυμπιονίκης fuit.

[x] *Libyn puerum*] Cum puer hic appelletur, miror Dalecampium existimasse Mneseam Cyrenæum intelligi, cujus cælatam effigiem a Pythagora Rhegino Pausanias prodidit lib. VI. pag. 367. cum vir ille dicatur, et gravi accinctus armatura.

[y] *Eodem loco*] Olympiæ, in Elide.

[z] *Qui Dicæus*] *Δίκαιος, justus:* quod pecuniam, in sinum ejus statuæ conditam, summa ea fide servasset. Similem huic historiam vide apud Athen. lib. I. pag. 19. Revocat id in memoriam Xenocratis epigramma lepidum ex Anthol. IV. 12. de Mercurio ligneo aurum asservante: *Ἑρμείῃ ξυλίνῳ τις ἐπηύχετο, καὶ ξύλον ἦεν. Εἶτά μιν ἀείρας, χαμάδις βάλε· τοῦ δ' ἀπὸ χρυσὸς Ἔῤῥευσεν καταγέντος· Ὕβρις πόρε πόλλακι κέρδος. Mercurium ex ligno vir adit prece: nil nisi lignum Ille erat: in terram vi magna dejicit: aurum Profluit e fracto. Dat sæpe injuria lucrum.*

[a] *Fuit et alius Pythagoras Samius*] De quo Laërtius lib. VIII. in Vita Pythagoræ, pag. 225. *Καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Σάμιον.* Quare Dalecampio cave credas, qui contra omnium exemplarium fidem, contra scriptoris mentem, ex Pausania Parium pro Samio reponi posse credit, quoniam Pythagoræ Parii pictoris apud istum mentio in Bœoticis.

[b] *Ad ædem Fortunæ hujusque diei*] De hac voce superius diximus, hoc ipso capite.

Digitized by Google

senis unum, laudata sunt.[27] Hic supra dicto [c] facie quoque indiscreta similis fuisse traditur: Rhegini autem discipulus et filius sororis fuisse Sostratus.[d]

Lysippum Sicyonium,[*] Duris negat, Tullius fuisse [28] discipulum affirmat,[e] sed primo ærarium fabrum, audendi rationem cœpisse pictoris Eupompi responso. Eum enim interrogatum, quem sequeretur antecedentium, dixisse demonstrata hominum multitudine, 'Naturam ipsam imitandam esse, non artificem.' Plurima ex omnibus signa fecit, ut diximus,[f] fœcundissimæ artis, interque destringentem se,[g] quem Marcus Agrippa ante Thermas suas [h] dicavit, mire gratum Tiberio principi: qui non quivit [29] temperare sibi in eo, quanquam imperiosus sui [i] inter initia principatus, transtulitque in cubiculum, alio ibi signo substituto: cum quidem tanta [30] populi Romani contumacia fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi Apoxumenon flagitaverit,[31] princepsque, quanquam adamatum, reposuerit. Nobilitatur Lysippus et temulenta tibicina, et canibus ac venatione. Inprimis vero quadriga cum Sole Rhodiorum.[j] Fecit et Alexandrum [k] Magnum multis operibus, a pueritia

[*] *Duris negat fuisse discipulum cujuspiam: sed a se ipso ait didicisse: Tullius contra affirmat.*

lec.—26 *Parius* Pausan. lib. IX.—27 Vet. Dalec. *diei seminuda et valde laudata sunt;* al. vett. *deæ sunt seminuda unde et laudata;* Turneb. *diei sunt seminuda et senis unum;* edd. vett. et Gronov. *hujusce Deæ septem,&c.*—28 Vet. Dalec. *sororis Sostratus Lysippum fuisse S. D. n. T. Praxitelis fuisse.*—29 Dalec. *qui nequivit.*—30 Vet. Dalec. *cum tanta quidem.*—31 Cod. Dalec.

NOTÆ

[c] *Hic supra dicto*] Pythagoræ Leontino.

[d] *Sostratus*] De quo supra.

[e] *Lysippum Sicyonium*] Hanc ejus patriam omnes agnoscunt. Tzetzes inprimis Chil. VIII. Hist. 200. pag. 417.

[f] *Ut diximus*] Supra c. 17.

[g] *Destringentem se*] Strigili se fricantem in balneo, ut supra diximus, ἀποξυόμενον.

[h] *Ante Thermas suas*] Apud P. Victorem, 'Thermæ Agrippæ,' regione Urbis nona.

[i] *Imperiosus sui*] Vide Tranquillum in Tiberio, cap. 26. et sequentibus.

[j] *Sole Rhodiorum*] Qualis in nummis Rhodiorum exprimitur, capite radiato. De hoc Solis curru vide Dionem Chrys. orat. Rhod.

[k] *Fecit et Alexandrum*] Archelaus, in Anthol. IV. 8. Τόλμαν 'Αλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν Λύσιππος· τίν' ὅδε χαλκὸς ἔχει δύναμιν; Αὐδασοῦντι

Digitized by Google

ejus orsus. Quam statuam inaurari jussit Nero princeps, delectatus admodum illa. Dein cum pretio[l] perisset gratia artis,[32] detractum est aurum: pretiosiorque talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque concisuris,[33] in quibus aurum hæserat, remanentibus. Idem fecit Hephæstionem Alexandri Magni amicum,[m] quem quidam Polycleto ascribunt, cum is[n] centum prope annis ante fuerit. Idem Alexandri venationem, quæ Delphis sacrata est: Athenis Satyrum:[o] turmam Alexandri,[p] in qua amicorum ejus imagines[34] summa omnium[q] similitudine expressit. Has Metellus,[r] Macedonia subacta, transtulit Romam. Fecit et quadrigas multorum generum. Statuariæ arti plurimum traditur contulisse, capillum exprimendo,[s] capita minora fa-

efflagitaverit.—32 Cod. Dalec. *operis.*—33 Ita codd. Harduini, cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. et recentt. *conscissuris* Gronov. et vulgg.—34 'Ita bene Mss. Reg. et Editio princeps. Perperam eruditus Harduinus, ut Velleii Paterculi auctoritatem infringeret, in altera sua editione emendavit: *Athenis Satyrorum turmam: Alexandrum amicorumque ejus imagines.* Egregium illud

NOTÆ

δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος, ἐς Δία λεύσσων, Γᾶν ὑπ' ἐμοὶ τίθεμαι, Ζεῦ· σὺ δ' Ὄλυμπον ἔχε. Æquat Alexandri vultumque animumque ferocem Lysippus: tantum posse quis æra putet? Æreus iste Jovem spectans clamare videtur: Subdo mihi terras: tu, pater, astra tene.

[l] *Dein cum pretio*] Cum esset ea statua facta pretiosior auro addito, vilior peritorum judicio habita postea est.

[m] *Alexandri M. amicum*] Vide Valer. Max. IV. 7. p. 235.

[n] *Cum is*] Scilicet Polycletus, qui Olympiade floruit LXXXVII. Hephæstion cum Alexandro, Olymp. CXIV.

[o] *Athenis Satyrum*] Vide Notas et Emend. num. 11.

[p] *Turmam Alexandri*] Turmam statuarum equestrium, quinque scilicet ac XX. equitum, qui ex Alexandri turma ad Granicum flumen ceciderant. Auctor Velleius lib. I. pag. 5. et Arrianus de Exped. Alex. l. I. p. 47.

[q] *Summa omnium*] Propert. III. 8. 'Gloria Lysippo est animosa effingere signa.'

[r] *Has Metellus*] Qui Macedonia tertio domita, anno Urbis DCVI. victoque Andrisco, infimæ sortis homine, qui pro Philippo Persei filio se gerens eam anno ante occupaverat, Macedonici nomen inde tulit.

[s] *Capillum exprimendo*] Expressit autem feliciter inprimis in Occasionis simulacro, quod finxit ille, ut Posidippus refert in Anthologia IV. 14. non ineleganti epigrammate: *Τίς, πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. οὔνομα δὴ τίς; Λύσιππος. σὺ δὲ, τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ. Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω· τί δὲ ταρσοὺς Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος. Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; ἄνδρασι δεῖγμα Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω. Ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι. Νὴ Δία τἀξόπιθεν δ' εἰς τί φαλακρὰ πέλει; Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξ-*

Digitized by Google

ciendo, quam antiqui: corpora graciliora, siccioraque, per quæ proceritas signorum major videretur.[35] Non habet Latinum nomen[t] symmetria, quam diligentissime custodivit, nova intactaque ratione quadratas veterum staturas[36] permutando: vulgoque dicebat, ‘ab illis factos, quales essent, homines:[u] a se, quales viderentur esse.’ Propriæ hujus videntur esse argutiæ[v] operum,[d] custoditæ in minimis quoque rebus.

Filios et discipulos reliquit laudatos artifices, Lahippum,[37] [w] et Bedam,[x] sed ante omnes Euthycratem: quanquam is constantiam patris potius æmulatus, quam ele-

[d] *Elegantiam operum.*

opus commendat et describit Velleius Paterculus I. 12.’ *Brotier.*—35 Ita cod. Dalec. edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *videtur* edd. vett. Gronov. et Franz.—36 Cod. Dalec. *non incerta ratione qua v. statuas.*—37 Ita codd. Regg. Brot. Editio princeps, al. vett. et Gronov. *Dahippum* Harduin.

NOTÆ

αντά με ποσσὶν, Οὔ τις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν. Τούνεχ' ὁ τεχνίτης με διέπλασεν, εἵνεκεν ὑμέων, Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην. Tu quis es hic qui stas? Occasio. Quis tibi fictor? Lysippus. Cujas? De Sicyone satus. Nitere cur pedibus summis? Amo currere. Pennæ Cur pedibus! Venti turbine rapta volo. In dextra cur ista novacula? Monstrat acutam Hæc esse et ferro me magis et chalybe. Cur in fronte coma est? Appendar ut obvia. Sed cur Omnis abest glabro crinis ab occipite? Nempe quod eripui cum me semel alite cursu, Nemo erit elapsam qui revocare queat. Hanc operum fictor propter vos sumserat, hospes, Pro monito starem semper ut ante fores.

[t] *Non habet Latinum nomen*] Non est igitur visa Plinio digna Latino ore vox, *commensus*, qua voce, Græci fere vocabuli *συμμετρίας* ratione servata, Vitruvius haud semel utitur: inprimis III. 1. ‘Ut etiam in operum perfectionibus singulorum membrorum ad universam figuræ speciem habeat commensus exactionem.’ Neque geminum illud verbum arrisit, quod, ut symmetriam significaret, Plinius alter adhibuit Epist. II. 5. ‘congruentia æqualitasque.’ ‘Etenim si avulsum statuæ caput,’ inquit, ‘aut membrum aliquod inspiceres, non tu quidem ex illo posses congruentiam æqualitatemque deprehendere, posses tamen judicare an idipsum satis elegans esset.’ Nos ‘proportionem’ et ‘correspondentiam’ dicimus.

[u] *Quales essent homines*] Vide quæ de gratia picturæ dicturi sumus XXXV. 36.

[v] *Argutiæ*] Elegantia operum. Ipse mox de Euthycrate Lysippi filio: ‘Quanquam is constantiam patris potius æmulatus, quam elegantiam,’ &c.

[w] *Lahippum* [*Dahippum*] Non *Lahippum*, ut supra monuimus.

[x] *Et Bedam*] Alter a Vitruvio Bedas Byzantius in statuariorum quoque insignium albo ponitur, in præf. lib. III. pag. 37. De Euthycrate superius diximus.

Digitized by Google

gantiam, austero maluit genere, quam jucundo, placere. Itaque optime expressit Herculem Delphis, et Alexandrum, Thespin venatorem, et Thespiadas:[y] prælium equestre: simulacrum Trophonii[z] ad oraculum:[38] quadrigas Medeæ complures: equum cum fiscinis:[39] [a] canes venantium.

Hujus porro discipulus fuit Tisicrates,[b] et ipse Sicyonius, sed Lysippi sectæ propior, ut vix discernantur complura signa: ceu senex Thebanus, Demetrius[c] rex, Peucestes[d] Alexandri Magni servator, dignus tanta gloria.[e]

1. 2. 3. et recentt.—38 Ita codd. Harduini, Turneb. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *equestre ad Trophonii oraculum* al.—39 Vet. Dalec.

NOTÆ

[y] *Thespiadas*] Musas novem, a Thespiis Bœotiæ oppido, ubi inprimis colebantur, sic appellatas. Thespiades Deæ apud Ovid. Met. v. 310.

[z] *Trophonii*] Summus artifex is fuit in secandis saxis, qui subterraneum fanum in Lebadea Bœotiæ regione construxit, quod vulgo Trophonii fanum, ut diximus in Geographicis lib. IV. ab artifice cognominatum est. Ibi oracula complura reddi olim solita. Locum hunc ope codicum Mss. sanavimus, cum prius legeretur, *equestre prælium ad Trophonii oraculum.* Simulacrum porro Trophonii fuisse ejusmodi arbitramur, quale a Suida describitur: Τὸν δὲ Τροφώνιόν φασιν ἔχοντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀγαμήδους, καὶ διωκόμενον ὑπὸ Αἰγαίου, εὐξαμένου εἰς χάσμα ἐμπεσεῖν, οὗ δὴ καὶ τὸ μαντεῖόν ἐστι. *Trophonium aiunt, fratris Agamedis caput tenentem, persequente Ægæo, in hiatum, ubi nunc ejus oraculum est, voto facto incidisse.*

[a] *Equum cum fiscinis*] Fiscina seu fiscella fit e viminibus funiculisque contextis, qua boum, equorumque, et mulorum ora faucesque capistrantur. Fiscellas Plinius ipse appellat XVIII. 49. In hunc forte Lysippi equum extat argutum Philippi Macedonis epigramma, in Anthol. IV. 7. Ἴδ' ὡς ὁ πῶλος χαλκοδαιδάλῳ τέχνῃ Κορωνιῶν ἕστηκε· δριμὺ γὰρ βλέπων Ὑψαυχενίζει, καὶ διηνεμωμένας Κορυφῆς ἐθείρας οὐρίωκεν ἐς δρόμον. Δοκέω, χαλινοὺς εἴ τις ἡνιοστρόφος Ἐναρμόσει γένυσσι, κἀπικεντρίσει, Ὁ σὸς πόνος, Λύσιππε, καὶ παρ' ἐλπίδα Τάχ' ἐκδραμεῖται· τῇ τέχνῃ γὰρ ἐμπνέει. *Vides ut altum cornipes superbiat Docta dolatus arte? sic collum erigit, Sic acre cernit, deque toto vertice Vento fluentes fundit in cursum jubas. Si quis lupata, credo, maxillis eques Imponat, armos et premat calcaribus, Tuus repente, spem supra mortalium, Lysippe curret, quippe jam spirat, labor.*

[b] *Tisicrates*] Τισικράτης.

[c] *Demetrius*] Poliorcetes, Asiæ primum, mox et Macedoniæ tyrannus.

[d] *Peucestes*] Qui in obsidione oppidi Oxydracarum, ut Curtius refert IX. 17. p. 368. 'tribus jaculis confossus, non se tamen scuto, sed regem Alexandrum tuebatur.' In obsidione primarii Mallorum oppidi id contigisse ceteri narrant, Strabo, Plutarchus, Arrianus, Lucianus in Dialogis mortuorum.

[e] *Tanta gloria*] Tam eximiæ honore statuæ, tantoque artifice.

Digitized by Google

Artifices, qui compositis voluminibus condidere hæc, miris laudibus celebrant et Telephanem Phoceum, ignotum alias, quoniam in Thessalia habitaverit, ubi latuerint[40] opera ejus: alioqui suffragiis ipsorum æquatur Polycleto, Myroni, Pythagoræ. Laudant ejus Larissam,[f] et Spintharum[41] [g] pentathlon, et Apollinem. Alii non hanc ignobilitatis fuisse causam, sed quoniam se regum Xerxis[42] atque Darii officinis dediderit, existimant.

Praxiteles quoque marmore[h] felicior: ideo et clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proserpinæ raptum:[43] item Catagusam,[i] et Liberum patrem, et Ebrietatem, nobilemque[44] una[j] Satyrum, quem Græci periboëton[k] cognominant. Signa etiam, quæ ante Felicitatis ædem[l] fuere, Veneremque, quæ cum ipsa æde incendio

fuscinis.—40 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ubi habitavit, latuerint* Vet. Dalec. *ubi habitaverat, latuerint* Gronov. et vulgg.—41 *Spinarum* cod. Dalec. *Spinarchum* Vet. Dalec. *Spintharum* al. vett. *Spinarum* Gronov. et vulgg.—42 Vet. Dalec. *regi Xerxi.*—43 Vet. Dalec. *raptum ad Syracusas.*—44 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Catagusam et Ebrietatem, et Liberum patrem,*

NOTÆ

f *Larissam*] Pelasgi filiam, quæ arci Argivorum, ac duabus Thessaliæ urbibus nomen suum impertiit. Auctor Pausanias in Corinthiacis.

g *Et Spintharum*] Prius *Spinarum* legebatur: quæ vox apud Græcos nusquam occurrit. Proprium viri nomen est Σπίνθαρος, apud Plutarch. lib. de Audit. pag. 39. Pausan. lib. I. p. 56. item lib. X. p. 619. Suidam tom. II. p. 792.

h *Praxiteles .... marmore*] Propertius III. 8. 'Phidiacus signo se Jupiter ornat eburno, Praxitelem Parius vindicat arte lapis.'

i *Item Catagusam*] Κατάγουσαν, Cererem scilicet, quæ raptam Proserpinam reducit in domum. Unde καταγόμενοι, *reduces*. Hic miras merasque afferunt nugas interpretes. Ovidium consule, qui Met. v. 565. Jovem ait ita litem de Proserpinæ raptu composuisse, ut hæc senis anni mensibus apud Plutonem, totidem apud matrem incoleret.

j *Nobilemque una*] Una eademque pictura Ebrietatem Satyrumque descriptos fuisse significat.

k *Periboëton*] Περιβόητον, celebrem et nominatissimum. Pausanias lib. I. Ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου καλουμένη Τρίποδες .... Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ Πραξιτέλης λέγεται φρονῆσαι μέγα. *Via est a Prytaneo, Tripodes dicta .... Ibi Satyrus extat, quo Praxiteles se jactasse gloriatur.* Meminit hujus Satyri a Praxitele elaborati Athenæus lib. XIII. p. 591. Alterius e marmore Pario, in quo et Liber Pater cum Satyro, Pausanias lib. I. p. 81.

l *Ante Felicitatis ædem*] Ea signa intelligit, quæ L. Mummius ex Achaica præda detulit, anno Urbis DCVIII. Cicero Orat. VI. in Verrem de signis,

Digitized by Google

cremata est Claudii principatu, marmoreæ illi suæ [m] per terras [45] inclytæ parem. Item Stephusam,[n] Spilumenen,[o] Œnophorum:[p] Harmodium[q] et Aristogitonem tyrannicidas, quos a Xerxe Persarum rege captos victa Perside Atheniensibus remisit Magnus Alexander.[46] [r] Fecit et puberem [s] Apollinem surrepenti [47] lacertæ cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon vocant. Spectantur et duo signa ejus diversos affectus exprimentia, flentis matronæ, et meretricis gaudentis. Hanc putant Phrynen [t] fuisse,

nobilemque Gronov. et vulgg.—45 Vet. Dalec. *illi super ceteras.*—46 *Antiochus* Pausanias lib. I. *Seleucus* Val. Max. II. 10.—47 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et puberem subrepenti* Gronov.

NOTÆ

num. 4. 'Itaque ille L. Mummius, cum Thespiis ea, quæ ad ædem Felicitatis sunt, ceteraque ex illo oppido signa tolleret,' &c. Fuit regione secunda Urbis, ubi et Curia Hostilia. Dio lib. XLIV.

[m] *Marmoreæ illi suæ*] Veneri e marmore, de qua XXXVI. 4.

[n] *Item Stephusan*] Στέφουσαν, *mulierem coronas plectentem.*

[o] *Spilumenen*] Σπιλουμένην, *anum sordidam.* Tatianus contra Græcos, pag. 183. ipsos irridet, ob meretricum, ceterarumque mulierum statuas, quas illi haberent in pretio: et in exemplum affert hanc inprimis. Καὶ Σπιλουμένόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν. Unde Turnebi commentum irridetur, Advers. XVI. 12. p. 487. existimantis legi hic oportere conjunctim, *Spilumenen oporan*, hoc est, *autumnum sordidam*, cum de mulierum simulacris sermo habeatur. Et Turnebo sane exemplaria quoque scripta adversantur: nec minus aliis, qui *Psilumenen* legunt.

[p] *Œnophorum*] Οἰνοφόρον, *mulierem, quæ vinum fert.*

[q] *Harmodium*] De his cap. 9.

[r] *Magnus Alexander*] Non ipse quidem, sed qui Alexandro successit, Seleucus, si Valerium Maximum audimus: sic enim ille II. 10. p. 238. 'Harmodii et Aristogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies æneas Xerxes ea urbe devicta in regnum suum transtulit: longo deinde interjecto tempore, Seleucus in pristinam sedem reportandas curavit,' &c. Nec Seleucus quidem ipse, sed Antiochus Seleuci F. si Pausaniæ fides, lib. I. pag. 14. Quisquis autem is fuerit, qui demum ea signa Athenis restituerit, præstitisse id eum Alexandri jussu credimus. Plinio Arrianus suffragatur de Exped. Alex. lib. III. pag. 396. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατελήφθη αὐτοῦ, ὅσα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε· τά τε ἄλλα, καὶ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος χαλκαῖ εἰκόνες· καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει ὀπίσω Ἀλέξανδρος, καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες. Quod iterum repetit idem lib. VII. pag. 483.

[s] *Fecit et puberem*] Apollinem videlicet. Vide Notas et Emend. num. 12. Σαυροκτόνον, a σαῦρος, *lacerta*, et κτείνω, *occido.*

[t] *Phrynen*] Praxitelis ipsius amasiam: cujus in gratiam et Amoris simulacrum ille finxit, inscripsitque ba-

Digitized by Google

deprehenduntque in ea amorem artificis, et mercedem in vultu meretricis.

Habet et simulacrum benignitas ejus. Calamidis enim quadrigæ aurigam suum imposuit,[*] ne melior in equorum effigie defecisse in homine crederetur. Ipse Calamis[u] et alias quadrigas bigasque fecit, equis semper sine æmulo expressis. Sed ne videatur in hominum effigie inferior, Alcmena[48 v] nullius est nobilior.

Alcamenes[w] Phidiæ discipulus et marmorea fecit, et æreum pentathlon, qui vocatur Encrinomenos.[x] At Polycleti discipulus Aristides quadrigas, bigasque. Iphicratis[49 y] Leæna laudatur; scortum hæc[z] lyræ cantu familiare[50] Harmodio et Aristogitoni, consilia eorum de tyrannicidio, usque ad mortem excruciata a tyrannis,[51] non pro-

* *Fecit et Praxiteles effigiem alteram, qua benignæ suæ indolis dedit argumentum. Nam Calamidis quadrigæ aurigam sua manu elaboratum imposuit, &c.*

et vulgg.—48 Vet. Dalec. *Alcumena.*—49 *Et Iphicratis* Gronov. et al. ante Harduin. '*Iphicrates* codd. Regg. et Editio princeps. Frustra eruditus Harduinus emendavit *Tisicratis.*' Brotier. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz.—50 Cod. Dalec. *familiaria.*—51 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *excruciata tyrannis* Gronov. et al. vett.—

NOTÆ

si epigramma a Simonide concinnatum, in Anthol. IV. 12. et apud Athenæum: Πραξιτέλης ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν ἔρωτα, Ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης· Φρύνῃ μισθὸν ἐμοῖο διδοὺς ἐμέ· φίλτρα δὲ βάλλω Οὐκέτι τοξεύων, ἀλλ' ἀτενιζόμενος. Grotius sic reddidit: *Quam bene Praxiteles finxit, quem sensit Amorem: De corde exemplar sumserat ille suo. Meque mei pretium Phryne dedit: inde sagittis Nil opus est: videar si modo, sat ferio.*

u *Ipse Calamis*] De Calamide, Cicero in Bruto, p. 535. Pausanias lib. VI. p. 365. Propertius III. 8. 'Exactis Calamis se mihi jactat equis.' Ovid. ex Ponto IV. 1. 33. 'Vindicat ut Calamis laudes quos fecit equorum.'

v *Alcmena*] Herculis mater.

w *Alcamenes*] Hactenus de celebrioribus statuariis habita oratio: ceteri deinceps ex alphabeti serie appellandi. Ἀλκαμένης Pausaniæ crebro memoratus, non sine peculiari operum ejus commendatione, in Atticis, Arcadicis, &c. De eo rursum inferius XXXVI. 4. et jam supra diximus.

x *Encrinomenos*] Ἐγκρινόμενος, inprimis approbatus, ceteris prælatus.

y *Iphicratis* [*Tisicratis*] Typi hactenus prætulerunt, *Et Iphicratis.* At idem supra Tisicratem laudavit.

z *Scortum hæc*] Refert hoc quoque de Leæna Athenæus lib. XIII. 596. Item Pausanias lib. I. p. 48.

Digitized by Google

didit. Quamobrem Athenienses, et honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis ejus [a] fecere; atque, ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt.

Bryaxis [b] Æsculapium et Seleucum [52] fecit. Bedas adorantem.[c] Batton, Apollinem, et Junonem, qui sunt Romæ in Concordiæ templo.[d]

Ctesilaus [53] vulneratum deficientem, in quo possit intelligi, quantum restet animæ: et Olympium [e] Periclem dignum

52 'Ingeniose quidem conjecit Harduinus, *Æsculapium et Salutem*. At et infra inter opera nobilia artificum laudatur Seleucus rex. Nihil ergo mutan-

NOTÆ

[a] *Animal nominis ejus*] Nempe leænam. Plutarchus de Garrul. p. 505. ubi rem prolixe narrat, et eleganter quidem: Ἀθηναῖοι δὲ χαλκῆν ποιησάμενοι λέαιναν, ἄγλωσσον, ἐν πύλαις τῆς ἀκροπόλεως ἀνέθηκαν, κ. τ. λ. Calamidis opus id fuisse, ex aliorum asseveratione, ac probabiliore fama, refert Pausanias lib. I. p. 40.

[b] *Bryaxis*] De quo cap. 18. Vide Notas et Emend. num. 13.

[c] *Bedas adorantem*] Subintellige, fecit, ex antecedente sententia. Conjunctim hæc legenda Dalecampius arbitratus est, *Bedas adorantem Batton, &c.* cum sit ibi *Batton* in recto, statuarii nomen, qui sacrificantem, sive, ut nunc Plinius ait, adorantem, fecisse rursum traditur inferius.

[d] *In Concordiæ templo*] In regione Urbis octava.

[e] *Olympium*] Id ei cognomen hæsit, vel ob eximiam dicendi vim, qua tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur, vel ob insignem domi militiæque potentiam, aliasve ob causas, quas affert Plutarchus in ejus Vita, pag. 156. Valerius Max. v. 10. 'Non sine causa igitur tanti roboris animus ad Olympii Jovis cognomen ascendit.' Affectavit id nomen etiam Hadrianus in nummis, ΚΑΙCΑΡ. ΑΔΡΙΑΝΟC. ΟΛΥΜΠΙΟC. Et ipse Nero. —'Datum est etiam cognomen Olympii Romanis Imperatoribus omnino tribus: Hadriano, Commodo, Severo Alexandro. Hadriani Augusti sunt in Gaza Regia, et alibi, nummi inscripti, ΑΔΡΙΑΝΟC ΟΛΥΜΠΙΟC, ΚΑΙCΑΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΟΛΥΜΠΙΟC, ΚΑΙCΑΡ ΟΛΥΜΠΙΟC ΑΔΡΙΑΝΟC. Commodi, in Thesauro Regio: Μ. ΑΥ. ΟΛΥΜΠ. ΚΟΜΟΔΟC. 'Marcus Aurelius Commodus.' Denique Severi Alexandri, in collectione Mss. D. de Peiresc. pag. 100. ΟΛΥΜΠ. ΑΥΡ. CΕΟΥΗΡΟC ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC CΕΒ. 'Olympius Aurelius Alexander Augustus.' Caput laureatum. .)(. Caput Jovis. ΤΕΤΑΡΤΟΥ. 'Anno quarto' ejusdem Alexandri imperii. Appellatione ea Græci donasse videntur Augustos, qui in majoribus suis duos haberent Divos Augustos; quasi jam essent ipsi e nomine natalium jure cœli hæredes. Sic Hadrianus Divum Titum habuit proavum, Divum Nervam avum maternum: Commodo fuit Divus Marcus pater, et Divus Pius avus. Aurelio Severo Alexandro abavus Divus Marcus, Divi Pii filius.' *Ed. sec.* —In æream Periclis statuam epigramma extat in Anthol. lib. v. Ἠγασάμην δ' ὁρόων σε, Περίκλεες, ὅττι καὶ

cognomine. Mirumque in hac arte est, quod nobiles viros nobiliores fecit. Cephissodotus[54] Minervam mirabilem in portu Atheniensium, et aram ad templum Jovis Servatoris in eodem portu, cui pauca comparantur. Canachus Apollinem nudum, qui Philesius[f] cognominatur in Didymæo,[g] Æginetica[55] æris temperatura. Cervumque una ita vestigiis suspendit, ut linum subter[56] pedes trahatur, alterno morsu digitis calceque retinentibus solum, ita vertebrato dente utrisque in partibus, ut a repulsu[57] per vices resiliat.[f] Idem et Celetizontas[h] pueros fecit. Chæreas[i] Alexandrum Magnum, et Philippum patrem ejus, fecit.

Desilaus[j] Doryphoron, et Amazonem vulneratam. Demetrius[k] Lysimachen, quæ sacerdos Minervæ fuit annis

f Ut filum infra pedes duci trahique possit, alternis vicibus mox digitos, mox calcem credas hærere solo: dentes ita sunt vertebratis ossibus similes, mobilesque ac flexiles in utrisque partibus, sive dextris, sive sinistris, ut si unum pellas, statim alii per vices statim, hoc est, si lævos pellas, dextri, si dextros, lævi, resiliant.

dum.' *Brotier.*—53 *Ctesilas* edd. vett. et Gronov.—54 Vet. Dalec. *nobiliores dedit. Fecit Cephissodorus.*—55 *Æginetici* cod. Dalec.—56 Cod. Dalec. *subtus.* Mox, Vet. Dalec. *alterno mersu.* Deinde, *digitisque retinentibus* cod. Dalec.

NOTÆ

αὐτῷ Χαλκῷ ἀναυδήτῳ δημηγόρον ἦθος ἀνάπτεις, Ὡς ἔτι Κεκροπίδῃσι θεμιστεύων πολιήταις, Οὐ μόθον ἐντύνων Πελοπήϊον. Forte, ἢ μοθον. *Multum te, Pericles, miror, quod in ære videndus Hic etiam serves vultumque habitumque diserti, Qualis eras quondam vel legum suasor Athenis, Vel belli in Pelopis populos.*

[f] *Philesius*] *Φιλήσιος, amabilis.*

[g] *In Didymæo*] Hoc est, in eo loco, quod Branchidarum et Apollinis Didymæi oraculum appellatur, de quo Plinius v. 31. Pausanias lib. IX. p. 557. Apollinem ex ære in Branchidis a Canacho factum inprimis laudat: *ὁ μὲν γὰρ ἐν Βραγχίδαις, χαλκοῦ, Κανάχου ποίημα.*

[h] *Idem et Celetizontas*] Subintellige *fecit*, ex antecedentibus. *Κελητίζοντας* vocant equum singularem regentes, quem *κέλητα* Græci, Tranquillus 'desultorium' nuncupat.

[i] *Chæreas*] Chærean et Diaden, Polyidi Thessali discipulos, architecturæ peritos, cum Alexandro militasse apud Vitruvium legimus x. 19. p. 231. et apud Athen. Πολύειδος ὁ Θεσσαλὸς, *οὗ οἱ μαθηταὶ συνεστρατεύοντο Ἀλεξάνδρῳ, Διάδης καὶ Χαιρέας.* Chærilum statuarium Olynthium apud Pausan. lib. VI. p. 375.

[j] *Desilaus*] *Δησίλαος.* Sic enim Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique: non, ut editi, *Ctesilaus*: cujus habita paulo ante mentio, in eorum numero quorum nominibus præfigitur litera C.

[k] *Demetrius*] Meminit ejus Quintilianus XII. 10. p. 895. ubi de statuariis: 'Demetrius,' inquit, 'tanquam nimius in ea reprehenditur, (nempe in veritate exprimenda,) et fuit simi-

Digitized by Google

sexaginta quatuor.[58] Idem et Minervam quæ Musica [l] appellatur, quoniam dracones in Gorgone ejus ad ictus citharæ tinnitu resonant.[59] Idem equitem Simonem,[60] [m] qui primus de equitatu scripsit. Dædalus, et ipse [n] inter fictores laudatus, pueros duos destringentes [61] se fecit. Dinomenes [62] [o] Protesilaum,[p] et Pythodemum luctatorem.[q]

—57 Vet. Dalec. *ad repulsum.*—58 Cod. Dalec. *annis XLIV.*—59 'Ms. *additi cithara et ventre sonant;* forte *vento.*' Dalec.—60 *Seronem* cod. Dalec. *Simonem* Xenoph. de Re Equ. *Sarmenem* edd. vett. et Gronov.—61 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *pueros distringentes* Harduin. 2. 3. Mil.

NOTÆ

litudinis, quam pulchritudinis amantior.' De hac Lysimache Pausanias lib. I. p. 49.

[l] *Quæ Musica*] Minervæ Musicæ apud Senecam mentio, qui Athenienses ait, Antonio adulatos, dixisse velle se despondere ei Minervam suam Musicam: quibus ille respondisse fertur, ducturum se quidem, sed dotis nomine imperare se illis talenta mille.

[m] *Idem equitem Simonem*] Vide Notas et Emend. num. 14.—'Dignum notatu interim id est, quod nummus docet ab Occone allatus p. 198. necdum a quoquam explicatus: DIVO TRAIANO AVG. .X. IMPERATORI. Vir tunica brevi amictus stat inter equos duos, quos dextra sinistraque fræno tenet. Cum titulus picturæ non respondeat, si vox unica credatur esse IMPERATORI, certo id ipsum argumento est, aliquam ibi latere sententiam, quæ solis singularum vocum primis literis syllabisque exprimatur. Legendum sic igitur: 'IMperatorum Primus Equitatum Romanum Auxiliarem Trajanus Orienti Intulit.' Gallice dixeris: *Trajan est le premier des Empereurs qui ait fait passer dans l'Orient de la Cavalerie Romaine pour secourir les alliés.* Vir equum regens, qua forma hic pingitur, etiam cernitur in nummo Getæ inscripto, CASTOR; et equitem equitatumque designat; ob illud Horatii, 'Castor gaudet equo;' post illud Homericum, Κάστορος ἱπποδάμοιο. Alium præterea nummum ibidem refert Occo, in quo 'quadrigæ triumphales,' inquit, 'pulcherrimus: in capitibus equorum singulis palmæ: et figura, insidens currui, dextra flagrum, aut sceptrum potius, sinistra palmam tenet.' Epigraphe eadem, IMPERATORI. Hunc sibi visum fuisse D. Mezzabarba testatur, pag. 164. in Museo locupletissimo num. antiq. D. Cæsaris Leompardi Patricii Auximani. Spanhemius pag. 636. visum sibi ait Antonini Pii nummum inscriptum, IMPERATORI: sed oculis fallentibus pro IMPERATOR II. ut in aureo e Gaza regia, et alibi in ære magno.' *Ed. sec.*

[n] *Dædalus et ipse*] Statuarius Sicyonius fuit, de quo multa passim Pausanias lib. VI.

[o] *Dinomenes*] Diximus de eo superius.

[p] *Protesilaum*] Unum e Græcorum ducibus in expeditione Trojana, ab Hectore interfectum.

[q] *Et Pythodemum luctatorem*] Πυθόδημον. In luctatoris similem effigiem elegans Philippi epigramma extat in Anthol. III. 2. Τὸν ἐκ Σινώπης εἰ κλύεις Δαμόστρατον, Πίτυν λαβόντα τὸν κατ' Ἰσθμὸν ἑξάκις, Τοῦτον δέδορκας· οὐ κατ'

Digitized by Google

Euphranoris Alexander Paris est: in quo laudatur, quod omnia simul intelligantur, judex Dearum, amator Helenæ, et tamen Achillis interfector. Hujus est Minerva Romæ, quæ dicitur Catuliana, infra Capitolium a Quinto Lutatio[63] Catulo dicata: et simulacrum Boni Eventus,[r] dextra pateram, sinistra spicam ac papaver tenens. Item Latona puerpera, Apollinem et Dianam infantes sustinens, in æde Concordiæ.[s] Fecit et quadrigas bigasque, et Cliduchon[t] eximia forma: et Virtutem, et Græciam,[u] utrasque colosseas: mulierem admirantem[64] et adorantem. Item Alexandrum et Philippum in quadrigis. Eutychydes Eurotam,[v] in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere.

Hegiæ[w] Minerva Pyrrhusque rex laudatur: et Celetizontes pueri, et Castor et Pollux, ante ædem Jovis Tonantis,[x] Hegesiæ. In Pario[65] colonia[y] Hercules Isidori.[z]



ler. et Franz.—62 *Diomenes* cod. Dalec.—63 *Luctatio* Gronov. et al. ante Harduin.—64 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ministrantem* Gronov. et al. vett.—65 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ante*

NOTÆ

εὔγυρον πάλην Ψάμμος πεσόντος νῶτον οὐκ ἐσφράγισεν. Ἴδ' αὖ πρόσωπον θηρόθυμον, ὡς ἔτι Σώζει παλαιὰν τὰν ὑπὲρ νίκας ἔριν. Λέγει δ' ὁ χαλκός· ἁ βάσις με λυσάτω, Χὼς ἔμπνοος νῦν ἕβδομον κονίσομαι. Notus Sinopes si tibi Demostratus, Cui pinus Isthmi sexies vinxit caput, Hunc cernis ipsum: cujus in luctamine Lapsus arenæ nulla signavit nota. Vides ut ori torvitas constet vetus, Et ille quondam nisus ad victoriam! Æs dicit ipsum: liberer tantum basi: Ceu vivus ecce septimæ luctæ paror.

[r] *Boni Eventus*] In nummis Titi, Getæque, Bonum Eventum signatum vidimus, juvenem nimirum, plane ea forma, insignibusque iis decoratum, quæ memorantur a Plinio. Hunc agricolæ inprimis venerabantur, teste Varrone, ut sata grandire beneque evenire sineret. Fuit Templum Boni Eventus Romæ prope Thermas Agrippæ, regione nona. Salvianus lib. VII. 'Si quando nobis prosperi aliquid præter spem nostram et meritum Deus tribuit, alius ascribit hoc Fortunæ, alius Eventui, nemo Deo.'

[s] *In æde Concordiæ*] Regione Urbis octava.

[t] *Et Cliduchon*] Diximus de ea voce, capitis initio.

[u] *Et Virtutem, et Græciam*] Mss. Reg. 2. et Colb. 3. *Et virtutem egregiam.* Moxque, *mulierum, admirantem et adorantem*, non *ministrantem et adorantem*, ut in libris vulgatis. Prius enim illud præstari simul qui possit, intelligo, admirari nimirum quem simul adores: alterum quo pacto in ære exprimi queat, haud satis intelligo.

[v] *Eurotam*] Amnem Laconici agri, de quo IV. 8.

[w] *Hegiæ*] Ἡγίου statuarii, de quo supra, ubi et de Hegesia simul.

[x] *Jovis Tonantis*] P. Victor, in de-

Digitized by Google

Eleuthereus Lycius[66] [a] Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes, et Argonautas. Leochares[67] [b] aquilam, sentientem quid rapiat in Ganymede, et cui ferat,[68] parcentem unguibus [c] etiam per vestem: puerum Autolycon [d] pancratio victorem, propter quem Xenophon [e] Symposion scripsit: Jovemque illum Tonantem in Capitolio, ante cuncta laudabilem: item Apollinem diadematum. Lyciscus Lagonem [f] puerum subdolæ ac fucatæ vernilitatis.[g] Lycus et ipse [h] puerum suffitorem.[69]

Menæchmi [i] vitulus genu premitur, replicata cervice: ipseque Menæchmus scripsit de sua arte.

ædem Jovis Tonantis. In Pario, &c. Gronov. et vulgg.—66 *Buthyreus Lycius* Gronov. et al. ante Harduin.—67 *Leocras* Gronov. et al. ante Harduin.—68 Cod. Dalec. *et quid ferat.* Mox, *vestem pueri* Vet. Dalec. *Autolicon* Gro-

NOTÆ

scriptione Romæ, regione octava: 'Capitolium .... Templum Jovis Opt. Max. Ædes Jovis Tonantis ab Augusto dedicata in clivo Capitolino.'

[y] *In Pario colonia*] Hellesponti, de qua v. 40.

[z] *Isidori*] Statuarii.

[a] *Eleuthereus Lycius*] Hoc est, Eleutheris oriundus, Bœotiæ oppido. De Lycio Myronis discipulo diximus sub initium hujus cap. Vide Notas et Emend. num. 15.

[b] *Leochares*] De quo supra, sub initium hujus cap. Meminit hujus signi Tatianus. Vide Notas et Emend. num. 16.

[c] *Parcentem unguibus*] Scite Martial. I. 7. 'Æthereas aquila puerum portante per auras, Illæsum timidis unguibus hæsit onus.'—'Aquilam pictor adjecit, de qua nihil habet Homerus in Iliade.' *Ed. sec.*

[d] *Autolycon*] Visum a se id signum testatur Pausanias lib. IX. *Αὐτολύκῳ τῷ παγκρατιάσαντι, οὗ δὴ καὶ εἰκόνα ἰδὼν οἶδα ἐν τῷ* Πρυτανείῳ *τῷ* 'Αθηναίων, *κ. τ. λ.* Et lib. I. Πλησίον *δὲ* Πρυτανεῖόν *ἐστιν, ἐν ᾧ ἀνδριάντες ἄλλοι, καὶ* Αὐτόλυκος *ὁ παγκρατιαστής.* Quid sit pancratium diximus superius.

[e] *Xenophon*] In Symposio, sub ipsum initium, p. 872. Καλλίας *δὲ ὁ* 'Ιππονίκου *ἐρῶν ἐτύγχανεν* Αὐτολύκου, *παιδὸς ὄντος, καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἧκεν ἄγων εἰς τὴν θέαν. Autolycum adhuc puerum, quem amore complectebatur, forte tunc quinquertii victorem ad ludorum spectacula deducebat.*

[f] *Lyciscus Lagonem*] Meminit hujus statuæ Martial. IX. 51. p. 497. ubi se cum egregiis sculptoribus confert: cum formosis puerorum iconibus, quas illi finxere, sua poëmatia: ingentia vatis insulsi poëmata cum operibus luteis: 'Nos facimus Bruti puerum, nos Lagona vivum: Tu magnus luteum, Gaure, giganta facis.'

[g] *Vernilitatis*] Vernilis ingenii, et fere scurrilis. Familiaris etiam Quintiliano vox.

[h] *Lycus et ipse*] Ut Lyciscus, sic et Lycus puerum fecit, sed *suffitorem*, sive *suffumitorem*, *θυμιῶντα*, vaporantem, adolentem, incendentem odores.

[i] *Menæchmi*] Statuarii hujus patri-

Naucydes[j] Mercurio, et Discobolo,[70] et immolante arietem censetur. Naucerus[k] luctatorem anhelantem fecit. Niceratus[l] Æsculapium, et Hygiam,[m] qui sunt[71] in Concordiæ[n] templo Romæ.

Pyromachi[o] quadriga regitur ab Alcibiade. Polycles Hermaphroditum nobilem fecit. Pyrrhus Hygiam, et Minervam: Phœnix Lysippi discipulus, Epithersen.[p]

Stipax Cyprius uno celebratur signo, Splanchnopte.[q] Periclis Olympii vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni spiritu accendens. Silanion[r] Apollodorum fudit,[s][72] fictorem et ipsum, sed inter cunctos diligentissimum artis, et inimicum[73] sui judicem, crebro perfecta signa frangentem, dum satiari cupiditate artis non quit,[74] et ideo insanum cognominatum. Hoc in eo expressit, nec hominem

[s] *Ex ære.*

nov.—69 Vet. Dalec. *sufflatorem.*—70 *Mercurio, Discobolo* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. Mox, *et* deest in cod. Dalec.—71 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Naucerates, &c.* Gronov. et vulgg. *Niceratus Æ. et H. quæ sunt* cod. Dalec.—72 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fecit* Gronov. et vulgg.—73 Vet. Dalec. *iniquum.*—74 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *satiare cupiditatem nequit artis*

NOTÆ

am et scripta referemus in Auctorum Indice. Naupactum ei solum natale fuisse, scribit Pausanias lib. VII. p. 433. ætatem, Calloni Æginetæ statuario, et Canacho Sicyonio, de quibus nos supra, ferme supparem.

[j] *Naucydes*] Laudatur is a Pausania, ut superius diximus, et a Tatiano contra Græcos, p. 182.

[k] *Naucerus*] Ναύκερως, an Ναύκληρος?

[l] *Niceratus*] Νικήρατος statuarius a Tatiano laudatur, loc. cit. dicitur Εὐκτήμονος Ἀθηναίου filius.

[m] *Et Hygiam*] Ὑγείαν, quæ Æsculapii filia, ab Hippocrate in suo jurejurando simul cum patre invocatur. Latine *Salutem* aut *Sanitatem* dixeris. In Nummis Nicæensium M. Aurelio principe cusis, e Cimelio Regis Christianissimi, ΘΕΑ. ΥΓΕΙΑ. ΝΙΚΑΙΕΙϹ. Alter ejusdem, ΥΓΕΙΑ. ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ.

[n] *In Concordiæ*] Regione Urbis octava.

[o] *Pyromachi*] De Pyromacho, et Polycle, supra. Pyromachus idem videtur esse qui Φυρόμαχος inter statuarios appellatur in Anthol. IV. 12. Æsculapii simulacrum a Phyromacho conflatum laudat Diodorus in Excerpt. pag. 336.

[p] *Epithersen*] Ἐπιθέρσην τὸν Μητροδώρου, pugilem eximium, de quo Pausanias lib. VI.

[q] *Splanchnopte*] Puero ignes sufflante, et torrente exta, ἀπὸ τοῦ τὰ σπλάγχνα ὀπτᾷν.

[r] *Silanion*] De eo superius dictum est. Idem Σαπφὼ ἐχαλκούργησεν, ut est apud Tatianum contra Græcos, p. 182.

Digitized by Google

ex ære fecit, sed iracundiam:[75] [s] Achillem nobilem. Item Epistaten [t] exercentem athletas. Strongylion,[u] Amazonem, quam ab excellentia crurum Eucnemon [v] appellant, ob id in comitatu Neronis principis circumlatam. Item fecit puerum, quem amando Brutus [w] Philippensis cognomine suo illustravit.

Theodorus,[x] qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem fama magnæ subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, læva tribus digitis quadrigulam [y] tenuit, translatam Præneste,[z] tantæ parvitatis, ut totam eam currumque et aurigam integeret alis simul facta [a] musca.

Xenocrates [b] Tisicratis discipulus, aut, ut alii, Euthy-

Gronov. et vulgg.—75 Vet. Dalec. *ære tantum fecit, sed et ejus iracundiam.* Mox,

NOTÆ

[s] *Sed iracundiam*] Simile est acumen Pauli Silentiarii, de Bacchæ effigie in Byzantio, in qua furorem ipsum in lapide expressum ait, Anthol. IV. 3. Εἰς βάκχην ἐν Βυζαντίῳ· Ἔκφρονα τὴν βάκχην οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ τέχνη Θήκατο, καὶ μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ. Interprete Grotio: *Baccha quod insanit, non hoc natura, sed ars est: Vivit enim lapidi mixtus ab arte furor.* Et Philippi de Medea, c. 9. Ὦ, τίς τεχνίτης τόδε γ' ἔπλασεν, ἢ τίς ὁ γλύπτης, Ὃς λίθον ἐς μανίην ἤγαγεν εὐτεχνίῃ; *Quis tantum potuit cæli scalprive labore, Intrarit lapidem mixtus ut arte furor?*

[t] *Item Epistaten*] Ἐπιστάτην, seu viri id proprium nomen fuerit, seu magistrum tantummodo, præfectum, præsidemque trigarii significet, sive equorum agitatorem, et trigarium.

[u] *Strongylion*] Στρογγυλίων statuarius, quem Pausanias eo nomine commendat, inprimis lib. IX. p. 585. quod boves et equos unus omnium felicissime exprimeret. Dianam quoque fudisse dicitur lib. I. p. 74. Musas lib. IX.

[v] *Eucnemon*] Εὐκνήμον, quod *pulchris tibiis* esset. De hac Amazonis statua dictum, sub finem superioris cap.

[w] *Brutus*] Is qui Cæsarem occidit, et in Thessalia mox ad urbem Philippos victus ab Octavio et Antonio, vitam manu sua finiit. De hoc Bruti puero Martialis Epigrammate proxime a nobis allato.

[x] *Theodorus*] Theodori Samii meminere Pausanias pluribus locis, lib. III. pag. 183. &c. Herodotus I. 51. pag. 19. aliique. Plinius ipse VII. 57. Laërtius lib. II. in Aristippo, pag. 58. Rhœci filium vocat, qui Ephesino templo substernendos fundamenti vice carbones censuit.

[y] *Quadrigulam*] Vide quæ diximus VII. 21.

[z] *Translatam Præneste*] In triumpho Syllæ, devicto Mario juniore. Vide XXXIII. 5.

[a] *Simul facta*] Similiter ex ære fusa.

[b] *Xenocrates*] Dicemus de eo in Auctorum Indice.

Digitized by Google

cratis, vicit utrosque copia signorum, et de sua arte composuit volumina.

Plures artifices fecere Attali et Eumenis[c] adversus Gallos[76] prælia: Isigonus, Pyromachus,[d] Stratonicus, Antigonus,[e] qui condidit volumina de sua arte. Boëthi,[f] quanquam argento melioris,[77] infans eximie anserem strangulat. Atque ex omnibus, quæ retuli, clarissima quæque jam sunt dicata a Vespasiano[78] principe in templo Pacis,[g] aliisque ejus operibus, violentia Neronis[h] in Urbem convecta, et in sellariis[79] domus aureæ disposita.

Præterea sunt æqualitate celebrati artifices; sed nullis operum suorum præcipui. Ariston, qui et argentum cælare solitus est: Calliades,[i] Ctesias,[80][j] Cantharus[k] Sicyonius, Dionysodorus Critiæ discipulus,[l] Deliades, Eupho-

al. *et A.*—76 *Galatas* al. ap. Dalec.—77 Vet. Dalec. *melior.*—78 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *clarissima quæque in urbe jam sunt dicata Vespasiano* edd. vett. et Gronov. *clarissima q. jam sunt dicata Vespasiano* Harduin. et al. ante Brotier.—79 Vet. Dalec. *sallariis.*—80 *Callias, Clesias* Gronov. et

NOTÆ

[c] *Attali et Eumenis*] Attalus Attali filius fuit, Eumenis II. pater, tertius Pergami rex, amicus ac socius Populi Rom. dictus, circa annum Urbis DXIV. capessivit imperium, tenuitque annos XLIV. solidos. Gallos, sive, ut Pausanias ait lib. I. pag. 13. Γαλάτας, qui nempe Galatiam vicinasque regiones effuse populabantur, multis præliis ambo vicere. Gallorum internecionem in Mysia, ubi eos Attalus delevit, ab eodem Principe statuis æneis compluribus in arce Athenis fuisse exhibitam, docet idem paulo post.

[d] *Pyromachus*] De Pyromacho supra. Stratonicus idem forte, quem Stratonem Pausanias vocat lib. II. pag. 127. ubi Æsculapii et Hygiæ signa ab eo ficta laudat inprimis.

[e] *Antigonus*] Carystius ille, de quo in Auctorum Indice.

[f] *Boëthi*] Carthaginiensis statuarii, cujus pusio laudatur, sedens ad Veneris pedes, in Eleorum templo, teste Pausania lib. V. Παιδίον ἐπίχρυσον κάθηται γυμνὸν πρὸ τῆς Ἀφροδίτης. Βοηθὸς δὲ ἐτόρευσεν αὐτὸ Καρχηδόνιος.

[g] *In templo Pacis*] Regione octava.

[h] *Violentia Neronis*] Quem quingentas ex ære statuas e Græcia Romam asportasse, auctor est Pausanias lib. X. pag. 620. De sellariis domus aureæ dicemus XXXVI. 24.

[i] *Calliades*] In libris hactenus editis, *Callias.* Reg. 2. *Callides.* Nos *Calliades,* a Tatiano admoniti, qui Καλλιάδου statuarii meminit, contra Græcos, pag. 183.

[j] *Ctesias*] Κτησίας. Ita Reg. 2. non, ut editi, *Clesias.*

[k] *Cantharus*] Σικυωνίου Κανθάρου opera laudat Pausanias lib. VI. pag. 376. et alibi.

[l] *Critiæ discipulus*] Κριτίου Ἀττικοῦ opera laudantur a Pausania in Attic.

Digitized by Google

rion, Eunicus, et Hecatæus, argenti cælatores: Lesbocles,[m] Prodorus, Pythodicus, Polygnotus:[n] iidem pictores nobilissimi. Item ex cælatoribus,[o] Stratonicus, Scymnus, qui fuit Critiæ discipulus.

Nunc percensebo eos, qui ejusdem generis opera fecerunt, ut Apollodorus,[p] Androbulus, Asclepiodorus, Alevas, philosophos:[q] Apellas et adorantes fœminas: Antigonus et Perixyomenon,[r] tyrannicidasque[s] supra dictos: Antimachus, Athenodorus fœminas nobiles: Aristodemus[t] et luctatores, bigasque cum auriga, philosophos, anus, Seleucum regem. Habet gratiam suam hujus quoque Doryphorus.[u]

Cephissodoti 81 [v] duo fuere: prioris est Mercurius, Libe-

NOTÆ

et Eliac. poster. Εὐφορίων ἐν ποτηριογλύπτῃ, *in poculorum sculptore*, laudatur a Theocriti Scholiaste ad Idyll. II. 2. ut is non cælandi modo artem tenuisse, sed et tradidisse de ea arte præcepta videatur. Εὔνικος, Ἑκαταῖος, nondum alibi a nobis reperti.

[m] *Lesbocles*] Λεσβοκλῆς, Πρόδωρος, Πυθόδικος, pariter obscuri. In Reg. 2. *Pythodicus* non legitur. Itaque unum ex duobus nominibus conflari unicum oporteat, *Pythodorus*, quem statuarium Thebanum fuisse Pausanias admonet lib. IX. amplius considerandum.

[n] *Polygnotus*] Thasius, Aglaophonte patre, ut docet epigramma Simonidis relatum a Pausania lib. X. pag. 662. ubi ejus etiam clarissima opera enumerat.

[o] *Item ex cælatoribus*] E cælatoribus item, inquit, fuere simul pictores eximii Stratonicus, et Scymnus. De Stratonico diximus paulo ante. Σκύμνος adhuc ignotus.

[p] *Ut Apollodorus*] Ἀπολλόδωρος, Ἀνδρόβουλος, Ἀσκληπιόδωρος, Ἀλεύας. Ex his Ἀλεύας apud Theocritum occurrit Idyll. XVI. sed ab isto diversus.

[q] *Philosophos*] Hi, inquit, proxime appellati, philosophorum simulacra fecere. Juvat ex Sidonio discere, quæ forma cujusque foret, epist. IX. 9. 'Per gymnasia pinguntur Areopagitica, vel Prytaneum, Speusippus cervice curva, Aratus panda, Zenon fronte contracta, Epicurus cute distenta, Diogenes barba comante, Socrates coma candente, Aristoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto, Heraclitus fletu oculis clausis, Democritus risu labris apertis, Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis, Euclides propter mensurarum spatia laxatis, Cleanthes propter utrumque corrosis.'

[r] *Perixyomenon*] Qui per circuitum aut comit, aut scabit, extergitve se, ut ἀποξυόμενος, de quo supra, qui distringit se.

[s] *Tyrannicidasque*] Harmodium et Aristogitonem, de quibus supra.

[t] *Aristodemus*] Statuarii Ἀριστοδήμου meminit Tatianus contra Græcos, pag. 183.

[u] *Doryphorus*] Hoc est, hastatus miles, quem Aristodemus ex ære fudit. De hac voce egimus initio cap.

[v] *Cephissodoti*] Sic Mss. non *Cephissodori*, ut editi. De utroque su-

Digitized by Google

rum patrem in infantia nutriens. Fecit et concionantem manu elata: persona [w] in incerto est. Sequens [x] philosophos fecit. Colotes,[82] [y] qui cum Phidia Jovem Olympium fecerat, philosophos. Item Cleon,[z] et Cenchramis, et Callicles, et Cephis: Chalcosthenes [83] et comœdos, et athletas.

Dahippus [a] Paralyomenon.[84] Daiphron,[b] et Democritus, et Dæmon, philosophos.

Epigonus omnia fere prædicta imitatus præcessit in tubicine, et matri interfectæ infante miserabiliter blandiente. Eubolidis,[c] digitis computans.[85]

Micon [86] athletis spectatur: [d] Menogenes, quadrigis.

Nec minus Niceratus [e] omnia, quæ ceteri, aggressus, re-

al. ante Harduin.—81 *Cephissodori* Gronov. et al. ante Harduin.—82 *Colothas* Gronov. et vulgg.—83 *Calcosthenes* Gronov.—84 'In Mss. Reg. 2. 3. 5. *perlayomenon;* in Editione principe *parlayomenon.* Male emendatum in recentioribus editionibus, *perixyomenon.* Emendandum certe fuit, *paralyomenon.* Παραλυόμενος, *un Homme qui tombe en défaillance.* Inde παράλυσις, *la Paralysie.* Talem, et forte ipsum Dahippi paralyomenon, in corneola incisum, vide apud Cl. Borioni, Collectanea Antiquitatum Romanarum, Tab. 71. Quam gemmam nemo adhuc feliciter explicavit; nec explicare potuit, corrupto hoc Plinii loco.' *Brotier.* Mox, *Daiphorun* Gronov. et al. ante Harduin.—85 Vet. Dalec. *blandiente, et Eubulide digitis computante;* al. vett. *blandiente. Eubulidis*

NOTÆ

perius egimus. Prior Olympiade CII. floruit.

[w] *Persona*] Quis ille sit, quem Cephissodotus sic concionantem manu elata fuderit, in incerto est.

[x] *Sequens*] Alter Cephissodotus, qui floruisse dicitur, sub initium hujus cap. Olympiade CXX.

[y] *Colotes*] In libris hactenus editis, *Colothas.* Reg. 2. *Colytes.* At Pausaniæ lib. V. pag. 525. Κωλώτης.

[z] *Item Cleon*] Subintellige, Philosophos fecit. Κλέωνος Σικυωνίου ἀνδριαντοποιοῦ meminit Pausanias lib. VI. pag. 344. Καλλικλέους item Megarensis, pag. 356.

[a] *Dahippus*] Lysippi filius, ut dictum est supra. De Perixyomeno paulo ante.

[b] *Daiphron*] Δαΐφρων, Δημόκριτος, cujus opera laudantur a Pausania lib. VI. pag. 347. ubi Pausonis discipulus fuisse traditur, Pauson Amphionis, Amphion Ptolichi, Ptolichus ipse Critiæ, de quo nos supra.

[c] *Eubolidis*] Effictam ab eo statuam ait, viri digitis computantis, spectatissimam, laudatissimamque fuisse, Crediderim *Eubulidæ* potius scribi oportere, quem statuarium insignem fuisse, celebratis ejus operibus, Pausanias ait lib. VIII. pag. 479.

[d] *Micon . . . spectatur*] Sic Reg. 2. non *spectatus,* ut editi. Sic infra, 'Eudorus scena spectatur,' XXXV. 40. Μίκων, non Syracusanus ille, de quo Pausanias lib. VI. pag. 365. sed alter, Ægineta, de quo idem lib. V. pag. 338. &c.

[e] *Nec minus Niceratus*] De quo supra.

Digitized by Google

præsentavit Alcibiadem, lampadeque accensa matrem ejus Demaraten [87] [f] sacrificantem.

Tisicratis bigæ [g]. Piston [88] mulierem imposuit. Idemque fecit Martem et Mercurium, qui sunt in Concordiæ templo Romæ. Perillum [h] nemo laudat sæviorem Phalaride tyranno, cui [89] taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne subdito, et primus eum expertus cruciatum justiore sævitia. In hoc a simulacris Deum hominumque devocaverat humanissimam artem. Ideone tot conditores ejus elaboraverant, ut ex ea tormenta fierent? Itaque una de causa servantur opera ejus, ut quisquis illa videat, oderit manus.

Sthenis [i] Cererem, Jovem, Minervam fecit, qui sunt Romæ in Concordiæ templo. Idem flentes matronas, et adorantes, sacrificantesque. Simon canem [j] et sagittarium fecit. Stratonicus cælator ille [k] philosophos: Scopas [90] utraque. [l]

Athletas autem, et armatos, et venatores, sacrificantesque, Batton, [m] Euchir, Glaucides, Heliodorus, Hicanus,

est digitis, &c.—86 *Mycon* Gronov.—87 *Demareten* Vet. Dalec.—88 *Pisicrates bigæ Pitho* Gronov. et al. ante Harduin.—89 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *qui* Gronov. et vulgg.—90 Vet.

NOTÆ

[f] *Demaraten*] Δεινομάχην Plutarchus appellat in Alcibiade, pag. 191. Libanius item Declam. IX.

[g] *Tisicratis bigæ*] Ita Mss. omnes, Reg. 2. ceterique, non, ut editi, *Pisicrates bigæ Pitho, &c.* Sententia est, ut Calamidis quadrigæ Praxiteles aurigam suum imposuit, quemadmodum dictum est supra, sic Pistonem Tisicratis bigæ mulierem imposuisse sua manu. De Tisicrate dictum sæpe superius.

[h] *Perillum*] Περίλαον Græci vocant. Vide Diodor. in Excerpt. pag. 345. Atheniensis fuit. Cetera de eo vulgata. Vide Valer. Max. IX. 2. pag. 429. Ovid. Art. Am. I. 655. 'Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit: infelix imbuit auctor opus.' Convellere hanc porro de tauro æneo famam, fabulisque accensere, conatum ait Timæum historicum Polybius in Excerptis, pag. 59.

[i] *Sthenis*] Σθένις Autolycum fudit ex ære, eum qui Sinopen condidit, a Lucullo Romam advectum. Testis Plutarchus in Lucullo, pag. 506. Et a Pausania laudatur, ut supra diximus.

[j] *Simon canem*] De Simone Ægineta fictore, Pausanias lib. V. pag. 341.

[k] *Stratonicus cælator ille*] Jam appellatus.

[l] *Scopas utraque*] Hoc est, et Simonis et Stratonici opera fudit ex ære. Recte Barbarus in secundis castigationibus ita emendat, pro *uterque*.

Digitized by Google

Lophon,[91] Lyson, Leon, Menodorus, Myiagrus, Polycrates, Polydorus, Pythocritus, Protogenes, idem pictura clarissimus, ut dicemus: Patrocles, Polis, Posidonius, qui et argentum cælavit nobiliter, natione Ephesius, Periclymenus,[92] Philon, Simenus, Timotheus, Theomnestus, Timarchides, Timon, Tisias,[93] Thrason.

Ex omnibus autem maxime cognomine insignis est Callimachus,[n] semper calumniator sui, nec finem habens diligentiæ, ob id Cacizotechnos[o] appellatus, memorabili exemplo adhibendi curæ modum. Hujus sunt saltantes Lacænæ, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit. Hunc quidam et pictorem fuisse tradunt. Non ære captus, nec arte, unam solummodo Zenonis statuam Cypria in expeditione non vendidit Cato,[p]

Dalec. *et Scopas.*—91 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Leophon* edd. vett. et Gronov.—92 'Male codd. Regg. et Editio princeps, *Periclenus.*'

NOTÆ

[m] *Batton*] Βάττων, Εὔχειρ Atheniensis statuarius, Eubulidæ F. apud Pausan. lib. VIII. pag. 479. Γλαυκίδης, qui et Γλαυκίας fictor Æginеta, apud eundem lib. VI. pag. 360. et 361. Ἡλιόδωρος, Ἱκανὸς, Λόφων, Λύσων qui δῆμον, hoc est, *populum* Atheniensem finxit: auctor Pausanias lib. I. pag. 6. Λέων, Μενόδωρος Atheniensis, qui Cupidinem fecit Thespiensem, teste eodem lib. IX. pag. 581. Μυΐαγρος patria Phoceus, ut Vitruvius prodit in Præf. lib. III. pag. 37. non minore ingenio solertiaque, quam Polycletus. Πολυκράτης, Πολύδωρος, Πυθόκριτος, de quo supra: Πρωτογένης, de quo XXXV. 36. Πατροκλῆς ille Crotoniata, de quo Pausanias lib. VI. pag. 379. Πόλις, qui, ut opinor, Architecturam pariter exercuit, scripsitque de symmetriis volumen, teste Vitruvio in Præf. lib. VII. pag. 125. Ποσειδώνιος, Περικλύμενος et Φίλων, ambo inter statuarios nobiles laudati a Tatiano contra Græcos, pag. 183. Τιμόθεος, de quo Pausanias lib. II. Corinth. pag. 146. Θεόμνηστος Sardianus fictor, lib. VI. pag. 371. Τιμαρχίδης Atheniensis statuarius, lib. X. pag. 678. Τίμων, Τισίας, Θράσων, cujus opera vidisse se Strabo testatur lib. XIV. pag. 641.

[n] *Callimachus*] Hujus opera Pausanias recenset lib. I. pag. 23. et 48.

[o] *Cacizotechnos*] Κακιζότεχνος, ut et Pausanias ait lib. I. pag. 48. 'Cacatechnos,' Vitruvius dixit IV. 1. In Reg. 2. cod. *Cacotexitechnon*, κακοτηξίτεχνον, quod artem corrumpere videretur, nimia diligentia. Similis huic iste, de quo superius hoc cap. 'diligentissimus artis, et inimicus sui judex,' &c.

[p] *Cato*] Cato minor, sive Uticensis. Vide Plutarchum in ejus Vita. Clodius Tribunus pleb. Cyprum adjudicarat populo Rom. ad quam possidendam missus est Cato. Vide Ciceron. Epist. Famil. XV. 4. Velleium II. 45. et Plutarch. p. 776.

Digitized by Google

sed quia philosophi [q] erat, ut obiter hoc quoque noscatur tam inane exemplum.[94] [r]

In mentione statuarum est et una non prætereunda, quanquam auctoris incerti,[95] juxta Rostra,[s] Herculis tunicati, Œtæo habitu,[96] [t] Romæ, torva facie, sentienteque [u] suprema in tunica. In hac tres sunt tituli: L. Luculli [v] imperatoris, de manubiis: alter, pupillum Luculli filium ex S. C. dedicasse: tertius, T. Septimium Sabinum ædilem curulem ex privato in publicum restituisse. Tot certaminum [w] tantæque dignationis simulacrum id fuit.

XX. (IX.) Nunc revertemur ad differentias æris et mixturas. In Cyprio coronarium [a] tenuatur [1] in laminas, tau-

Brotier.—93 Vet. Dalec. *Thysias.*—94 Vet. Dalec. *tam humanum exemplum.* —95 'Non ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzon. *quanquam auctores incerti.*' Brotier.—96 '*Œtæo habitu*] Hunc locum optime emendavit eruditus Turnebus. Male Mss. Reg. *soleo* vel *suleo habitu.* Recentiores editiones, *Eleo habitu.* Hac de re morteque Herculis in monte Œta scriptæ a Seneca Tragœdiæ, 'Hercules Œtæus' et 'Hercules furens.'' *Idem. licet auctoris incerti, j. R. H. t. Eleo habitu, &c.* Gronov. et vulgg. '*licet auctoris incerti, j. R. H. t. Œtæo habitu, &c.*] Assentior magno Turnebo sic refingenti, pro *Eleo habitu:* recte id additum, ne de Omphales tunica quis forte caperet, quam indutus in Ionia Hercules. Pessime Dalecampius, *sævienteque suprema. Sentiente,* sensum doloris exprimente. Forte: *sentiente quasi primam vim tunicæ.*' Nic. Heins. Vid. Advers. II. 12. p. 301.

CAP. XX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *In Cyprio coronarium et*

NOTÆ

[q] *Sed quia philosophi*] Quos diligebat, cum proavus ejus Cato Major Græcos omnes odisset. Plinius VII. 31. de utroque Catone: 'Quanta morum commutatio? Ille semper alioqui universos ex Italia pellendos censuit Græcos: at pronepos ejus, Uticensis Cato, unum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione deportavit.'

[r] *Tam inane exemplum*] Levitatis exemplum, quod eos diligebat, ut diximus, quos proavus odisset.

[s] *Juxta Rostra*] In foro Romano, regione Urbis octava.

[t] *Œtæo habitu* [*Eleo habitu*] In Mss. *Soleo habitu.* Turnebus Advers. XVI. 12. p. 487. legit *Œtæo habitu*: nempe tunica illa molesta, quæ tabe veneni imbuta visceribus ejus inhæsit, tantosque cruciatus excitavit, ut in ardentem pyram conjicere se maluerit, quam acerbum dolorem perferre diutius.

[u] *Sentienteque*] Sentiente in ea tunica supremum finem.

[v] *L. Luculli*] Ejus, qui adversus Mithridatem bella gessit.

[w] *Tot certaminum*] Tot viris claris honorem statuæ illius sibi vindicantibus.

[a] *In Cyprio coronarium*] Hæc totidem verbis Isidorus XVI. 19. Coronarium Galli vocant *Clinquant*, mimorum coronis adhiberi solitum. Savotus de Nummis II. 17. p. 124.

Digitized by Google

rorumque felle[b] tinctum, speciem auri in coronis histrionum præbet. Idemque, in uncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi[c] bractea ignescit.[a] Regulare[d] et in aliis fit metallis: itemque caldarium. Differentia,[e] quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium est. Sed et in ceteris metallis[a] cura distat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctisque,[3] regulare est. In reliquis[f] generibus palma Campano. Simile in multis partibus Italiæ, provinciisque. Sed octonas plumbi libras addunt,[g] et bene recoquunt propter inopiam ligni. Quantum ea res differentiæ afferat, in Gallia maxime sentitur, ubi inter lapides candefactos funditur. Exurente[4] enim coctura nigrum atque fragile conficitur. Præterea semel recoquunt: quod sæpius fecisse, bonitati plurimum confert. Id quoque notasse[h] non ab re est, æs omne frigore magno melius fundi.[5]

Sequens temperatura statuaria est, eademque tabularis,

[a] *In aliis a Cypro fodinis ærariis.*

regulare est, utrumque ductile. Coronarium tenuatur Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *præbet. Ejusdem in uncias, &c. prætenui bractea pyropi ignescit.* Dalec. *pyropis.*—3 Vet. Dalec. *excoctumque.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *lente concoquunt. Quantum ea res diff. &c. funditur propter inopiam ligni. Exurente* Vet. Dalec. *et lene recoquunt* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *confert, ideoque notasse non abs re est. Æs omne f. m. melius funditur;* Vet.

NOTÆ

[b] *Taurorumque felle*] A solo igne trahere hunc colorem Savotus est auctor, loc. cit. p. 125.

[c] *Prætenui pyropi*] Hoc est, ut Isidorus explicat loc. cit. 'Prætenui bractea ignescit, et imitatur flammas, unde et pyropum dicitur.' Græci πυρωπὸν vocant, quod est aspectu rutilo.

[d] *Regulare*] Quod in regulas ducitur, quod malleis tunditur, ut ductile fiat, et regulare: sicut contra fusile, quod tantum funditur, quale caldarium est. Isidorus, loc. cit. Alibi quam in ærariis Cypri fodinis fieri nunc Plinius admonet.

[e] *Differentia*] Totidem verbis Isidorus loc. cit.

[f] *In reliquis*] Isidorus loc. cit.

[g] *Sed octonas ... addunt*] Ad centena scilicet æris proflati pondo, ut mox dicetur.

[h] *Id quoque notasse*] Iisdem verbis Isidorus loc. cit. Ab his vocibus Pliniani editores capitis initium fecere, cui et addidere lemma, *Differentiæ æris et mixturæ*, quod multo ante præfigi oportuit ei loco, unde nos cap. vicesimum auspicati sumus, ut ipsa commonstrat Pliniana oratio. In Mss. porro *frigori magno* legimus.

Digitized by Google

hoc modo:[b] massa proflatur[c] inprimis: mox in proflatum[6] additur tertia portio æris collectanei, hoc est, ex usu coëmti. Peculiare in eo condimentum attritu domiti, et consuetudine nitoris veluti mansuefacti.[d] Miscentur[i] et plumbi argentarii pondo duodena ac selibræ,[7] centenis proflati. Appellatur etiamnum et formalis[j] temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri[8] plumbi decima portio additur, et argentarii[9] vicesima: maximeque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant. Novissima est, quæ vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis. Cyprio si addatur plumbum, colos purpuræ fit in statuarum prætextis.

XXI. Æra extersa[k] rubiginem celerius trahunt, quam neglecta, nisi oleo perungantur. Servari ea[l] optime in liquida pice tradunt. Usus æris ad perpetuitatem monumentorum jam pridem translatus est, tabulis æreis,[m] in quibus publicæ constitutiones inciduntur.

[b] *Ad statuas faciendas, et ad ducendas tabulas æneas, altera hæc opportuna æris temperatura est.*
[c] *Flando resolvitur.*
[d] *Quando ex crebro attritu domitum est, et quendam veluti nitorem traxit.*

Dalec. *Idque notasse, &c.*—6 Vet. Dalec. *in proflatam.*—7 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *puri a. p. d. ac selibra.*—8 Vet. Dalec. *tenerrimi cum nigri.*—9 Ita codd. Regg. Brot. *at argentarii* edd. ante Brotier.

NOTÆ

[i] *Miscentur*] Colossi equestres, similesve statuæ, non ex solo ære conflantur, sed pars aliqua stanni Cornubiensis admiscetur, ut facilius æs fusum fluat: tunc appellari solet *Bronze*. Si cum centum libris æris misceantur viginti pondo stanni purgatissimi, vocatur metallum, ut in campanis tormentisque ignivomis fieri solet. Simile huic fere est, in quo plumbum argentarium admisceri solitum Plinius ait hoc loco: quod ipse idcirco 'album æs' appellat XVI. 22.

[j] *Formalis*] Ad formas faciendas, *pour faire des moules.*

[k] *Æra extersa*] Totidem verbis Isidorus XVI. 19.

[l] *Servari ea*] Isidorus loco cit.

[m] *Tabulis æreis*] Priscos illos Græcos ac Latinos, leges, fœdera, aliaque in æris tabulis insculpsisse, tralatitium est. Livius III. 57. 'Leges Decemvirales, quibus XII. Tabulis est nomen inditum, in æs incisas, in publico proposuerunt.' Servius in illud Maronis, Æneid. VI. 'Fixit leges pretio, atque refixit:' 'Fixit autem ideo,' inquit, 'quia incisæ in æreis tabulis leges affigebantur parietibus.' Cicero Philip. III. 36. 'Antonius falsas leges in æs incidendas et in Capitolio figendas curavit.' Hinc et le-

Digitized by Google

XXII. (X.) Metalla æris multis modis instruunt medicinam, utpote cum ulcera omnia[1] ibi ocyssime sanentur. Maxime tamen prodest cadmia. Fit sine dubio hæc[n] et in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderosa, sed nequaquam comparanda ærariæ. Plura autem genera sunt. Namque ut ipse[2] lapis,[o] ex quo fit æs, cadmia vocatur, fusuris necessarius, medicinæ inutilis,[p] sic[3] rursus[q] in fornacibus existit, aliamque nominis sui originem recipit.[s] Fit autem[r] egesta flammis atque flatu tenuissima parte materiæ, cameris lateribusve fornacum

[s] *Sic rursum alia in fornacibus, in quas lapis ille conjicitur ad fusuram æris, cadmia gignitur, aliamque habet originem eodem servato nomine.*

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. *omnibus*.—2 *Namque ipse* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *cadmia quoque vocat* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *inutilis. Hic.* Vet. Dalec. *inutilis hic: rursus in*

NOTÆ

ges ipsæ 'Æra' appellatæ. Idem Tullius Epist. Famil. XII. 1. 'Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus.' Et in Catil. III. 19. 'Cum et legum æra liquefacta sunt.' Tamen vetustiore ævo incisæ in ligno leges. Testis Gellius II. 12. 'In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt,' &c. Unde has legum tabulas ab Atheniensibus Axonas esse nuncupatas, Plutarchus in Solone tradit.

[n] *Fit sine dubio hæc*] Totidem verbis hæc pariter Isidorus loc. cit. et Diosc. v. 84. Γεννᾶται δὲ *καδμεία καὶ ἐκ τῶν ἀργυρίων λευκοτέρα καὶ κουφοτέρα οὖσα· κατὰ δὲ τὴν δύναμιν ἥττων*. Gallis, *Calamine*. Reperitur in Gallia et Leodiensi agro.

[o] *Namque ut ipse lapis*] Non est is proprie cadmia, sed cadmia tamen a nonnullis vocatur. Plinius hoc libro, c. 2. 'Fit æs et e lapide æroso, quem cadmiam vocant.'

[p] *Medicinæ inutilis*] Per se nimirum, neque ustione præparatus. Alioqui enim Medici, ut Nymphodorus, et Iollas, atque ex eorum placitis Plinius ipse sub finem hujus cap. exustum cribratumque in varios medicinæ usus recondunt.

[q] *Sic rursus*] Ita Reg. 2. ceterique Mss. ut connectatur hæc sententia cum superiore. In libris hactenus editis: *Namque ipse lapis . . . Hic rursus existit:* insulse prorsus: nam quo tandem sensu lapis existere in fornacibus dicitur?

[r] *Fit autem*] Diosc. v. 84. totidem ferme verbis: Γεννᾶται δὲ *ἡ καδμεία ἐκ τοῦ χαλκοῦ καμινευομένου, προσιζανούσης τῆς λιγνύος τοῖς τοίχοις καὶ τῇ κορυφῇ τῶν καμίνων. Gignitur et cadmia e fuligine quæ, dum excoquitur æs, egesta flammis flatuque, lateribus cameriaque fornacum applicatur.* Vide etiam auctorem libri de Simp. Med. ad Patern. tomo XIII. operum Galeni, pag. 987.

Digitized by Google

pro quantitate levitatis[4] applicata. Tenuissima est in ipso fornacum ore, qua flammæ eructantur,[5] appellata capnitis,[s] exusta, et nimia levitate similis favillæ. Interior optima,[t] cameris dependens,[6] et ab eo argumento botryitis cognominata: ponderosior hæc priore, levior secuturis.[7] Duo ejus colores: deterior cinereus, puniceus melior, friabilis,[8] oculorumque[u] medicamentis utilissima. Tertia est in lateribus fornacum, quæ propter gravitatem ad cameras pervenire non potuit. Hæc dicitur placitis,[v] et in ipsa argumentum planitie,[9] crusta verius, quam pumex,[w] intus varia, ad psoras utilior, et ad cicatrices[x] trahendas.[f] Fluunt ex ea[y] duo[10] alia genera: onychitis extra pæne cœrulea, intus onychis maculis[11] similis. Ostracitis tota nigra, et e ceteris sordidissima,[12] vulneribus maxime utilis. Omnis

[f] *Delendas.*

fornacibus exstitit alia, quæ ab igne sui, &c.—4 Vet. Dalec. *fornacum propinquis levitatis.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eluctantur* Gronov. et al. vett.—6 Vet. Dalec. *uvæ modo dependens.*—7 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Sine auctoritate in recentioribus edd. *levior porro secuturis;* de quibus mox agit Plinius.' *Brotier.*—8 Vet. Dalec. *melior. Friabilis hæc;* al. vett. ap. eund. *melior. Quæ friabilis oculorum medicamentis, &c.*—9 'Ita bene cod. Regg. 5. In recentioribus editionibus, *et ipsa ab argumento.*' Brotier. *et ipsa ab argumento,* omisso *planitie,* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Fiunt et ejus duo* Vet. Dalec. *Fluunt et ex ea duo* Gronov. et vulgg.—11 'Ita bene cod. Reg. 5. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. vett. *onychitæ maculis* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *onychi maculis* cod. Dalec.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt.

NOTÆ

[s] *Capnitis*] Καπνῖτις, *fumosa.*

[t] *Interior optima*] Diosc. loc. cit. Καδμείας ἀρίστη μέν ἐστιν ἡ Κυπρία, καλουμένη δὲ βοτρυῖτις, hoc est, *racemosa.* In officinis Tuthia Alexandrina dicitur, quoniam ex Ægypto Syriaque advehitur: a Tuthia tamen Arabum diversa. Canepar. Descr. I. 3. p. 10.

[u] *Oculorumque*] Diosc. loc. cit. et Oribasius lib. XIII.

[v] *Hæc dicitur placitis*] Diosc. loc. cit. Ἔστι δὲ καὶ πλακώδης τις λεγομένη, quasi *crustosa.*

[w] *Quam pumex*] Pumicosam enim cadmiam optimam esse oportere, auctor est Diosc. loc. cit. qui exuri jubet ad medicinæ usum, *donec pumicosa videatur:* μέχρι κισσηρώδης τὴν ὄψιν γένηται.

[x] *Et ad cicatrices*] Κατουλοῦν δυναμένη, inquit Diosc. loc. cit.

[y] *Fluunt ex ea*] Hæc duo genera totidem notis describit et Diosc. v. 84. Ὀνυχῖτις, καὶ ὀστρακῖτις, sive *testacea.* Illa ab intercurrentibus lineis, seu maculis, *onychitæ lapidi similibus,* διαφύσεις ἔχουσα ἐμφερεῖς ὀνυχίτῃ λίθῳ. Ista a superficie terrea sive testacea nomen habet: γεώδει δὲ ἢ ὀστρακώδει κεχρημένη ἐπιφανείᾳ.

Digitized by Google

autem[z] cadmia in Cypri fornacibus optima, iterumque a medicis coquitur[13] carbone puro, atque ubi in cinerem rediit, extinguitur vino amineo, quæ ad emplastra præparatur: quæ vero ad psoras, aceto. Quidam in ollis[a] fictilibus tusam urunt, ac lavant in mortariis, postea siccant. Nymphodorus lapidem ipsum[b] quam gravissimum spississimumque urit pruna, et exustum Chio vino restinguit, tunditque, mox linteo cribrat, atque in mortario terit, mox aqua pluvia macerat, iterumque terit quod subsidit, donec cerussæ similis fiat, nulla dentium offensa.[c] Eadem Iollæ actio:[g 14] sed quam purissimum lapidem eligit.

XXIII. Cadmiæ effectus[d] siccare, persanare,[1] sistere fluxiones, pterygia et sordes oculorum purgare, scabritiem extenuare, et quicquid in plumbi effectu dicemus. Et æs ipsum ad omnia eadem[e] uritur: præterque,[2] albugines oculorum et cicatrices. Ulcera quoque oculorum cum lacte sanat, idque Ægyptii collyrii modo terunt in coticulis. Facit et vomitiones e melle sumtum. Uritur autem Cyprium[f] in fictilibus crudis cum sulfuris pari pondere,

[g] *Sic et Iollas facit.*

et ceterarum sordidissima Gronov. et vulgg.—13 Vet. Dalec. *optima. Iterum a Medicis ea coquitur.* Mox, *in cinerem redigitur* cod. Dalec.—14 Vet. Dalec. *maceratio;* alii vett. *præparatio.*

CAP. XXIII. 1 Vet. Dalec. *siccare, ulcera persanare.*—2 Vet. Dalec. *præ-*

NOTÆ

[z] *Omnis autem*] Diosc. loc. cit. et post illum Oribasius l. XIII. fol. 227. totidem omnino verbis.

[a] *Quidam in ollis*] Diosc. et Oribas. locis cit.

[b] *Lapidem ipsum*] Ex quo fieri æs, quemque cadmiam appellari, diximus sub initium hujus cap.

[c] *Nulla dentium offensa*] Ita ut, cum manditur, dentibus cedat. Diosc. loc. cit.

[d] *Cadmiæ effectus*] Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, κοιλωμάτων ἀναπληρωματικὴν, καθαρτικὴν ῥυπαριῶν, κ. τ. λ.

[e] *Et æs ipsum ad omnia eadem*] Hoc est, ut Diosc. explicatius tradit v. 87. ad siccandum, purgandum, extenuandum, ulcera ad cicatricem perducenda, oculorum vitia exterenda, &c.

[f] *Uritur autem Cyprium*] Æs scilicet. Diosc. v. 87. uri sic jubet clavos æreos dissolutarum navium, in fictilibus crudis compositos, substrato sulfure, cum salis pari pondere, et iisdem his vicissim insparsis: olla deinde operculata, etiam circumlito creta figulari spiramento, inditur fornaci, donec figlinum plane percoqua-

Digitized by Google

circumlito spiramento, in caminis,[3] donec vasa ipsa percoquantur. Quidam et salem [g] addunt, alii alumen pro sulfure, alii nihil, sed aceto tantum aspergunt.[4] Ustum teritur mortario Thebaico, aqua pluvia lavatur,[5] iterumque adjecta largiore teritur, et dum considat,[h] relinquitur, hoc sæpius, donec ad speciem minii[6] redeat. Tunc siccatum in Sole, in ærea pyxide servatur.

XXIV. (XI.) Et scoria æris [i] simili modo lavatur, minore effectu,[1] quam æs ipsum. Sed et æris flos medicinæ utilis est. Fit ære fuso, et in alias fornaces [j] translato: ibi flatu crebriore excutiuntur [2] [k] velut milii squamæ,[a] quas vocant florem. Cadunt autem, cum panes [l] æris aqua refrigeran-

[a] *Apludæ, corticesve qui milium obvolvunt.*

tereaque.—3 Budæus, *spiramento, camini.*—4 Cod. Dalec. *perfundunt.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *aqua pluvia lavatur, minore effectu* Gronov. et vulgg. Mox, *dum purum considat, rursum eluitur* Vet. Dalec.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cinnabaris.*

CAP. XXIV. 1 Cod. Dalec. *minor effectu.*—2 Vet. Dalec. *fuso statu celebriore, et in receptacula e fornace translato. Ibi excutiuntur.* Cod. Dalec. *in*

NOTÆ

tur: πωμασθεῖσα δὲ ἡ χύτρα, καὶ ὑποχρισθεῖσα πηλῷ κεραμικῷ, δίδοται εἰς κάμινον, κ. τ. λ. Frustra *camini* legit hic Budæus, Plinio ac Dioscoride refragantibus.

[g] *Quidam et salem*] Quæ cap. reliquo continentur, totidem fere verbis habet Diosc. v. 84. et 87. sub finem.

[h] *Et dum considat*] Dum nihil spumæ sordiumve supernaret, sed purum considat. Diosc. v. 84.

[i] *Et scoria æris*] Hæc totidem verbis Diosc. v. 87. sub finem. Scoriam Galli vocant, *Crasse, ou loppe de bronze.*

[j] *In alias fornaces*] Vel e fornacibus in receptacula delapso per tubulos ad ea pertinentes, ut ait Diosc. v. 88. Utroque enim modo peragitur.

[k] *Excutiuntur*] Eo flatu follium crebriore excitantur squamæ milii similes, κεγχροειδές τι, inquit Diosc. v. 88. Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, pag. 987. 'Ipsum flos est in specie milii,' &c. Sic etiam Mss. non *excituntur*, ut scribi Salmasius jubet, in Solin. p. 1076.

[l] *Cum panes*] Massæ candentes æris. Qui repurgandis metallorum inquinamentis præsunt, inquit Diosc. v. 88. aquam purissimam æri affundunt, ejus refrigerandi gratia. Hac vero repentina densatione ac concretione velut exspuitur, et emicat granum milio simile, quem vocant florem. Γίνεται δὲ οὕτως, ὅταν ἐν μεταλλικαῖς χώναις .... διακαθαίροντες τὴν ἀκαθαρσίαν οἱ πρὸς τούτοις ὄντες, ὕδωρ ἐπιχέουσιν ἀκραιφνέστατον αὐτῷ, ψύξαι προαιρούμενοι· ὑπὸ οὖν τῆς αἰφνιδίου πυκνώσεως, καὶ συναγωγῆς, ὡσπερεὶ ἐκπτύεται καὶ ἐπανθεῖ τὸ προειρημένον (χαλκοῦ ἄνθος).

Digitized by Google

tur[3] rubentque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida,[m] et sic adulteratur flos, ut squama veneat[n] decussa vi clavis,[4 o] in quos panes ærei ferruminantur.[b p] In Cypri[5] maxime officinis omnia. Differentia hæc est, quod squama excutitur ictibus iisdem panibus:[6] flos cadit sponte.

XXV. Squamæ est alterum[a] genus subtilius, ex summa scilicet lanugine[1 b] decussum, quod vocant stomoma. Atque hæc omnia medici (quod pace eorum dixisse liceat)

[b] *Præterea fit e panibus laminisve æris lapis, qua flos adulteratur: et sic squama venit, alias non venalis, sed vilis: decutitur autem ea mallei ictibus e clavis, quibus conflandis massæ seu laminæ æreæ indurantur.*

aliam fornacem.—3 Vet. Dalec. *æris rubentes aqua refrigerantur.*—4 Vet. Dalec. *decussa videlicet clavis;* al. vett. ap. eundem, *decussa clavis quos ex panibus æreis fabricantur;* Gronov. et al. vett. *ut squama veneat pro eo. Est autem squama hæc decussa vi clavis per quos, &c.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec..cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *In Cypriis* Gronov. et vulgg.—6 Alii ap. Dalec. *ex ejusdem panibus.*

NOTÆ

[m] *Quam vocant lepida*] Λεπίδα, hoc est, squamam æris.

[n] *Ut squama veneat*] Hunc Plinii locum integerrimum repræsentamus, qualis in codice Reg. altero extat, cum hactenus interpolatum libri vulgati exhibeant in hunc modum: *ut squama væneat pro eo. Est autem hæc decussa vi clavis, per quos panes ærei ferruminantur.* Vidit et e suis codicibus Salmasius in Solin. pag. 1077. ut edidimus, ita legi oportere: Plinii tamen sententiam, quam interpretatione nostra perspicuam, ut quidem remur, fecimus, assequi se negat posse. Etiam in Parmensi editione, Brixiensi, et aliis ante Frobenium, *in quos panes ærei,* non *per quos,* diserte scribitur.

[o] *Clavis*] Qui ex ære pro navibus configendis parabantur. Idcirco hæc squama clavaris appellata, a Diosc. v. 89. Λεπὶς δὲ ἡ μὲν ἐκ τῶν Κυπρίων χαλκουργικῶν ἥλων παχεῖα, καλουμένη δὲ ἡλῖτις, καλή. Græcis ἧλος clavus est.

[p] *Ferruminantur*] Parantur et indurantur. Plinius XXXVI. 67. 'Vitrum sulfuri concoctum ferruminatur in lapidem,' hoc est, indurescit, concrescitque.

[a] *Squamæ est alterum*] Oribasius lib. XIII. pag. 233. 'Χαλκοῦ λεπὶς, hoc est, squama æris, laudatissima est quæ ex Cypriis officinarum clavis excussa, crassaque est, et helitis a clavis ducto nomine appellatur .... squama vero, quam stomoma (στόμωμα) vocant, habet eandem vim quam æris squama,' &c. Celsus VI. 6. in Cleonis collyrio: 'Squamæ æris, quod στόμωμα appellant, pondo X. 1.' hoc est, denarius unus. Non videre hæc auctorum testimonia Saracenus, Dalecampius, et qui eos sequitur Salmasius in Solin. pag. 1084. qui Plinium hallucinatum hoc loco putant: neque aliud esse στόμωμα asseverant, quam ferrum illud durissimum, quod *Aciarium* Glossæ, Galli vocant, *de l'acier.*

[b] *Ex summa .... lanugine*] Panum æreorum.

Digitized by Google

ignorant, pars major et nomina:[2] in tantum a conficiendis medicaminibus absunt, quod esse proprium medicinæ solebat. Nunc quoties incidere in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc est, impendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiæ[c] omnia fraudibus corrumpenti. Jam quidem facta emplastra et collyria mercantur: tabesque mercium,[d] aut fraus Seplasiæ[3] sic exteritur.[e] Et squama autem et flos uruntur in patinis fictilibus aut æreis, deinde lavantur,[4] ut supra, ad eosdem[e] usus: et amplius ad narium[f] carnosa vitia: itemque sedis: et gravitates[g] aurium, per fistulas[5] in eas flatu impulsa: et uvas oris,[h] farina admota. Tollit[i] et tonsillas cum melle. Fit et ex

[e] *Tabidæque sic merces officinarum, aut Seplasiæ fraus usu teritur, et ab ægris absumitur.*

CAP. XXV. 1 Vet. Dalec. *summo scilicet acumine.*—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nomine* Vet. Dalec. *nominibus* Gronov. et vulgg. Mox, *quod proprium esse medicinæ solet* cod. Dalec.—3 *Seplasiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti: factaque jam pridem emplastra ..... Fraus seplasiæ* Gronov. et vulgg. *labesque, &c.* Vet. Dalec.—4 Cod. Dalec. *dein lavantur.* Mox, *eosdemque usus* in eodem codice.—5 Vet. Dalec. *per fistulam.* Mox, Vet. Dalec. *impulsa farina admota tollit et tonsillas cum melle;*

NOTÆ

[c] *Credunt Seplasiæ*] Unguentariis pigmentorumque negotiatoribus, ut dictum est cap. ult. libri superioris, in fine. Vide Notas et Emend. num. 17.

[d] *Tabesque mercium*] Ironia est: Purgari vel sic ait officinas tabidis situque corruptis mercibus, Seplasiæ fraudem omnem exteri ac deleri, cum vel putrida medicamenta, vel adulterata a seplasiariis, coëmant medici imperiti, quos ea per sese conficere par fuit.

[e] *Ut supra, ad eosdem*] Ut de cadmia dictum est cap. 22. de Cyprio ære, cap. 23. et ad eosdem, ad quos illa valere dictum est, usus.

[f] *Ad narium*] Diosc. v. 88. Ἐκτήκει δὲ καὶ τὰ ἐν μυκτῆρσι σαρκώματα καὶ δακτυλίων, *absumit narium carnosa vitia, itemque sedis.* Σάρκωμα, *carnositas*, carnis præter naturam incrementum. In his utique vitiis primum obtinent polypi locum: de quibus Theod. Priscianus ita pronuntiat, I. 11. 'Polypis eminentibus æris florem, et sinopidem ex æquo combures, et ex eo pulvere sanabis loca.'

[g] *Et gravitates*] Diosc. totidem verbis loc. cit.

[h] *Et uvas oris*] Quam et columellam vocant. Sic Reg. 2. Prius *et ulcera oris* legebatur. At Diosc. loc. cit. Στέλλει δὲ καὶ κιονίδας. Vidit hoc et Pintianus in suo codice. Farinam porro, quæ hic admovenda dicitur, squamam ipsam æris et florem intellige. Sic et chalcitis cap. 29. farina sua tonsillas compescit.

[i] *Tollit*] Diosc. loc. cit.

Digitized by Google

candido [j] ære squama longe Cypria inefficacior.[6] Necnon urina pueri prius macerant clavos, panesque. Quidam vero excussam squamam terunt, et aqua pluvia lavant. Dant et hydropicis [k] eam duabus drachmis in mulsi hemina, et illinunt cum polline.

XXVI. Æruginis [l] quoque magnus usus. Sed pluribus fit ea modis. Namque et lapidi,[m] ex quo coquitur æs, deraditur: [1] et ære candido [n] perforato, atque in cadis super acetum suspenso, æreo obturatis operculo: multo probatiore,[d] quam si hoc idem squamis [2] [o] fiat. Quidam vasa ipsa [p] candidi æris fictilibus condunt in aceto, raduntque X.

[d] *Erit autem ærugo ea multo probatior, &c.*

Gronov. et al. ante Harduin. *impulsa: et hulcera oris, &c.*—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. item margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ære Cyprio squama lon. eff. sed urina* cod. Dalec. *ære squama Cypria longe efficacior. Nec, &c.* Gronov. et vulgg.

CAP. XXVI. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentioribus edd. *et e lapide, &c.* Sic infra cap. 33. 'derasam parie-

NOTÆ

[j] *Fit et ex candido*] Diosc. v. 89. Vide Notas et Emend. num. 18.

[k] *Dant et hydropicis*] Bibendam scilicet, ac præterea illinunt. Scribonius Largus Compos. 133. 'Ad hydropicos, cum jam distenti sunt, propter aquæ multitudinem, ... squamæ æris, quam λεπίδα Græci vocant, pondo victoriati, data cum apii seminis pari pondere ex aqua mulsa cyathis quatuor: plurimum autem aquæ dejicit.'

[l] *Æruginis*] Nostris, *Verd-de-gris.*

[m] *Namque et lapidi*] Eo scilicet ex quo fieri æs, quem et cadmiam appellari a quibusdam diximus cap. 22. Oribasius Collect. lib. XIII. pag. 227. 'In Cypriis quoque metallis æruginem gigni ferunt: lapidibus quibusdam æs habentibus, in quibus efflorescit ærugo, ... sed illam et paucam esse, et optimam.' Hausit hæc ille, ut pleraque solet, ex Diosc. v. 91. Nativa porro hæc ærugo est: sequitur factitia.

[n] *Et ære candido*] Hic prior æruginis conficiendæ modus, qui et a Diosc. traditur, v. 91. Εἰς πιθάκνην, inquit, &c. *In cadum, aut aliud consimile vas, acetum quam acerrimum infundito, atque illi superponito inversum vas æneum, præsertim concameratum: sin minus, planum: sit vero id probe detersum, nullumque habeat spiramentum. Decima deinde die sublato operculo æruginem inhærentem deradito.*

[o] *Quam si hoc idem squamis*] Nam et e squamis, et e scobe delimata æris ærugo conficitur: ἔνεστι δὲ καὶ ἐκ ῥινισμάτων ποιῆσαι ἢ λεπίδων. Diosc. loc. cit.

[p] *Quidam vasa ipsa*] Diosc. totidem verbis, loc. cit. post Theophr. περὶ λίθων, p. 12. Oribasius l. XIII. f. 226. Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, pag.

Digitized by Google

die. Alii vinaceis[q] contegunt, totidemque post dies radunt. Alii delimatam[r] æris scobem aceto spargunt, versantque spathis sæpius die, donec absumatur. Eandemque[s] scobem alii terere in mortariis æreis ex aceto malunt. Ocyssime vero contingit coronariorum[t] recisamentis[3] in acetum additis. Adulterant[u] marmore trito maxime Rhodiam æruginem, alii pumice, aut gummi. Præcipue[v] autem fallit atramento sutorio adulterata. Cetera enim[w] dente deprehenduntur, stridentia in frendendo. Experimentum in batillo[x] ferreo. Nam quæ sincera est, suum colorem retinet: quæ mixta atramento, rubescit. Deprehenditur et papyro,[4] galla prius macerato: nigrescit enim statim ærugine illita. Deprehenditur et visu, maligne virens. Sed sive sinceram[y] sive adulteratam, aptissimum est siccatam in patina nova uri et versari, donec favilla[z] fiat: postea teritur et recon-

tibus,' et cap. 45. 'deraditur humido ferro et clavis veteribus.'' *Brotier.*—2 Vet. Dalec. *probatior quam si hoc idem e squamis.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *contingit tenacior recis.* cod. Dalec. *contrahit coronarum æruginem, recisamentis* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *capil-*

NOTÆ

984. Lamellis æreis idem effici et ipsi tradunt, et Vitruvius quoque, VII. 12. pag. 145.

[q] *Alii vinaceis*] Diosc. et auctor libri ad Patern. locis cit.

[r] *Alii delimatam*] Diosc. et auctor proxime cum eo laudatus.

[s] *Eandemque*] Auctor libri ad Patern. loc. cit.

[t] *Coronariorum*] Existit statim ærugo e recisamentis æreis, quæ abjiciunt ii qui coronas ex ære faciunt, quod coronarium idcirco appellatum est, cap. 20.

[u] *Adulterant*] Totidem verbis Diosc. v. 91. et Oribas. lib. XIII. p. 227.

[v] *Præcipue*] Diosc. et Oribas. loc. cit.

[w] *Cetera enim*] Oribasius, loc. cit. 'Quin dentibus quoque cognoscitur: nam quæ sincera est, levis, et non aspera, illis cedit.' Totidem verbis et Diosc. v. 91.

[x] *Experimentum in batillo*] Ferreum id instrumentum est, quo prunæ colliguntur, ad similitudinem palæ: *une pesle à feu.* Laminam pro batillo Diosc. adhibet, quod eundem usum habet: cetero Dioscoridis rationi prorsus Pliniana congruit: Τὸ δὲ χάλκανθον, inquit, ἀπελέγχεται τῷ πυρὶ, κ. τ. λ. *Atramentum sutorium igne deprehenditur: namque si laminæ aut fictili æruginem ita adulteratam insperseris, et horum alterutrum ferventi cineri aut prunis imposueris, mutato colore rubescet, quæ atramento sutorio mixta fuerit, &c.*

[y] *Sed sive sinceram*] Hæc totidem verbis Diosc. v. 92.

[z] *Donec favilla*] Donec colorem cinereum quodammodo referat, inquit Diosc. ἕως ἂν μεταβάλλῃ, καὶ ὑποσποδίσῃ τῇ χρόᾳ.

Digitized by Google

rorumque felle[b] tinctum, speciem auri in coronis histrionum præbet. Idemque, in uncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi[c] bractea ignescit.[a] Regulare[d] et in aliis fit metallis: itemque caldarium. Differentia,[e] quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium est. Sed et in ceteris metallis[a] cura distat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctisque,[3] regulare est. In reliquis[f] generibus palma Campano. Simile in multis partibus Italiæ, provinciisque. Sed octonas plumbi libras addunt,[g] et bene recoquunt propter inopiam ligni. Quantum ea res differentiæ afferat, in Gallia maxime sentitur, ubi inter lapides candefactos funditur. Exurente[4] enim coctura nigrum atque fragile conficitur. Præterea semel recoquunt: quod sæpius fecisse, bonitati plurimum confert. Id quoque notasse[h] non ab re est, æs omne frigore magno melius fundi.[5]

Sequens temperatura statuaria est, eademque tabularis,

[a] *In aliis a Cypro fodinis ærariis.*

regulare est, utrumque ductile. Coronarium tenuatur Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *præbet. Ejusdem in uncias, &c. prætenui bractea pyropi ignescit.* Dalec. *pyropis.*—3 Vet. Dalec. *excoctumque.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *lente concoquunt. Quantum ea res diff. &c. funditur propter inopiam ligni. Exurente* Vet. Dalec. *et lene recoquunt* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *confert, ideoque notasse non abs re est. Æs omne f. m. melius funditur;* Vet.

NOTÆ

[b] *Taurorumque felle*] A solo igne trahere hunc colorem Savotus est auctor, loc. cit. p. 125.

[c] *Prætenui pyropi*] Hoc est, ut Isidorus explicat loc. cit. 'Prætenui bractea ignescit, et imitatur flammas, unde et pyropum dicitur.' Græci πυρωπὸν vocant, quod est aspectu rutilo.

[d] *Regulare*] Quod in regulas ducitur, quod malleis tunditur, ut ductile fiat, et regulare: sicut contra fusile, quod tantum funditur, quale caldarium est. Isidorus, loc. cit. Alibi quam in ærariis Cypri fodinis fieri nunc Plinius admonet.

[e] *Differentia*] Totidem verbis Isidorus loc. cit.

[f] *In reliquis*] Isidorus loc. cit.

[g] *Sed octonas... addunt*] Ad centena scilicet æris proflati pondo, ut mox dicetur.

[h] *Id quoque notasse*] Iisdem verbis Isidorus loc. cit. Ab his vocibus Pliniani editores capitis initium fecere, cui et addidere lemma, *Differentiæ æris et mixturæ*, quod multo ante præfigi oportuit ei loco, unde nos cap. vicesimum auspicati sumus, ut ipsa commonstrat Pliniana oratio. In Mss. porro *frigori magno* legimus.

Digitized by Google

hoc modo :[b] massa proflatur[c] inprimis: mox in proflatum[6] additur tertia portio æris collectanei, hoc est, ex usu coëmti. Peculiare in eo condimentum attritu domiti, et consuetudine nitoris veluti mansuefacti.[d] Miscentur[i] et plumbi argentarii pondo duodena ac selibræ,[7] centenis proflati. Appellatur etiamnum et formalis[j] temperatura æris tenerrimi, quoniam nigri[8] plumbi decima portio additur, et argentarii[9] vicesima: maximeque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant. Novissima est, quæ vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis. Cyprio si addatur plumbum, colos purpuræ fit in statuarum prætextis.

XXI. Æra extersa[k] rubiginem celerius trahunt, quam neglecta, nisi oleo perungantur. Servari ea[l] optime in liquida pice tradunt. Usus æris ad perpetuitatem monumentorum jam pridem translatus est, tabulis æreis,[m] in quibus publicæ constitutiones inciduntur.

[b] *Ad statuas faciendas, et ad ducendas tabulas æneas, altera hæc opportuna æris temperatura est.*
[c] *Flando resolvitur.*
[d] *Quando ex crebro attritu domitum est, et quendam veluti nitorem traxit.*

Dalec. *Idque notasse, &c.*—6 Vet. Dalec. *in proflatam.*—7 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *puri a. p. d. ac selibra.*—8 Vet. Dalec. *tenerrimi cum nigri.*—9 Ita codd. Regg. Brot. *at argentarii* edd. ante Brotier.

NOTÆ

[i] *Miscentur*] Colossi equestres, similesve statuæ, non ex solo ære conflantur, sed pars aliqua stanni Cornubiensis admiscetur, ut facilius æs fusum fluat: tunc appellari solet *Bronze.* Si cum centum libris æris misceantur viginti pondo stanni purgatissimi, vocatur metallum, ut in campanis tormentisque ignivomis fieri solet. Simile huic fere est, in quo plumbum argentarium admisceri solitum Plinius ait hoc loco: quod ipse idcirco 'album æs' appellat XVI. 22.

[j] *Formalis*] Ad formas faciendas, *pour faire des moules.*

[k] *Æra extersa*] Totidem verbis Isidorus XVI. 19.

[l] *Servari ea*] Isidorus loco cit.

[m] *Tabulis æreis*] Priscos illos Græcos ac Latinos, leges, fœdera, aliaque in æris tabulis insculpsisse, tralatitium est. Livius III. 57. 'Leges Decemvirales, quibus XII. Tabulis est nomen inditum, in æs incisas, in publico proposuerunt.' Servius in illud Maronis, Æneid. VI. 'Fixit leges pretio, atque refixit:' 'Fixit autem ideo,' inquit, 'quia incisæ in æreis tabulis leges affigebantur parietibus.' Cicero Philip. III. 36. 'Antonius falsas leges in æs incidendas et in Capitolio figendas curavit.' Hinc et le-

Digitized by Google

XXII. (X.) Metalla æris multis modis instruunt medicinam, utpote cum ulcera omnia[1] ibi ocyssime sanentur. Maxime tamen prodest cadmia. Fit sine dubio hæc[n] et in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderosa, sed nequaquam comparanda ærariæ. Plura autem genera sunt. Namque ut ipse[2] lapis,[o] ex quo fit æs, cadmia vocatur, fusuris necessarius, medicinæ inutilis,[p] sic[3] rursus[q] in fornacibus existit, aliamque nominis sui originem recipit.[e] Fit autem[r] egesta flammis atque flatu tenuissima parte materiæ, cameris lateribusve fornacum

[e] *Sic rursum alia in fornacibus, in quas lapis ille conjicitur ad fusuram æris, cadmia gignitur, aliamque habet originem eodem servato nomine.*

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. *omnibus.*—2 *Namque ipse* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *cadmia quoque vocat* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *inutilis. Hic.* Vet. Dalec. *inutilis hic: rursus in*

NOTÆ

ges ipsæ 'Æra' appellatæ. Idem Tullius Epist. Famil. XII. 1. 'Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus.' Et in Catil. III. 19. 'Cum et legum æra liquefacta sunt.' Tamen vetustiore ævo incisæ in ligno leges. Testis Gellius II. 12. 'In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt,' &c. Unde has legum tabulas ab Atheniensibus Axonas esse nuncupatas, Plutarchus in Solone tradit.

[n] *Fit sine dubio hæc*] Totidem verbis hæc pariter Isidorus loc. cit. et Diosc. v. 84. *Γεννᾶται δὲ καδμεία καὶ ἐκ τῶν ἀργυρίων λευκοτέρα καὶ κουφοτέρα οὖσα· κατὰ δὲ τὴν δύναμιν ἥττων.* Gallis, *Calamine.* Reperitur in Gallia et Leodiensi agro.

[o] *Namque ut ipse lapis*] Non est is proprie cadmia, sed cadmia tamen a nonnullis vocatur. Plinius hoc libro, c. 2. 'Fit æs et e lapide æroso, quem cadmiam vocant.'

[p] *Medicinæ inutilis*] Per se nimirum, neque ustione præparatus. Alioqui enim Medici, ut Nymphodorus, et Iollas, atque ex eorum placitis Plinius ipse sub finem hujus cap. exustum cribratumque in varios medicinæ usus recondunt.

[q] *Sic rursus*] Ita Reg. 2. ceterique Mss. ut connectatur hæc sententia cum superiore. In libris hactenus editis: *Namque ipse lapis ... Hic rursus existit:* insulse prorsus: nam quo tandem sensu lapis existere in fornacibus dicitur?

[r] *Fit autem*] Diosc. v. 84. totidem ferme verbis: *Γεννᾶται δὲ ἡ καδμεία ἐκ τοῦ χαλκοῦ καμινευομένου, προσιζανούσης τῆς λιγνύος τοῖς τοίχοις καὶ τῇ κορυφῇ τῶν καμίνων. Gignitur et cadmia e fuligine quæ, dum excoquitur æs, egesta flammis flatuque, lateribus camerisque fornacum applicatur.* Vide etiam auctorem libri de Simp. Med. ad Patern. tomo XIII. operum Galeni, pag. 987.

Digitized by Google

pro quantitate levitatis[4] applicata. Tenuissima est in ipso fornacum ore, qua flammæ eructantur,[5] appellata capnitis,[s] exusta, et nimia levitate similis favillæ. Interior optima,[t] cameris dependens,[6] et ab eo argumento botryitis cognominata: ponderosior hæc priore, levior secuturis.[7] Duo ejus colores: deterior cinereus, puniceus melior, friabilis,[8] oculorumque[u] medicamentis utilissima. Tertia est in lateribus fornacum, quæ propter gravitatem ad cameras pervenire non potuit. Hæc dicitur placitis,[v] et in ipsa argumentum planitie,[9] crusta verius, quam pumex,[w] intus varia, ad psoras utilior, et ad cicatrices[x] trahendas.[f] Fluunt ex ea[y] duo[10] alia genera: onychitis extra pæne cœrulea, intus onychis maculis[11] similis. Ostracitis tota nigra, et e ceteris sordidissima,[12] vulneribus maxime utilis. Omnis

[f] *Delendas.*

fornacibus existit alia, quæ ab igne sui, &c.—4 Vet. Dalec. *fornacum propinquis levitatis.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eluctantur* Gronov. et al. vett.—6 Vet. Dalec. *uvæ modo dependens.*—7 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Sine auctoritate in recentioribus edd. *levior porro secuturis;* de quibus mox agit Plinius.' *Brotier.*—8 Vet. Dalec. *melior. Friabilis hæc;* al. vett. ap. eund. *melior. Quæ friabilis oculorum medicamentis, &c.*—9 'Ita bene cod. Regg. 5. In recentioribus editionibus, *et ipsa ab argumento.*' Brotier. *et ipsa ab argumento,* omisso *planitie,* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Fiunt et ejus duo* Vet. Dalec. *Fluunt et ex ea duo* Gronov. et vulgg.—11 'Ita bene cod. Reg. 5. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. vett. *onychitæ maculis* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *onychi maculis* cod. Dalec.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt.

NOTÆ

[s] *Capnitis*] Καπνῖτις, *fumosa.*

[t] *Interior optima*] Diosc. loc. cit. Καδμείας ἀρίστη μέν ἐστιν ἡ Κυπρία, καλουμένη δὲ βοτρυῖτις, hoc est, *racemosa.* In officinis Tuthia Alexandrina dicitur, quoniam ex Ægypto Syriaque advehitur: a Tuthia tamen Arabum diversa. Canepar. Descr. I. 3. p. 10.

[u] *Oculorumque*] Diosc. loc. cit. et Oribasius lib. XIII.

[v] *Hæc dicitur placitis*] Diosc. loc. cit. Ἔστι δὲ καὶ πλακώδης τις λεγομένη, quasi *crustosa.*

[w] *Quam pumex*] Pumicosam enim cadmiam optimam esse oportere, auctor est Diosc. loc. cit. qui exuri jubet ad medicinæ usum, *donec pumicosa videatur:* μέχρι κισσηρώδης τὴν ὄψιν γένηται.

[x] *Et ad cicatrices*] Κατουλοῦν δυναμένη, inquit Diosc. loc. cit.

[y] *Fluunt ex ea*] Hæc duo genera totidem notis describit et Diosc. v. 84. Ὀνυχῖτις, καὶ ὀστρακῖτις, sive *testacea.* Illa ab intercurrentibus lineis, seu maculis, *onychitæ lapidi similibus,* διαφύσεις ἔχουσα ἐμφερεῖς ὀνυχίτῃ λίθῳ. Ista a superficie terrea sive testacea nomen habet: γεώδει δὲ ἢ ὀστρακώδει κεχρημένη ἐπιφανείᾳ.

Digitized by Google

autem[z] cadmia in Cypri fornacibus optima, iterumque a medicis coquitur[13] carbone puro, atque ubi in cinerem rediit, extinguitur vino amineo, quæ ad emplastra præparatur: quæ vero ad psoras, aceto. Quidam in ollis[a] fictilibus tusam urunt, ac lavant in mortariis, postea siccant. Nymphodorus lapidem ipsum[b] quam gravissimum spississimumque urit pruna, et exustum Chio vino restinguit, tunditque, mox linteo cribrat, atque in mortario terit, mox aqua pluvia macerat, iterumque terit quod subsidit, donec cerussæ similis fiat, nulla dentium offensa.[c] Eadem Iollæ actio:[g][14] sed quam purissimum lapidem eligit.

XXIII. Cadmiæ effectus[d] siccare, persanare,[1] sistere fluxiones, pterygia et sordes oculorum purgare, scabritiem extenuare, et quicquid in plumbi effectu dicemus. Et æs ipsum ad omnia eadem[e] uritur: præterque,[2] albugines oculorum et cicatrices. Ulcera quoque oculorum cum lacte sanat, idque Ægyptii collyrii modo terunt in coticulis. Facit et vomitiones e melle sumtum. Uritur autem Cyprium[f] in fictilibus crudis cum sulfuris pari pondere,

[g] *Sic et Iollas facit.*

et ceterarum sordidissima Gronov. et vulgg.—13 Vet. Dalec. *optima. Iterum a Medicis ea coquitur.* Mox, *in cinerem redigitur* cod. Dalec.—14 Vet. Dalec. *maceratio;* alii vett. *præparatio.*

CAP. XXIII. 1 Vet. Dalec. *siccare, ulcera persanare.*—2 Vet. Dalec. *præ-*

NOTÆ

[z] *Omnis autem*] Diosc. loc. cit. et post illum Oribasius l. XIII. fol. 227. totidem omnino verbis.

[a] *Quidam in ollis*] Diosc. et Oribas. locis cit.

[b] *Lapidem ipsum*] Ex quo fieri æs, quemque cadmiam appellari, diximus sub initium hujus cap.

[c] *Nulla dentium offensa*] Ita ut, cum manditur, dentibus cedat. Diosc. loc. cit.

[d] *Cadmiæ effectus*] Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, κοιλωμάτων ἀναπληρωματικὴν, καθαρτικὴν ῥυπαριῶν, κ. τ. λ.

[e] *Et æs ipsum ad omnia eadem*] Hoc est, ut Diosc. explicatius tradit v. 87. ad siccandum, purgandum, extenuandum, ulcera ad cicatricem perducenda, oculorum vitia exterenda, &c.

[f] *Uritur autem Cyprium*] Æs scilicet. Diosc. v. 87. uri sic jubet clavos æreos dissolutarum navium, in fictilibus crudis compositos, substrato sulfure, cum salis pari pondere, et iisdem his vicissim insparsis: olla deinde operculata, etiam circumlito creta figulari spiramento, inditur fornaci, donec figlinum plane percoqua-

Digitized by Google

circumlito spiramento, in caminis,[3] donec vasa ipsa percoquantur. Quidam et salem [g] addunt, alii alumen pro sulfure, alii nihil, sed aceto tantum aspergunt.[4] Ustum teritur mortario Thebaico, aqua pluvia lavatur,[5] iterumque adjecta largiore teritur, et dum considat,[h] relinquitur, hoc sæpius, donec ad speciem minii[6] redeat. Tunc siccatum in Sole, in ærea pyxide servatur.

XXIV. (XI.) Et scoria æris[i] simili modo lavatur, minore effectu,[1] quam æs ipsum. Sed et æris flos medicinæ utilis est. Fit ære fuso, et in alias fornaces[j] translato: ibi flatu crebriore excutiuntur[2 k] velut milii squamæ,[a] quas vocant florem. Cadunt autem, cum panes[l] æris aqua refrigeran-

[a] *Apludæ, corticesve qui milium obvolvunt.*

tereaque.—3 Budæus, *spiramento, camini.*—4 Cod. Dalec. *perfundunt.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *aqua pluvia lavatur, minore effectu* Gronov. et vulgg. Mox, *dum purum considat, rursum eluitur* Vet. Dalec.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cinnabaris.*

CAP. XXIV. 1 Cod. Dalec. *minor effectu.*—2 Vet. Dalec. *fuso statu celebriore, et in receptacula e fornace translato. Ibi excutiuntur.* Cod. Dalec. *in*

NOTÆ

tur: πωμασθεῖσα δὲ ἡ χύτρα, καὶ ὑποχρισθεῖσα πηλῷ κεραμικῷ, δίδοται εἰς κάμινον, κ. τ. λ. Frustra *camini* legit hic Budæus, Plinio ac Dioscoride refragantibus.

[g] *Quidam et salem*] Quæ cap. reliquo continentur, totidem fere verbis habet Diosc. v. 84. et 87. sub finem.

[h] *Et dum considat*] Dum nihil spumæ sordiumve supernaret, sed purum considat. Diosc. v. 84.

[i] *Et scoria æris*] Hæc totidem verbis Diosc. v. 87. sub finem. Scoriam Galli vocant, *Crasse, ou loppe de bronze.*

[j] *In alias fornaces*] Vel e fornacibus in receptacula delapso per tubulos ad ea pertinentes, ut ait Diosc. v. 88. Utroque enim modo peragitur.

[k] *Excutiuntur*] Eo flatu follium crebriore excitantur squamæ milii similes, κεγχροειδές τι, inquit Diosc. v. 88. Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, pag. 987. 'Ipsum flos est in specie milii,' &c. Sic etiam Mss. non *exciuntur*, ut scribi Salmasius jubet, in Solin. p. 1076.

[l] *Cum panes*] Massæ candentes æris. Qui repurgandis metallorum inquinamentis præsunt, inquit Diosc. v. 88. aquam purissimam æri affundunt, ejus refrigerandi gratia. Hac vero repentina densatione ac concretione velut exspuitur, et emicat granum milio simile, quem vocant florem. Γίνεται δὲ οὕτως, ὅταν ἐν μεταλλικαῖς χώναις .... διακαθαίροντες τὴν ἀκαθαρσίαν οἱ πρὸς τούτοις ὄντες, ὕδωρ ἐπιχέουσιν ἀκραιφνέστατον αὐτῷ, ψύξαι προαιρούμενοι· ὑπὸ οὖν τῆς αἰφνιδίου πυκνώσεως, καὶ συναγωγῆς, ὥσπερεὶ ἐκπτύεται καὶ ἐπανθεῖ τὸ προειρημένον (χαλκοῦ ἄνθος).

Digitized by Google

tur[3] rubentque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida,[m] et sic adulteratur flos, ut squama veneat[n] decussa vi clavis,[4][o] in quos panes ærei ferruminantur.[b][p] In Cypri[5] maxime officinis omnia. Differentia hæc est, quod squama excutitur ictibus iisdem panibus:[6] flos cadit sponte.

XXV. Squamæ est alterum[a] genus subtilius, ex summa scilicet lanugine[1][b] decussum, quod vocant stomoma. Atque hæc omnia medici (quod pace eorum dixisse liceat)

[b] *Præterea fit e panibus laminisve æris lapis, qua flos adulteratur: et sic squama venit, alias non venalis, sed vilis: decutitur autem ea mallei ictibus e clavis, quibus conflandis massæ seu laminæ æreæ indurantur.*

aliam fornacem.—3 Vet. Dalec. *æris rubentes aqua refrigerantur.*—4 Vet. Dalec. *decussa videlicet clavis;* al. vett. ap. eundem, *decussa clavis quos ex panibus æreis fabricantur;* Gronov. et al. vett. *ut squama veneat pro eo. Est autem squama hæc decussa vi clavis per quos, &c.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec..cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *In Cypriis* Gronov. et vulgg.—6 Alii ap. Dalec. *ex ejusdem panibus.*

NOTÆ

[m] *Quam vocant lepida*] Λεπίδα, hoc est, squamam æris.

[n] *Ut squama veneat*] Hunc Plinii locum integerrimum repræsentamus, qualis in codice Reg. altero extat, cum hactenus interpolatum libri vulgati exhibeant in hunc modum: *ut squama væneat pro eo. Est autem hæc decussa vi clavis, per quos panes ærei ferruminantur.* Vidit et e suis codicibus Salmasius in Solin. pag. 1077. ut edidimus, ita legi oportere: Plinii tamen sententiam, quam interpretatione nostra perspicuam, ut quidem remur, fecimus, assequi se negat posse. Etiam in Parmensi editione, Brixiensi, et aliis ante Frobenium, *in quos panes ærei,* non *per quos,* diserte scribitur.

[o] *Clavis*] Qui ex ære pro navibus configendis parabantur. Idcirco hæc squama clavaris appellata, a Diosc. v. 89. Λεπὶς δὲ ἡ μὲν ἐκ τῶν Κυπρίων χαλκουργικῶν ἥλων παχεῖα, καλουμένη δὲ ἡλῖτις, καλή. Græcis ἧλος clavus est.

[p] *Ferruminantur*] Parantur et indurantur. Plinius XXXVI. 67. 'Vitrum sulfuri concoctum ferruminatur in lapidem,' hoc est, indurescit, concrescitque.

[a] *Squamæ est alterum*] Oribasius lib. XIII. pag. 233. 'Χαλκοῦ λεπὶς, hoc est, squama æris, laudatissima est quæ ex Cypriis officinarum clavis excussa, crassaque est, et helitis a clavis ducto nomine appellatur.... squama vero, quam stomoma (στόμωμα) vocant, habet eandem vim quam æris squama,' &c. Celsus VI. 6. in Cleonis collyrio: 'Squamæ æris, quod στόμωμα appellant, pondo X. 1.' hoc est, denarius unus. Non videre hæc auctorum testimonia Saracenus, Dalecampius, et qui eos sequitur Salmasius in Solin. pag. 1084. qui Plinium hallucinatum hoc loco putant: neque aliud esse στόμωμα asseverant, quam ferrum illud durissimum, quod *Aciarium* Glossæ, Galli vocant, *de l'acier.*

[b] *Ex summa .... lanugine*] Panum æreorum.

Digitized by Google

ignorant, pars major et nomina:[2] in tantum a conficiendis medicaminibus absunt, quod esse proprium medicinæ solebat. Nunc quoties incidere in libellos, componere ex his volentes aliqua, hoc est, impendio miserorum experiri commentaria, credunt Seplasiæ[c] omnia fraudibus corrumpenti. Jam quidem facta emplastra et collyria mercantur: tabesque mercium,[d] aut fraus Seplasiæ[3] sic exteritur.[e] Et squama autem et flos uruntur in patinis fictilibus aut æreis, deinde lavantur,[4] ut supra, ad eosdem[e] usus: et amplius ad narium[f] carnosa vitia: itemque sedis: et gravitates[g] aurium, per fistulas[5] in eas flatu impulsa: et uvas oris,[h] farina admota. Tollit[i] et tonsillas cum melle. Fit et ex

[c] *Tabidæque sic merces officinarum, aut Seplasiæ fraus usu teritur, et ab ægris absumitur.*

Cap. xxv. 1 Vet. Dalec. *summo scilicet acumine.*—2 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nomine* Vet. Dalec. *nominibus* Gronov. et vulgg. Mox, *quod proprium esse medicinæ solet* cod. Dalec.—3 *Seplasiæ, ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti: factaque jam pridem emplastra ..... Fraus seplasiæ* Gronov. et vulgg. *labesque, &c.* Vet. Dalec.—4 Cod. Dalec. *dein lavantur.* Mox, *eosdemque usus* in eodem codice.—5 Vet. Dalec. *per fistulam.* Mox, Vet. Dalec. *impulsa farina admota tollit et tonsillas cum melle;*

NOTÆ

[c] *Credunt Seplasiæ*] Ungnentariis pigmentorumque negotiatoribus, ut dictum est cap. ult. libri superioris, in fine. Vide Notas et Emend. num. 17.

[d] *Tabesque mercium*] Ironia est: Purgari vel sic ait officinas tabidis situque corruptis mercibus, Seplasiæ fraudem omnem exteri ac deleri, cum vel putrida medicamenta, vel adulterata a seplasiariis, coëmant medici imperiti, quos ea per sese conficere par fuit.

[e] *Ut supra, ad eosdem*] Ut de cadmia dictum est cap. 22. de Cyprio ære, cap. 23. et ad eosdem, ad quos illa valere dictum est, usus.

[f] *Ad narium*] Diosc. v. 88. Ἐκτήκει δὲ καὶ τὰ ἐν μυκτῆρσι σαρκώματα καὶ δακτυλίων, *absumit narium carnosa vitia, itemque sedis.* Σάρκωμα, *carnositas*, carnis præter naturam incrementum. In his utique vitiis primum obtinent polypi locum: de quibus Theod. Priscianus ita pronuntiat, I. 11. 'Polypis eminentibus æris florem, et sinopidem ex æquo combures, et ex eo pulvere sanabis loca.'

[g] *Et gravitates*] Diosc. totidem verbis loc. cit.

[h] *Et uvas oris*] Quam et columellam vocant. Sic Reg. 2. Prius *et ulcera oris* legebatur. At Diosc. loc. cit. Στέλλει δὲ καὶ κιονίδας. Vidit hoc et Pintianus in suo codice. Farinam porro, quæ hic admovenda dicitur, squamam ipsam æris et florem intellige. Sic et chalcitis cap. 29. farina sua tonsillas compescit.

[i] *Tollit*] Diosc. loc. cit.

Digitized by Google

candido[j] ære squama longe Cypria inefficacior.[6] Necnon urina pueri prius macerant clavos, panesque. Quidam vero excussam squamam terunt, et aqua pluvia lavant. Dant et hydropicis[k] eam duabus drachmis in mulsi hemina, et illinunt cum polline.

XXVI. Æruginis[l] quoque magnus usus. Sed pluribus fit ea modis. Namque et lapidi,[m] ex quo coquitur æs, deraditur:[1] et ære candido[n] perforato, atque in cadis super acetum suspenso, æreo obturatis operculo: multo probatiore,[d] quam si hoc idem squamis[2][o] fiat. Quidam vasa ipsa[p] candidi æris fictilibus condunt in aceto, raduntque x.

[d] *Erit autem ærugo ea multo probatior, &c.*

Gronov. et al. ante Harduin. *impulsa: et hulcera oris, &c.*—6 Ita codd. Harduini et Chiffl. item margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ære Cyprio squama lon. eff. sed urina* cod. Dalec. *ære squama Cypria longe efficacior. Nec, &c.* Gronov. et vulgg.

CAP. XXVI. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentioribus edd. *et e lapide, &c.* Sic infra cap. 33. 'derasam parie-

NOTÆ

[j] *Fit et ex candido*] Diosc. v. 89. Vide Notas et Emend. num. 18.

[k] *Dant et hydropicis*] Bibendam scilicet, ac præterea illinunt. Scribonius Largus Compos. 133. 'Ad hydropicos, cum jam distenti sunt, propter aquæ multitudinem, ... squamæ æris, quam λεπίδα Græci vocant, pondo victoriati, data cum apii seminis pari pondere ex aqua mulsa cyathis quatuor: plurimum autem aquæ dejicit.'

[l] *Æruginis*] Nostris, *Verd-de-gris.*

[m] *Namque et lapidi*] Eo scilicet ex quo fieri æs, quem et cadmiam appellari a quibusdam diximus cap. 22. Oribasius Collect. lib. XIII. pag. 227. 'In Cypriis quoque metallis æruginem gigni ferunt: lapidibus quibusdam æs habentibus, in quibus efflorescit ærugo, ... sed illam et paucam esse, et optimam.' Hausit hæc ille, ut pleraque solet, ex Diosc. v. 91. Nativa porro hæc ærugo est: sequitur factitia.

[n] *Et ære candido*] Hic prior æruginis conficiendæ modus, qui et a Diosc. traditur, v. 91. Εἰς πιθάκνην, inquit, &c. *In cadum, aut aliud consimile vas, acetum quam acerrimum infundito, atque illi superponito inversum vas æneum, præsertim concameratum: sin minus, planum: sit vero id probe detersum, nullumque habeat spiramentum. Decima deinde die sublato operculo æruginem inhærentem deradito.*

[o] *Quam si hoc idem squamis*] Nam et e squamis, et e scobe delimata æris ærugo conficitur: ἔνεστι δὲ καὶ ἐκ ῥινισμάτων ποιῆσαι ἢ λεπίδων. Diosc. loc. cit.

[p] *Quidam vasa ipsa*] Diosc. totidem verbis, loc. cit. post Theophr. περὶ λίθων, p. 12. Oribasius l. XIII. f. 226. Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, pag.

Digitized by Google

die. Alii vinaceis[q] contegunt, totidemque post dies radunt. Alii delimatam[r] æris scobem aceto spargunt, versantque spathis sæpius die, donec absumatur. Eandemque[s] scobem alii terere in mortariis æreis ex aceto malunt. Ocyssime vero contingit coronariorum[t] recisamentis[3] in acetum additis. Adulterant[u] marmore trito maxime Rhodiam æruginem, alii pumice, aut gummi. Præcipue[v] autem fallit atramento sutorio adulterata. Cetera enim[w] dente deprehenduntur, stridentia in frendendo. Experimentum in batillo[x] ferreo. Nam quæ sincera est, suum colorem retinet: quæ mixta atramento, rubescit. Deprehenditur et papyro,[4] galla prius macerato: nigrescit enim statim ærugine illita. Deprehenditur et visu, maligne virens. Sed sive sinceram[y] sive adulteratam, aptissimum est siccatam in patina nova uri et versari, donec favilla[z] fiat: postea teritur et recon-

tibus,' et cap. 45. 'deraditur humido ferro et clavis veteribus.'' *Brotier.*—2 Vet. Dalec. *probatior quam si hoc idem e squamis.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *contingit tenacior recis.* cod. Dalec. *contrahit coronarum æruginem, recisamentis* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *capil-*

NOTÆ

984. Lamellis æreis idem effici et ipsi tradunt, et Vitruvius quoque, VII. 12. pag. 145.

[q] *Alii vinaceis*] Diosc. et auctor libri ad Patern. locis cit.

[r] *Alii delimatam*] Diosc. et auctor proxime cum eo laudatus.

[s] *Eandemque*] Auctor libri ad Patern. loc. cit.

[t] *Coronariorum*] Existit statim ærugo e recisamentis æreis, quæ abjiciunt ii qui coronas ex ære faciunt, quod coronarium idcirco appellatum est, cap. 20.

[u] *Adulterant*] Totidem verbis Diosc. v. 91. et Oribas. lib. XIII. p. 227.

[v] *Præcipue*] Diosc. et Oribas. loc. cit.

[w] *Cetera enim*] Oribasius, loc. cit. 'Quin dentibus quoque cognoscitur: nam quæ sincera est, levis, et non aspera, illis cedit.' Totidem verbis et Diosc. v. 91.

[x] *Experimentum in batillo*] Ferreum id instrumentum est, quo prunæ colliguntur, ad similitudinem palæ: *une pesle à feu.* Laminam pro batillo Diosc. adhibet, quod eundem usum habet: cetero Dioscoridis rationi prorsus Pliniana congruit: Τὸ δὲ χάλκανθον, inquit, ἀπελέγχεται τῷ πυρὶ, κ. τ. λ. *Atramentum sutorium igne deprehenditur: namque si laminæ aut fictili æruginem ita adulteratam inasperseris, et horum alterutrum ferventi cineri aut prunis imposueris, mutato colore rubescet, quæ atramento sutorio mixta fuerit, &c.*

[y] *Sed sive sinceram*] Hæc totidem verbis Diosc. v. 92.

[z] *Donec favilla*] Donec colorem cinereum quodammodo referat, inquit Diosc. ἕως ἂν μεταβάλλῃ, καὶ ὑποσποδίσῃ τῇ χρόᾳ.

Digitized by Google

ditur.[5] Aliqui[a] in crudis fictilibus urunt, donec figlinum percoquatur. Nonnulli et thus masculum admiscent. Lavatur autem ærugo, sicut cadmia.[b] Vis ejus[6 c] collyriis oculorum aptissima, delacrymationibus[d] mordendo proficiens. Sed ablui necessarium penicillis calidis, donec[7] rodere desinat.

XXVII. Hieracium[e] vocatur collyrium, quod ita[1] maxime constat: temperatur autem id Hammoniaci unciis quatuor, æruginis Cypriæ duabus, atramenti sutorii, quod chalcanthum vocant, totidem: misyos vero una, croci sex. Hæc omnia trita aceto Thasio colliguntur in pilulas, excellentis remedii, contra initia[2 f] glaucomatum et suffusionum, contra caligines, et scabritias, et albugines, ac genarum vitia. Cruda autem ærugo vulnerariis emplastris miscetur. Oris gingivarumque[3] ulcerationem mirifice emendat, et labiorum ulcera cum oleo. Quod si et cera addatur, purgat, et ad cicatricem perducit. Ærugo et callum fistularum erodit, vitiorumque quæ circa sedem, sive per se, sive cum Hammoniaco illita, vel collyrii modo in fistulas adacta. Eademque cum resinæ terebinthinæ tertia parte subacta lepras tollit.

lolo.—5 Idem Vet. *teri et recondi.*—6 Gronov. et al. ante Harduin. *cadmia, vis ejus.* Mox, cod. Dalec. *ex delacrymationibus.*—7 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps, item Gronov. al. vett. Harduin. 2. 3. et recentt. *Sed calida abluit necessarium penicillis, donec* Vet. Dalec. *pernicillis* Harduin. 1.

CAP. XXVII. 1 Vet. Dalec. *illa.*—2 Cod. Dalec. *vitia.*—3 Gronov. et al. ante Harduin. *Oris etiam gingivarumque.*

NOTÆ

a *Aliqui*] Diosc. loc. cit.

b *Lavatur .... sicut cadmia*] De qua c. 12.

c *Vis ejus*] Oculorum cicatrices exteri ea et attenuari auctor est Diosc. loc. cit. A Galeno in collyriis oculorum sæpissime adhibetur, κατὰ τόπους, lib. IV.

d *Delacrymationibus*] Lacrymis ciendis. Diosc. loc. cit. Δύναται δὲ πᾶς ἰὸς στύφειν, ... δάκρυον ἄγειν, κ. τ. λ.

e *Hieracium*] Ab Hierace confectore nomen habere videtur. Celsus VI. 6. 'Hieracis collyrium:' 'Id quoque quod Hieracis nominatur, ... habet myrrhæ P. X. I. Hammoniaci P. X. II. Æruginis rasæ P. X. IV.' &c. Similius est, quod Cæsarianum ibidem appellatur: 'Habet atramenti sutorii P. X. I. Misy P. X. I. Piperis albi P. X. V. Cadmiæ lotæ P. X. III.' &c. Plura vero his affinia Galenus affert κατὰ τόπους, IV. 8. p. 434. et seqq.

f *Contra initia*] Quæ reliquo deinceps cap. hoc continentur, totidem ea verbis extant apud Diosc. v. 92.

Digitized by Google

XXVIII. (XII.) Est[1] et alterum genus æruginis, quam vocant scoleca:[g] in Cyprio[a] ære[h] hoc,[a] trito alumine et sale, aut nitro pari pondere, cum aceto albo quam acerrimo. Non fit hoc[i] nisi æstuosissimis diebus circa Canis ortum. Teritur autem donec viride[j] fiat, contrahatque se vermiculorum specie,[3] unde et nomen.[k] Quod vitium ut emendetur, duæ partes, quæ fuere aceti, miscentur urina[l] pueri impubis.[4] Idem autem[m] in medicamentis et santerna efficit, qua diximus[n] aurum ferruminari, ususque utriusque, qui æruginis. Scolecia[5] [o] fit et per se, derasa[6] ab æerario lapide, de quo nunc dicemus.

XXIX. Chalcitin vocant lapidem, ex quo ipsum æs

[a] *In mortario Cyprii æris hoc invenitur.*

CAP. XXVIII. 1 *Collicia* Dalec.—2 Gronov. *scoleciam, in Cyprio.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *scoleciam, Cyprio ære trito cum alumine.*—3 Cod. Dalec. *se in verm. speciem.*—4 Dalec. *miscentur cum urina pueri impubis.*—5 *Collicia* Dalec.—6 Cod. Dalec. *rasa.*

NOTÆ

[g] *Scoleca*] In libris hactenus editis, *scoleciam.* Reg. 2. *scoleaca.* At Index loci hujus, *Scolex æris.* Dioscoridi lib. v. c. 92. ἰὸς σκώληξ, *ærugo vermicularis*, a vermiculorum specie.

[h] *In Cyprio ære*] In mortario Cyprii æris: Εἰς θυΐαν Κυπρίου χαλκοῦ, ἔχουσαν δὲ καὶ δοίδυκα ἀπὸ τῆς αὐτῆς πεποιημένον ὕλης, ἐγχέας ὄξους λευκοῦ καὶ δριμέος, κ. τ. λ. *In mortarium Cyprii æris, quod et pistillum ex eadem materia factum habeat, aceti albi acrisque heminam dimidiam infundito, &c.*

[i] *Non fit hoc*] Diosc. loc. cit.

[j] *Donec viride*] *Donec æruginis colorem referat, et strigmenti spissitudinem contrahat,* inquit Diosc. loc. cit. ἕως τῇ μὲν χροιᾷ ἰώδης, τῇ δὲ συστάσει γλοιώδης γένηται.

[k] *Unde et nomen*] Hanc appellationis illius causam, etsi est verissima, Dioscorides non attigit. Nam quod et ille, et eum secutus Oribasius lib. XIII. p. 227. de vermiculis Rhodiacis afferunt, neque huc pertinet, et valde vereor ut sincerum sit.

[l] *Miscentur urina*] Tertia nempe urinæ parte ad duas aceti partes addita. Aliter Diosc. loc. cit. Ἐνεργὴς δὲ καὶ εὔχρους γίνεται ἄγαν, ἐὰν ὄξους μὲν λάβῃ μέρος ἕν, οὔρου δὲ παλαιοῦ μέρη δύο, τὰ δ' ἄλλα ὡς προείρηται. *Efficax autem et valde boni coloris redditur, si duæ partes urinæ veteris cum una aceti adjiciantur, et reliqua, uti dictum est, peragantur.*

[m] *Idem autem*] Diosc. v. 104.

[n] *Qua diximus*] Anteriore libro, c. 29.

[o] *Scolecia*] Mss. *Scolea.* Fieri autem et per se ait, hoc est, et aliud genus esse, non cura et arte factitium, ut quod proxime ante explicuit, sed sponte proveniens, ac nativum. Hæc ærugo vermicularis a Diosc. fossilis appellatur, v. 92. ἰὸς σκώληξ ὀρυκτός.

Digitized by Google

coquitur. Distat a cadmia,[p] quod illa super terram ex subdialibus[b] petris cæditur, hæc ex obrutis. Item quod chalcitis friat se statim, mollis natura,[1] ut videatur lanugo concreta. Est et alia distinctio, quod chalcitis tria genera continet, æris,[2] et misyos et soryos, de quibus singulis dicemus suis locis.[q] Habet autem æris[r] venas oblongas. Probatur[s] mellei coloris, gracili venarum discursu, friabilis,[3] nec lapidosa. Putant et recentem utiliorem esse, quoniam inveterata sory fiat.[4][t] Vis ejus[u] ad excrescentia in ulceribus, sanguinem sistere, gingivas, uvam, tonsillas farina compescere. Vulvæ quoque vitiis in vellere imponitur. Cum succo vero porri verendorum additur emplastris.[5] Maceratur autem[v] in fictili ex aceto circumlito

[b] *Sub dio expositis.*

Cap. xxix. 1 Cod. Dalec. *naturæ.*—2 Diosc. non habet τὸ *æris.*—3 Cod. Dalec. *fragilis.*—4 Cod. Dalec. *pejor fiat.*—5 Cod. Dalec. *vulvæ porro et ve-*

NOTÆ

[p] *Distat a cadmia*] Ab æroso illo altero lapide, ex quo fieri æs diximus, c. 2. et 22.

[q] *Dicemus suis locis*] Cap. tricesimo, quod sequitur, et tricesimo primo.

[r] *Habet autem æris*] Hoc est, æris similes. Diosc. v. 115. Χαλκῖτιν προκριτέον τὴν χαλκοειδῆ . . . . τὰς ἶνας ἐπιμήκεις καὶ ἀποστιλβούσας ἔχουσαν. *Optima chalcitis æris speciem refert . . . . intercursantibus venis oblongis splendentibusque.* Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. xiii. operum Galeni, p. 987. 'Chalcitis gleba est naturalis, quæ est in Cypro insula, quæ in metallis invenitur, colore subaureo, intus venas habens diffusas,' &c.

[s] *Probatur*] Probat et Diosc. loc. cit. εὔθρυπτον, ἄλιθόν τε, καὶ οὐ παλαιόν.

[t] *Sory fiat*] Sory ipsum vetustate mutari in chalcitin, auctor est Galenus, lib. ix. de Fac. Simp. Med. pag. 266. atque hæc tria tenuitate tantum discrepare: crassissimumque esse sory, tenuissimum misy, mediam chalcitin. Sic etiam Aëtius de Re Med. ii. 65. p. 57.

[u] *Vis ejus*] Sic Diosc. totidem fere verbis v. 115. Ἔστι δὲ καὶ τῶν μετρίως σηπόντων· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, αἱμοῤῥαγίας τὰς ἐξ ὑστέρας καὶ μυκτήρων σὺν πράσου χυλῷ. Ξηρὰ δὲ πρός τε ἐπουλίδας καὶ νομὰς καὶ παρίσθμια. *Est et in genere leviter exedentium. Quin etiam efficax est ad erysipelata et herpetas, itemque sanguinis e vulva et naribus eruptiones cum porri succo.* Et inter ea, quæ corpus exedunt, chalcitin Celsus enumerat v. 7. et c. 22. 'ad putrem carnem continendam, ne ultra serpat, eamque leniter exedendam, ... auripigmentum cum chalcitide,' &c. De sistendo sanguine, uvaque compescenda, etiam Plinius Valer. iii. 21.

[v] *Maceratur autem*] Diosc. ad verbum, v. 116.

Digitized by Google

fimo[6] diebus XL. et colorem croci trahit. Tunc admixto cadmiæ pari pondere, medicamentum efficit, psoricon[w] dictum. Quod si duæ partes chalcitidis tertia cadmiæ temperentur, acrius hoc idem fiet: etiamnum vehementius,[7] [x] si aceto, quam vino temperentur. Tosta vero efficacior fit ad eadem omnia.

XXX. Sory Ægyptium[a] maxime laudatur, multum superato Cyprio, Hispaniensi, et Africo: quanquam oculorum[b] quoque curationi quidam utilius Cyprium putant:[1] sed in quacumque[c] natione optimum, cui maximum virus in olfactu, trituque pinguiter nigrescens, et spongiosum. Stomacho[d] res contraria in tantum, ut quibusdam olfactu[2] modo vomitiones moveat. Et Ægyptium quidem tale:[3] alterius nationis[e] contritum splendescit, ut misy, et est lapidosius.[f] Prodest autem[g] et dentium dolori, si continea-

rendorum vitiis additur in emplastris.—6 Vet. Dalec. *aceto in fictili obruto fimo.* —7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *acrius etiamnum et vehementius* Gronov. et vulgg. Mox, *si vino* cod. Dalec.

CAP. XXX. 1 Cod. Dalec. *putent.*—2 Cod. Dalec. *olfactum.*—3 Cod. Da-

NOTÆ

[w] *Psoricon*] Ψωρικὸν Diosc. loc. cit. et Galeno de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 272. ubi simili ferme ratione hoc medicamenti genus concinnat: Dioscorides vero plane eadem. Nomen habet, quod contra scabrities et asperitates cutis, quas ψώρας Græci dicunt, vim habeat. Celsus VI. 6. tit. 'Ad oculos scabros.' 'Nulla per se materia est, quæ psoricum nominetur: sed chalcitidis aliquid et cadmiæ dimidio plus ex aceto simul conteruntur: idque in vas fictile additum, et contectum ficulneis foliis sub terra reponitur: sublatumque post dies XX. rursus teritur, et sic appellatur.'

[x] *Etiamnum vehementius*] Oribasius lib. XIII. fol. 231.

[a] *Sory Ægyptium*] Diosc. v. 119. Σῶρυ... εὑρίσκεται ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν ἄλλοις δὲ τόποις, ὡς ἐν Λιβύῃ, καὶ Ἰσπανίᾳ, καὶ Κύπρῳ· προκριτέον δὲ τὸ Αἰγύπτιον, κ. τ. λ. *Couperose cendrée.*

[b] *Quanquam oculorum*] Sic ad ocularia medicamenta Cyprium quoque misy Ægyptio anteponit Diosc. v. 117.

[c] *Sed in quacumque*] Diosc. totidem verbis loc. cit.

[d] *Stomacho*] Diosc. loc. cit.

[e] *Alterius nationis*] Vide Notas et Emend. num. 19. Ut misy splendescat, dicetur cap. seq.

[f] *Et est lapidosius*] Sory videlicet: de quo Galenus de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 266. Οὐ τήκεται τὸ σῶρυ, διὰ τὸ λιθωδεστέραν τε καὶ σφοδροτέραν ἔχειν τὴν πῆξιν. *Sory non liquescit, quoniam lapidosius est, vehementiusque compactum.*

[g] *Prodest autem*] Et hoc de sory

Digitized by Google

tur, atque colluat:[4] et oris ulceribus gravibus, quæque serpunt. Uritur[h] carbonibus,[5] ut chalcitis.

XXXI. Misy[i] aliqui tradiderunt fieri exusto lapide[j] in scrobibus, flori ejus luteo miscente se ligni pinei favilla. Revera autem e supradicto fit lapide, concretum natura, discretumque, et optimum in Cypriorum officinis: cujus notæ sunt[k] friati aureæ scintillæ, et, cum teratur, arenosa natura, sive terrea, chalcitidi similis. Hoc admiscent, qui aurum purgant. Utilitas ejus infusi cum rosaceo auribus purulentis: et in lana impositi,[1] capitis ulceribus. Extenuat etiam scabritias oculorum inveteratas. Præcipue utile tonsillis, contraque anginas, et suppurata. Ratio, ut sedecim drachmæ in hemina aceti coquantur addito melle, donec lentescat. Sic ad supradicta utile est. Quoties opus sit molliri vim ejus, mel aspergitur. Erodit et callum fistularum, ex aceto foventium:[a][2] et collyriis additur. Sistit et sanguinem, ulceraque quæ serpant, quæve putrescant. Absumit et excrescentes carnes. Peculiariter virilitatis vitiis utile: et fœminarum profluvium sistit.

XXXII. Græci cognationem æris nomine[1] fecerunt et

[a] *Iis qui ex aceto fistulas fovent misy.*

lec. *tale est.* Mox, Vet. Dalec. et Diosc. *quod contr. non splendescit misyos modo, quo est et lapidosius;* Gronov. et al. ante Harduin. *et misy est lapidosius.* —4 Vet. Dalec. *colluatur.*—5 *Uritur et carbonibus* cod. Dalec.

CAP. XXXI. 1 Cod. Dalec. *imposita.*—2 Cod. Dalec. *fotu.*

NOTÆ

Dioscorides quoque prodidit, v. 119. Ἰᾶται δὲ καὶ ὀδονταλγίας ἐντιθέμενον εἰς τὰ βρώματα, καὶ τοὺς ὑποσάλους δὲ ὀδόντας κρατύνει. *Dolori dentium cavernis eorum inditum medetur: eosdem labantes firmat.*

[h] *Uritur*] Diosc. loc. cit.

[i] *Misy*] Μίσυ Dioscoridi v. 117. Nostris, *Couperose jaune*, seu Vitriolum Romanum.

[j] *Exusto lapide*] Quem chalcitim vocant, ut dictum est initio cap. 29.

[k] *Cujus notæ sunt*] Diosc. loc. cit. Μίσυ δὲ παραληπτέον τὸ Κύπριον, χρυσοφανὲς, σκληρὸν, καὶ ἐν τῷ θραυσθῆναι χρυσίζον, καὶ ἀποστίλβον ἀστεροειδῶς. *Misy assumendum natione Cyprium, auri speciem præ se ferens, ac durum, quodque, dum friatur, aureis micet scintillis, ac stellæ modo splendescat.*

[1] *Græci cognationem æris nomine*] Hanc nominis affinitatem idem alibi gentilitatem vocat: cujus occasione, ut alias monuimus, de rebus agit alioqui disparibus, nec alia re, nisi vocis sono, connexis.

Digitized by Google

atramento sutorio. Appellant enim chalcanthum.[m] Nec ullius æque mira natura est. Fit in Hispaniæ[n] puteis[1] stagnisve, id genus aquæ habentibus. Decoquitur ea, admixta dulci pari mensura, et in piscinas ligneas funditur. Immobilibus super has transtris dependent restes lapillis extentæ, quibus adhærescens limus, vitreis acinis[2] imaginem quandam uvæ reddit. Exemtum ita siccatur diebus XXX. Color est cœruleus,[3] perquam spectabili nitore, vitrumque[4] esse creditur:[o] diluendo fit atramentum tinguendis coriis. Fit et pluribus modis: genere terræ[5] eo[p] in scrobes cavato: quarum e lateribus destillantes hyberno gelu stirias stalagmian[q] vocant: neque est purius aliud. Sed ex eo[r] candidum colorem sentientem violam[6] lonchoton appellant. Fit et in saxorum catinis, pluvia aqua corrivato[7] limo gelante.[b] Fit et salis modo, flagrantissimo Sole admissas[s] dulces aquas[8] cogente. Ideo duplici quidam differentia fossile, aut factitium appellant hoc: palli-

[b] *Fit et in saxis excavatis, aqua pluvia, quæ per venas chalcanthi labitur, limo corrivato, ac gelascente.*

Cap. XXXII. 1 *Fit et in Hispania e puteis* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec. *aquis.*—3 *Color est cæruleo* cod. Dalec.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *utrumque.*—5 Cod. Dalec. *terreo;* Gronov. et al. ante Harduin. *genere eo in scrobe.*—6 *Sed est candidum, et colore violæ simile* Vet. Dalec. Mox, *leucoion appellant* Gronov. et al. ante Harduin.—7 Cod. Dalec. *circumlito.* Mox, *gelascente* Vet. Dalec.—8 Vet. Dalec. *admixtis dulcibus aquis.*—

NOTÆ

[m] *Appellant .... chalcanthum*] Χάλκανθον. Nostri, *du vitriol, de la couperose.*

[n] *Fit in Hispaniæ*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 2. Dispar aliquantum Dioscoridis ratio est v. 114.

[o] *Vitrumque esse creditur*] Sic Reg. 2. et alii. Ob perspicuitatem scilicet. Diosc. loc. cit. Ἄριστον δ' αὐτοῦ ἡγητέον τὸ κυάνεον, ... καὶ διαυγές. Inde chalcantho apud nos vitrioli nomen.

[p] *Genere terræ eo*] Quale in Hispaniæ puteis supradictis reperitur. Ita Reg. 2. et Colb. 3. Editi hoc tantum, *genere eo,* obscura, ac mutila oratione. Isidorus, loc. cit. hoc tantum habet: 'Fit et in scrobibus cavatis, quarum de lateribus decidentes guttæ coalescunt.'

[q] *Stalagmian*] Σταλαγμίαν, hoc est, chalcanthum stillatitium. Σταλακτὶς et σταλακτικὸν, a Diosc. appellatur, v. 14.

[r] *Sed ex eo*] E stillatitio chalcantho. Vide Notas et Emend. num. 20. Λογχωτὸν est Dioscoridi loc. cit. aliisque.

[s] *Admissas*] In scrobes excavatas aquæ supradictæ e puteis haustæ admittuntur, mox Sole coguntur: ut

Digitized by Google

dius, et quantum colore, tantum bonitate deterius. Probant maxime Cyprium in medicinæ usu.[9] Sumitur[t] ad depellenda ventris animalia drachmæ pondere cum melle. Purgat[u] et caput dilutum, et naribus instillatum: item stomachum, cum melle aut aqua[10] mulsa sumtum. Medetur[v] et oculorum scabritiei dolorive, et caligini,[11] et oris ulceribus. Sistit et sanguinem narium: item hæmorrhoidum. Extrahit ossa[w] fracta cum semine hyoscyami. Suspendit[12] epiphoras, penicillo fronti impositum. Efficax et in emplastris ad purganda ulcera,[13] et excrescentia ulcerum. Tollit[14] et uvas, vel si decocto tangantur. Cum lini quoque semine superponitur emplastris ad dolores tollendos: quodque ex eo[15] candicat, in eo usu præfertur violaceis, si gravitati aurium per fistulas inspiretur.[16] Vulnera etiam per se illitum sanat, sed tinguit[17] cicatrices. Nuperque[x] inventum, ursorum in arena et leonum ora inspargere illo: tantaque est vis in astringendo,[18] ut non queant mordere.

XXXIII. (XIII.) Etiamnum in ærariis[a] reperiuntur,[1] quæ vocant[2] pompholygem et spodon.[b] Differentia, quod pom-

9 Cod. Dalec. *usum.*—10 Vet. Dalec. *aut in mulsa.*—11 Gronov. et al. ante Harduin. *dolorique, nec non et caligini.*—12 Cod. Dalec. *fracta. Cum semine hyoscyami suspendit.*—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vulnera* Gronov. et vulgg.—14 *Attollit* Vet. Dalec.—15 Vet. Dalec. *tollendos. Quos ex eo.*—16 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Et grav. . . . inspiratur* Gronov. et vulgg. *per fistulam, &c.* Vet. Dalec.—17 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et tingit* cod. Dalec. *et stringit* Gronov. et vulgg. —18 Cod. Dalec. *inspargere, illique tanta vis est astringendi.*

CAP. XXXIII. 1 Chiffl. *Etiam nunc in ærariis reperiunt.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quem vocant* Gronov.

NOTÆ

salem dixit antea fieri XXXI. 39. aqua e puteis in salinas ingesta. Sic etiam Isidorus loc. cit.

[t] *Sumitur*] Diosc. v. 114. Ἕλμινθας πλατείας ἀναιρεῖ < α΄. βάρος καταπινόμενον, ἢ κατὰ μέλιτος ἐκπινόμενον.

[u] *Purgat*] Dioscor. totidem verbis loc. cit.

[v] *Medetur*] Marcellus Empir. c. 8. p. 55. In Mss. porro, *scabritiæ* legimus, non *scabritiei.*

[w] *Extrahit ossa*] Diosc. lib. I. Εὐπορ. c. 166. Ἀνάγει δ' ὀστέα καὶ ἀφίστησι . . . χάλκανθον, σὺν ὑοσκυάμου σπέρματι.

[x] *Nuperque*] Totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 2.

[a] *Etiamnum in ærariis*] In fornacibus, in quibus æs uritur.

[b] *Pompholygem et spodon*] Πομφόλυξ levior est, evolatque ad fornices, quibus bullarum instar agglutinatur:

Digitized by Google

pholyx lotura paratur; spodos illota est. Aliqui[c] id, quod sit candidum levissimumque, pompholygem dixere: et esse æris et cadmiæ[3] favillam.[d] Spodon nigriorem ponderosioremque esse, derasam parietibus fornacum, mixtis scintillis, aliquando et carbonibus. Hæc aceto accepto[4][e] odorem æris præstat, et, si tangatur lingua, saporem horridum. Convenit[f] oculorum[5] medicamentis, quibuscumque vitiis occurrens, et ad omnia, quæ spodos:[g] hoc solum distat, quod hujus elutior vis est.[h] Additur[i] et in emplastra, quibus lenis[6] quæritur refrigeratio et siccatio. Utilior ad omnia quæ vino lota est.

XXXIV. Spodos Cypria[j] optima. Fit autem liquescentibus[1] cadmia, et ærario lapide.[k] Levissimum hoc[1] effla-

et al. ante Harduin.—3 Cod. Dalec. *chalcitidis.*—4 Vet. Dalec. *delapsam par. f. mistis simul pilis, aliq. et car. Hæc a. subacta.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Convenitque oculorum* Gronov. et al. vett. *Convenit pompholyx oculorum* Vet. Dalec.—6 Vet. Dalec. et cod. ejusdem *levis.*

CAP. XXXIV. 1 *Fit autem quod quidem pompholygem vocant liquescentibus*

NOTÆ

unde nomenclaturam traxit, quoniam πομφόλυξ Græcis *bulla* est. Nostris, *La fleur de la calamine.* Non est officinarum tuthia, ut recte probat Savotus de Nummis, p. 106. et 107. Spodion vero ponderosius, quare ad fornices non ascendit, sed vel cineris instar, unde nomen, humi decidit, adhæretve parietibus. Longe disparis naturæ spodion officinarum est, quod ex usto fit ebore. Savotus loc. cit. pag. 108.

[c] *Aliqui*] Quos secutus est Diosc. v. 85. apud quem hæc totidem verbis extant, de pompholygis spodiique discrimine: et apud Oribas. lib. XIII. p. 231. qui ex Dioscoride hausit: ut et Galenus de Fac. Simp. Med. IX. 3. p. 268.

[d] *Et cadmiæ favillam*] Sic libri omnes, etiam Mss. Sic Diosc. et Galenus loc. cit. ubi pompholyga aiunt esse *ἀναφερόμενον αἴθαλον, καμινευομένης τῆς καδμείας.*

[e] *Hæc aceto accepto*] Hoc est, aceto subacta. Diosc. loc. cit. Ἐν τῷ ὄξει φυραθεῖσα... ἔτι δὲ βορβορίζουσα ἐν τῇ γεύσει, *gustu cœnum resipit.*

[f] *Convenit*] Pompholyx nimirum. Ita Galenus de Fac. Simp. Med. IX. 3. p. 269.

[g] *Et ad omnia, quæ spodos*] Ut exemplum in re una statuam, spodos cap. seq. utilis dicitur ulceribus quæ manant. Græci ἀχῶρες vocant. Ad eundem usum commendat pompholygem Theod. Priscianus I. 5. 'de achoribus.'

[h] *Elutior vis est*] Imbecillior spodi seu spodii vis. Sic Horatius II. Sat. 4. 16. 'Irriguo nihil est elutius horto.' Hoc est, nihil insipidius quam hortensia, quæ multis aquis irrigantur.

[i] *Additur*] Galenus loc. cit.

[j] *Spodos Cypria*] Oribasius lib. XIII. fol. 231.

[k] *Et ærario lapide*] Æroso lapide,

Digitized by Google

tur et ocyus,[2] evolatque e fornacibus, et tectis adhærescit, a fuligine distans candore. Quod minus candidum ex eo,[3] immaturæ fornacis argumentum est: hoc quidam pompholygem vocant.[4] Quod vero rubicundius ex iis invenitur, acriorem vim habet, exulceratque adeo, ut cum lavatur, si oculos attingat, excæcet.[5] Est et mellei coloris spodos,[6] in qua plurimum æris intelligitur. Sed quodcumque genus lavando fit utilius: purgatur ante penna,[m] dein crassiore lotura. Digitis scabritiem exterunt. Media vis ejus est, quæ vino lavatur. Est aliqua et in genere vini differentia. Leni enim lota collyriis oculorum minus apta[7] putatur. Eadem[8] efficacior ulceribus quæ manant, vel oris quæ madent, et omnibus medicamentis, quæ parantur contra gangrænas. Fit et in argenti fornacibus spodos, quam vocant lauriotin.[n] Utilissima autem oculis affirmatur, quæ fiat[9] in aurariis: nec in alia parte magis est vitæ ingenia mirari. Quippe ne inquirenda essent metalla, vilissimis rebus[10] utilitates easdem excogitavit.

XXXV. Antispodon[o] vocant cinerem fici arboris, vel ca-

margo edd. Dalec. et Gronov.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Levissima hæc efflatu ocyus* Vet. Dalec. *Levissimæ hæc, &c.* Gronov. et al. vett.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ex ea* Gronov. et vulgg.—4 Hanc clausulam Dalecampius hinc expungit, et reponit supra: *Fit autem, quod quidem, &c.* Vide num. 1.—5 Cod. Dalec. *habet, et exhulcerat, adeoque cum lavatur, si oculos attingat, exercet.*—6 Vet. Dalec. *pompholyx.*—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *collyriis oculorum nimium vigiliis fatigatorum apta* edd. vett. et Gronov.—8 *Eademque* cod. Dalec.—9 Cod. Dalec. *quæ fit.* Mox, *parte vitæ magis est ingenia* Vet. Dalec.—10 Cod. Dalec. *quærenda e. m. v. pretiis.*

NOTÆ

ex quo fieri æs dictum est cap. 2. et 22.

[l] *Levissimum hoc*] Sic Reg. 2. et alii. Editi perperam, *levissime hæc.* Simon Januensis, cap. de pompholyge, legit, *levissimo flatu, evolatque, &c.*

[m] *Purgatur ante penna*] Sic libri editi, manuque scripti. Simon Januensis, qui totum hoc de pompholyge caput exscripsit, mendose, *Purgatur ante prima: deinde crassior: lotura digitis scabritiem exemit.*

[n] *Lauriotin*] Λαυριῶτιν a Laurio Atticæ pago, ubi argenti metalla fuere. Pausanias, statim initio libri primi, sive Attic. Πλέοντι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαύριόν τε ἐστιν, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου μέταλλα. Hinc γλαῦκες Λαυριωτικαὶ apud Erasm. Chil. II. Cent. 8. Adag. 31.

[o] *Antispodon*] Ἀντίσποδα dicuntur, quæ, deficiente sæpenumero spodio, in ejus locum opportune sufficiun-

Digitized by Google

prifici, vel myrti foliorum cum tenerrimis ramorum partibus, vel oleastri, vel cotonei[1] mali, vel lentisci. Item ex moris[p] immaturis, id est, candidis, in Sole arefactis: vel e buxi coma, vel pseudocyperi, aut rubi, aut terebinthi, vel œnanthes. Taurini quoque[q] glutinis, aut linteorum[2] cinerem, similiter pollere inventum est. Uruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus, donec figlina percoquantur.

XXXVI. In ærariis officinis et psegma[1] fit,[a] jam liquato ære atque percocto, additis etiamnum carbonibus, flatuque[2] accensis: ac repente vehementiori flatu exspuitur æris palea quædam. Solum, quo excipiatur, esse stratum debet.[3]

XXXVII. Facile[1] ab ea discernitur, quam in iisdem officinis diphrygem[b] vocant Græci, ab eo quod bis torreatur. Cujus origo triplex.[c] Fieri enim traditur ex lapide pyrite cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam.[d] Fit et in Cypro ex luto cujusdam specus arefacto prius, mox paulatim[e] circumdatis[2] sarmentis. Tertio fit[f] modo in

CAP. XXXV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cidoniæ* Vet. Dalec. *cydonii* Gronov. et al. vett.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aut lanarum*, e Diosc. *succidarum irrigatarum pice aut melle* ibid.

CAP. XXXVI. 1 'Male codd. Regg. et Editio princeps, *smegma*. Optime vidit Harduinus emendandum, *psegma*. Dioscorides ipse v. 80. *ψῆγμα* dixit. Est ramentum aut palea æris.' *Brotier*. *spegma* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *fit cum jam* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. *paulatimque*. Mox, *accensis*, *repente* Vet. Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *stratum esse debet* Gronov. et al. vett.

CAP. XXXVII. 1 *Facile* deest in cod. Dalec. Mox, *quod in iisdem o. diphryges* alii ap. Dalec.—2 Vet. Dalec. *paulatim usto circumdatis;* et sic Diosc.

NOTÆ

tur. De his eadem plane tradit et Diosc. v. 86. et Oribasius lib. XIII. fol. 231.

p *Item ex moris*] Diosc. et Oribas. locis cit.

q *Taurini quoque*] Auctores proxime appellati.

a *Et psegma* [*spegma*] *fit*] Sic etiam Mss. An *psegma*, *ψῆγμα*, potius, quæ vox Græce ramenta et micas significat, quæ appellatio huic æris paleæ accommodata satis videtur?

b *Diphrygem*] Dioscoridi v. 120. *τὸ διφρυγὲς*, scilicet *ὑπὸ τοῦ δὶς φρύγεσθαι*, *quod bis torrefiat:* sive quod et arefiat a Sole, et ab igne torreatur.

c *Cujus origo triplex*] Totidem ea plane verbis a Dioscoride explanata, loc. cit. et ab Oribasio lib. XIII. fol. 226.

d *In rubricam*] In rubricæ colorem: *ὅταν ἡ χρόα μιλτώδης γένηται.* Diosc. loc. cit.

e *Mox paulatim*] Subintellige, usto tostove.

f *Tertio fit*] Hoc est, tertium nihil

Digitized by Google

fornacibus æris fæce subsidente. Differentiæ siquidem,[3] quod æs ipsum in catino defluit, scoria extra fornaces, flos supernatat, diphryges remanet.[g] Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis qui coquantur ferruminari:[a] circa hunc æs fervere, ipsum vero non percoqui, nisi translatum in alias fornaces, et esse nodum[b] quendam materiæ. Id quod ex cocto supersit, diphryges vocari. Ratio ejus in medicina similis supra dictis:[h] siccare, et excrescentia consumere, et perpurgare.[4] Probatur[i] lingua, ut eam siccet tactu statim, saporemque æris reddat.

XXXVIII. Unum etiamnum æris miraculum non omittemus. Servilia familia, illustris in Fastis,[j] trientem æreum pascit auro et argento, consumentem utrumque.[1] Origo atque natura[2] ejus incomperta est mihi. Verba ipsa de ea re Messalæ senis ponam: 'Serviliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura magnificentiaque sacra quotannis faciunt: quem ferunt alias crevisse, alias decrevisse videri, et ex eo aut honorem aut deminutionem familiæ[3] significari.'

XXXIX. (XIV.) Proxime[1] indicari debent metalla ferri, optimo pessimoque vitæ instrumento. Siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites

[a] *Coalescere.* [b] *Duriorem materiam.*

—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Differentia est quidem* Gronov. et vulgg. *siquidem* deest in codd. Dalec. Mox, *catinos desc. extra fornaces projicitur, flos, &c.* Vet. Dalec.—4 Vet. Dalec. *et repurgare.*

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. *consumente eo utrumque.*—2 *Origo autem naturaque* Vet. Dalec.—3 Ita cod. Reg. Brot. 2. *diminutionem familiæ* edd. ante Brotier.

NOTÆ

aliud est, nisi sedimentum æris in fornace adusti.

[g] *Diphryges remanet*] In fundo, con fæx, subsidet: *εὑρίσκεται ἐν τῇ χώνῃ ἐγκείμενον τῷ πυθμένι αὐτῆς.* Diosc. loc. cit.

[h] *Ratio . . . similis supra dictis*] Æri, scoriæ, cadmiæ, flori. Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit. *Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν τε, καὶ ἀνακαθαρτικὴν ἐπιτεταμένως, σμηκτικήν τε καὶ ξηραντικήν, καὶ κατασταλτικὴν ὑπερσαρκώσεως, κ. τ. λ.*

[i] *Probatur*] Diosc. loc. cit. ad verbum.

[j] *Illustris in Fastis*] Ob multos Consulatus, ac triumphos, qui notantur in Fastis.

Digitized by Google

squalore deciso annis omnibus cogimus juvenescere.[2] Hoc exstruimus tecta, cædimus saxa, omnesque ad alios[3] usus ferro utimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus solum, sed etiam missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato: quam sceleratissimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem, ut ocyus mors perveniret ad hominem, alitem illam[4] fecimus, pennasque ferro dedimus.[5] Quamobrem culpa ejus non naturæ fiat accepta.[6] Aliquot experimentis probatum est posse innocens esse ferrum. In fœdere, quod expulsis regibus populo Romano dedit Porsena, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi in agricultura[7] uterentur. Et cum stylo scribere intutum,[8] [k] ut vetustissimi auctores prodiderunt. Magni Pompeii in tertio consulatu extat edictum, in tumultu necis Clodianæ, prohibentis ullum telum esse in Urbe.[9]

XL. Et tamen vita ipsa non defuit[1] honorem mitiorem habere[e] ferro quoque. Aristonidas[l] artifex, cum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio[m] præcipitato residentem pœnitentia,[2] æs ferrumque miscuit, ut rubigine ejus per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Hoc signum extat Thebis hodierno die. Est in eadem[3]

[e] *Ad mitiores usus asciscere: exempli gratia, ad statuas, de quibus statim dicetur.*

CAP. XXXIX. 1 *Putamus* Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *rejuvenescere.*—3 Idem Vet. *innumerosque ad alios.*—4 Vet. Dalec. *telum.*—5 Cod. Dalec. *adjecimus.*—6 Vet. Dalec. *nobis non naturæ accepta.*—7 Cod. Dalec. *agrorum cultu.*—8 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps; *Et stylo scribere intutum* ex codd. Harduinus et recentt. *Et stillo ferreo scribere vetitum est* Vet. Dalec. *Et stilo scribere intutum est* Gronov. et al. vett.—9 Cod. Dalec. *ne ullum telum esset in urbe.*

CAP. XL. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *non desiit* Gronov. et vulgg. Mox, pro *mitiorem,* cod. Dalec. *in initio.*—2 *Learchum filium præcipitare volentis, et residentis pœnitentia* cod. Dalec. *et præcipitato illo residentis pœnitentiam* Vet. Dalec. *pœnitentiamque, ferrum et æs, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et cod. ejusdem, item edd.

NOTÆ

[k] *Et cum stylo scribere intutum*] Minime tutum. Sic etiam Mss. Sunt qui *vetitum* malint. 'Intutum' Tacito semel, sæpius Ammiano usurpata vox.

[l] *Aristonidas*] 'Αριστωνίδας.

[m] *Learcho filio*] Extat apud Nasonem fabula Met. IV. 467.

urbe et ferreus Hercules, quem fecit Alcon,[n] laborum Dei patientia inductus. Videmus et Romæ scyphos e ferro dicatos in templo Martis Ultoris.[o] Obstitit[4][p] eadem naturæ benignitas, exigentis a ferro ipso pœnas rubigine: eademque[5] providentia nihil in rebus mortalibus faciente,[q] quam quod infestissimum[6] mortalitati.

XLI. Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur, quippe insula etiam Italiæ Ilva gignente:[r] minimaque difficultate cognoscuntur, ipso colore terræ manifesto: sed ratio eadem[s] excoquendis venis. In Cappadocia tantum quæstio est, aquæ an terræ fiat acceptum, quoniam perfusa certo fluvio terra, neque aliter ferrum e fornacibus reddit.[1]

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hodie. Est in eadem* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Obsistit* Gronov. et al. vett.—5 Vet. Dalec. *ejusdemque*.—6 Cod. Dalec. *facientis, quam quod esset infestissimum*.

NOTÆ

[n] *Alcon*] Meminit hujus in Laconicis Pausanias, et Hippocoontis filium invocat: Naso quoque Met. XIII. 683. 'Illi fabricaverat Alcon Myleus, et longo cælaverat argumento.' Nisi forte hic Nasonis Alcon argentarius faber est, ab illo ferrario diversus.

[o] *Martis Ultoris*] In foro Augusti, regione Urbis octava.

[p] *Obstitit*] Ne hunc ferro mitiorem honorem vita haberet, de quo dictum est initio hujus cap. obstitit pro sua benignitate natura, tum inducta ferro rubigine velut in pœnam, tum simili ejus providentia nihil faciente in rebus mortalibus, quam quod est infestissimum mortalitati, et plenum laboris. Quare a mitioribus illis artibus ferrum traducendum ad falces, ligones, aliaque instrumenta, quibus arbusta serimus, ponimus pomaria, cædimus saxa, &c.

[q] *Faciente*] Mss. quidam *facientis*.

[r] *Ilva gignente*] Vide quæ dicta sunt III. 12. Servius in illud Maronis Æneid. X. 'Ast Ilva trecentos, Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.' Amplius aliquid apud Plinium legisse hic videri queat. Verba ejus sunt hujuscemodi: *inexhaustis Chalybum generosa metallis*] Quanto exhausta fuerit, tanto generosior, hoc est, πολυγόνος. Ergo *inexhaustis* non est una pars orationis: namque dicit Plinius Secundus: Cum in aliis regionibus effossis metallis terræ sint vacuæ, apud Ilvam hoc esse mirum, sublata renascuntur, et rursus de iisdem locis effodiuntur. Varro et aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in stricturam non posse cogi, nisi transvectum in Populoniam Tusciæ civitatem, ipsi insulæ vicinam.' Hæc Servius, cujus in laudandis auctoribus haud satis est explorata fides.

[s] *Sed ratio eadem*] Quæ æris explicata.

Differentia ferri[t] numerosa. Prima in genere[2] terræ cœlive. Aliæ molle tantum, plumboque vicinius sumministrant: aliæ fragile[3] et ærosum, rotarumque usibus et clavis maxime fugiendum, cui prior ratio convenit.[4] Aliud brevitate sola placet, clavisque caligariis:[u] aliud rubiginem celerius sentit. Stricturæ[v] vocantur hæ[5] omnes, quod non in aliis metallis, a stringenda acie vocabulo imposito. Et fornacum maxima differentia est: nucleusque quidem[6] ferri[w] excoquitur in his ad indurandam aciem: aliquæ modo ad densandas incudes, malleorumve rostra. Summa autem[x] differentia in aqua est, cui subinde candens immergitur. Hæc alibi atque alibi utilior[7] nobilitavit loca gloria ferri, sicut Bilbilin[y] in Hispania et Turiassonem,

CAP. XLI. 1 Cod. Dalec. *ferrum ex f. redditur.*—2 *Prima genera* cod. Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Alia molle, &c. subministrat alia fragile* Vet. Dalec. *Alia molle, &c.* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *cui pejor terra obvenit.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *hæ* etiam cod. Dalec. *sentit, stricturæque vocantur eæ* Gronov. et al. vett. Mox, *stringenda oculorum acie* Vet. Dalec.—6 Gronov. et al. ante Harduin. *in iis equidem nucleus ..... alioque modo, &c.* Cod. Dalec. *in his quidem ferrum excoquitur: in his ad indurandam aciem, alioque modo sunt ad densandas.*—7 Cod. Dalec. *alibi*

NOTÆ

[t] *Differentia ferri*] Transcripsit hunc locum integra fide totidem verbis Isidorus XVI. 20.

[u] *Clavisque caligariis*] Caliga militaris simillima fuit sandaliis PP. Capucinorum, sed clavis præterea subtus suffixa. Iconem exhibet caligæ, libro singulari, De caliga veterum, Nigronius noster, sub finem operis.

[v] *Stricturæ*] Stricturam vocant antiqui massam ferri seu laminam, quod in massam unam stringitur, ac coalescit. Sic Varro accepit, eo loco quem ex Servio paulo ante retulimus. Nonio stricturæ sunt et scintillæ ferri candentis: non Plinio.

[w] *Nucleusque quidem ferri*] In quibusdam, inquit, fornacibus ferrum excoquitur, quod durissimum est, ac veluti metalli nucleus, ad indurandam aciem, hoc est, eam ferri partem quæ secat. Sic temperatur id quod barbari Glossæque *Aciarium* vocant, *de l'acier.* Vide Notas et Emend. num. 21.

[x] *Summa autem*] Et hunc locum Isidorus exscripsit Orig. XVI. 20.

[y] *Bilbilin*] Hodie *Villa Veja*, in Baubulo monte, prope *Catalajud*, Arragoniæ regno. Martialis, cujus id fuit natale solum, X. 103. 'Municipes, augusta mihi quos Bilbilis alto Monte creat, rapidis quos Salo cingit aquis,' &c. IV. 55. 'Nos, Celtis genitos et ex Iberis, Nostræ nomina duriora terræ Grato non pudeat referre versu: Sævo Bilbilin optimam metallo, Quæ vincit Chalybasque, Noricosque.' Nummus Augusti in Cimelio Regis Christianissimi, Tiberii quoque, et Caligulæ: MV. AVGVSTA BILBILIS. *Municipium Augusta Bilbilis.* Aqua-

Digitized by Google

Comum in Italia, cum ferraria metalla in his locis non sint.[8] Ex omnibus[z] autem generibus palma Serico ferro est. Seres hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda Parthico: neque alia genera ferri ex mera acie[a] temperantur: ceteris enim[b] admiscetur mollior[*] complexus. In nostro orbe aliubi[9] vena bonitatem hanc præstat, ut in Noricis:[c] aliubi[10] factura, ut Sulmone aqua, uti diximus.[d] Quippe cum in exacuendo oleares cotes,[e] aquariæque differant,[11] et oleo delicatior fiat acies. Mirumque, cum excoquatur vena, aquæ modo liquari ferrum, postea in spongias[f] frangi. Tenuiora[g] ferramenta oleo restingui mos est,

[*] *Mollioris temperaturæ ferrum.*

pejor, alibi utilior.—8 Cod. Dalec. *fiant.*—9 Vet. Dalec. *admiscetur molliore complexu. In nostro orbe alibi;* cod. Dalec. *admiscetur melior, &c. alicubi;* Gronov. et al. ante Harduin. *admiscetur. Mollior complexus in nostro orbe. Aliubi.*—10 Cod. Dalec. *alibi.* Mox, *sicut diximus* in eodem cod.—11 Vet. Dalec. *sed exacuendo ferro oleares cotes et aquariæ æque differant.*

NOTÆ

rum vero dote, non fodinarum, quæ nullæ ibi sunt, ferro gloriam parari, ut Plinius ait, etiam Martialis testatur, qui Salonis nomen his fuisse ait. Adjicit enim verbis proxime recitatis IV. 55. 'Et ferro Plateam suo sonantem, Quam fluctu tenui, sed inquieto, Armorum Salo temperator ambit.' Et XIV. 33. 'Pugio, quem curvis signat brevis orbita venis, Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.' Amnem hunc Salonem a vicino oppido Bilbilin Justinus vocat. Idcirco hunc ejusdem Poëtæ locum, I. 50. 'Videbis altam, Liciane, Bilbilin Equis et armis nobilem,' Hieron. Surita, teste Antonio Augustino, in mendo cubare aiebat, legique oportere 'Aquis.' Atque eo quidem Epigrammate sequitur mox, 'Salone, qui ferrum gelat.'

[z] *Ex omnibus*] Isidorus hæc quoque, ut superiora, loc. cit. Ferrum hoc Sericum jam obsolevit.

[a] *Ex mera acie*] Mera acies, quod merum 'aciarium' barbari Glossæque, ut diximus, Græci ἀκραιφνὲς στόμωμα vocant.

[b] *Ceteris enim*] Vide Notas et Emend. num. 22.

[c] *Ut in Noricis*] Glebam idcirco Noricam commendat Rutilius in Itiner. lib. I. pag. 309. Cultros Norico ferro, Petron. in Fragm. pag. 267. 'Noricum ensem' Horatius.

[d] *Uti diximus*] Proxime ante, his verbis: 'Summa autem differentia in aqua est,' &c.

[e] *Oleares cotes*] Quæ perfundi oleo solent, cujusmodi sunt eæ, quibus novaculæ acuuntur.

[f] *Postea in spongias*] Postquam liquatum est induratumque, non æquabiliter, ut raphani, sed spongiarum more, et inæquabiliter frangitur. Spongiæ igitur massæ sunt prius liquati ferri, posteaque indurati: non spuma, quæ, dum ferri vena funditur, per os camini exit, ut Salmasius jubet intelligi, in Solin. p. 1082.

[g] *Tenuiora*] Isidorus totidem verbis

Digitized by Google

ne aqua in fragilitatem duretur. A ferro sanguis humanus se ulciscitur. Contactum[h] namque eo celerius subinde rubiginem trahit.

XLII. De magnete[i] lapide suo loco dicemus, concordiaque quam cum ferro habet. Sola hæc materia vires ab eo lapide accipit, retinetque longo tempore, aliud apprehendens ferrum, ut annulorum catena[1][j] spectetur interdum: quod imperitum vulgus appellat ferrum vivum, vulneraque tali asperiora fiunt.[2] Lapis hic et in Cantabria nascitur, non ille magnes verus caute continua, sed sparsa bullatione,[3][k] ita appellant: nescio an vitro[l] fundendo perinde utilis: nondum enim expertus est quisquam: ferrum utique inficit[m] eadem vi. Magnete lapide[n] Dinochares[4][o] architectus Alexandriæ Arsinoës[p] templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus e ferro pendere in aëre videretur. Intercessit mors et ipsius et Ptolemæi, qui[5] id sorori suæ jusserat fieri.

CAP. XLII. 1 'Ms. *ut a collectione catena.* Lego, *annulorum collectione*, ex Æliano et Strabone.' *Dalec.*—2 Cod. Dalec. *vulneraque ex t. a. fiant.*—3 Ita cod. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *bubbatione* Gronov. et vulgg.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *ferri utique inficit aciem, ut magnes. Eodem lapide Dinocrates;* cod. Dalec. *Eodem magnete lapide.* Vet. Dalec. *Timocrates;* Chiffl. *Timochares;* margo edd. Dalec. et Gronov. *Chiromocrates*, e Strabone.—5 *Ptolemæi regis, qui* cod. Dalec.

NOTÆ

Orig. XVI. 20.

[h] *Contactum*] Isidorus loc. cit.

[i] *De magnete*] Lib. XXXVI. c. 25.

[j] *Ut annulorum catena*] Reg. 2. *ut acolorum.* Forte, *ut acularum.* Acus enim acubus quasi nectuntur. At ex annulis catena, quam ex aculis, commodius nectitur.

[k] *Sed sparsa bullatione*] Magneticos lapillos bullarum instar per agros spargi significat, non e continua rupe excidi. In editis hactenus libris *bubbatione* legebatur. At Reg. 2. Colb. 3. aliique, *bullatione*, ut edimus.

[l] *Nescio an vitro*] Vitro enim fundendo magnetem addi, dicetur XXXVI. 66.

[m] *Inficit*] Sic imbuit, ut, perinde ac magnes ipse, ferrum alterum trahat.

[n] *Magnete lapide*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. VI. 20. Idem de simulacro quodam in templo Serapidis, quod magneti laquearibus templi infixo adhæreret ita, ut pendere videretur in aëre, refert August. de Civit. XXI. 6. Suidas item, verbo Μαγνῆτις. Hinc orta de sepulcro Mahometi fabula.

[o] *Dinochares*] Vide Notas et Emend. num. 23.

[p] *Arsinoës*] Quæ Ptolemæi Philadelphi et soror et conjux fuit, ut diximus VI. 32.

Digitized by Google

XLIII. (XV.) Metallorum omnium vena ferri largissima est. Cantabriæ maritimæ parte, quam Oceanus alluit,[1] mons prærupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est, ut in ambitu Oceani diximus.[q] Ferrum accensum[r] igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens[s] non est habile tundendo, neque antequam albescere incipiat. Aceto aut[2] alumine illitum fit æri simile. A rubigine[t] vindicatur cerussa, et gypso, et liquida pice. Hæc est temperatura a Græcis antipathia[3][u] dicta. Ferunt quidam et religione quadam id fieri. Et extare ferream catenam apud Euphratem amnem, in urbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander[v] Magnus ibi junxerat[4] pontem, cujus annulos, qui refecti sunt, rubigine infestari,[w] carentibus ea prioribus.

XLIV. Medicina e ferro est et alia, quam secandi. Namque circumscribi circulos,[1] terve circumlato mucrone, et adultis et infantibus prodest contra noxia medicamenta: et præfixisse in limine e sepulcro evulsos clavos[2] adversus nocturnas lymphationes.[a] Pungique leviter mucrone, quo percussus homo sit, contra dolores laterum pectorumque subitos,[3] qui punctionem afferant. Quædam ustione sa-

CAP. XLIII. 1 Cod. Dalec. *maritima p. quam O. ambit;* al. ap. eund. *qua Oceanum ambit.*—2 Cod. Dalec. *et.*—3 Vet. Dalec. *antiodes: ἡ τῷ ἴσῳ ἐναντία.* —4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *vinxerit* Chiffl. *conjunxerit* cod. Dalec. *vinxerat* Gronov. et vulgg.

CAP. XLIV. 1 Vet. Dalec. *semel circulo.*—2 Cod. Dalec. *præfixo limine a*

NOTÆ

[q] *Ut in ambitu Oceani diximus*] Lib. IV. c. 34. in fine.

[r] *Ferrum accensum*] Ab his verbis Pliniani editores novum caput auspicati, titulum scripsere, *De temperatura ferri*, quem præfigi oportere capite XLI. et argumentum, et Plinianus Index, quem edidimus, indicat. Locum hunc porro totidem verbis Isidorus exscripsit Orig. XVI. 20.

[s] *Rubens*] Isidorus loc. cit.

[t] *A rubigine*] Isidorus loc. cit.

[u] *Antipathia*] Ἀντιπάθεια, vis contraria rerum, naturalis rerum differentia, dissidiumque, ut inter ignem et aquam.

[v] *Alexander*] Vide quæ diximus v. 21.

[w] *Infestari*] Subintellige, ferunt, ex antecedentibus.

[a] *Lymphationes*] De lymphaticis egimus XXV. 24. Hos etiam noctu exagitari, antiquitas credidit: unde νυμφοληψίαι νυκτεριναὶ appellatæ.

Digitized by Google

nantur: privatim vero canis rabidi morsus. Quippe etiam prævalente morbo, expavescentesque potum, usta plaga illico liberantur. Calefit etiam[b] ferro candente aqua, multis vitiis, privatim vero dysentericis.[4]

XLV. Est et rubigo ipsa in remediis, et sic Telephum[c] proditur sanasse Achilles, sive id ærea, sive ferrea cuspide fecit. Ita certe pingitur eam decutiens gladio. Sed rubigo ferri deraditur humido ferro clavis[1] veteribus. Potentia ejus[2] ligare, siccare, sistere.[d] Emendat[e] alopecias illita. Utuntur[f] et ad scabritias genarum, pusulasque[3]

2. *evulsis clavis.*—3 Cod. Dalec. *humores.*—4 Cod. Dalec. *potus in m. v. privatimque dysentericis.*

CAP. XLV. 1 Dalec. *e clavis.*—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Vis ejus* Gronov. et vulgg. Mox, *lenire* Vet. Dalec. *mitigare* al. vett. *purgare* alii. Deinde, pro *sistere*, cod. Dalec. *strin-*

NOTÆ

[b] *Calefit etiam*] Diosc. v. 93. calefieri sic ait, ut cœliacis prosit, dysentericis, lienosis, &c. Ut epilepticis, Cælius Aurel. Chron. I. 4. de epilepsia: 'Dehinc squamulas ferri, cum aqua in qua fuerit candens ferrum prætinctum.' Ut lienosis etiam Celsus IV. 9. 'Post cibum,' inquit, 'aqua a ferrario fabro, in qua candens ferrum subinde tinctum sit: hæc enim vel præcipue lienem coërcet: quod animadversum est in his animalibus, quæ apud hos fabros educata, exiguos lienes habent.' Ut vesica laborantibus, Scribonius Largus Compos. 146. 'Ad tumorem,' inquit, 'et dolorem vesicæ, et exulcerationem, benefacit aqua, in qua ferrum candens demissum est. Hoc ego traxi ab aquis calidis, quæ sunt in Tuscia ferratæ, et mirifice remediant vesicæ vitia. Appellantur itaque vesicariæ.'

[c] *Et sic Telephum*] Vide XXV. 19. Extat in Anthologia Græca Macedonii Consulis amatorium epigramma, cujus argumentum ab hoc Achillis Telephique facto petitum, lib. VII. quanquam hic ante a me præfandus honos auribus: Ἕλκος ἔχω τὸν ἔρωτα· ῥέει δὲ μοι ἕλκεος ἰχὼρ Δάκρυον, ὠτειλῆς οὔποτε τερσομένης. Εἰμὶ καὶ ἐκ κακότητος ἀμήχανος· οὐδὲ Μαχάων Ἤπιά μοι πάσσει φάρμακα δευομένῳ. Τήλεφός εἰμι, κόρη· σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς. Κάλλεϊ σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες. Quod feliciter ita Grotius vertit: *Est mihi vulnus amor: sanies de vulnere manat Lacryma: siccari plaga profunda negat: Nec revalescendi spes est super: ipse Machaon Nil virus tantum quo medicetur habet. Telephus en tibi sum: mea tu mihi te fac Achillem: Et flammam seda quam tua forma facit.*

[d] *Potentia ejus .... sistere*] Ita Mss. omnes: non, ut editi, *Vis ejus .... restringere.* Etsi Diosc. v. 93. Ἰὸς δὲ σιδήρου στύφει, ῥοῦν δὲ γυναικεῖον προστεθεὶς ἴσχει.

[e] *Emendat*] Diosc. loc. cit.

[f] *Utuntur*] Diosc. totidem verbis: Πρός τε παρωνυχίας καὶ πτερύγια, καὶ τραχέα βλέφαρα εὔχρηστος, καὶ κονδυλώματα.

Digitized by Google

totius corporis, cum cera et oleo myrteo: ad ignes [g] vero sacros ex aceto; item ad scabiem, paronychia, in linteolis.[4] Sistit et fœminarum [h] profluvia imposita velleribus. Plagis quoque recentibus vino diluta, et cum myrrha subacta, et condylomatis [i] ex aceto prodest. Podagras [j] quoque illita lenit.[5]

XLVI. Squama quoque ferri [k] in usu est ex acie, aut mucronibus, maxime simili, sed acriore vi, quam [1] rubigo: quamobrem et contra epiphoras oculorum assumitur. Sanguinemque sistit, cum vulnera maxime ferro fiant. Sistit et fœminarum profluvia. Imponitur et contra lienum vitia. Hæmorrhoidas compescit, ulcerumque serpentia. Et genis [l] prodest, farinæ modo aspersa paulisper.[2] Præcipua tamen commendatio ejus in hygremplastro [m] ad purganda vulnera fistulasque, et omne callum [3] erodendum, et rasis[4] ossibus carnes recreandas.[a] Componitur hoc modo: picis oboli sex: [n] Cimoliæ cretæ drachmæ duæ: æris tusi drachmæ duæ: squamæ ferreæ, totidem: ceræ, sex: olei sextarius.[5] His adjicitur, cum sunt repurganda vulnera aut replenda, ceratum.[6]

[a] *Et nudis ossibus carnes inducendas.*

gere; Gronov. et vulgg. *restringere.*—3 Gronov. *pustulasque.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *paronychia digitorum et pterygia in linteolis* Gronov. et vulgg. *paronychia digitorum et pterygia illita tollit* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *sanat.*

Cap. XLVI. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *acriore, quam* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *palpebrisque.*—3 'Ita codd. Reg. et Editio princeps. Frustra in recentioribus edd. emendatum, *omnem callum.*' Brotier.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *rosis.*—5 *Componitur hoc modo: obolis ex Cimolia creta duobus, drachmis sex* (*duabus* cod. Dalec.) *ex ære, totidem ex squama ferri, totidem ceræ, ex olei sextario* Gronov. et al. ante Harduin. 'Ms. *ex oleo sextarius*

NOTÆ

[g] *Ad ignes*] Diosc. Ἐπιχριόμενον δὲ σὺν ὄξει ἐρυσιπέλατα καὶ ἐξανθήματα ἰᾶται.

[h] *Sistit et fœminarum*] Diosc. loc. cit.

[i] *Et condylomatis*] Diosc. loc. cit.

[j] *Podagras*] Diosc. loc. cit.

[k] *Squama quoque ferri*] Hæc forte λεπὶς στομώματος, Diosc. v. 90. quam barbari vocant 'squamam aciarii,' quæ ex ferro excutitur, dum tunditur in officinis.

[l] *Et genis*] Palpebris.

[m] *In hygremplastro*] Ὑγρέμπλαστρον, *emplastrum liquidum*, non siccum.

[n] *Picis oboli sex*] Vide Notas et Emend. num. 34.

XLVII. (XVI.) Sequitur natura plumbi. Cujus duo genera, nigrum, atque candidum.[o] Pretiosissimum candidum, a Græcis appellatum cassiteron,[p] fabuloseque narratum in insulas[q] Atlantici maris peti, vitilibusque[1 r] navigiis circumsutis corio advehi. Nunc certum est,[s] in Lusitania gigni, et in Gallæcia: summa tellure arenosa, et coloris nigri: pondere tantum ea deprehenditur. Interveniunt[t] et minuti calculi, maxime torrentibus siccatis. Lavant[u] eas arenas metallici, et quod subsedit[2] coquunt in fornacibus. Invenitur[v] et in aurariis metallis, quæ alutia vocant:[3 w] aqua immissa eluente calculos nigros paulum candore variatos, quibus eadem gravitas quæ auro: et ideo in calathis, in quibus aurum colligitur, remanent cum eo: postea caminis separantur,[4] conflatique in album plumbum resolvuntur. Non fit in Gallæcia nigrum, cum vicina Cantabria[x] nigro tantum abundet: nec ex albo ar-

his a. cum sunt r. v. aut cum replenda; Ms. alter, *ex olei sextario. Additur.* Lego, *adhibetur.*' Dalec. '*Picis oboli sex, Cimoliæ cretæ drachmæ sex*] Ita emendavit eruditus Harduinus; quod in Mss. Reg. 2. et Pintian. legatur, *pari obolis et Cimoliæ cretæ drachmis sex.* Picem quidem nonnullis in emplastris, non in eo tamen, de quo nunc Plinius, memorat Celsus v. 19. 1. et 3. Unde forte melius in Mss. Reg. 5. *Componitur hoc modo: obolis ex Cimolia creta duobus, drachmis duabus ex ære, totidem e squama ferri, totidem ferri, totidem ceræ, ex oleo sextarius.*' Brotier.—6 Vox *ceratum* deest in cod. Dalec.

CAP. XLVII. 1 Cod. Dalec. *sutilibusque.*—2 Ita codd. Regg. Brot. Dalec. et Editio princeps. Al. ante Brotier, *subsidit.*—3 ' Ita cod. Reg. 5. In Editione principe, *quæ alucia vocant.* In codd. Regg. 2. 3. et recentt. edd. *quæ aluta vocant.*' Brotier. *quæ elutia vocant* Gronov. *quod elutum vocant* Vet. Dalec.—

NOTÆ

o *Atque candidum*] Savotus de Nummis Antiq. II. 2. p. 46. plumbum candidum censet illud esse, quod nos vulgo stannum Anglicanum, seu molle dicimus. Astipulatur eidem Aldrovandus de Metall. I. 7. p. 160.

p *Cassiteron*] Κασσίτερος Homero sæpissime.

q *In insulas*] Quas fabulæ Cassiterides appellarunt, ut dictum est IV. 36.

r *Vitilibusque*] Qualia Britannorum olim fuisse ex Timæo vidimus IV. 30. Vide quæ diximus V. 57.

s *Nunc certum est*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 21.

t *Interveniunt*] Isidorus loc. cit.

u *Lavant*] Plane ad verbum hæc Isidorus loc. cit.

v *Invenitur*] Isidorus loc. cit.

w *Quæ alutia* [*aluta*] *vocant*] Sic Reg. 2. ut monuimus in Notis et Emend. ad lib. XXXIII. num. 19. In Colb. 3. *alutia.* In vulgatis, *elutia.*

x *Cum vicina Cantabria*] Isidorus loc. cit.

Digitized by Google

gentum,[5] cum fiat ex nigro.[y] Jungi[z] inter se[6] plumbum nigrum sine albo non potest, nec hoc ei sine oleo.[7] Ac ne album quidem secum sine nigro. Album habuit auctoritatem et Iliacis temporibus, teste Homero,[a] cassiteron ab illo[8] dictum.

Plumbi nigri[b] origo duplex est: aut enim sua provenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mixtisque venis conflatur. Ejus qui[c] primus fluit in fornacibus liquor stannum appellatur: qui secundus,[d] argentum: quod remansit[e] in fornacibus, galena, quæ est tertia portio additæ venæ.[9] Hæc rursus conflata dat nigrum plumbum deductis partibus non duabus.[10]

4 Vet. Dalec. *postea canistris separantur;* al. vett. *postea separantur, caminisque conflati in, &c.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nec ex albo argento* Gronov. et al. vett.—6 *Jungi in se* Vet. Dalec.—7 Vet. Dalec. *hoc fieri sine oleo.*—8 Cod. Dalec. *ab eo.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *portio est tertia addita venæ* Gronov. et vulgg.—10 'Ita codd. Reg. et Editio princeps. Nescio cur particula negativa in recentioribus editionibus sit omissa. Nobis certe diversa est plumbi fundendi ratio. Cum purissima est galena, centum pondo reddunt libras plumbi a 60. ad 70. Vide Cl. Lehmann, *L'Art des Mines*, tom. I. pag. 128.' *Brotier. partibus duabus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

[y] *Cum fiat ex nigro*] E vena argenti plumbique nigri communi, ut statim dicetur.

[z] *Jungi*] Galli vocant *Souder*. Plinius supra XXXIII. 30. 'Plumbum nigrum albo jungitur, ipsumque album sibi oleo.' At nunc in solidandis fistulis, quibus aqua Parisiis in loca varia derivatur, plumbo nigro nigrum vidimus sine albo jungi: et olei vice resinam adhiberi. Vidit et Savotus de Nummis Antiq. II. 3. pag. 55.

[a] *Teste Homero*] Iliad. Λ. 25. Iliad. Ψ. 561. et alibi passim.

[b] *Plumbi nigri*] Illud est, quod hodierno die simpliciter plumbum appellamus. Nigrum dicitur, quod nigrore tractantium manus inficit. Quæ hoc capite deinceps continentur, ea totidem plane verbis exscripsit Isidorus Orig. XVI. 21.

[c] *Ejus qui*] Hoc est, hujus posterioris plumbi, quod cum argento nascitur. Hoc sincerum veterum stannum fuit.

[d] *Qui secundus*] Secunda coctura, cum rursum igne conflatur, ac secernitur argentum a plumbo.

[e] *Quod remansit*] Quod prima fusura stanno, et quod secunda argento, ceu scoria quædam, innatabat: (redit illud ad tertiam venæ seu metallicæ terræ partem, quæ fuerat in fornacem injecta :) illud, inquam, rursus conflatum, dat plumbum nigrum.

Digitized by Google

XLVIII. (XVII.) Stannum illitum[f] æneis[1] vasis saporem gratiorem facit, et compescit æruginis[2] virus: mirumque, pondus non auget. Specula quoque ex eo laudatissima, ut diximus,[g] Brundisii temperabantur, donec argenteis uti cœpere et ancillæ. Nunc adulteratur stannum addita æris candidi tertia portione[3] in plumbum album. Fit et alio modo: mixtis albi plumbi nigrique libris.[4][h] Hoc nunc aliqui argentarium appellant. Iidem et tertiarium[i] vocant, in quo duæ nigri portiones sunt, et tertia albi. Pretium ejus in libras, X. X.[5][j] Hoc fistulæ[k] solidantur. Improbiores, ad tertiarium additis æquis partibus albi, argentarium vocant: et eo quæ volunt incoquunt.[6][l] Pretia hujus faciunt in pondo C. LX. X. Albo per se sincero pretia sunt X. X. nigro, septem. Albi[7] natura plus aridi habet: contraque, nigri tota humida est. Ideo album

CAP. XLVIII. 1 Cod. Dalec. *æreis.*—2 Cod. Dalec. *æruginem.*—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *æris tertia portione candidi* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *æquilibriis;* al. vett. *paribus libris.*—5 Dalec. *in libras decem: denarii decem;* Gronov. et vulgg. *in libras triginta.*—6 Vet. Dalec. *et eo cum uti volunt recoquunt.*—7 Cod. Dalec. *faciunt cl. in triginta libras. Albo;* Vet. Dalec. *fac. in pon. centum, denarios triginta. In libras albo, per se s. p. sunt denarii sex nigro tres. Albi;* cod. Dalec. *nigro septemdecim;* Chiffl. *item nigro X. VII.* edd. vett. et Gronov. *pretia sunt triginta, nigro sexdecim.* Mox, *plura aridi* Gronov. et al. ante Harduin. *plus aridi* codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

[f] *Stannum illitum*] Totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 22.

[g] *Ut diximus*] Lib. XXXIII. cap. 45. 'Optima specula apud majores fuerant Brundisina, stanno et ære mixtis.'

[h] *Nigrique libris*] Subintellige, paribus libris.

[i] *Iidem et tertiarium*] Stannum vulgare, quo utimur, tertiario huic Pliniano fere respondere, ait Savotus de Nummis II. 4. pag. 57.

[j] *In libras, X. X.*] Hoc est, denarii decem: sunt hi monetæ Gallicæ asses octoginta. Sic porro Mss. Reg. 2. et alii. In editis perperam, *in libras triginta.* Et mox, *in pondo,* hoc est, in libras C. LX. X. non, ut editi, *centum triginta in libras.* Item, *pretia sunt X. X. nigro, septem* in libras: non vero, *pretia sunt triginta, nigro sedecim.*

[k] *Hoc fistulæ*] Hoc plumbo fistulæ, quibus aqua ducitur, solidantur: *on soude les tuyaux.*

[l] *Et eo quæ volunt, incoquunt*] Incoquere plumbo albo æs argentumve est, vasi æreo vel argenteo liquefactum plumbum illud argentarium superinducere, ut accipiat argenti colorem. Galli vocant *Etamer.*

Digitized by Google

nulli rei sine mixtura utile est. Neque argentum ex eo plumbatur,[m] quoniam prius liquescit argentum. Confirmant, quod si minus albo nigri quam satis sit misceatur, erodi[8] ab eo argentum. Album incoquitur æreis operibus Galliarum invento, ita ut vix discerni possit[9] ab argento, eaque incoctilia[n] vocant. Deinde et argentum incoquere simili modo cœpere equorum maxime ornamentis,[o] jumentorum jugis, in Alesia[p] oppido: reliqua gloria Biturigum fuit.[10] Cœpere deinde et esseda,[q] et vehicula, et petorita[r] exornare:[11] similique modo ad aurea quoque, non modo argentea staticula[12][s] inanis luxuria pervenit: quæque in scyphis cerni prodigium[13] erat, hæc in vehiculis atteri,

centt.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *argentum; affirmantque* (*confirmantque* Chiffl.) *si minus albo nigri, quam satis sit misceatur, arrodi* margo edd. Dalec. et Gronov. *erodi* Chiffl. *argentum. Album incoquitur, &c.* Gronov. et vulgg.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *queat* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *coctilia.*—10 Cod. Dalec. *jugis. In Alexia oppido, quo reliqua Gallia gloriabatur, tale jugum fuit.* ‘Bene in codd. Regg. et Editione principe, *Alesia.* Male in recentioribus edd. *Alexia.* Alesiæ, oppidi Galliarum celeberrimi, rudera extant in Burgundia, prope *Sainte-Reine en Auxois.*’ Brotier.—11 Vet. Dalec. *exornari.*—12 Cod. Dalec. *vehicula.*—13 Cod.

NOTÆ

[m] *Plumbatur*] Solidatur, ferruminatur, plumbo conglutinatur.

[n] *Eaque incoctilia*] Sequior ætas, nosque etiamnum, argentata dicimus.

[o] *Equorum maxime ornamentis*] Fræna hodie sic stanno incoquimus, sive argentamus: *Etamer les branches d'un mords.*

[p] *In Alesia* [*Alexia*] Plutarcho in Cæsare, pag. 721. Ἀλησία est. Item Velleio, Dioni, ceterisque. Cæsari lib. VII. Alesia oppidum Mandubiorum appellatur: nunc in Ducatu Burgundiæ, diœcesi Augustodunensi, retinet priscum nomen, *Alise:* circumjacensque pagus, *l'Aussois*, vel *l'Ossois.*

[q] *Esseda*] Vehiculi genus, familiare inprimis olim Belgis: unde Belgica esseda Maroni dicta. *Un coche.*

[r] *Et petorita*] Et alterum vehiculi genus, de quo fuse Vossius in Etymol. Ausonius Epist. VIII. ‘Cornipedes rapiant imposta petorrita mulæ.’

[s] *Staticula*] Staticula Plinio sunt imagines et emblemata, quibus et currus et scyphos etiam incrustare atque exornare antiqui solebant. Ciceroni sigilla sunt, Orat. in Verrem VI. 48. ‘Apposuit patellam in qua sigilla erant egregia.... Sigillis avulsis reliquum argentum reddidit.’ Scyphi vero iis ornati sigillati dicti ibid. num. 32. Alioqui staticulum, sive statunculum, pro statua seu imagine a Tertulliano et Hieronymo sæpius usurpatum, ante nos annotavere alii. Consule Schefferum de Re Vehiculari Veterum, I. 206. et V. Cl. Du-Cangium in Glossario, verbo ‘Statuncu-

Digitized by Google

cultus vocatur. Plumbi albi experimentum in charta est, ut liquefactum pondere videatur, non calore, rupisse.[14] India[t] neque æs neque plumbum habet, gemmisque suis ac margaritis hæc permutat.

XLIX. Nigro plumbo[a] ad fistulas laminasque utimur, laboriosius in Hispania eruto, totasque per Gallias: sed in Britannia summo terræ corio adeo large, ut lex ultro dicatur, 'ne plus certo modo fiat.' Nigri generibus hæc sunt nomina: Ovetanum,[1][b] Caprariense, Oleastrense. Nec differentia ulla scoriæ, modo sit excocta diligenter. Mirumque in his solis metallis, quod derelicta fertilius revivescunt. Hoc videtur facere laxatis spiramentis ad satietatem infusus aër, æque ut fœminas quasdam fœcundiores facere abortus.[2] Nuper id compertum in Bætica Santarensi metallo,[c] quod locari solitum X. CC. M.[d] annuis, postquam obliteratum erat, CCLV. locatum est.[3] Simili modo Antonianum in eadem provincia pari locatione pervenit ad

Dalec. *prodigum.*—14 Cod. Dalec. *videatur concolore erupisse.*

CAP. XLIX. 1 *Jovetanum* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *relaxatis . . . fœcundior abortus* Gronov. et al. vett. *facit abortus* cod. Dalec.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *locari solitum decem libris per CC. ante annos . . . . LV. locatum est.* 'CCLV. *locatum*] Incerti valde sunt hi numeri. In Mss. Reg. 2. 3. et Editione principe, *XXIII. locatum est.* In Mss. Reg. 5. quod forte verius, *postquam obliteratum erat, reddit LXXXII.* Octoginta duo millia denariorum sunt Gallicæ monetæ libræ 63,806. Denariorum autem ducenta quinquaginta quinque millia efficiunt Gallicæ monetæ libras 198,421.' *Brotier. erat, reddit LXX. II.* cod.

NOTÆ

lus.' Vide Notas et Emend. num. 25.

[t] *India*] Isidorus hæc quoque ad verbum, Orig. XVI. 21.

[a] *Nigro plumbo*] Isidorus loc. cit.

[b] *Ovetanum*] Ab Oveto Asturum oppido. Libri hactenus editi perperam exhibent, *Jovetanum.* Capraricense ab insula cognomine prope Majoricam, de qua III. 11. Oleastrense ab Oleastro Bæticæ oppido, de quo III. 3. nam tota ea regio, ut ibi dicitur, cap. 4. plumbi metallis scatet.

[c] *Santarensi metallo*] Fodina metallica, cui unde id nomen obtigerit, incompertum. Antonianum ab Antonio Triumviro metalli domino, haud obscurum est: ut Sallustianum æs et Livianum dici meminimus cap. 2. libri hujus.

[d] *Locari solitum X. CC. M.*] Denarium ducentis millibus: quæ libras efficiunt, seu florenos, monetæ Gallicæ, 80000. Ut CCLV. denarium millia, libras 202000. Vide Notas et Emend. num. 26.

Digitized by Google

pondo cccc.[e] vectigalis.[4] Aqua addita[5] non liquescere vasa e plumbo constat: eadem, si in aqua calculus æreusve quadrans addatur, peruri.[6]

L. (XVIII.) In medicina per se plumbi usus est cicatrices reprimere: adalligatisque lumborum et renum parti laminis frigidiore natura inhibere impetus Veneris. Visaque in quiete[1 f] Venerea sponte naturæ erumpentia usque in morbi genus[g] his laminis Calvus orator[h] cohibuisse traditur, viresque corporis studiorum labori custodisse.[2] Nero (quoniam ita Diis placuit) princeps, lamina[i] pectori imposita, sub ea cantica exclamans, alendis vocibus demonstravit rationem. Coquitur[j] ad medicinæ usus patinis fictilibus, substrato sulfuris[3] minuto,[k] laminis impositis tenuibus, opertisque sulfure et ferro mixtis. Cum coquitur, munienda[4] in eo opere foramina spiritus[l] convenit: alioqui plum-

Dalec.—4 '*Ad pondo CCCC. vectigalis*] Ita Editio princeps aliæque. Hæc desunt in Mss. Reg. Intelligendum, pondo cccc. M. *Quatre mille quintaux.* Antonianum autem dictum est metallum ab Antonio, forte triumviro, fodinæ domino.' *Brotier.*—5 'In Editione principe, *mirum aqua addita.* *Mirum* deest in codd. Regg. et est inutile. In recentt. edd. *et mirum.*' Idem.—6 'Ita bene codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps. Male cod. Reg. 5. et recentiores edd. *vas peruri.*' Idem. *calculus si addatur, &c.* cod. Dalec.

CAP. L. 1 *Visa in quiete* Vet. Dalec. Mox, cod. Dalec. *ejusque morbi ingenia, &c.*—2 Cod. Dalec. *corporis in studiorum labore custodisse.*—3 Gronov.

NOTÆ

[e] *Ad pondo CCCC.*] Hoc est, ut mos est scribendi veterum, ad libras quadringenties mille.

[f] *Visaque in quiete*] Oribasius de Victus Ratione: 'Lamina plumbi,' inquit, 'lumbis superposita, prohibet somniantibus semen ... Custodire vero oportet, ne quis nimium lumbos infrigidet, ne his nimis infrigidatis lædantur renes.' Sic etiam Theodorus Priscianus II. 1. 11.

[g] *Usque in morbi genus*] Nimiam scilicet profusionem seminis ex naturalibus, ut Celsus vocat IV. 21. De Πριαπισμῷ item Theodorus loc. cit. ubi inter remedia, 'si passionis hujus molestia,' inquit, 'diutius perseveraverit, ut tensio et desiderium impatientissime protendantur, laminam plumbi renibus et partibus viciuis appono,' &c.

[h] *Calvus orator*] E Licinia gente.

[i] *Nero ... lamina*] Hoc ipsum, aliaque vocis alendæ subsidia, adhibuisse Neronem, auctor est et Suetonius in ejus Vita, cap. 20.

[j] *Coquitur*] Totidem fere verbis hæc pariter Diosc. V. 96. et Oribasius lib. XIII. pag. 231.

[k] *Sulfuris minuto*] Hoc est, sulfuris momento. Ita Mss. non *sulfure.*

[l] *Foramina spiritus*] Nares. Diosc. Σκεπάσας τοὺς ῥώθωνας· βλαβερὰ γὰρ ἡ ἀποφορά.

Digitized by Google

bi fornacium[5] halitus noxius sentitur, et pestilens, et canibus ocyssime: omnium vero metallorum, muscis et culicibus: quamobrem non sunt ea tædia in metallis.[*] Quidam in coquendo[m] scobem plumbi lima quæsitam sulfuri[6] miscent: alii cerussam potius, quam sulfur. Fit et lotura[n] plurimi usus in medicina, cum se ipso[7] teritur in mortariis plumbeis addita aqua cœlesti, donec crassescat. Postea[o] supernatans aqua tollitur spongiis: quod crassissimum fuit, siccatum dividitur in pastillos. Quidam limatum[p] plumbum sic terunt: quidam etiam plumbaginem admiscent: alii vero acetum, alii vinum, alii adipem, alii rosam. Quidam in mortario lapideo, et maxime Thebaico, plumbeo[8] pistillo[q] terere malunt: candidiusque fit ita medicamentum. Id autem[r] quod ustum est plumbum, lavatur, et teritur, ut cadmia.[9] Potest astringere,[s] sistere, contrahere cicatrices. Usus enim ex eodem,[10] et in oculorum medicamentis, et maxime contra procidentiam eorum,[t] et

[*] *In fodinis metallicis non sunt ea animalia.*

et al. ante Harduin. *sulphure.*—4 Vet. Dalec. *muniti.*—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *plumbi e fornacibus* Gronov. et vulgg. —6 Vet. Dalec. *scobi p. l. quæsitæ sulphur.*—7 Idem Vet. *cum a seipso.*—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *lapideo*, e Diosc.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lavatur. Est istius vis ut Cadmiæ* margo edd. Dalec. et Gronov. *lavatur ut stibi et cadmia* Gronov. et vulgg.—10 *Usus ejusdem* Vet. Dalec.

NOTÆ

[m] *Quidam in coquendo*] Diosc. loc. cit. Ῥινίσματα μολίβδου βαλὼν κατὰ θείου, κ. τ. λ.

[n] *Fit et lotura*] Plumbi scilicet, quod lavatur ea quæ subjicitur ratione, quam et Diosc. totidem verbis prodidit v. 95.

[o] *Postea*] Diosc. loc. cit.

[p] *Quidam limatum*] Diosc. loc. cit. —'Mox deinde plumbaginem appellat, argenti venam plumbo mixtam.' *Ed. sec.*

[q] *Plumbeo pistillo*] Plumbeum modo Dioscorides loc. cit. modo lapideum asciscit.

[r] *Id autem*] Vide Notas et Emend. num. 27.

[s] *Potest astringere*] Hæc totidem fere verbis Diosc. loc. cit. Δύναται δὲ ψύχειν, στύφειν, παρεμπλάττειν, μαλάττειν, πληροῦν τὰ κοιλώματα, στέλλειν τὰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ῥεύματα, κ. τ. λ. *Potest refrigerare, astringere, spiracula cutis obducere, mollire, cava explere, sistere oculorum fluxiones, &c.*

[t] *Procidentiam eorum*] Celsus VI. 6. 'Nonnunquam ingens inflammatio tanto impetu erumpit, ut oculos sua sede propellat: proprie enim πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidunt, Græci appellant.'

Digitized by Google

inanitatem ulcerum, excrescentiave,[u] rimasque[11] sedis, aut hæmorrhoidas, aut condylomata. Ad hæc maxime lotura plumbi facit:[12] cinis autem usti ad ulcera serpentia, aut sordida: eademque, quæ chartis,[v] ratio profectus. Uritur autem[w] in patinis per laminas minutas cum sulfure, versatum rudibus ferreis[x] aut ferulaceis, donec liquor mutetur in cinerem. Dein refrigeratum teritur in farinam. Alii limatam[13] scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum. Aliqui cerussam miscent pari mensura, aut hordeum, teruntque, ut in crudo dictum est,[y] et præferunt sic tritum[14] plumbum spodio Cyprio.

LI. Scoria quoque[a] plumbi in usu est, optimaque, quæ[1] ad luteum maxime colorem accedit, sine plumbi[b] reliquiis, aut sulfuris specie, et terra carens. Lavatur[c] hæc in mortariis minutim fracta, donec aqua luteum colorem trahat, et transfunditur in vas purum, idque sæpius, usque dum sub-

Usus eodem cod. Dalec. Mox, *procedentia eorum* cod. Dalec.—11 Gronov. et al. ante Harduin. *et inanitatem et hulcerum excrescentia, rimasque.*—12 Cod. Dalec. *sit.*—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Alii elimatam* Gronov. et al. vett.—14 Vox *tritum* deest in Vet. Dalec.

NOTÆ

[u] *Et inanitatem ulcerum, excrescentiave*] Sic Reg. 2. Hoc est, cava explet ulcera, sistitque eorundem ulcerum carnes excrescentes. Sic Diosc. v. 95. *Δύναται δὲ . . . πληροῦν τὰ κοιλώματα, στέλλειν . . . . τὰ ὑπερσαρκοῦντα τῶν ἑλκῶν.* Prius legebatur, *et inanitatem, et ulcerum excrescentia:* ut labor esset investigare, quod morbi genus esset inanitas oculorum, medicis adhuc ignotum.

[v] *Quæ chartis*] De chartæ in medicina usu dictum est XXIV. 51.

[w] *Uritur autem*] Quæ capite reliquo continentur, totidem ea verbis expressit Diosc. v. 96. Sed quid causæ sit cur ustionem a coctione Plinius nunc secernat, cum eadem fieri utramque ratione doceat, amplius considerandum est.

[x] *Rudibus ferreis*] Sic Mss. omnes, et editi: non *trudibus*, ut cuidam visum. Diosc. loc. cit. hoc tantum, *κίνει σιδήρῳ*, ferro seu ferrea rude versato. Plinius cap. 54. 'Miscetnrque rudiculis, donec rubescat:' ubi Diosc. v. 103. *νάρθηκι* dicit, hoc est, *ferulacea rudicula.*

[y] *Ut in crudo dictum est*] In crudo plumbo, neque usto: uti dictum est paulo ante, his verbis: 'Fit et lotura plurimi usus,' &c.

[a] *Scoria quoque*] Diosc. totidem verbis v. 97.

[b] *Sine plumbi*] *Μηδὲν ἔχουσα μολιβδῶδες, nihil plumbosi habens.* Diosc. loc. cit.

[c] *Lavatur*] Ad verbum hæc pariter Diosc. loc. cit.

Digitized by Google

sidat, quod utilissimum est:[2] eosdemque effectus habet, quos plumbum, sed acriores.[d] Mirari succurrit experientiam vitæ, ne fæce quidem rerum, excrementorumque fœditate intentata tot modis.

LII. Fit et spodium ex plumbo eodem modo, quo ex Cyprio ære diximus.[e] Lavatur in linteis raris aqua[1] cœlesti, separaturque terrenum transfusione, cribratumque teritur. Quidam pulverem pennis detergere malunt, ac terere in vino odorato.

LIII. Est et molybdæna,[f] quam alio loco galenam vocavimus, vena argenti[1] plumbique communis. Melior hæc,[g] quanto magis aurei coloris, quantoque minus plumbosa, friabilis, et modice gravis. Cocta cum oleo, jocineris colorem trahit. Adhæreseit et auri et argenti fornacibus. Et hanc[2] metallicam vocant. Laudatissima[h] quæ in Zephyrio[i] fiat.[3] Probantur[j] minime terrenæ, minimeque lapidosæ: coquuntur lavanturque scoriæ modo. Usus in liparas,[4 k] ad lenienda refrigerandaque ulcera: emplastrisque,

CAP. LI. 1 Vet. Dalec. *est. Optima quæ.*—2 Ita ex codd. Harduinus; ita quoque Gronov. Miller. et Bipont. *quod vilissimum est* quædam vett. et Franz. Mox, *Eosdem effectus* cod. Dalec.

CAP. LII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *in aqua* Gronov. et vulgg.

CAP. LIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *alibi galenam* ... *plumbi et argenti vena* Gronov. et al. vett.—2 Cod. Dalec. *argentique fornacibus. Hanc.*—3 *Zephyro fit* Vet. Dalec. *Cypro fiat* cod. Dalec.—4 *Usus Liparis* Vet.

NOTÆ

[d] *Sed acriores*] Quoniam magis astringit: Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ κεκαυμένῳ μολίβδῳ, στύφουσα μᾶλλον. Diosc. loc. cit.

[e] *Ex Cyprio ære diximus*] Cap. 34.

[f] *Est et molybdæna*] Μολύβδαινα et μολίβδαινα, Latine *plumbago*. Galenam superius appellavit, XXXIII. 31.

[g] *Melior hæc*] Totidem verbis Diosc. v. 100. Μολύβδαινα δὲ ἀρίστη ἐστὶν ἡ λιθαργυροφανὴς, ξανθὴ, ὑποστίλβουσα, καὶ κιῤῥὰ ἐν τῷ λειοτριβεῖσθαι, ἑψηθεῖσα δὲ ἐλαίῳ ἡπατοειδὴς τῷ χρώματι γίνεται ... Γεννᾶται δὲ ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ.

[h] *Laudatissima*] Alterum hoc genus esse indicat, nec metallicum, ut prius, sed factitium, hoc est, cura ac diligentia præparatum. De gemina enim molybdæna sequitur, 'Probantur minime terrenæ,' &c.

[i] *In Zephyrio*] Ciliciæ oppido, haud procul Coryco monte, ubi laudatissimam reperiri molybdænam, sed fossilem, tradit Diosc. loc. cit.

[j] *Probantur*] Totidem verbis hæc Diosc. loc. cit. et Oribasius lib. XIII. pag. 231.

[k] *Usus in liparas*] Hoc est, in emplastra lenia, quæ *liparas* vocant. Diosc. loc. cit. Μίγνυται δὲ ἐπιτηδειό-

Digitized by Google

quæ non alligantur: sed illita[l] ad cicatricem perducunt, in teneris corporibus mollissimisque partibus. Compositio ejus est libris tribus,[5] et ceræ libra una, olei tribus heminis, quod in senili corpore cum fracibus additur. Temperatur et cum spuma argenti, et scoria plumbi, ad dysenteriam, et tenesmum, fovendo calida.[6] [m]

LIV. Psimmythium[n] quoque, hoc est, cerussam, plumbariæ dant[1] officinæ. Laudatissimum[o] in Rhodo. Fit autem ramentis[p] plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita destillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur et cibratur, iterumque aceto mixto in pastillos dividitur, et in Sole siccatur æstate. Fit et alio modo: addito in urceos aceti plumbo, obturatos per dies decem, derasoque[q] ceu situ, ac rursus

Dalec. Mox, *ad lenienda ac refrigeranda ulcera* cod. Dalec.—5 Vet. Dalec. *est ex ejus libris tribus.*—6 'In codd. Regg. et Editione principe, *fovenda calida.* Quod nec male est. Calida enim debet esse, ut foveatur venter.' *Brotier.*

NOTÆ

τερον αὕτη καὶ ταῖς λιπαραῖς καὶ ἀνεπιδέκτοις ἐμπλάστροις χρησίμως. Sunt qui legant *ἀνεπιδήκτοις*, *emplastris quæ non mordent:* atque ita sane Oribasius loc. cit. Celsus quoque v. 19. in emplastra lenia, seu liparas, *plumbi recrementum* asciscit, quam *σκωρίαν μολύβδου* Græci vocant.

[l] *Sed illita*] Diosc. et Oribas. loc. cit.

[m] *Fovendo calida*] Ita ut foveatur interim venter seu abdomen calida.

[n] *Psimmythium*] *Ψιμμύθιον* Dioscoridi v. 103. Nostris, *de la ceruse, du blanc d'Espagne, du blanc de plomb.*

[o] *Laudatissimum*] Diosc. loc. cit. *Κάλλιστον δὲ ἡγητέον τὸ ἐν Ῥόδῳ σκευασθὲν, ἢ ἐν Κορίνθῳ, ἢ ἐν Λακεδαίμονι· δευτερεύει δὲ τὸ ἐκ Δικαιαρχίας*, *proxima quæ Puteolis.* Nostris temporibus in omnibus Europæ regionibus conficitur.

[p] *Fit autem ramentis*] Bracteas e plumbo ramenta vocat. Diosc. loc. cit. *μολιβδίνην πλίνθον*, *massam plumbeam.* Agricola Fossil. l. IX. p. 357. plumbum dilatatum, sic ut quælibet bractea pondo sit unius libræ. Cetero hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

[q] *Derasoque*] Agricola loc. cit. p. 358. Qui radunt bracteas, decimo quoque die reserant dolium, ... si viderint bracteas vi aceti non esse consumtas, denuo dolium claudunt, idque faciunt usque dum bracteæ totæ dissipentur. Tum liquor purus, qui supernatat, colatur: glutinosum vero, quod in dolii fundo residet, in aliud vas transfusum in Sole siccatur: dein mola trusatili teritur, aut alio modo comminuitur, postea cribratur.

Digitized by Google

rejecto, donec deficiat materia.[a] Quod derasum est, teritur et cribratur, et coquitur in patinis, misceturque rudiculis donec rubescat, et simile sandaracæ[r] fiat. Dein lavatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes eluantur. Siccatur similiter postea, et in pastillos dividitur. Vis ejus eadem, quæ supra dictis:[s] levissima tantum[2] ex omnibus: præterque ad candorem[t] fœminarum adhibetur.[3] Est autem[u] letalis potus, sicut spumæ[4] argenti. Postea cerussa[5] ipsa si coquatur, rufescit.

LV. Sandaracæ[1] quoque propemodum dicta natura est.[a]

[a] *Et deraso quasi situ, sive lanugine, quæ plumbo ex humore aceti hæsit, rursusque dejecto plumbo in urceos aceti.*

CAP. LIV. 1 Cod. Dalec. *edunt.*—2 Vet. Dalec. *tamen.*—3 'Ita codd. Regg. 3. 5. In cod. Reg. 2. et Editione principe deest *adhibetur.*' Brotier. *propterea que ad c. fœminarum adhibetur* cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *potu, sicut spuma.*—5 *Præterea cerussa* margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. LV. 1 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *Sandarachæ* Gro-

NOTÆ

[r] *Et simile sandaracæ*] Unde sic parata cerussa, et a Vitruvio sandaraca dicitur, quod est ei colore similis. A quibusdam etiam Sandyx nominatur. Hæc verbis totidem Diosc. loc. cit.

[s] *Vis ... quæ supra dictis*] Nempe quæ plumbo, plumbique scoriæ, et molybdænæ.

[t] *Præterque ad candorem*] Martialis II. 41. 'Cerussata timet Sabella Solem.' Et VII. 24. 'Et cerussata candidiora cute.' Sed haud paulo elegantius Lucianus in Anthol. II. 9. Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δὲ σὸν οὔποτε βάψεις, Οὐδὲ παρειάων ἐκτανύσεις ῥυτίδας. Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, Ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν. Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί· τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην, Ἑλένην. *Tinge comas, si vis: tingi negat ipsa senectus: Nec dabitur rugas explicuisse genis. Parce, precor, vetulum cerussa pingere vultum: Personam videor cernere, non faciem. Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus, et omne Hoc genus, ex Hecuba non facient Helenam.* Quæ vero fœminæ cerussa pro fuco utuntur, inquit Brasavolus in Exam. Metall. pag. 424. cum veneni maleficium cerussa habeat, halitus inde fœtorem trahunt, dentiumque putredinem; et ante tempus facies universa rugis aratur.

[u] *Est autem*] Diosc. loc. cit. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἀναιρετικῶν. Quos morbos afferat cerussæ potus, idem explanat in Alexiph. cap. 22.

[a] *Sandaracæ .... dicta natura est*] Hoc est, vis ac potestas: nempe quoties in compositione medicamentorum, id autem toto hoc opere sæpissime contigit, adhibita sandaraca est. Σανδαράχη Dioscoridi V. 122. Galeno de Fac. Simp. Med. IX. 3. p. 269. etiam σανδαράκη. *De la Sandaraque, ou de l'Arsenic rouge.*

Digitized by Google

Inveniturautem[b] et in aurariis et in argentariis metallis: melior quo magis rufa, quoque magis virus[c] redolens,[2] ac pura, friabilisque. Valet purgare,[d] sistere, excalfacere, perrodere. Summa ejus dos septica.[e] Explet alopecias[f] ex aceto illita. Additur oculorum[3 g] medicamentis. Fauces purgat[h] cum melle sumta. Suspiriosis[4] tussientibusque jucunde medetur, cum resina terebinthina in cibo[5] sumta.[i] Suffita[j] quoque cum cedro,[6] ipso nidore iisdem medetur.[7]

LVI. Et arrenicum[1] ex eadem est materia.[k] Quod op-

nov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Cod. Dalec. *quo magis virus redolens.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pediculorum*, e Diosc.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *cum melle sumta. Vocem lympidam ac canoram facit. Suspirosis.* Hæc tota clausula, *Vocem l. ac. c. facit*, deest in codd. Dalec.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *catapotio*, e Diosc.—6 Ibid. ex eodem, *resina.*—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *eis medetur* cod. Dalec. *itidem medetur* Gronov. et vulgg.

CAP. LVI. 1 'Ita codd. Regg. In Editione principe *arsenicum.* Arreni-

NOTÆ

[b] *Invenitur autem*] Isidorus XIX. 17. hæc totidem verbis.

[c] *Quoque magis virus*] Isidorus loc. cit. At Diosc. v. 122. rufam, friabilemque pariter anteponit, et quæ sulfuris virus redoleat, ἔτι δὲ θειώδη ἀποφορὰν ἔχουσαν. Quod et Brasavolus confirmat de Exam. Gumm. pag. 391.

[d] *Valet purgare*] Celsus v. 5. 'Purgant ærugo, auri pigmentum, quod ἀρσενικὸν a Græcis nominatur: huic autem et sandaracæ in omnia eadem vis.'

[e] *Summa ejus dos septica*] Et sandaracæ pariter et arsenico Diosc. loc. cit. δύναμιν σηπτικὴν attribuit, hoc est, *vim putrefaciendi*, absumendique carnes excrescentes. Etiam vim ei καυστικὴν inesse ait Aëtius, ut et arsenico, II. 77. ex Ms. Græco.

[f] *Explet alopecias*] Marcellus Empir. c. 6. p. 47. Theod. Priscianus I. 2. et Plinius Valer. I. 6. At Diosc. loc. cit. non ex aceto, sed ex resina.

[g] *Additur oculorum*] Cerussa sane usta, quam et sandaracam quidam vocitarunt, crebro in medicamentis oculorum a Celso adhibetur, VI. 6. Ad pediculos palpebrarum, sandaraca semel ibidem.

[h] *Fauces purgat*] Vocem canoram facit, limpidamque, inquit Diosc. loc. cit. Φωνήν τε ἀποκαθαίρει ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι.

[i] *Suspiriosis . . . in cibo sumta*] Ex ovo sorbili, inquit Marcellus Empir. c. 16. p. 118. et Plinius Valer. I. 58. Cum resina in catapotio sumta, καὶ ἀσθματικοῖς σὺν ῥητίνῃ καταπότιον δίδοται, Diosc. loc. cit.

[j] *Suffita*] Diosc. loc. cit. Καὶ ὑποθυμιᾶται σὺν ῥητίνῃ, καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα, διὰ σιφῶνος ἑλκομένου τοῦ ἀτμοῦ τῷ στόματι. *Quin et adversus veterem tussim cum resina suffitur, nidore per fistulam in os attracto.*

[k] *Et arrenicum* [*arsenicum*] *ex eadem est materia*] Hoc est, ut ait Isidorus

Digitized by Google

timum,[1] coloris etiam in auro[2] excellentis: quod vero pallidius aut sandaracæ simile est,[3] deterius existimatur. Est et tertium[m] genus, quo miscetur aureus color sandaracæ.[4] Utraque hæc[n] squamosa. Illud vero[o] siccum, purumque, gracili venarum discursu fissile. Vis eadem quæ supra,[p] sed[5] acrior. Itaque et causticis additur, et psilothris.[q] Tollit et pterygia digitorum, carnesque narium, et condylomata, et quicquid excrescit.[r] Torretur,[s] ut validius prosit, in nova testa, donec mutet colorem.



cum, vel arsenicum, *l'arsenic.*' Brotier. *arsenicum* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Vet. Dalec. *etiam, ut in auro.* Mox, *excellentis* cod. Dalec. *excellentius* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. '*Coloris etiam in auro excellentis*] Ita Mss. Reg. Pintian. et Editio princeps. In Ms. Dalecamp. *ut in auro excellentis.* Male emendatum in recentioribus editionibus, *coloris etiam in auro, excellentius.* Sic enim nec Latinitas, nec sensus constant. Emendavit Cl. Durand, *coloris etiam, ut auro, excellentis.*' Brotier.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *similius est* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *sandarachæ naturæ.*—5 Idem Vet. *quæ sandarachæ, sed.*

NOTÆ

XIX. 17. et Diosc. v. 121. in iisdem metallis, quibus sandaraca, gignitur. Ἀρσενικὸν κατὰ τὰ αὐτὰ γεννᾶται μέταλλα τῇ σανδαράχῃ. Latini, ut auctor est Scribonius Compos. 114. auripigmentum vocant: nostri, *Orpin, arsenic.*

[l] *Quod optimum*] Diosc. v. 121. Ἄριστον δὲ ἡγητέον τὸ πλακῶδες καὶ χρυσίζον τῇ χρόᾳ. *Optimum existimatur crustosum, auri colore micans.* Idem alterum, quod sandaracæ simile est, secundum locum tenere ait.

[m] *Est et tertium*] In quo cum colore auri miscetur sandaracæ color.

[n] *Utraque hæc*] Genus hoc utrumque, et quod pallidius est, et quod tertium genus appellavit, squamosum, hoc est, squamatim in crustas fissile: τὰς πλάκας λεπιζομένας ἔχον ὡς ἀεὶ ἐπικειμένας ἀλλήλαις. Diosc. loc. cit.

[o] *Illud vero*] Excellentius illud genus, quod priore loco indicatum est.

[p] *Vis eadem quæ supra*] Quæ sandaracæ. Diosc. v. 122. et Celsus v. 5.

[q] *Et psilothris*] Nam pilos detrahit: ψιλοῖ δὲ τρίχας. Diosc. v. 121.

[r] *Et quicquid excrescit*] Diosc. loc. cit. Ἔστι δὲ τῶν στελλόντων. Clavos etiam pedum reprimi eo, auctor est Marcellus Empir. c. 34. p. 234.

[s] *Torretur*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. Ἐπ' ὀστράκου καινοῦ ἐπερεισάμενος αὐτὸ, θὲς ἐπὶ διαπύρου ἄνθρακος, καὶ στρέφε συνεχῶς· ὡς δ' ἂν πυρωθῇ καὶ μεταβάλλῃ, ψύξας καὶ λεάνας ἀποτίθεσο. *Testæ novæ inditum carbonibus ignitis imponito, assidueque versato, donec igne flagret, coloremque mutet: deinde refrigeratum tritumque recondito.*

Digitized by Google

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXXIV.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. Cap. i. *Hinc æra militum, Tribuni ærarii, et ærarium, obærati, et ære diruti*] In libris ad hunc diem vulgatis, *et obærati ab ære dicti*. In Reg. 2. trajectis literis, *obærati ere eruditi.* Nihil certius emendatione nostra, quam non Festus modo confirmat, cujus verba recitavimus in prioribus Notis, sed et Varro de Vita Populi Rom. lib. ii. 'Stipendium appellabatur, quod æs militi semestre aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam, ære dirutus esset.' Usus voce ea Tullius in Verrem vii. 33. 'Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus est:' hoc est, ære sive stipendio debito mulctatus, privatusque.

2. Ibid. *Docuimus quamdiu populus Rom. ære tantum signato usus sit. Sed et alia vetustas æqualem Urbi auctoritatem ejus declarat, &c.*] Sic Reg. 2. Joannis Chiffletii codex, teste Claudio fratre de Antiq. Num. c. 8. p. 59. Interpolatores in libris ad hunc diem vulgatis: *usus esset, et alia quæ vetustas tradidit, cum æqualem, &c.* Nempe ut perspicuæ per se orationi tenebras offunderent.

3. Cap. xi. *Non præteribo Cn. Octavium, ob unum verbum: hic regem Antiochum, daturum se responsum dicentem, virga quam tenebat forte circumscripsit*] Hic eruditi omnes Plinio dicam scribunt, quod C. Octavium vocet eum, quem C. Popilium ceteri scriptores appellant: Valerius Max. vi. 4. p. 307. Livius lib. xlv. p. 575. 'Popilius, pro cetera asperitate animi, virga, quam in manu gerebat, circumscripsit regem, ac, Priusquam hoc circulo excedas, inquit, redde responsum, Senatui quod referam. Obstupefactus tam violento imperio, parumper cum hæsitasset: Faciam, inquit, quod censet Senatus. Tum demum Popilius dextram regi, tanquam socio atque amico, porrexit.' Velleius item lib. i. p. 4. Plutarchus, in Apophthegm. p. 202. Appianus in Syriac. p. 131. Quamobrem hallucinatum esse Plinium omnes affirmant, qui nomina permutarit. Sed mirum quantum homines alias oculatos hac in parte ratio fugerit. Simile factum commemorari nunc a Plinio, non rem illam ipsam, quam ceteri mox allati, contendimus. Ne putemus idem esse, et tempora, et lega-

Digitized by Google

tionis causa exitusque vetant. Prior illa Popilii legatio ad Antiochum ejus nominis quartum instituta est: ista Octavii, ad nepotem illius, qui fuit ejus nominis sextus, ut diximus in prioribus Notis. Peracta Popilii legatio ante Alexandriæ mœnia, quo exercitum Antiochi ex Ægypto in Syriam reduceret: ista Octavii Laodiceæ Syriæ, ut elephantos alere, classemque habere regem prohiberet: Popilium in eo munere, aliove interfectum casu, aut immature obiisse, nemo veterum dicit: Octavium ibi cæsum constat. Statuam illi decretam legimus omnino nullam: isti reddita est singularis. Itaque simili arte usus sane fuerit Octavius ad coërcendum more Romano nepotem, quam Popilius multo ante in avo adhibuerat: nomina idcirco a Plinio permutata pernego. Ac ne temere dictum id a me videatur, vadem ejus rei Tullium habeo, ex quo exscripsisse rem totam Plinius videtur; sic enim ille, primum de Octavio Philip. IX. 4. 'Cn. Octavii, clari et magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit Consulatum, statuam videmus in Rostris. Nemo enim tum novitati invidebat: nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octavii, in qua periculi suspicio non subesset. Nam cum esset missus a Senatu ad animos regum perspiciendos, liberorumque populorum; maximeque ut nepotem Antiochi regis, ejus qui cum majoribus nostris bella gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet; Laodiceæ in gymnasio a quodam Leptine est interfectus. Reddita est ei tum a majoribus statua pro vita: quæ multos per annos progeniem ejus honestaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam sola restaret.' Idem vero de Popilio, Philippica proxime superiore, ne lapsum memoria Tullium in altera putes, num. 23. 'Proh Dii immortales! ubi est ille mos, virtusque majorum? C. Popilius apud majores nostros, cum ad Antiochum regem Legatus missus esset, et verbis Senatus denuntiasset, ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat; cum tempus ille differret, virgula stantem circumscripsit; dixitque, se non ante renuntiaturum Senatui nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet.'—'Quamobrem hallucinatum esse Plinium omnes affirmant, qui nomina permutarit. Verum absolvere Plinium aliqua ex parte Tullius potest videri; qui rem utramque narrat. Sic enim ille,' &c. *Ed. sec.*

4. CAP. XII. *Simulacra celebri loco dicari: ea stetere donec Sylla Dictator ibi Curiam faceret*] In libris hactenus editis: *celebri loco dicari, donec Sylla, &c.* ceteris prætermissis, quæ nos restituimus ex vestigiis codicis Regii 2. in quo vidimus, *dicari ea est etcredone Sylla, &c.* certa plane emendatione.

5. CAP. XVIII. *Talis in Campo Martio Jupiter a Divo Claudio Cæsare dicatus, qui vocatur Pompeianus a vicinitate theatri*] In Reg. 2. et Colb. 3. *qui devoratur Pompeiani theatri vicinitate:* quibus verbis potest hæc subesse sententia, theatri ejus proximitate minui, deprimi, minusque grandem apparere Jovem hunc colosseum. Sed nec eam loquendi formam Pliniano stylo dignam, ac, vel si foret, alieno positam loco censemus. In Parmensi edit. *qui ideo vocatur.* Lectioni sane pervulgatæ egregie favet P. Victor, in descriptione Urbis Romæ: et ab eo vicissim lucem accipit. Sic enim ille, Regione nona: 'Theatrum Balbi capit loca triginta millia nonaginta quinque. Claudius Cæsar dedicavit, et appellatur a vicinitate. Jupiter Pompeianus .... Theatrum Pompeii,' &c. Qui locus et per se, ni fallimur, mutilus, et præpostere interpunctus editorum incuria, vel ex hoc Plinii loco intelligitur, quo Jo-

Digitized by Google

vem ipsum Pompeianum a Claudio dedicatum, et a vicinitate, quæcumque demum ea sit, traxisse nomen admonemur. Itaque apud P. Victorem legi haud dubie satius multo fuerit: 'Theatrum Balbi .... Jupiter, quem Claudius Cæsar dedicavit, et appellatur a vicinitate Jupiter Pompeianus.'

6. Cap. xix. *Olympiade LXXXIV. circiter CCC. nostræ Urbis anno*] Ita Reg. 2. non, ut editi, *LXXXIII.* Incidit porro Olympias ea lxxxiii. in annum Urbis conditæ cccix. Quare caute Plinius *circiter* dixit.

7. Ibid. *Myron Lycium*] Sententiam hujus loci esse diximus, ut Polycletó Argium, ceterosque, sic Myroni Lycium discipulum extitisse. Libri omnes hactenus editi *Myronem Lycium* præ se ferunt, ut videatur esse sententia, æque Polycleti discipulum Myronem fuisse e Lycia oriundum, atque ceteros ante recensitos. Sed præterquam quod Mss. codices Reg. 2. et Colb. 3. adversantur, in quibus *Myron Lycium* legitur: et Myronem ex superius jam recensitis esse perspicuum est, et Lycium paulo post Myronis discipulum fuisse verbis conceptis affirmatur, hoc ipso cap.

'De Annis Alexandri Magni,
Ad illa Plinii verba cap. 19. 'Centesima quarta decima Olympiade, Lysippus fuit, cum et Alexander Magnus,' &c.

Sententia horum verborum est, tunc floruisse Lysippum, cum et Alexander Magnus floreret; non autem tunc floruisse illum, aut ipso anno, quo iste supremum diem clausit, ut necesse est dicere, si vulgarem Olympiadum calculum secutus est Plinius; aut, ut olim conjiciebamus paulo timidiores, primo ipso Alexandri anno: sed jam ipso ab annis aliquot, nempe ab annis sex, ut mox constabit, regnum Macedonicum administrante. Nam sic etiam, si teste opus est in re perspicua, Interpres Gallicus verba Plinii intellexit, quæ sic transtulit: *En la cent quatorziéme Olympiade, Lysippus étoit en être, durant le regne d'Alexandre le Grand.* Hæc verba certe non primum, nedum supremum, sed annos Principis decurrentes designant. Annos autem omnino triginta regnasse Alexandrum nummi antiqui clamant, tametsi id olim non animadvertimus, veriti longius ab Antiquariorum præconcepta opinione discedere. At nunc demum detecta rei veritate, annos principatus omnino tricenos Alexandro Magno cum nummis antiquis constanter asserimus; et in eo annorum ipsius numero statuendo mirifice cum illis consentire Sacras Literas, calculum Olympiadum Plinianum, defectum denique Lunæ a Plinio ea die annotatum, qua Darium vicit Alexander. Nam hæc certe numismata vidimus Alexandri M. cum numero annorum ipsius principatus.

1. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum. .X. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Jupiter sedet, dextra aquilam, sinistra hastam gerit. In cathedræ intercolumnio Φ. *Phthiam* denotat, sive *Phthiotida* in Thessalia. Latere dextro Δ. annum *quartum* significat. Argenteus est maximæ molis, in Thesauro Regio.

2. Caput idem. .X. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Jupiter sedet. In cathedræ intercolumnio ΑΡ. *Arethusam* significat in Macedonia. Latere dextro os Leonis, et Ε. anno *quinto*. Argenteus ibidem tetradrachmus est.

3. Caput idem. .X. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Jupiter sedet. In ipso intercolumnio cathedræ litera jacens Ξ. annum *octavum* Alexandri designat. Latere

dextro literis implexis ΜΥΡ. *Myrina* est, in Lemno insula civitas, de qua Plinius IV. 23.

4. Caput Alexandri M. tectum galea. .)(. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Victoria stans palmam sinistra gestat, dextra coronam ostentat. Latere dextro, Η. annum *octavum* designat. Ad pedes Victoriæ in corona literis implexis ΜΥΡ. *Myrina* est, ut proxime. Aureus hic nummus perpulcher est apud D. de Clesves.

5. Caput Alexandri M. leonina pelle tectum, naso adunco et incurvo. .)(. Jupiter sedens, dextra aquilam, sinistra hastam gerit. Latere sinistro nummi epigraphe, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. In imo cathedræ intercolumnio, in qua Jupiter sedet, litera Θ. annum *nonum* Alexandri designat. Et hic nummus tetradrachmæ pondere argenteus, in Cimelio nostro Parisiensi.

6. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum. .)(. Jupiter sedet, ut proxime. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Latere dextro nummi, ΔΙ. hoc est, anno *quartodecimo*. Est hic argenteus formæ mediocris, in Cimelio domus Professæ nostræ in hac civitate.

7. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum; appositis ad latus literis ΙΗ. hoc est, anno *decimo octavo*. .)(. Clava cum pharetra, et nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Est ex minimo ære perelegans ap. Cl. Virum D. Baudelot.

8. Caput Alexandri Magni galeatum, absque epigraphe. .)(. Victoria dextroversum incedens coronam ostentat, ut victoriam scilicet Persicam Occidenti et Macedoniæ annuntiet: quo ipso dextro latere malum Punicum sive granatum, et sub eo litera Α. quæ *primum* Imperii Persici annum indicat: a tergo Victoria quasi relinquente literam Κ. quæ est in sinistro nummi latere, et *vicesimum* Alexandri, in Macedonia utique, annum designat. Abest Alexandri nomen; existimante sane ingenioso opifice, frustra nomen apponi, quo tempore nec alius in orbe princeps nummos ex argento cuderet, præter Alexandrum: et omnia in isto numismate victoriam Persicam prædicarent: nempe galeatum caput, Victoria retro apposita, malogranatum Persici imperii nota, annus ibi denique primus cum vicesimo compositus. Nam cuinam possent principi hæ notæ convenire, præterquam uni Alexandro? Nam malogranatum pro indice regni Persici ibi esse, quod ferax horum fructuum ea regio sit, testis afferri potest Plutarchus, qui pomum hujusmodi magnitudine insigne oblatum fuisse Artaxerxi refert in ejus Vita, pag. 1013. Favet et Herodotus VII. 41. Est hic nummus sane perrarus ac singularis, ex argento, primæ molis, in hac civitate Parisiensi, in locupletissimo cimelio, D. le Hay: a quo numismatis expressam in cera imaginem accepimus.

9. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum. .)(. Jupiter sedet, ut in prioribus nummis. Latere sinistro ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Dextro Κ< : connexis duabus literis Κ. et Α. quibus annus Alexandri *vicesimus primus* notatur. Eximius hic nummus ex argento, mediocris moduli, sed eleganti fabrica est, apud D. de Boze. Alius ibi, similis formæ, habet literam Κ. duntaxat, hoc est, annum *vicesimum*.

10. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum. .)(. Jupiter sedet, ut in nummo priore. Latere nummi sinistro, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ: dextro ad crura Jovis, ΚΓ. hoc est, anno *vicesimo tertio*: supra ad ejusdem genua, ΑΣ. hoc est, Ἀσπληδονίων in Bœotia. Sic enim in nummis ejusdem Alexandri Magni ΚΛΕ. Κλεωναίων est. Neque extra Græciam fere cusa hujus principis nomine numismata sunt. Est hic maximi moduli nummus argenteus apud D. Abbatem Fawel.

Digitized by Google

Habemus hujus præclari numismatis et duorum sequentium, hoc est duodecimi et XIII. expressam in cera effigiem, ejusdem amici cura. Est apud P. de Vitry argenteus denarius similis, cum anno ΚΓ. et intra sellam ΜΕ. hoc est, *Megaris* in Bœotia. Nummi impressam in cera effigiem habemus.

11. Caput Alexandri Magni tectum pelle leonina. .)(. Jupiter sedet, ut in nummo priore. Latere nummi sinistro, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Dextro, ΚΔ. hoc est, anno *vicesimo quarto*. Est apud P. de Vitry, nummus maximæ molis argenteus, cujus habemus in cera impressam imaginem.

12. Caput Alexandri Magni tectum pelle leonina. .)(. Jupiter sedet, ut in nummo priore. Latere nummi sinistro, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Latere dextro ad Jovis genua ΚΕ. hoc est, anno *vicesimo quinto*. Est in Thesauro Regio, maximæ molis argenteus. Apud D. de Boze idem est, sed cum superpositis numero annorum his literis, ΑΣ. ΚΕ. hoc est, 'Ασπληδονίων *anno XXV*. Alexandri Magni. In alio, quem exhibet Sylloge Numismatum Londini edita anno 1708. superposita est literis numeralibus ΚΕ. litera Φ. quæ Phthiam, vel Phthiotida denotat, in Thessalia.

13. Caput Alexandri Magni leonina pelle tectum. .)(. Jupiter sedet, ut in nummis superioribus. Latere sinistro ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Latere dextro Λ. hoc est, *anno tricesimo*. Est hic argenteus similiter egregiæ fabricæ, et majoris moduli, in Thesauro Regio, et apud D. de Boze. In Museo nostro argenteus est mole denarii, qui in intercolumnio cathedræ, in qua Jupiter sedet, eandem habet literam Λ. hoc est, *annum tricesimum*.

Quid porro hi numeri in nummis principum notati quam annos ipsorum principatus designant? Fuit ulmirum Alexander claritatis ac celebritatis tantæ, ut dignus visus sit Monetariis ex quo prægigneretur mos annos principum consignandi in nummis. Exinde certe in numismatis successorum ejus eadem observata ratio est : prius non comparet.

Nunc igitur annorum Alexandri Magni gemina Chronologia digerenda hic est, et subjicienda oculis : vulgaris altera, altera vera ; hoc est, cum Sacris Libris, ut diximus, cum calculo Olympiadum Pliniano, cum numismatis veteribus, et cum siderum observatione, quam Plinius diligenter descripsit, eximie consentiens :

Anni ante Chr.	*Anni U. C.*	*Olympiadum calculus vulgaris, cum vulgari Chronol.*		*Olympiadum calculus Plinianus, et vera Chronologia.*		
342.	412.	CIX.	3.	CXII.	3.	Primus Alexandri annus in Macedonia paulò ante mensem Septembrem.
341.	413.		4.		4.	
340.	414.	CX.	1.	CXIII.	1.	
339.	415.		2.		2.	Annus Alexandri Δ. *quartus*, in nummo vetere a Septembri hujus anni.
338.	416.		3.		3.	Annus Alexandri Ε. *quintus*, in nummo vetere, a Septembri hujus anni.
337.	417.		4.		4.	

Digitized by Google

336.	418.	CXI.	1. Primus Alexan. annus	CXIV.	1.	Centesima quartadecima Olympiade fuit Lysippus cum et Alex. M. Plin. XXXIV. 19.
335.	419.		2.		2.	Annus Alex. H. *octavus*, in nummo vetere gemino, a Septembri hujus anni.
334.	420.		3.		3.	Annus Alex. Θ. *nonus*, in nummo vetere, a Septembri hujus anni.
333.	421.		4.		4.	
332.	422.	CXII.	1.	CXV.	1.	
331.	423.		2.	Darium vincit Alex.	2.	
330.	424.		3.		3.	
329.	425.		4.		4.	Annus Alex. ΔI. *quartus-decimus*, in nummo vetere, a Septembri hujus anni.
328.	426.	CXIII.	1.	CXVI.	1.	
327.	427.		2.		2.	
326.	428.		3.		3.	
325.	429.		4.		4.	Annus Alex. IH. *decimus octavus*, in nummo vetere a Septembri hujus anni.
324.	430.	CXIV.		CXVII. Alexand. obit Babylone die 19. Julii.	1.	'Nobili apud Arabiam M. Alexandri victoria Luna defecisse noctis secunda hora prodita est, eademque in Sicilia exoriens.' Nempe die VIII. Maii. Plinius II. 72. Mox 'Alexander primus regnavit in Græcia.' I. Macch. I. 1. hoc est, in Syria, quam Græci reges, post Alexandrum pariter Græcum, Persis ejectis, obtinuerunt. Neque enim in ea Græcia regnare potuit Alexander, nisi devicto Dario. Ergo in ea Græcia 'regnavit annis duodecim.' I. Macch. I. 8. quorum hic annus primus est.
323.	431.		2.		2.	Annus Alexandri K. *vice-*

Digitized by Google

						simus: idemque A. *primus* in Perside : Septembri anni hujus incipiens, ex nummo vetere.
322.	432.		3.		3.	Annus Alex. KA. *vicesimus primus*, a Septembri hujus anni, ex nummo vetere.
321.	433.		4.		4.	
320.	434.	CXV.	1.	CXVIII.	1.	Annus Alexandri KΓ. *vicesimus tertius*, ex nummo vetere, a Septembri anni hujus incipiens.
319.	35.		2.		2.	Annus Alex. KΔ. *vicesimus quartus*, ex nummo vetere, a Septembri hujus anni incipiens.
318.	436.		3.		3.	Annus Alexandri KE. *vicesimus quintus*, a Septembri anni hujus, ex nummis veteribus.
317.	437.		4.		4.	
316.	438.	CXVI.	1.	CXIX.	1.	
315.	439.		2.		2.	
314.	440.		3.		3.	
313.	441.		4.		4.	Annus Alex. Λ. *tricesimus*, a Septembri anni hujus, ex nummis tribus veteribus.
312.	442.	CXVII.	1.	CXX.	1.	De Alexand. M. I. Macch. I. 6. 'Et post hæc decidit in lectum, et cognovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti in juventute: et divisit illis regnum suum, cum adhuc viveret. Et regnavit Alexander (in Græcia Syriaca) annis duodecim, et mortuus est,' mense circiter Junio. In hunc locum egregia est Menochii nostri ac plena judicii et spiritus vere Christiani vox : 'Negant hoc profani scriptores,' inquit,

Digitized by Google

			'sed gravior et potior apud nos Sacræ Scripturæ auctoritas, quæ ita factum affirmat.' Triumphasset, si sciret, cum Sacris Literis, Solis ac Lunæ, Pliniique, ac veterum numismatum testimonium facere.
311.	413.	2. Annus primus Seleucidarum, a Sept. mense superioris anni.	2. Annus primus Græcorum, a Septembri mense superioris anni, I. Macch. I. 9. de Alexandro M. 'Et obtinuerunt pueri ejus regnum, unusquisque in loco suo; et imposuerunt omnes Seleucus, Ptolemæus, et alii, sibi diadema, statim post mortem ejus. Seleuci filii, et Ptolemæi, post eos annis multis: et multiplicata sunt mala in terra.' Hinc æra Græcorum, cujus hic annus primus est, ab obitu Alexandri cœpit, hoc est, tertio circiter post mense, sive Septembri.

In allatis autem numismatis insigne præ ceteris est numisma octavum, quod geminam notationem temporis exhibet: alteram anni in Perside primi; alteram anni in Macedonia vicesimi, qui in annum illum primum Persici imperii incidebat. Prohibet autem præterea nummus decimus tertius, in quo annus est tricesimus annotatus, ne aliis aut ipse aut nummi ceteri affigantur annis, quam quibus eosdem tribuimus. Demonstrat enim annum quidem regni tricesimum vidisse Alexandrum, sed non excessisse, siquidem annus sequens primus annus est æræ Græcorum. Nisi forte quis existimet, non annos regni, sed ætatis Alexandri, in nummis ipsius signari: id quod nemo certe in hoc genere exercitatus probaverit, cum omnino sit insolens; et risum de se jampridem præbuerit, qui id similiter de annis, qui sunt in Græcis Commodi Imp. nummis signati, asseruisset. Nihil igitur dici potest consentaneum magis cum ratione temporum, ac vera rerum gestarum serie, quæ initio libri primi Macchabæorum describuntur, quam ista veterum numismatum inter se et cum illa narratione consensio est.' *Ed. sec.*

---

8. Ibid. *Ad ædem Fortunæ hujusque diei*] His postremis verbis duobus carent libri editi. In Reg. 2. aliisque, *hujusce diei:* quæ verba Pintianus cum spuria crederet, *ad ædem Nortiæ Etruscæ Deæ* conjiciebat: lepide sa-

Digitized by Google

ne. Retinenda illa, *hujusce diei*, Turnebus censebat, Advers. XVI. 12. Leopardus item in Emend. Gronovius in Notis, aliique, eo Plutarchi loco permoti, in Mario, pag. 420. quo Catulus ædem vovisse in bello Cimbrico dicitur Fortunæ illius diei, *καθιέρωσεν τὴν τύχην τῆς ἡμέρας ἐκείνης*. At vera scriptura est, *hujusque diei;* sic enim Romani dixerunt, 'Fortunam hujusque diei,' pro 'uniuscujusque.' In Kalendario vetere, apud Gruter. pag. 135. FORT. HVIVSQVE DIEI. Neque hic modo, sed et apud Tullium restituenda vox ea est, de Legib. lib. II. pag. 333. ut ejus verba aperte declarant, cum ait: 'Recte etiam Spes a Calatino consecrata est, Fortunaque, vel hujusque diei, (vulgo 'hujusce' legitur), nam valet ad omnes dies, vel Respiciens, ad opem ferendam, vel Fors,' &c. Omnium enim dierum, nedum unius, seu certæ alicujus, sive hujus aut illius diei Fortunam hujusmodi appellatione signari Cicero liquido demonstrat, propter eam quam adjungit rationem, 'Nam valet in omnes dies.' Quæ ratio non constaret, si ad unum aliquem diem ejus numinis potestas arctaretur, et tam angustis finibus circumscriberetur. Sane hanc vim vocis ejus esse *hujusque*, ut 'uniuscujusque' significet, docuit dudum Marius Victorinus Afer, libro de Orthographia, cujus verba recitare operæ pretium fuerit: 'Et hujusce, et hujusque, recte scribuntur, sed suo loco utraque. Nam ab hocce, fit hujusce. Hujusque autem aliud significat, id est, uniuscujusque.' Apud P. Victorem, in descriptione Urbis, regione decima, legimus, VICVS CLIVVSQVE DIEI, haud dubie pro VICVS HVIVSQVE DIEI. Nam complures urbis Romæ vicos a finitimis Fortunæ templis nomen traxisse, ex P. Victore liquet. Sic Fortunæ Obsequentis vicum in prima regione statuit, Respicientis in decima, aliosque alibi: huncque ipsum locum Onuphrius sic edidit ex Mss. VICVS HVIVSQVE DIEI. FORT. AED. quæ postrema verba ædem Fortunæ significant. Multa ex his delibavit ante nos Brissonius de Formul. lib. I. pag. 52. In inscriptionibus tamen interdum, ut apud Reinesium, pag. 198. ANTISTITES. HVIVSQVE. LOCI. pro 'hujusce loci,' legimus.

9. Ibid. *Item Mercurium, qui fuit Lysimachiæ: Herculem, qui Romæ: alexetera, arma sumentem: Artemona, qui Peripheretos appellatus est*] In libris omnibus ad hunc diem vulgatis legitur, *Herculem qui Romæ Antæum a terra sustinentem*, interpolatione digna plagis. In Mss. Reg. 2. ceterisque codd. *Herculem qui Romæ ha cetera arma sumentem*. Quibus e verbis Pintianus eliciebat, *Qui Romæ, in excetram arma sumentem:* excetra hydram significari notum esse simul admonebat. Gronovius, *ab Otrera arma sumentem*. Parum ambo feliciter. Plane enim tertium quoddam nunc simulacrum intelligitur, ab iis diversum, quorum prius Lysimachiæ, alterum Romæ fuit: quam belle enim in eo verbo, *qui Romæ*, desinit oratio, quo membro priori posterius exacte opponitur! Deinde ad alia duo signa transilit, quæ Græcis, ut solet, verbis effert: sic enim prius *ἀστραγαλίζοντες*, et *διαδούμενος*, et *δορυφόρος*, et mox *περιφόρητος* appellatur. Ἀλεξητὴρ autem quid sit, qui Græcos fontes vel leviter degustarunt, sciunt: et nos in prioribus notis ad hunc locum diximus.

10. Ibid. *Vicit eos Pythagoras Rheginus .... Vicit eum et Leontinus*] Prius *Leontius* legebatur, quo nomine statuarius apud scriptores ceteros nemo occurrit. Et vero de Pythagora altero sermonem esse hoc loco, tum ipsa per se oratio prodit, tum maxime Pausanias lib. VI. p. 366. ubi Astyli Crotoniatæ statuam, quæ Leontio nunc ascribitur, opus esse Pythagoræ admonet, quanquam ille cujas fuerit non indicat. Sed cum

alterius quam Rhegini esse vel ex Plinio perspicuum sit, esse autem Pythagoræ Pausanias verbis conceptis significet, quin Leontini sit minime jam dubium est. Tres igitur eo nomine statuarii fuere, Rheginus, Leontinus, Samius: quod Plinius ipse declarat, mox subjungens: 'Fuit et alius Pythagoras Samius. .... Hic supradicto facie quoque indiscreta similis fuisse traditur: Rhegini autem discipulus .... Sostratus.' Quibus verbis Pythagoram tergeminum aperte signat: Samium; mox alterum supradictum, cui similis Samius fuisse perhibeatur; postremum, Rheginum.

11. Ibid. *Athenis Satyrum: turmam Alexandri, in qua amicorum ejus imagines summa omnium similitudine expressit*] Sic totidem apicibus syllabisque Reg. 2. Colb. 3. Pintiani codex, aliique.—'Sed interpolati. In ceteris enim melioris notæ codicibus Mss. qualis est R. n. 4763. et in libris omnibus editis, nullo excepto, legitur: *Athenis, Satyrorum turmam: Alexandrum amicorumque ejus imagines, &c.* Et vetus interpres Italus, Chr. Landini, anno 1476. sic vertit optime: *In Athene fecie una torma di Satyri: et statue d'Alexandro et di sua amici molto simili dalloro.* Turmam hic interpolatores intelligi voluere, de qua Velleius lib. I. p. 5.' *Ed. sec.*—In vulgatis hactenus libris interpolata lectio: *Athenis Satyrorum turmam: Alexandrum amicorumque ejus imagines, &c.* Quæ sit ea porro turma, ex Velleio discimus, lib. I. pag. 5. 'Hic est,' inquit, 'Q. Metellus Macedonicus, qui porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus sine inscriptione positis, quæ nunc Octaviæ porticibus ambiuntur, fecerat; quique hanc turmam statuarum equestrium, quæ frontem ædium spectant, hodieque maximum ornamentum ejus loci, ex Macedonia detulit. Cujus turmæ hanc causam referunt: Magnum Alexandrum impetrasse a Lysippo, singulari talium auctore operum, ut eorum equitum qui ex ipsius turma apud Granicum flumen ceciderant, expressa similitudine figurarum, faceret statuas, et ipsius quoque iis interponeret.' Quinque et viginti fuisse Macedones, qui in primo pugnæ conflictu ceciderint, quorum æneæ statuæ a Lysippo fictæ, cum ipsius Alexandri simulacro, auctor est Arrianus de Exped. Alex. lib. I. pag. 47.—'Interpolavere hunc locum semieruditi, quibus displicuit dici 'turmam' de satyris, qui sunt certe semper pedestres. Perinde quasi 'turma' nonnisi de equitibus Latine dicatur. At, præter hoc Plinii testimonium, Vulgatus Interpres Veteris Testamenti, vetus idemque optimus (nostro quidem judicio) Latinitatis auctor, si verborum spectetur proprietas, de peditibus persæpe 'turmas' et 'turmam' dixit, ut 2. Paral. XXIII. 8. et alibi.' *Ed. sec.*

12. Ibid. *Fecit et puberem Apollinem, subrepenti lacertæ cominus sagitta insidiantem, quem Sauroctonon vocant*] Vocem eam *Apollinem* admonitu codicum, Regii 2. Colb. 3. Vet. Dalec. aliorumque, in libris hactenus vulgatis prætermissam, restituimus. Favere ei lectioni videtur etiam Martialis, hoc signum describens XIV. 172. cui titulus, 'Sauroctonos Corinthius:' 'Ad te reptanti, puer insidiose, lacertæ Parce: cupit digitis illa perire tuis.' Cupit ea nimirum nobili fato perire, nece a tam nobili puero, Deo utique, illata. Simile conflasse signum Pythagoras Leontinus dicitur hoc ipso capite, Apollinem scilicet, serpentemque sagittis illius confectum.

13. Ibid. *Bryaxis Æsculapium et Seleucum fecit*] Sic libri omnes, etiam Mss. Temperare mihi tamen non queo, quin conjecturam, quæ occurrit animo, suspicionemque prodam, *et Salutem*, scilicet, quam *et Seleucum* legi

Digitized by Google

fortasse commodius posse. Nam Pausanias lib. I. p. 75. Τοῦ δὲ Ἀσκληπίου ἄγαλμα Βρύαξις καὶ αὐτὸ, καὶ τὴν Ὑγείαν ἐποίησεν. *Æsculapii vero et Hygiæ*, hoc est, Sanitatis, sive Salutis, *signa fecit*, quæ Megaris erant. Ex eodem uterque fonte, Pausanias Pliniusque, hausisse istud videntur. Alias appellari conjunctim ambo soliti, Æsculapius et Hygia. Vetus Inscriptio apud Gruterum, p. 67. AESCVLAPIO ET. HYGIAE. Apud Reinesium, p. 152. AESCVLAPIO. EPIDAVRO. D. PP. ET SALVTI. Et p. 156. AESCVLAPIO. ET SANITATI. Epidauri vel socia, vel, ut aliis placet, filia Hygia fuit. Hinc Templum Salutis Romæ, teste Vitruvio I. 2. Fana Salutis duo, regione sexta: et vicus Salutis, et Porta Salutaris ab ea nominata: et apud Varronem de Ling. Lat. lib. IV. collis Salutaris, in Quirinali colle. Sed ne quid tamen in contextu Pliniano moveam, præter consensum codicum, a quibus desciscere religio est, idem Pausanias prohibet, qui Athenis æneam Seleuci statuam in Pœcile porticu fuisse commemorat, Attic. p. 14. etsi artificem non appellat. De Atheniensium vero civitatis ornamentis fere Plinius eo loci agit.

14. Ibid. *Item equitem Simonem, qui primus de equitatu scripsit*] In libris omnibus ad hunc diem vulgatis, *Sarmenem*. In Reg. 2. *Sermonem*. Colb. 3. *Seronem*. Nos interim, cum Dalecampio, *Simonem* ex Xenophonte rescripsimus, cujus hæc verba in libro περὶ ἱππικῆς: Συνέγραψε μὲν οὖν καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς, ὃς καὶ τὸν κατὰ τὸ Ἐλευσίνιον Ἀθήνησι ἵππον χαλκοῦν ἀνέθηκε, καὶ ἐν τῷ βάθρῳ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα ἐξετύπωσεν. *De re equestri igitur scripsit etiam Simon, qui et equum ex ære Athenis juxta Eleusinium dedicavit, atque in basi opera quoque sua expressit*. Immo, teste Hierocle in Hippiatricis, totam rem equestrem ibi expresserat. Sic enim ille in proœmio: Τά τε Σίμωνος ἀποδεῖς τοῦ παλαιοῦ, τῆς ἱππασίας αὐτοῦ τρόπους ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσινίῳ χαράξαντος, καὶ σημήναντος ἐν τοῖς σχήμασι, κ. τ. λ.

15. Ibid. *Eleuthereus Lycius Myronis discipulus fuit*] Libri omnes hactenus editi, *Buthyreus Lycius Myronis discipulus fuit*. Pintianus conjiciebat *Buthytes*, quasi *bovis immolator*, lepido sane commento. Lycium statuarii proprium nomen esse series ipsa elementorum admonet, quæ nomina nunc repræsentat ab simili litera incipientia. Myronis discipulum fuisse etiam paulo ante Plinius affirmavit: immo et filium, Pausanias lib. VI. p. 331. ac ceteri scriptores: Myronem ipsum Eleutheris natum, Plinius idem superius. Quid propius vero videri possit, quam eandem seu filii, seu discipuli, patriam nunc signatam, et *Eleuthereus* temere in *Buthyreus* a librariis esse conversum? Quin et Lycium quoque ipsum Eleutheris oriundum conceptis verbis prodidit Athenæus lib. XI. p. 488. Ἦν δὲ οὗτος (Λύκιος) τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, ὥς Πολέμων φησὶν ἐν πρώτῳ Ἀκροπόλεως. Vidit hoc ante nos Leopardus in Emend. XI. 19.

16. Ibid. *Leochares aquilam, sentientem quid rapiat in Ganymede*] Typi omnes ad hunc diem *Leocras* mendose repræsentant, cum Leocharis mentio superius habita sit raptim, quæ nunc revocatur, ut ejus opera sigillatim percenseantur. Meminit et fictoris et signi ipsius etiam Tatianus Orat. contra Græcos, p. 183. Τίνος δὲ χάριν διὰ Λεωχάρους Γανυμήδη τὸν ἀνδρόγυνον, ὡς τι σπουδαῖον ἔχοντες κτῆμα, τετιμήκατε; *Cur propter Leocharis artificium Ganymedem illum effœminatum, tanquam eximium aliquid habentes, coluitis?*

17. CAP. XXV. *Credunt Seplasiæ omnia fraudibus corrumpenti. Jam quidem facta emplastra et collyria mercantur: tabesque mercium, aut fraus Seplasiæ sic exteritur*] Non unguenta fœdius Seplasia corrupit olim, quam

Digitized by Google

hunc Plinii locum interpolarunt critici. Nos totidem apicibus syllabisque repræsentamus, quot sunt in Regio cod. 2. et Colb. 3. nec quicquam hic conjecturæ tribui opus esse ducimus. In libris hactenus editis: *Credunt Seplasiæ ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti: factaque jam pridem emplastra et collyria mercantur, tabesque mercium. Fraus Seplasiæ sic exteritur.* Salmasius e libris suis priora, qua fecimus ratione, et ipse refingit: cetera ex ingenii conjectura sic pessumdat, in Solin. pag. 1051. *Tabesque mercium aut fraus Seplasiæ sic quæritur eis.*

18. Ibid. *Fit et ex candido ære squama longe Cypria inefficacior*] Curationem huic loco adhibuimus, tum ope codicis Reg. 2. et Colb. 3. in quibus hæc, uti edidimus, totidem syllabis leguntur, tum ipsius Dioscoridis admonitu, ita scribentis v. 89. Φαύλη δὲ ἡ ἐκ τοῦ χαλκοῦ λευκοῦ, λεπτὴ καὶ ἀσθενὴς ὑπάρχουσα. Libri hactenus fere editi, contraria sententia, *Cypria longe efficacior* præ se ferunt; præter Parmensem editionem, quæ cum scriptis codicibus plane congruit. Paulo post, ubi ex eorundem codicum fide edi curavimus, *ocyssime vero contingit coronariorum recisamentis in acetum additis*, typi habent, *ocyssime vero contrahit coronarium, æruginem, recisamentis, &c.* quæ non scriptoris, sed interpolantis manum stylumque resipiunt.

19. Cap. xxx. *Alterius nationis contritum splendescit, ut misy, et est lapidosius. Prodest autem et dentium dolori, &c.*] In libris hactenus vulgatis, *contritum splendescit. Et misy est lapidosius. Prodest autem, &c.* Luxata penitus, nec cohærente satis oratione: immo et falsa: nam et lapidosius esse misy, quam sory, affirmat, quod falsum esse in prioribus Notis docuimus: et prodesse illud dentium dolori, quæ dos est soreos, non a Plinio modo, sed etiam a Dioscoride laudata v. 119. In Reg. 2. cod. *contritum splendescit et misy et est lapidosius:* quæ vestigia sunt minime obscura sinceræ lectionis. Sory Ægyptium Dioscorides loc. cit. frianti nigrum apparere ait: quod inter friandum autem splendescit, ut misy, alterius generis et invalidum illud esse: Τὸ δὲ λαμπυρίζον ἐν τῷ θραυσθῆναι ἐμφερῶς μίσυϊ, ἑτερογενές τε καὶ ἀσθενὲς οἰητέον εἶναι. Neque porro ab his verbis, *Et misy est lapidosius*, incipit instituta de misy oratio: sed a subsequenti multo post sententia, *Misy aliqui tradiderunt, &c.* unde cap. 31. auspicati sumus.

20. Cap. xxxii. *Sed ex eo candidum colorem sentientem violam, lonchoton appellant*] Sic totidem plane syllabarum apicibus Reg. 2. et Colb. 3. Pliniani editores, cum violam sensere, *leucoion* statim, quod violæ albæ nomen est, pro *lonchoton* commode substitui posse arbitrati sunt. At Diosc. v. 14. ex Peteesio Medico λογχωτὸν vocat, quæcumque demum vocis ejus originatio sit. Oribasius item l. xiii. fol. 233. Et Neophytus: λογχωτὸν, τὸ χάλκανθον. Salmasio tamen non idcirco assentimur, legi ita hunc locum jubenti, in Solinum, p. 1159. ex sola ingenii conjectura: *Sic ex eo quod dependet ut lanciola, lonchoton appellant;* libris invitis omnibus.

21. Cap. xli. *Nucleusque quidem* (vel *quidam*) *ferri excoquitur ad indurandam aciem: aliquæ modo ad densandas incudes*] Sic totidem syllabis apicibusque Reg. 2. cod. Editi hactenus libri: *In iis equidem nucleus ferri .... alioque modo.* Et Salmasii conjecturam, ne quid prætermisisse videar, nunc exponam. Sic igitur ille in Solin. p. 1084. *In aliquibus ferrum excoquitur nisi ad indurandam aciem.* Ac *nisi* intelligi pro *nonnisi* jubet, id minus probante Gronovio, qui ipsum *nonnisi* rescribi in contextu mavult.

22. Ibid. *Neque alia genera ferri ex mera acie temperantur: ceteris enim admiscetur mollior complexus. In nos-*

Digitized by Google

tro orbe, &c.] Typi ad hunc diem omnes sic interpungebant : *ceteris enim admiscetur: Mollior complexus in nostro, &c.* Quod vitium non oratio modo ipsa retegit, sed et Isidorus qui hunc locum exscripsit, XVI. 20. atque ita, uti edidimus, interpunxit.

23. CAP. XLII. *Dinochares architectus*] Editi hactenus libri, *Dinocrates.* Reg. 2. et Chiffl. *Timochares:* unde nos *Dinochares* effinximus, ut v. 11. etsi quidam ibi a nobis citati scriptores Dinocratem vocant. At Ausonius, hoc ipsum de camera magnetica narrans, quod Plinius hoc loco refert, Dinocharem appellat, Idyll. IX. vel, ut alii, X. 311. 'Conditor hic forsan fuerit Ptolomaidos aulæ Dinochares : quadro cui in fastigia cono Surgit, et ipsa suas consumit pyramis umbras : Jussus ob incesti qui quondam fœdus amoris Arsinoën Pharii suspendit in aëre templi.'

24. CAP. XLVI. *Componitur hoc: Picis oboli sex: Cimoliæ cretæ, drachmæ sex: æris tusi, drachmæ duæ: squamæ ferreæ, totidem: ceræ, sex: olei sextarius*] Mirum quantum hoc loco editi codices et manu exarati dissident. In exemplari Reg. 2. et eo quod Pintianus vidit, *Pari obolis et cimoliæ cretæ drachmæ sex: æris tusi drachmæ duæ: squamæ ferreæ totidem: ceræ sex: olei, sextarius.* Hoc est, si priorem vocem *pari* excipias, cetera sunt paria ac gemina cum iis quæ nos edidimus. At typi vulgati quantum inde absunt! *Componitur hoc modo: obolis ex Cimolia creta duobus, drachmis sex ex ære, totidem ex squama ferri, totidem ceræ, ex olei sextario.* Nihil audacius dici aut excogitari potest, quam sit ea emendandi licentia. Pro *pari* autem, quæ vox nauci hoc loco non est, quid propius quidve aptius foret hoc loco, non vidimus, quam picem : quam in emplastris plane similibus adhiberi a Celso vidimus, V. 19. Nisi forte cuipiam aut *salis* aut *seri* arrideat magis.

CAP. 25. XLVIII. *Ad aurea quoque, non modo argentea staticula inanis luxuria pervenit*] Staticula pro icunculis emblematisve accepta olim ab antiquis scriptoribus, exploratum, ut diximus in prioribus Notis, apertissimumque est. An etiam et *staticulus*, virili, ut aiunt, genere, eo significatu venerit, (etsi aliam præterea vocis illius acceptionem fuisse ex Macrobio didicimus,) ut aliquando subdubitaremus, fecit hic Plauti locus in Persa v. 2. 43. 'Nequeo, leno, quin tibi saltem staticulum dem, olim quem Hegea Faciebat : vide vero, si tibi satis placet. SA. Me quoque volo Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.' Turnebum scio 'staticulum' eo loci pro saltationis genere accepisse ; Salmasium adjecisse, Hegeam et Diodorum fuisse saltatores, de quibus alibi nihil quicquam legerit. Verum cum in iis signis, quæ eximio præsertim opere effecissent, subscribere sua nomina statuarii tum solerent, 'Ὕλας ἐποίει, *Hegias faciebat*, aliique similiter, fueritque id Atheniensi statuario nomen, quo de superius egimus sub initium capitis 19. an ad illius modo opera Plautus alludat, amplius considerandum censeo. Et Diodori sculptoris Plato meminit in Anthol. IV. 12. in epigrammate perelegranti de Satyri effigie : Τὸν Σάτυρον Διόδωρος ἐκοίμισεν, οὐκ ἐτόρευσεν. Ἢν νύξῃς, ἐγερεῖς· ἄργυρος ὕπνον ἔχει. *Sopierat Satyrum, non sculpserat, hunc Diodorus: Argentum dormit: punge, vigil facies.* Alterius quoque Diodori pictoris, si tamen alius a scalptore, Leonidas, in eadem Anthol. II. 19. Staticulam fœmineo, ut appellant, genere Gregorius Turonensis, aliique dixere.

26. CAP. XLIX. *Quod locari solitum X. CC. M. annuis, postquam obliteratum erat, CCLV. locatum est*] Sic totidem fere syllabis Reg. 2. cod. Quod editores hactenus depravarant : *Quod*

Digitized by Google

locari solitum decem libris per CC. ante annos, postquam obliteratum erat, LV. locatum est.

27. Cap. l. *Id autem quod ustum est plumbum, lavatur, et teritur, ut cadmia. Potest astringere, &c.*] In libris hactenus editis, *lavatur, ut stibi et cadmia:* haud pœnitenda sane lectione : nam de lotura stibeos dictum est xxxiii. 34. Verum in Mss. Reg. 3. ceterisque, *lavatur et istius et cadmiæ. Potest adstringere, &c.* Unde Pintianus conjiciebat, *lavatur. Et istius, ut Cadmiæ, potestas stringere.* Sed, ut cetera sileam, nec *istius*, nec *stringere*, Plinii orationem sapit. Lavari autem, ut cadmiam, prætermisso stibi, dici nunc satis duximus, a Dioscoride admoniti, qui v. 96. δεῖ δὲ, inquit, πλύνειν αὐτὸν ὡς τὴν καδμείαν, καὶ ἀποτίθεσθαι. Quare, pro *et istius et cadmiæ*, nos *et teritur ut cadmia* scripsimus, quod fieri quidem Plinius suo loco prodidit, hoc est, cap. 22.

Digitized by Google

Digitized by Google

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXXV.

De pictura et coloribus.

I. METALLORUM, quibus opes constant, nascentiumque in eis[1] natura indicata propemodum est: ita connexis rebus ut immensa medicinæ sylva, officinarumque tenebræ,[a] et morosa cælandi,[b] fingendique,[2 c] ac tinguendi[d] subtilitas simul dicerentur. Restant terræ ipsius lapidumque genera,[3] vel numerosiore serie, plurimis singula a Græcis præcipue voluminibus tractata. Nos in iis brevitatem sequemur utilem instituto: hoc modo[4 e] nihil necessarium aut naturale[5] omittentes.

CAP. I. 1 'Ita bene cod. Reg. 3. Sic supra Plinius XXXIII. 36. 'In auri et argenti metallis nascuntur etiam pigmenta.'' *Brotier. agnascentiumque eis* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adnascentium quoque* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cælandi, pingendique* Gronov. et al. vett. '*Cælandi fingendique*] Proprietas vocum, quæ sæpe in hoc libro occurrunt, retinenda. Cælare, *la Ciselure; fingere, la Statuaire, l'Art de fondre des statues en bronze;* sculptura, *la Sculpture, l'Art de faire des statues de marbre;* plastice, *l'Art de modeler.*' Brotier.—3 Ita cod. Reg. 5. *genera lapidumque* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et al. ante Brotier.—4 'Ita bene codd. Regg. 2. 3.' *Brotier. utilem*

NOTÆ

[a] *Officinarumque tenebræ*] Medicorum inscitia, de qua lib. sup. cap. 25. et XXXIII. 38.

[b] *Cælandi*] Ex argento. L. XXXIII. c. 55.

[c] *Fingendique*] Ex ære. L. XXXIV. c. 19.

[d] *Ac tinguendi*] Cinnabari, minioque. Lib. XXXIII. cap. 36. et seqq.

[e] *Utilem instituto: hoc modo* [in-

Digitized by Google

(1.) Primumque dicemus quæ restant de pictura,[6] arte quondam nobili, tunc cum expeteretur a regibus populisque, et illos nobilitante, quos esset dignata posteris tradere:[a] nunc vero in totum marmoribus pulsa, jam quidem et auro: nec tantum ut parietes toti operiantur, verum et interraso marmore, vermiculatisque[f] ad effigies rerum et animalium[7] crustis.[b] Non placent jam abaci,[g] nec spatia[h] montis in cubiculo delitentia:[c 8] cœpimus et lapidem pingere. Hoc Claudii principatu inventum: Neronis vero, maculas,[i] quæ non essent, in crustis inserendo,[9] unitatem

[a] *Quorum effigiem pictura censuisset posteris tradendam.*
[b] *Nunc vero cessit pictura marmoribus, etiam et auro, quibus jam parietes vestiuntur, neque ita solum ut parietes toti solido marmore integantur, verum etiam ut intersecto marmori segmenta alia inserantur, quæ referant effigies rerum et animalium, vermiculato opere.*
[c] *Nec e spatioso monte excisa marmora in cubiculum abdere jam placet.*

instituti modo edd. ante Brotier.—5 Dalec. *utile.*—6 Cod. Dalec. *dicemus de pictura.* Vid. Syllog. Epist. tom. IV. p. 437.—7 Cod. Dalec. *vermiculatisque ad effigies animalium.*—8 Vet. Dalec. *nec opes montium in cubiculis delitescentes.*—9 Ita codd. Regg. Brot. Voss. Editio princeps, al. vett. et Gronov. *essent, crustis inserendo* codd. Harduini et Vet. Dalec. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *Sinnadicus* Gronov. *nasci optassent* Vet. Dalec.

NOTÆ

stituti modo] Rationi propositi nostri accommodatam. Frustra Pintianus conjiciebat, *utilem instituto: modo nihil, &c.*

[f] *Vermiculatisque*] Vermiculata dicuntur opera tessellata, quia minutis tessellis, quasi vermiculis, sint variegata distinctaque. Tritum illud Lucilii est: 'Quam lepide lexes compostæ, ut tesserulæ omnes Arte pavimento, atque emblemate vermiculato.'

Non placent jam abaci] Abacos vocat crustas tabulasve quadratas e marmore, quæ parietum ornamenta erant, iis tectorii vice inserta, a similitudine dicta ligneorum abacorum. Vitruvius VII. 3. p. 133. 'Itaque veteribus parietibus nonnulli crustas excidentes pro abacis utuntur,' &c. Utebantur nimirum antiqui ad tectoria parietum, præter albarium opus, atque marmoratum, sectis in quadrata, in sexangula, in triquetra, marmoribus, alabastrite, porphyrite, iaspide, et id genus lapidibus, atque vitro. Hæ sic adactæ crustationes nominabantur, et abaci. Vulgus *Compartimenta* vocat.

[h] *Nec spatia*] Vide Notas et Emend. num. 1.

[i] *Maculas*] Nam maculosum variumque marmor placebat: quod si natura tale non esset, arte fiebat. Species nimirum musivarii operis seu vermiculationis duas attingit: paulo ante alteram, quæ crustis marmorum diversicolorum vermiculatas animalium effigies referret: nunc alteram his verbis, *Maculas quæ non essent,* quæ marmoris maculas alieno marmori insereret, et orbes ac ovatas ἐλ-

Digitized by Google

variare,[j] ut ovatus esset Numidicus,[k] ut purpura distingueretur Synnadicus,[d] qualiter illos nasci optarent deliciæ. Montium hæc subsidia deficientium:[e] nec cessat luxuria id agere, ut quam plurimum incendiis perdat.[l]

II. (II.) Imaginum quidem pictura quam maxime similes in ævum propagabantur figuræ: quod in totum exolevit. Ærei[m] ponuntur clypei, argenteæ facies surdo[f] figurarum

[d] *Ut purpureus color Synnadico marmori insereretur.*

[e] *Inventa hæc in subsidium montium, e quibus maculosi lapides non amplius eruuntur.*

[f] *Obscuro, nec picturis illuminato.*

NOTÆ

λείψεις (sic enim Mathematici vocant) marmori includeret. Seneca Epist. LXXXVII. cujus initium, 'In ipsa Scipionis Africani villa:' 'Pauper sibi videtur,' inquit, 'ac sordidus, nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt; nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt; nisi illis undique operosa, et in picturæ modum variata circumlitio prætexitur: nisi vitro absconditur camera,' &c. Quas ovatas Plinius figuras, Seneca orbes vocat. Vide XXXVI. 5. et seq.

[j] *Unitatem variare*] Lapidem, qui unius erat coloris, multis distinguere ac variare coloribus.

[k] *Numidicus*] Lapis nimirum, seu marmor Numidicum, de quo XXXVI. 8. De Synnadico lapide, (sic enim Romani vocabant, quem indigenæ Docimiten,) a Synnadis urbe Phrygiæ, de qua Plinius v. 29. vide Strab. lib. XII. p. 577. Ἐπέκεινα δ' ἐστὶ Δοκιμία κώμη, καὶ τὸ λατόμιον τοῦ Συνναδικοῦ λίθου· οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, κ. τ. λ.

[l] *Incendiis perdat*] Quibus obnoxiæ domus in Urbe.

[m] *Ærei*] Nunc pictura omissa imaginum, viris summis clypei statuuntur, faciesque argenteæ, quæ nullam fere referant similitudinem ejus quem signat inscriptio: cum nulla sint pictura illuminatæ figuræ: capita statuarum permutantur item, ut alterius esse existimentur, quam antea essent. Sic Commodus Imp. teste Lampridio in ejus Vita, p. 52. 'Colossi caput demsit quod Neronis esset, ac suum imposuit, et titulum more solito subscripsit,' &c. De æreorum autem clypeorum dedicatione cum statuis tum in aliis veteribus monumentis mentio extat, tum in Inscriptione hac Nepesina, quam Gruterus retulit, p. 441.

NESTORI
AVG. NEPETE
HIC. LVDOS. FECIT
ET. DEDICATIONE
STATVAE. PATRONI
QVAM. IPSE. POSVIT
ET. CLVPEI. SVI. ITERVM
MVNICIPIBVS. NEPESINIS
EPVLVM. DEDIT.

Jul. Capitolinus, de Antonino Pio, p. 18. 'Clypeum Hadriano magnificentissimum posuit.' Trebellius Pollio, in D. Claudio, pag. 203. ubi de Claudio Cæsare, cui Nero successit: 'Illi clypeus aureus ... in Romana Curia collocatus est, ut etiam nunc videtur,' &c. Idem Gruterus, p. 374.

M. BAEBIO ... DECVRIONES
FVNVS. PVBLICVM
STATVAM. EQVESTREM
CLIPEVM. ARGENTEVM.

Digitized by Google

discrimine, statuarum capita permutantur, vulgatis jam pridem salibus etiam carminum.[n] Adeo materiam malunt conspici omnes, quam se nosci. Et inter hæc pinacothecas[o] veteribus tabulis consuunt,[1] alienasque effigies colunt, ipsi honorem non nisi in pretio[2] ducentes, ut frangat hæres, furisque[3] detrahat laqueus.[g] Itaque nullius effigie vivente, imagines pecuniæ, non suas, relinquunt.[h] Iidem palæstras athletarum imaginibus, et ceromata[p] sua exornant, et vultus Epicuri[q] per cubicula gestant, ac circumferunt secum. Natali ejus[r] vicesima Luna sacrificant, feriasque omni

[g] *Honorem in solo imaginum pretio ponentes, quas hæres frangat, quas fur dolo surripiat.*

[h] *Itaque cum nullus existat, qui viva dici eorum effigies possit, imagines relinquunt, quæ eorum divitias, non quæ vultus, moresque, et facta exprimant: opum suarum, non virtutum, monumenta relinquunt.*

Cap. II. 1 Vet. Dalec. *conferciunt;* Grævius in Syllog. Epist. tom. IV. p. 437. *construunt.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *non nisi pretio* Gronov. et vulgg.—3 'Ita codd. Regg. 2. 3. Forte scripserat Plinius, *furisve.*' Brotier. *furisque* etiam cod. Dalec. *furis* edd. ante Brotier.—4 Cod.

NOTÆ

[n] *Salibus ... carminum*] In illam capitum permutationem jactata a plebe carmina, sales, jocosque significat.

[o] *Pinacothecas*] Loca spatiosa, veterum imaginibus exornata, *des salles de tableaux.* Vitruvius VI. 5. cui lemma præfixum, 'De tricliniis, et œcis, et pinacothecis, et eorum dimensionibus:' 'Pinacothecæ,' inquit, 'uti exhedræ, amplis magnitudinibus sunt constituendæ.' Sic exhedræ loca sunt similiter spatiosa, quæ sedes habent, in quibus Philosophi, Rhetores, ceterique qui studiis delectantur, disputare sedentes possint, *des salles de conversation.* Qua de voce uberrime Gothofredus egit, in Cod. Theod. lib. XV. tit. 1. lib. LIII. p. 326.

[p] *Et ceromata*] Κήρωμα nunc locus est palæstræ, aut gymnasii, in quo ceromate, hoc est, unguento quod ex cera fiebat oleo subacta, perungebantur athletæ. Ea voce usus etiam Seneca de Brevit. Vitæ c. 11. p. 733.

[q] *Et vultus Epicuri*] Cicero de Finib. V. 3. 'Nec tamen Epicuri licet oblivisci, si cupiam: cujus imaginem non modo in tabulis familiares, sed etiam in poculis et annulis habent.' Atque hinc quidem εἰκαδιστὰς vir eruditus nuper putabat dictos Epicureos esse, ἀπὸ τῆς εἰκόνος, quod magistri imagine nunquam destituerentur; quod abesse a vero, tum ea quæ mox dicemus proditura sunt apertissime, tum vero illud inprimis, quod ab εἰκὼν εἰκονισταὶ dicendi, non εἰκαδισταὶ, forent.

[r] *Natali ejus*] In honorem natalis ejus: non quod in eum diem natalis ejus inciderit, quem septimo Gamelionis diei assignat Apollodorus apud Diogenem, nec ipse Epicurus in testamento suo satis aperte prodit, quis ille fuerit, sed quod ea Luna fieri ille commemorationem natalis sui optaverit, alioque præterea die, Gamelione mense.

Digitized by Google

mense custodiunt, quas icadas[s] vocant,[4] ii maxime[5] qui se ne viventes quidem nosci volunt. Ita est profecto: artes desidia perdidit: et quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum. Aliter apud majores in atriis hæc[6] erant quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec æra, aut marmora: expressi cera[t] vultus singulis disponebantur armariis,[u] ut essent imagines,[v] quæ comitarentur gentilitia funera: semperque defuncto aliquo totus

Dalec. *decadas vocant;* Vet. Dalec. *cicadas vocant.*—5 Ita codd. Regg. Brot. *hi maxime* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Gro-

NOTÆ

[s] *Quas icadas*] Εἰκάδας. Est autem εἰκὰς dies Lunæ vicesima. Cicero de Finib. II. 101. refert Epicurum 'cavisse, ut hæredes sui darent, quod satis esset ad diem agendum natalem suum quotannis mense Gamelione: itemque omnibus mensibus vicesimo die Lunæ darent ad eorum epulas, qui una secum philosophati sint.' Græca ipsa testamenti verba extant apud Diogenem Laërt. in Epicuri Vita lib. X. p. 271. ubi jubet inter alia præstari ab hæredibus, *εἰς τὴν γινομένην σύνοδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι, ad solennem conventum, qui vicesima quaque die mensis fieri solet.* Hinc Epicureus ille *εἰκαδιστὴς* vocatur apud Athen. lib. VII. *Ἐπικούρειος δέ τις εἰκαδιστὴς, κ. τ. λ.* Porro cum *εἰκάδες* mensium omnium Atticorum, vel interprete Tullio, vicesimi sint Lunæ dies, inde Petavius colligit, Var. Diss. in Uranol. IV. 7. p. 157. lunares omnes menses extitisse, et quidem civiles: quod non aliis quam popularibus mensibus natales hominum dies ascribuntur, ut et testamenta. Quod et Isaac. Tzetzes annotat in Comment. ad Lycophronis versum, Οἰκτρὸν γὰρ οἰκτρὸν, κ. τ. λ. Ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ, inquit, *κατὰ σελήνην τοὺς μῆνας ἐψήφιζον· διὰ δὲ τῶν μηνῶν ὁ χρόνος ἀπαρτίζεται. Quandoquidem veteres menses ad Lunam computabant: annus autem mensibus absolvitur.*

[t] *Expressi cera*] Tritum illud Juvenalis Sat. VIII. 19. 'Tota licet veteres exornent undique ceræ Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.'

[u] *Armariis*] Ligneis quibusdam thecis, unde exequiarum tempore depromebantur, quæ ante in atriis ornamento erant.'

[v] *Ut essent imagines*] Non integri illæ quidem corporis, sed oris tantummodo simulacrum effingentes, summorumque humerorum pectoris tenus. *Des bustes.* Paternæ vero maternæque gentis imagines nobilium funeribus adhibebantur. Epitome Livii lib. XLVIII. 'M. Æmilius Lepidus, qui Princeps senatus ab sextis jam censoribus erat lectus, antequam expiraret, præcepit filiis, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrent: in reliquum funus ne plus quam æris denos consumerent: imaginum specie, non sumtibus nobilitari maximorum virorum funera solere.' De Germanici funere Tacitus Annal. 2. 'Funus sine imaginibus, et pompa per laudes et memoriam virtutum ejus celebre fuit.' Hunc morem Propertius detestatur II. 13. 'Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa.'

Digitized by Google

aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus. Stemmata[w] vero lineis discurrebant ad imagines pictas. Tablina[x] codicibus implebantur, et monumentis rerum in magistratu gestarum. Aliæ foris et circa limina domitarum gentium[7 y] imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emtori refigere liceret:[z] triumphabantque etiam dominis mutatis ipsæ domus: et erat hæc stimulatio ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Extat Messalæ oratoris indignatio, qua prohibuit inseri genti suæ Lævinorum[8 a] alienam imaginem. Similis causa Messalæ seni expressit volumina illa, quæ de Familiis condidit, cum Scipionis Pomponiani[9 b] transis-

nov. *hæ.* Mox, *ærea aut marmorea* Vet. Dalec.—7 'Ex vestigiis vet. cod. Chiffl. *minorum gentium:* non placet.' *Dalec. animorum ingentium* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *emptor refringere tentabat, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant, eratque hæc ratio summa et ingens, approbantibus* cod. Dalec. *emptori refringere, &c.* Gronov. et vulgg.—8 'In nummis Fastisque Capitolinis, VALERIVS LÆVINVS.' *Brotier. Levinorum* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 *Scipionis Africani* Gronov. et

NOTÆ

[w] *Stemmata*] Stemmata sunt minores et orbiculatæ figuræ, quæ ad latera ductis lineis adsitæ, in aliqua tabula, genus illius et avos signant, cujus imago in superiore tabellæ parte expressa et effigiata cernitur. Sic tabulas hodieque Genealogicas, ut mos est appellandi eas, vulgo delineant. Seneca de Benef. III. 28. p. 47. 'Qui imagines in atrio exponunt, et nomina familiæ suæ longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocant,' &c.

[x] *Tablina*] Locus ubi tabulæ sive codices asservabantur. Festus: 'Tablinum proxime atrium locus dicitur, publicarum rationum causa factus: quod antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant.'

[y] *Domitarum gentium*] Vide Notas et Emend. num. 2.

[z] *Refigere liceret*] Revellere, detrahere fixa in sublimi loco. Cicero Epist. Famil. XII. 1. 'Cujus æra refigere debeamus, ejus etiam chirographa defendimus?' Et Philip. XII. 12. 'Num figantur rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis?' Virgil. Æneid. VI. 622. 'Fixit leges pretio, atque refixit.' Prius *refringere* legebatur, vitiose. In Reg. 2. *refugere.*

[a] *Lævinorum*] E gente Valeria, ex qua et Messalæ prodierunt: sed familiæ diversæ.

[b] *Cum Scipionis Pomponiani*] Id ei cognomen a Pomponio Salutione mimo obtigisse significat, homine prædivite, cujus testamento factus hæres Scipio fuerat, ut Pomponiani nomen assumeret; quod Romæ solenne fuit; sic enim Scipio Æmilianus appellatus; sic alii permulti. Eidem autem Scipioni Pomponiani et Salutionis cognomen hæsit, ob affinitatem

Digitized by Google

set atrium, vidissetque adoptione testamentaria Salutiones (hoc enim fuerat [10] cognomen) Africanorum dedecore [c] irrepentes Scipionum nomini. Sed pace Messalarum dixisse liceat, etiam mentiri clarorum imagines, erat aliquis virtutum amor: multoque honestius, quam mereri, ne quis suas expeteret.[i]

Non est prætereundum et novitium inventum. Siquidem non solum ex auro argentove, aut certe ex ære in Bibliothecis[d] dicantur illi, quorum immortales animæ in locis iisdem loquuntur: [11] quinimmo etiam quæ non sunt, finguntur, pariuntque desideria non traditos vultus,[12] [e] sicut in Homero evenit.[f] Quo majus (ut equidem arbitror) nullum

[i] *Etiam inserere genti suæ imagines clarorum virorum, sed alienæ gentis, argumento erat virtutes illorum quodammodo amari: multoque id est honestius, quam ita homines vivere, ut nemo post obitum eorum imagines expetat.*

al. ante Harduin.—10 Ita codd. Regg. Brot. Voss. et Editio princeps: *hoc enim ei fuerat* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *dedecore notam irrepentem* Gronov. et al. ante Harduin.—11 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *in iisdem locis ibi loquuntur* Gronov. et vulgg.—12 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentioribus, *non traditi*

NOTÆ

eam, et vultus quoque similitudinem, ut dictum est VII. 10. Fuit autem is Scipionis Nasicæ, Serapionis appellati, de quo nos ibi, filius, ut quidem videtur. Vide Notas et Emend. num. 3.—' Id ei cognomen a Pomponio obtigisse significat, homine prædivite, cujus filiam duxisset uxorem: et cujus testamento factus hæres Scipio fuerat, ut Pomponiani nomen assumeret. Eidem autem Scipioni fortassis a parente acceptum etiam Salutionis cognomen hæsit, ob vultus similitudinem, ut dictum est VII. 10.' *Ed. sec.*

[c] *Africanorum dedecore*] Qui et ipsi Scipiones erant, ex eademque Corneliorum Scipionum familia.—' Qui et ipsi Scipiones, erant ex Corneliorum Scipionum gente.' *Ed. sec.*

[d] *In Bibliothecis*] De hoc more eleganter Seneca de Tranq. c. 8. p. 682. quem consule. Suetonius in Tiberio, c. 70. ' Fecit et Græca poëmata, imitatus Euphorionem, et Arrianum, et Parthenium: quibus poëtis admodum delectatus, scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et præcipuos auctores dedicavit.'

[e] *Non traditos vultus*] Cujus vera non extat effigies.

[f] *Sicut in Homero evenit*] Homeri pictura elegans (nam et pictura quædam poësis est) extat in Anthologia Græca, lib. v. cujus initium, *Ἔκφρονα χαλκὸν Ὅμηρος ἐδείκνυεν, κ. τ. λ.* Grotius Latine sic reddidit: ' Æs vita vegetum nobis ostendit Homerus: Non animus, non sensus abest: sed solius ille Vocis eget: mirum quo vis processerit artis. Quis Deus hoc nobis dedit æs, et in ære figuram? Non

est felicitatis specimen, quam semper omnes scire cupere qualis fuerit aliquis. Asinii Pollionis[g] hoc Romæ inventum, qui primus, Bibliothecam dicando,[h] ingenia hominum rem publicam fecit.[k] 13 An priores[i] cœperint Alexandriæ

[k] *Publici juris fecit.*

NOTÆ

etenim, si quid dignum est me judice credi, Hoc vir opus faciens aliquis descendit ad ignem; Diva sed ipsa suis manibus Tritonia finxit, Corporis ingessi quondam non immemor: ipsa Quippe per os magni cantus edebat Homeri, Consors, Phœbe, tibi. Sic quem vice patris adoro, Mæonides statit hic. Senium præferre videtur, Dulce sed hoc senium est, et ab illo ditior ori Gratia: conveniunt gravitas et amabile quiddam. Blanda verecundo majestas lucet in ore; Innatat in curva canus cervice corymbus Vertice descendens, et circumfunditur aures. Mento barba cadens spatio dispescitur amplo. Mollibus illa pilis multoque volumine, nec se Cogit in angustum, sed late excurrit, et infra [illegible] vestis simul est ea pectoris, [illegible]. Nuda comis frons est: [illegible] sapientia fronti, Unde sibi [illegible] ducat, [illegible] extat utrimque [illegible] namque ars hoc [illegible] Addiderat, vacui sub- [illegible]. Aspiciens [illegible] credere: tanta [illegible] admixta est gratia: [illegible] est, labesque oculo- [illegible] Et magis ex imo ve- [illegible] patescit. Nonnihil [illegible] cavat utraque mala, [illegible] magis, sed utrique [illegible] in [illegible] recipit [illegible] Stat apis circum [illegible] Pronior [illegible] palmam. Alterius [illegible] utrasque, [illegible] sed et arti- [illegible] ce- piens audire loquentem, Aut de Pierio Nympham grege: volvere secum Multa animo manifesta fides: namque edita cura Ex adyto mentis nunc huc, nunc vertitur illuc, Texat ut armisonæ Sirenis nobile carmen.'

[g] *Asinii Pollionis*] Dicemus de eo in Auctorum Indice. Sed Isidorum audi, Orig. VI. 5. 'Romæ primus librorum copiam advexit Æmilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto: deinde Lucullus e Parthica præda. Post hos Cæsar dedit M. Varroni negotium causa maxime bibliothecæ conservandæ. Primum autem Romæ bibliothecas publicavit Pollio, Græcas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de Dalmatarum manubiis magnificentissimum instruxerat.'

[h] *Bibliothecam dicando*] Dedicando, consecrando, publici juris faciendo. Plinius Junior Epist. I. 8. meminit sermonis ejus, 'quem apud municipes suos habuit, bibliothecam dedicaturus.'

[i] *An priores*] Scribit Galenus, Comment. I. in Hippocr. de Natura Hum. inter Alexandriæ et Pergami reges contentionem fuisse, quis plura veterum volumina compararet. Tum vero multos ab hominibus pecuniæ avidis falsis auctorum nominibus libros inscriptos esse, quo vetustatis plurimum iis et auctoritatis accederet. In Pergamensi Bibliotheca fuisse ducenta voluminum millia, auctor est Plutarchus in Antonio. In Alexandrina, usque ad septingenta, Gellius lib. VI. cap. ult. sub finem. Conflagravit ea

Digitized by Google

et Pergami reges, qui Bibliothecas magno certamine instituere, non facile dixerim.[j] Imaginum amore flagrasse quosdam[14] testes sunt et Atticus ille Ciceronis edito de his[k] volumine, et Marcus Varro benignissimo invento, insertis voluminum suorum fœcunditati, non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus, non passus intercidere[15] figuras, aut vetustatem ævi contra homines valere, inventor muneris etiam Diis invidiosi,[16] quando immortalitatem[l] non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut præsentes esse ubique, et credi possent.[17 m]

III. (III.) Et hoc quidem alienis ille præstitit. Suorum

vultus.' Brotier.—13 Cod. Dalec. *reipublicæ data.*—14 'Ita cod. Dalec. In codd. Regg. Editione principe, aliisque, *quondam.* At si retineatur *quondam*, emendandum est *amorem.*' Brotier. *amore flagrasse quondam* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *amorem f. quondam* Gronov. et vulgg. Mox, *suis voluminibus non tantum nominibus septingentorum, &c.* cod. Dalec.—15 Cod. Dalec. *interire.* —16 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sacrorum inventores: quinetiam Diis invidiose* cod. Dalec. Dalecampius legit, *invidiosus.* Gronov. et al. ante Harduin. *inventione muneris etiam Diis invidiosus.*—17 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *ubique credi possint* cod. Dalec. *ubique et claudi possent* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

casu bello civili, cum Cæsar in urbe ipsa Alexandria bellum cum incolis gereret.

[j] *Non facile dixerim*] Antecessit horum ætatem Aristotelis ac Theophrasti cura in Bibliotheca adornanda, a Neleo deinde Corisci filio coëmta: a quo postea libros eos mercatus Ptolemæus Philadelphus Alexandriam transtulit, teste Athenæo lib. I. pag. 3. Clearchi quoque primi Heracleæ Ponticæ tyranni, ejus qui Platonis et Isocratis auditor fuit: is enim Bibliothecam struxit, quam laudat impense Memnon apud Photium, cod. CCXXIV.

[k] *Edito de his*] De imaginibus quæ solerent in Bibliothecis collocari.—'Volumen illud a Cicerone scriptum, cui nomen fecit 'Atticus,' penitus intercidit.' *Ed. sec.*

[l] '*Immortalitatem*] Augustis suis principibus immortalitatem, hoc est, famam sempiternam, veteres optavere. Sic in nummo Claudii Gothici, ex ære minimo, in Cimelio D. Abbatis Fawel sic inscripto, DIVO C CIVS AIO, legebamus jam olim 'DIVO Claudio CIVI Suo Arelatenses Immortalitatem Optant:' quem in alio numismate dixere iidem frui jam REQVIE OPTIMORVM MERITORVM.' *Ed. sec.*

[m] *Et credi* [*claudi*] *possent*] Quidam Mss. *ubique credi possent.* Male: *Claudi* hic est, in bibliothecis detineri, asservari, includi virorum summorum imagines: qui ope picturæ non modo esse præsentes ubique subinde possint: sed et simul ubique claudi.

Digitized by Google

est felicitatis specimen, quam semper omnes scire cupere qualis fuerit aliquis. Asinii Pollionis[g] hoc Romæ inventum, qui primus, Bibliothecam dicando,[h] ingenia hominum rem publicam fecit.[k] 13 An priores[i] cœperint Alexandriæ

[k] *Publici juris fecit.*

NOTÆ

etenim, si quid dignum est me judice credi, Hoc vir opus faciens aliquis desedit ad ignem; Diva sed ipsa suis manibus Tritonia finxit, Corporis insessi quondam non immemor: ipsa Quippe per os magni cantus edebat Homeri, Consors, Phœbe, tibi. Sic quem vice patris adoro, Mæonides stetit hic. Senium præferre videtur, Dulce sed hoc senium est, et ab illo ditior ori Gratia: conveniunt gravitas et amabile quiddam. Blanda verecundo majestas lucet in ore; Innatat in curva canus cervice corymbus Vertice descendens, et circumfunditur aures. Mento barba cadens spatio dispescitur amplo, Mollibus illa pilis multoque volumine, nec se Cogit in angustum, sed late excurrit, et infra Et vestis simul est ea pectoris, et decus oris. Nuda comis frons est: et adest sapientia fronti, Unde sibi mores ducat puer: extat utrimque Umbra supercilii: namque ars hoc provida vallum Addiderat, vacui suberant quia luminis orbes. Aspiciens cæcum non posses credere: tanta Obscuris oculis admixta est gratia: felix Hoc vitium est, labesque oculorum profuit arti, Ut magis ex imo veniens lux corde pateret. Nonnihil introrsum sese cavat utraque mala, Utraque sulcatur rugis, sed utrique venustus Est pudor, in socia recipit qui sede pudorem. Errat apis circum divino vatis in ore, Pierios paritura favos. Manus altera palmam Alterius portat, baculus sustentat utramque, Viventi mos qualis erat: sed et arrigit auris Dextera se, Phœbum cupiens audire loquentem, Aut de Pierio Nympham grege: volvere secum Multa animo manifesta fides: namque edita cura Ex adyto mentis nunc huc, nunc vertitur illuc, Texat ut armisonæ Sirenis nobile carmen.'

[g] *Asinii Pollionis*] Dicemus de eo in Auctorum Indice. Sed Isidorum audi, Orig. VI. 5. 'Romæ primus librorum copiam advexit Æmilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto: deinde Lucullus e Parthica præda. Post hos Cæsar dedit M. Varroni negotium causa maxime bibliothecæ conservandæ. Primum autem Romæ bibliothecas publicavit Pollio, Græcas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de Dalmatarum manubiis magnificentissimum instruxerat.'

[h] *Bibliothecam dicando*] Dedicando, consecrando, publici juris faciendo. Plinius Junior Epist. I. 8. meminit sermonis ejus, 'quem apud municipes suos habuit, bibliothecam dedicaturus.'

[i] *An priores*] Scribit Galenus, Comment. I. in Hippocr. de Natura Hum. inter Alexandriæ et Pergami reges contentionem fuisse, quis plura veterum volumina compararet. Tum vero multos ab hominibus pecuniæ avidis falsis auctorum nominibus libros inscriptos esse, quo vetustatis plurimum iis et auctoritatis accederet. In Pergamensi Bibliotheca fuisse ducenta voluminum millia, auctor est Plutarchus in Antonio. In Alexandrina, usque ad septingenta, Gellius lib. VI. cap. ult. sub finem. Conflagravit ea

Digitized by Google

et Pergami reges, qui Bibliothecas magno certamine instituere, non facile dixerim.[j] Imaginum amore flagrasse quosdam[14] testes sunt et Atticus ille Ciceronis edito de his[k] volumine, et Marcus Varro benignissimo invento, insertis voluminum suorum fœcunditati, non nominibus tantum septingentorum illustrium, sed et aliquo modo imaginibus, non passus intercidere[15] figuras, aut vetustatem ævi contra homines valere, inventor muneris etiam Diis invidiosi,[16] quando immortalitatem[l] non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut præsentes esse ubique, et credi possent.[17][m]

III. (III.) Et hoc quidem alienis ille præstitit. Suorum

vultus.' Brotier.—13 Cod. Dalec. *reipublicæ data.*—14 'Ita cod. Dalec. In codd. Regg. Editione principe, aliisque, *quondam.* At si retineatur *quondam*, emendandum est *amorem.*' Brotier. *amore flagrasse quondam* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *amorem f. quondam* Gronov. et vulgg. Mox, *suis voluminibus non tantum nominibus septingentorum, &c.* cod. Dalec.—15 Cod. Dalec. *interire.* —16 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sacrorum inventores: quinetiam Diis invidiose* cod. Dalec. Dalecampius legit, *invidiosus.* Gronov. et al. ante Harduin. *inventione muneris etiam Diis invidiosus.*—17 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *ubique credi possint* cod. Dalec. *ubique et claudi possent* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

casu bello civili, cum Cæsar in urbe ipsa Alexandria bellum cum incolis gereret.

j *Non facile dixerim*] Antecessit horum ætatem Aristotelis ac Theophrasti cura in Bibliotheca adornanda, a Neleo deinde Corisci filio coëmta: a quo postea libros eos mercatus Ptolemæus Philadelphus Alexandriam transtulit, teste Athenæo lib. I. pag. 3. Clearchi quoque primi Heracleæ Ponticæ tyranni, ejus qui Platonis et Isocratis auditor fuit: is enim Bibliothecam struxit, quam laudat impense Memnon apud Photium, cod. CCXXIV.

k *Edito de his*] De imaginibus quæ solerent in Bibliothecis collocari.—'Volumen illud a Cicerone scriptum, cui nomen fecit 'Atticus,' penitus intercidit.' *Ed. sec.*

l '*Immortalitatem*] Augustis suis principibus immortalitatem, hoc est, famam sempiternam, veteres optavere. Sic in nummo Claudii Gothici, ex ære minimo, in Cimelio D. Abbatis Fawel sic inscripto, DIVO C CIVS AIO, legebamus jam olim 'DIVO Claudio CIVI Suo Arelatenses Immortalitatem Optant:' quem in alio numismate dixere iidem frui jam REQVIE OPTIMORVM MERITORVM.' *Ed. sec.*

m *Et credi* [*claudi*] *possent*] Quidam Mss. *ubique credi possent.* Male: *Claudi* hic est, in bibliothecis detineri, asservari, includi virorum summorum imagines: qui ope picturæ non modo esse præsentes ubique subinde possint: sed et simul ubique claudi.

Digitized by Google

vero clypeos in sacro vel publico privatim dicare primus instituit (ut reperio) Appius Claudius,[a] qui consul cum Servilio fuit anno Urbis CCLIX. Posuit enim in Bellonæ æde[b] majores suos, placuitque in excelso spectari, et titulos[1] honorum legi. Decora res, utique si liberorum parvulis[2] imaginibus ceu nidum aliquem sobolis pariter ostendat: quales clypeos nemo non gaudens favensque aspicit.[a]

IV. Post eum M. Æmilius,[c] collega in consulatu Quinti Lutatii, non in basilica modo Æmilia,[d] verum et domi suæ posuit, id quoque Martio exemplo.[b] [1] [e] Scutis enim, qualibus apud Trojam pugnatum, continebantur imagines:[f]

[a] *Ita sane, si liberorum parvæ imagines in eodem clypeo depictæ simul ostendant quasi nidum aliquem sobolis: quæ clypeorum forma est jucundissima visu.*
[b] *Bellico exemplo.*

CAP. III. 1 Cod. Dalec. *et titulo*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *liberorum turba parvulis* Gronov. et al. vett. *liberorum turbam parvulis i. c. n. a. s. p. ostendant* cod. Dalec.

NOTÆ

[a] *Appius Claudius*] Appius Claudius Sabinus, qui prius Clausus vocabatur, gessit Consulatum eo anno cum P. Servilio Prisco. Auctor Livius lib. II. In clypeorum porro ejusmodi dedicationibus epulas dari civibus solitas docent inscriptiones aliquot veteres, apud Gruter. pag. 441. et 496.

[b] *In Bellonæ æde*] Regione nona Urbis: 'Ædes Bellonæ versus portam Carmentalem: ante hanc ædem columna index belli inferendi.' P. Victor.

[c] *M. Æmilius*] M. Æmilius Lepidus, Lepidi Triumviri pater, gessit Consulatum Syllanis fere temporibus, (nam acta Syllæ rescindere conatus est Q. Lutatio Catulo contra obsistente) anno Urbis DCLXXVI. De ejus obitu dictum est VII. 36.

[d] *Non in basilica ... Æmilia*] Basilica hæc vetus Pauli Æmilii fuit, in quarta Urbis regione. Sed et in nova quoque, quæ in octava fuit, clypeos appensos ejuscemodi fuisse nummi docent, quos XXXVI. 24. laudaturi sumus, ubi de nova Pauli Basilica dicemus.

[e] *Martio exemplo*] Cave Marcii exemplo interpretere, de quo paulo post agitur: sed bellico exemplo intellige, hoc est, originem ejus rei a bello usque Trojano petitam.

[f] *Continebantur imagines*] Quales in Achillis clypeo ab Homero prolixe describuntur Iliad. Σ. 478. et seq. Et in Æneæ scuto similiter, a Marone Æneid. VIII. Vel potius imago vultus ejus, cujus erat scutum, thorace tenus depicta. Trebellius Pollio, in Claudio, pag. 203. de Claudio, cui Nero successit: 'Illi clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum, senatus totius judicio in Romana Curia collocatum est, ut etiam nunc videtur: expressa thorace vultus ejus imago.'

Digitized by Google

unde et nomen[g] habuere clypeorum: non ut perversa grammaticorum subtilitas voluit, a cluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto cujusque, qui fuerit usus illo. Pœni ex auro factitavere et clypeos,[2] et imagines, secumque in castris tulere. Certe captis eis talem Hasdrubalis invenit Marcius,[3][h] Scipionum[i] in Hispania ultor: isque clypeus supra fores Capitolinæ ædis usque ad incendium primum[j] fuit. Majorum quidem nostrorum tanta securitas[4] in ea re annotatur, ut L. Manlio, Q. Fulvio coss. anno Urbis DLXXV. M. Aufidius, tutelæ Capitolii redemtor,[k] do-

CAP. IV. 1 Vet. Dalec. *maximo exemplo.*—2 *Pœni et ex auro factitavere clypeos* cod. Dalec.—3 Gronov. *invenit Qu. Marcius;* vulgg. *invenit quæ Marcius.*—4 Cod. Dalec. *quidem securitas.*

NOTÆ

g *Unde et nomen*] Vult clypeos dici, quasi *glypeos*, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, quod est *sculpere*, quod cælentur insculptis imaginibus. Alii deducunt a cluendo, hoc est, a pugnando. Ἀ κλέπτειν alii, quia corpus *tegit*. Vide plura apud Voss. in Etymol. Sosipater Charisius Instit. Gram. l. I. p. 59. 'Clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat.... Plinius, Dubii Sermonis secundo, indistincto genere dici ait, sed litera differre: ut pugnatorium per *i* clipeum dicamus, quod est a clepere, id est, cælare dictum: imaginem vero per *u*, clupeum, a cluendo. Sed hæc differentia mihi displicet, propter communionem *i* et *u* literarum: nam et maximus dicimus, et maxumus: et optimus, et optumus: nec tamen ulla differentia secernimus.'

h *Marcius*] L. Marcius, de quo II. III. diximus. Hoc loco prænomen codices Mss. non exhibent: editi libri perperam *Quinti* præfixere. De hoc L. Marcio vide Livium lib. XXV. pag. 276. 277. et 278. ubi hæc Livius: 'Apud omnes magnum nomen L. Marcii ducis est .... monumentumque victoriæ ejus de Pœnis usque ad incensum Capitolium fuisse in templo clypeum, Marcium appellatum, cum imagine Hasdrubalis.'

i *Scipionum*] Cneii et Publii, qui adversus Hasdrubalem decertantes, in Hispania obierunt. Vide Livium lib. XXV. pag. 276. Valerium Max. VIII. 15. 11.

j *Ad incendium primum*] Syllanis temporibus, bello civili, ut diximus XXXIII. 5.—'Ex Fulvio Consule, qui postea memoratur, genus traxit et Fulvia Plautilla Aug. Antonini Severi Aug. conjux; et Augusti duo fratres, Fulvius Julius Quietus, et Fulvius Julius Macrianus. Sic enim ille in nummo Græco inscribitur, qui est apud D. de Boze: ΑΥΓ. ΦΟΥΛ. ΙΟΥ. ΚΥΗΤΟΣ C. hoc est, Σεβαστός. Iste, ΑΥΓ. Φ. ΙΟΥΛΙ. ΜΑΚΡΙΑΝΟϹ. Ε. CΕΒ. Εὐσεβὴς Σεβαστὸς, *Pius Aug.*' Ed. sec.

k *Tutelæ Capitolii redemtor*] Qui certo pretio Capitolii tutelam susceperat, ut illud sartum tectum, integrumque tueretur. Livius lib. XXIV. pag. 251. 'Cum Censores ob inopiam ærarii se jam locationibus abstinerent ædium sacrarum tuendarum,' &c.

Digitized by Google

cuerit patres, argenteos[1] esse clypeos, qui pro æreis per aliquot jam lustra assignabantur.[c]

v. De picturæ initiis incerta, nec instituti operis quæstio est. Ægyptii sex millibus annorum apud ipsos inventam, priusquam in Græciam transiret, affirmant, vana prædicatione, ut palam est. Græci autem alii Sicyone,[m] alii apud Corinthios repertam, omnes umbra[n] hominis lineis circumducta. Itaque talem primam fuisse: secundam singulis[o] coloribus, et monochromaton[p] dictam, postquam

[c] *Senatores admonuerit, clypeos argenteos esse, qui ærei duntaxat a Censoribus, qui lustra faciebant, æstimabantur.*

NOTÆ

[1] '*Argenteos*] Fuit præterea aliud clypeorum genus, quod nimirum muneris loco mittebatur Principibus vel Augustis. Ejusmodi ille fuit 'aureus magnus, pondo minarum mille,' quem Simon Judæ Macchabæi frater populo Romano misit, 'ad statuendam cum eis societatem,' I. Macch. XIV. 24. Pondus id fuit centum millium denariorum argenteorum. Ejusdem generis clypeos videre est pictos in nummo Antonini Pii ex ære magno in Gaza Regia, et apud Angeloni pag. 171. ex ære mediocri in Museo nostro. Clypei duo sunt insigni arte elaborati. Hinc S. inde C. 'Senatusconsulto.' Infra ANCILIA. Hæc esse 'arma cœlestia,' sive cœlo lapsa, magna fabulositate quidam finxerunt. Hic certe non sunt. Nam quid ad Antoninum arma cœlestia pertinent? Sententia hic latet totidem vocum, quot sunt literæ: 'Augures Narbonenses Clypeos Insignes Legaverunt Imperatori Antonino.' De hujusmodi clypeis dicemus adhuc inferius.' *Ed. sec.*

[m] *Græci .... Sicyone*] Idem Plinius inferius cap. 40. de pictore Pausia: 'Sicyone et hic vitam egit: diuque fuit illa patria picturæ.'

[n] *Omnes umbra*] Omnes initia picturæ in hoc posita fuisse aiunt, ut umbra hominis, aut alterius similiter rei, lineis tantummodo describeretur, sine ullo colore. Idem fere tradit Athenagoras in Legat. pro Christ. auctoremque ejus picturæ Sauriam quendam nominat, pag. 16. Καὶ σκιαγραφίας μὲν εὑρεθείσης ὑπὸ Σαυρίου, ἵππον ἐν ἡλίῳ περιγράψαντος. *Umbratilem enim picturam, equi umbra in Sole circumscripta, Saurias invenit.* Vetustissimam hanc picturam linearem σκιαγραφίαν vocat, quo nomine hodie designamus adumbrationem primam in picturæ operibus, quæ veluti initium est, exordiumque reliquorum. 'Primis' tantum 'lineis,' ut ait Quintilianus IV. 2. p. 517. illa constabat: atque, ut idem alibi, 'lineas modo extremas umbræ, quam corpora in Sole fecissent, circumscribebat.' Solebat hoc genus picturæ 'monogrammum' vocari, quod una simplicique linea constabat. Nonius I. 168. 'Monogrammi dicti sunt homines macie pertenues ac decolores: tractum a pictura, quæ, priusquam coloribus corporatur, umbra fingitur.' Ad eam allusit picturam Cicero de Nat. Deor. lib. II. cum Monogrammos Deos vocat.

[o] *Secundam singulis*] Alterum hoc genus picturæ, coloratum scilicet, sed colore unico, qui tabulæ toti æqualiter inducitur.

Digitized by Google

operosior inventa erat: duratque talis etiam nunc. Inventam linearem dicunt a Philocle Ægyptio, vel Cleanthe[q] Corinthio. Primi exercuere Ardices Corinthius, et Telephanes Sicyonius, sine ullo etiamnum hi colore,[1] jam tamen spargentes lineas[r] intus. Ideo et quos[s] pingerent ascribere institutum. Primus invenit eas colorare, testa (ut ferunt) trita,[t] Cleophantus Corinthius. Hunc, aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Prisci Romani regis patrem, fugientem a Corintho injurias Cypseli[u] tyranni, mox docebimus.[2] [v]

VI. Jam enim absoluta erat pictura etiam in Italia. Extant certe hodieque antiquiores Urbe picturæ Ardeæ in ædibus sacris, quibus equidem[a] nullas æque demiror tam

Cap. v. 1 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *etiamnum colore* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. —2 Cod. Dalec. *dicemus.*

NOTÆ

[p] *Et monochromaton*] Μονοχρώματον, vel *μονόχροον*, ab *uno colore.* Picturam hanc monochromaton Quintilianus appellat simplicem colorem, XII. 10. pag. 893. 'Clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus atque Aglaophon, quorum simplex color tam sui studiosos adhuc habet,' &c. Monochromata Dalecampius cum monogrammis, quæ fuere coloris expertia, male confundit.

[q] *Vel Cleanthe*] Alter hic a Cleanthe Corinthio, cujus picturas laudat Strabo lib. VIII. pag. 343.

[r] *Spargentes lineas*] Altera hæc linearis pictura est, rudiore illa perfectior, quæ primo loco explicata est: nam illa lineis tantum fiebat comprehendentibus exteriorem pingendæ rei ambitum: hæc plurimas addebat alias intus pro umbræ ratione sparsas. Nominatur hæc alias etiam 'graphis,' Græca imitatione. Vitruvius I. 1. ubi loquitur de architecto: 'Debere,' ait, 'graphidos scientiam habere, quo facilius exemplaribus pictis, quam velit operis speciem, deformare valeat.' Neque enim solent exemplaria ædificiorum aliter, quam pictura lineari, confici. Hoc vero inventum picturæ linearis Cratoni Athenagoras attribuit, loco ante cit.

[s] *Ideo et quos*] Per initia adeo rudis pictura fuit, ut ex lineis vultus hominis aut animalis agnosci non posset, nisi nomen ascriberetur. Ælianus Var. Hist. x. 10. *Οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος.*

[t] *Testa (ut ferunt) trita*] Rubro igitur colore.

[u] *Cypseli*] Qui Corinthiorum tyrannus fuit, Eetionis F. de quo Herod. I. 14. p. 6. Κύψελος ὁ 'Ηετίωνος.

[v] *Mox docebimus*] Cap. 43.

[a] *Quibus equidem*] De hac forma lo-

Digitized by Google

longo ævo durantes in orbitate tecti, veluti recentes. Similiter Lanuvii, ubi Atalante et Helena [b] cominus pictæ sunt nudæ ab eodem artifice, utraque excellentissima forma, sed altera ut virgo: ne ruinis quidem templi concussæ. Caius princeps [1] [c] eas tollere conatus est, libidine accensus, si tectorii natura permisisset. Durant et Cære,[d] antiquiores ipsæ. Fatebiturque, quisquis eas diligenter æstimaverit, nullam artium celerius consummatam, cum Iliacis temporibus [e] non fuisse eam appareat.

VII. (IV.) Apud Romanos quoque honos mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum [f] traxerunt Fabii clarissimæ gentis, princepsque ejus, cognominis ipse, ædem Salutis [g] pinxit anno Urbis conditæ CCCCL. quæ pictura duravit ad nostram memoriam, æde Claudii principatu exusta. Proxime celebrata est, in Foro Boa-



CAP. VI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *virgo: ne ruinis quidem templi concussæ. Pontius legatus Caii principis* Gronov. et vulgg. *virgo: nominis quidem taciti Pontius legatus Caii principis* cod. Dalec.

NOTÆ

quendi diximus in Notis et Emend. ad lib. XXIV. num. 12.

[b] *Atalante et Helena*] Hæc belli Trojani causa, illa apri Ætoliam devastantis, ut ferunt fabulæ, vulneratrix, a Meleagro deinde adamata.

[c] *Caius princeps*] Sic codices nostri omnes, ac Pintiani. Ex inepta superiorum vocum repetitione fecerant Plinii editores, *Pontius legatus Caii principis.*

[d] *Durant et Cære*] Urbe Etruriæ, de qua lib. III. in Geographicis.

[e] *Cum Iliacis temporibus*] Quibus temporibus in Achillis clypeo cælaturam extitisse vidimus paulo ante.

[f] *Pictorum*] Caput princepsque gentis C. Fabius, M. F. qui primus Pictor e re ipsa cognominatus, quod ædem Salutis pinxit, quam C. Junius Bubulcus Censor locarat, dedicaratque, anno Urbis CCCCL. cum eam Consul Samnitium bello vovisset. Auctor Livius lib. X. pag. 170. Filius ei fuit C. Fabius Pictor, qui cum Ogulnio Collega in Consulatu nummum argenteum primo cudi jussit, ut diximus XXXIII. 13. anno Urbis CCCCLXXXV. Ex hac ortum familia constat Q. Fabium Pictorem, quem in Auctorum Indice Romanorum omnium historiæ conditorum antiquissimum esse diximus. Post cladem Cannensem, quæ contigit anno DXXXVIII. missus est Delphos ad Apollinem Legatus. Vide de tota ea Pictorum familia plura apud Ger. Jo. Vossium de Hist. Lat. I. 3.

[g] *Ædem Salutis*] Regione Urbis sexta: 'Templum Salutis in colle Quirinale,' inquit P. Victor in Descript. Romæ.

Digitized by Google

rio[h] æde Herculis, Pacuvii poëtæ pictura.[a] Ennii sorore[i] genitus hic fuit: clarioremque eam artem Romæ fecit gloria scenæ. Postea non est spectata[1] honestis manibus:[b] nisi forte quis Turpilium equitem Romanum nostræ ætatis e Venetia[2] velit referre, hodieque pulchris ejus operibus Veronæ extantibus. Læva is manu pinxit, quod de nullo ante memoratur. Parvis gloriabatur tabellis, extinctus nuper in longa senecta, Antistius Labeo[3][j] prætorius, etiam proconsulatu provinciæ Narbonensis functus. Sed ea res in risu et contumelia erat. Fuit et principum virorum non omittendum de pictura celebre consilium. Qu. Pedius, nepos Qu. Pedii[k] consularis triumphalisque, a Cæsare dictatore cohæredis Augusto dati, cum natura mutus esset, eum Messala orator, ex cujus familia pueri avia erat, picturam docendum censuit, idque etiam Divus Augustus comprobavit. Puer magni profectus in ea arte obiit. Dignatio autem præcipua Romæ increvit (ut existimo) a M. Valerio Max. Messala, cum princeps[4] tabulam picturæ prælii, quo Carthaginienses et Hieronem[l] in Sicilia devi-

[a] *A Pacuvio poëta, eodemque pictore, elaborata.*

[b] *Post illud tempus non est animadversum artem eam tractari honestorum virorum manibus.*

CAP. VII. 1 Vet. Dalec. *tractata.*—2 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier.* *e Venetia nostræ ætatis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Aterius Labeo* Gronov. et al. vett.—4 '*Cum princeps*] Ex Ms. Reg. 5. et Editione principe emendavi *cum.* Ineleganter in recentioribus editionibus *qui.* In Mss. Reg. 2. et 3. deest *cum.* Forte scripserat Plinius, *is princeps.*' Brotier. *qui princeps*

NOTÆ

[h] *In Foro Boario*] P. Victor, regione Urbis octava: 'Forum Boarium ... Ædes Herculis Victoris ... in Foro Boario, cognomine rotunda et parva.'

[i] *Ennii sorore*] Euseb. in Chron. Olymp. 156. Ennii nepotem ex sorore fuisse ait. Numantini belli temporibus claruit, 'Tragœdiæ scriptor clarissimus gravitate sententiarum, verborum pondere, et auctoritate personarum,' inquit Fabius x. 1. p. 749.

[j] *Antistius Labeo*] Dicemus de eo in Auctorum Indice.

[k] *Nepos Qu. Pedii*] Qui, sorore C. Julii Cæsaris prognatus, consulatum cum Octaviano consobrino gessit, Hirtio et Pansa apud Mutinam cæsis: hæreditatisque Cæsarianæ parte sua Octaviano Augusto cessit. Hæc de eo referunt Tullius, Paterculus, Suetonius, Appianus, Dio.

[l] *Et Hieronem*] Syracusarum regem, bello Punico primo.

Digitized by Google

cerat,[5] proposuit in latere Curiæ Hostiliæ,[m] anno ab Urbe condita CCCCXC.[n] Fecit hoc idem [6] et L. Scipio,[o] tabulamque victoriæ suæ Asiaticæ in Capitolio posuit: idque ægre tulisse fratrem Africanum tradunt, haud immerito, quando filius [7] ejus[p] in illo prælio captus fuerat. Non dissimilem offensionem et Æmiliani[q] subiit Lucius Hostilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat, situm ejus oppugnationesque depictas [8] proponendo in Foro, et ipse assistens populo spectanti singula enarrando: qua comitate proximis comitiis consulatum adeptus est.[r] Habuit et scena ludis Claudii Pulchri[s] magnam admirationem picturæ, cum ad tegularum similitudinem corvi decepti imagine advolarent.

Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Cod. Dalec. *vicerat.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Facit hoc quidem* Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tradunt iratum haud immerito, quoniam filius* Gronov. et al. vett.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *expugnationesque depictas* Gronov. et al. vett. *oppugnationemque depictam* cod. Dalec.

NOTÆ

[m] *Curiæ Hostiliæ*] P. Victor in Descript. Romæ, regione secunda: 'Regia Tulli Hostilii, templumque, quod is in Curiam redegit, ordine a se aucto, id est, Patribus minorum gentium.'

[n] *Anno ab Urbe CCCCXC.*] Forte rectius *CCCCXCI.* ut diximus VII. 60.—'Ante Parilia anni CCCC. XCI. ut diximus VII. 60.' *Ed. sec.*

[o] *L. Scipio*] Asiaticus, Africani prioris frater.

[p] *Quando filius ejus*] Africani scilicet. Vide Livium lib. XXXVII. pag. 459. et Valerium Max. II. 10. 2. pag. 184. Hunc, a militibus interceptum, rex Antiochus, bello quod cum Romanis gerebat, honoratissime excepit, regiisque muneribus donatum ultro et celeriter patri remisit.

[q] *Æmiliani*] Scipionis Africani junioris. Is, Æmilii Pauli, qui de Perse Macedoniaque triumphavit, filius, per adoptionem Scipionis Africani prioris nepos fuit.—'Scipionis Africani sequentis, qui ab Æmilia conjuge, Æmilii Pauli filia, dictus est Æmilianus, ut Domitianus a Domitia, et alii similiter.' *Ed. sec.*

[r] *Consulatum adeptus est*] Cum M. Æmilio Lepido, Urbis anno DCIX. cum anno superiore DCVIII. capta Carthago esset. Is est Hostilius Mancinus, qui Numantinis deditus jussu senatus, a suis desertus ante Numantiæ portas, nec receptus ab hostibus, illacrymabile utrisque spectaculum præbuit, ut ait Orosius v. 4.

[s] *Ludis Claudii Pulchri*] Ejus ille Claudii seu Clodii pater fuit, quicum graves inimicitias Ciceronem gessisse notum est. De his ludis, ornatuque picturarum, Valer. Max. II. 4. 6. pag. 99. 'C. Pulcher scenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam.'

Digitized by Google

VIII. Tabulis autem externis auctoritatem Romæ publice fecit primus omnium Lucius Mummius, cui cognomen Achaici victoria dedit. Namque cum[1] in præda vendenda rex Attalus distraxisset et[2] X. VI.[3] [a] emisset tabulam Aristidis, Liberum patrem, pretium miratus, suspicatusque aliquid in ea virtutis, quod ipse nesciret,[b] revocavit tabulam, Attalo multum querente, et in Cereris delubro[c] posuit: quam primam[4] arbitror picturam externam Romæ publicatam. Deinde video et in Foro positas vulgo. Hinc enim ille Crassi oratoris[d] lepos agentis sub Veteribus,[e]



CAP. VIII. 1 *Nam cum* cod. Dalec.—2 'Ita codd. Regg. Dalec. et Editio princeps.' *Brotier*.—3 'Ita bene eruditus J. F. Gronovius e cod. Voss. Perperam Harduinus, *VI. sestertium*.' Idem. '*vendenda res distraxisset, et rex Attalus VI. millib. librarum emisset* Vet. *centum talentis* VII. 38.' *Dalec.* *vendenda rex Attalus VI. mill. sestertium, &c.* Gronov. et al. vett. *vendenda rex Attalus sexies cent. sestertium mill.* Bipont. *vendenda rex Attalus VI. sestertium* Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Franz. Mox, *Aristidis tabulam, Liberum patrem continentem, pretium* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *quam*

NOTÆ

[a] *Attalus d. et X. VI.* [*Attalus VI.*] Hoc est, sexies centenis sestertium millibus: monetæ Gallicæ libras ea efficiunt omnino 60000.

[b] *Quod ipse nesciret*] L. Mummius, qui Corinthum diruit, 'tam rudis fuit,' inquit Velleius lib. I. p. 5. 'ut capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, juberet, prædici condicentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros.'

[c] *Et in Cereris delubro*] Regione Urbis undecima.

[d] *Crassi Oratoris*] Simile plane quod de C. Julio Cæsare narratur a Tullio de Orat. II. 266. 'Ut meum illud,' inquit Cæsar, 'in Helmium Manciam: Jam ostendam cujusmodi sis: cum ille, Ostende, quæso: demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico, sub Novis, distortum, ejecta lingua, buccis fluentibus. Risus est commotus: nihil tam Manciæ simile visum est.' Et a Fabio Institut. VI. 3. p. 472. 'Ut fecit C. Julius, qui cum Helmio Manciæ sæpius obstrepenti sibi diceret, Jam ostendam qualis sis; isque plane instaret interrogatione, qualem se tandem ostensurus esset, digito demonstravit imaginem Galli in scuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tum simillimus est visus. Tabernæ autem erant circa forum, ac cutum illud signi gratia positum'

[e] *Sub Veteribus*] Tabernis scilicet circa forum positis, uti non modo ex Fabii allato proxime loco conjicimus, sed etiam ex Livio lib. III. p. 58. 'Prope Cloacinæ, ad Tabernas, quibus nunc Novis est nomen.' Sub his, non sub Veteribus, id a Julio Cæsare dictum fuisse, Tullius est auctor. Non debent hic Rostra vetera intelligi: quanquam pro 'Rostris Veteribus' laudatum a Druso Augustum, apud Tranquillum legimus, cap. 100. Sed Meniana Vetera, de quibus nos iterum inferius, c. 27.

Digitized by Google

cum testis compellatus instaret: 'Dic ergo, Crasse,[5] qualem me reris?' 'Talem,' inquit, ostendens in tabula pictum inficetissime[6] Gallum exerentem linguam. In Foro fuit et illa pastoris senis cum baculo, de qua Teutonorum legatus respondit, interrogatus, 'quanti eum æstimaret,'[7] 'sibi donari nolle talem vivum,[8] verumque.'

IX. Sed præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis Cæsar dictator, Ajace et Medea[f] ante Veneris[g] Genitricis ædem dicatis. Post eum M. Agrippa, vir rusticitati propior quam deliciis. Extat certe ejus oratio magnifica, et maximo civium digna, de tabulis omnibus signisque publicandis:[a] quod fieri satius fuisset, quam in villarum exilia pelli. Verum eadem illa torvitas tabulas duas Ajacis et Veneris mercata est a Cyzicenis X. III.[1] [h] In Thermarum[i] quoque calidissima parte marmoribus incluserat parvas tabellas, paulo ante cum reficerentur, sublatas.

X. Super omnes Divus Augustus in foro suo[j] celeberrima in parte[1] posuit tabulas duas, quæ belli faciem pictam

[a] *In publico exponendis.*

primum.—5 Cod. Dalec. *reus comp. inst. diceretque, Crasse.*—6 Cod. Dalec. *infacetissime.*—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Teutonorum legatus interrogatus, quanti eum æstimaret, respondit* Gronov. et vulgg. *Teutonum legatus interrogatus, quanti eum æstimaret, respondit* Vet. Dalec.—8 Cod. Dalec. *virum vivum.*

CAP. IX. 1 'Perperam eruditus Harduinus, *X. III.* id est, denariorum tribus millibus.' *Brotier.* Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz. *HS. XII. M.* Gronov. et vulgg. *HS. XIII.* codd. Dalec. et Chiffl.

NOTÆ

Ibi et Curias Veteres fuisse suspicamur, de quibus Varro de Ling. Lat. 'Curiæ duorum generum: nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut Curiæ veteres, et ubi senatus humanas, ut Curia Hostilia, fuit.' Et Livius lib. XLIV. p. 566. 'Ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni signum.' Fuit porro Vortumni ædes in octava regione, in qua et Forum et Rostra, ex P. Victore.

[f] *Ajace et Medea*] Attigit hoc jam antea Plinius VII. 39.

[g] *Ante Veneris*] Regione Urbis octava.—'Quid sit 'Venus Genitrix' diximus ad lib. II. c. 23.' *Ed. sec.*

[h] *X. III.* [*X. III.*] Ita Mss. omnes. Hoc est, denarium tribus millibus: sive, quod idem est, sestertium duodenis millibus. Gallicæ monetæ libras faciunt 1200.

[i] *In Thermarum*] Thermæ Agrippæ regione Urbis nona fuere.

[j] *In foro suo*] Forum Augusti, in regione Urbis octava.

Digitized by Google

habent et triumphum.[2] [k] Idem Castores ac Victoriam posuit, et quas dicemus sub artificum mentione in templo Cæsaris patris.[l] Idem in Curia quoque, quam in Comitio [m] consecrabat, duas tabulas impressit parieti. Nemeam [n] sedentem supra leonem, palmigeram ipsam, astante cum baculo sene, cujus supra caput tabula bigæ dependet.[3] Nicias [o] scripsit se inussisse: [p] tali enim usus est verbo.[4] Alterius tabulæ admiratio est, puberem filium seni patri similem esse, salva ætatis differentia, supervolante aquila draconem complexa. Philochares [q] hoc suum opus esse testatus est: immensa, vel unam si quis tantum hanc tabulam æstimet, potentia artis, cum, propter Philocharem, ignobilissimos alioqui Glaucionem [5] filiumque [r] ejus Aristippum senatus populusque Romanus tot sæculis spectet. Posuit et Tiberius Cæsar minime comis imperator, in templo ipsius Augusti, quas mox indicabimus.[s]

CAP. X. 1 Vet. Dalec. *fori sui celeberrima parte.*—2 Ita codd. Regg. Brot. et Editio princeps. *belli pictam faciem habent et triumphum* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Cod. Dalec. *tabulam biga dependentem;* Vet. Dalec. *in tabula biga dependet.*—4 Cod. Dalec. *inussisse, alieno usus verbo.*—5 *Glauconem* Vet. Dalec.

NOTÆ

[k] *Quæ belli ... et triumphum*] Post victoriam Actiacam. De hisce tabulis, totoque triumphi apparatu, Dio lib. LI. p. 459.

[l] *Cæsaris patris*] P. Victor, in Descriptione Romæ, regione octava: 'Templum Julii Cæsaris in foro.'

[m] *In Comitio*] Comitium, inquit Asconius in Orat. III. contra Verrem, locus est propter Senatum, quo coire Equitibus et Populo Rom. licet.

[n] *Nemeam*] Νεμέα sylva Peloponnesi fuit, in qua leonem Hercules interfecit: unde Nemeæa sacra postea celebrata. Ut porro urbes ipsas ac regiones, sic muliebri statu habituque sylvas antiqui pinxere, cum insigni aliquo, ut exempli gratia, Nemeam cum palma, ac leone. Pictam ab Aristophonte Nemeam, quæ Alcibiadem in complexu suo teneret, prodidit Plutarchus in Alcibiade, p. 199.

[o] *Nicias*] Pictor Atheniensis, de quo inferius sect. 40. num. 28.

[p] *Inussisse*] Hoc est, pinxisse encaustica ratione, de qua dicemus cap. 39. Inscripsit is igitur geminæ huic tabulæ suum nomen in hunc modum: Ο. ΝΙΚΙΑΣ. ΕΝΕΚΑΥΣΕΝ. Atque adeo e tribus operibus, quæ absolute fuisse inscripta, ILLE FECIT, Plinius indicavit in Præf. ad Titum, duo hæc sunt Niciæ, tertium Lysippi, de quo inferius cap. 39.

[q] *Philochares*] Φιλοχάρης.

[r] *Glaucionem filiumque*] Pictos in ea tabula; homines ceteroqui ignobiles; quorum laus tota ab ea pictura commendatioque petitur. Cave Aristippum existimes Philosophum eum Cyrenæum esse, cujus vitam Laërtius describit, lib. II. p. 49. cum hujus patrem Suidas Ἀριτάδην vocet.

[s] *Quas mox indicabimus*] Cap. 40.

Digitized by Google

XI. (V.) Hactenus dictum sit de dignitate artis morientis. Quibus coloribus[a] singulis primi pinxissent, diximus, cum de pigmentis traderemus in metallis. Qui monochromatea genera picturæ vocaverint, qui deinde, et quæ invenerint, et quibus temporibus,[1] dicemus in mentione artificum, quoniam indicare naturas colorum, causa instituti operis prior est.[2] Tandem se ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras,[b] differentia[3] colorum[c] alterna vice sese excitante.[b][4] Deinde adjectus est splendor,[d] alius hic quam lumen:[e] quem, quia inter hoc et umbram esset, appellaverunt tonon: commissuras[5][f] vero colorum et transitus, harmogen.[6]

[b] *Diversis coloribus alternatim sese excitantibus.*

CAP. XI. 1 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *et quæ quibus temporibus invenerint* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. —2 Vet. Dalec. *prius est.*—3 Vox *differentia* deest in cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *ignavia se excitante.*—5 Vet. Dalec. *commixturas.*—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *armogen* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

[a] *Quibus coloribus*] Cinnabari, minio Ephesio, rubrica, sinopide, ut dictum est XXXIII. 39.

[b] *Lumen atque umbras*] Hæc propria pictorum vocabula: opacitas, quæ atro colore efficitur, umbra: claritas, quæ candido colore præstatur, lumen.

[c] *Differentia colorum*] His verbis signat, se jam non de monochromatis picturis amplius agere, sed de polychromatis. Quod Latini aiunt, umbris in pictura colorum claritates excitari, Galli sic reddunt: *Les ombrages d'une peinture rehaussent l'éclat des couleurs.*

[d] *Splendor*] Coloris vigor: Græce, *τόνος*. Est enim in omnibus nimirum coloribus languor quidam in defectu, cui oppositus est vigor, feriens ac percellens oculos acrimonia coloris. A luce et colore plurimum differt. Nam cum lux conficiatur albo, hic fit suo genere coloris, etiam in monochromatis picturis: in rubris rubro, in cœruleis cœruleo. Nec tamen rubrum tantum est, aut cœruleum; sed hujus illiusque quoddam veluti fastigium, cum validius intenduntur, vegetumque fulgorem accipiunt. Atque illud fuit post nativos colores demum, post lucem umbramque inventum, singulari præparatione, purificatione, mixtione, uniusque cum altero colore inductione erudita, quam falsationem vulgo vocant. Ita fere Schefferus de Arte Pingendi, p. 138.

[e] *Alius hic quam lumen*] Non igitur luminis intensio est, ut Vossio placuit, Junioque: maxime cum, Plinio teste, *inter hoc*, id est, inter lumen, *umbramque sit*: nam quod est inter utrumque, ex his alterum esse non potest, nedum alterius intensio, sive incrementum.

[f] *Commissuras*] Incisuras vocavit, lib. XXXIII. cap. ult. nunc cum Græ-

Digitized by Google

XII. (VI.) Sunt autem colores austeri, aut floridi.[g] Utrumque natura, aut mixtura evenit. Floridi sunt, quos dominus[h] pingenti præstat, minium, Armenium, cinnabaris; chrysocolla, Indicum, purpurissum. Ceteri austeri. Ex omnibus[i] alii nascuntur, alii fiunt. Nascuntur[j] Sinopis, rubrica, Paraetonium, Melinum, Eretria, auripigmentum. Ceteri finguntur, primumque quos in metallis diximus.[k] Præterea e vilioribus, ochra, cerussa usta,[l] sandaraca, sandyx, Syricum, atramentum.[1]

XIII. Sinopis[m] inventa est primum in Ponto: nomen a Sinope urbe.[1] Nascitur et in Ægypto, Balearibus, Africa: sed optima in Lemno, et in Cappadocia,[n] effossa e speluncis. Quæ saxis adhæsit, excellit. Glebis suus colos,[o] extra maculosus. Hacque usi[2] sunt veteres ad splendorem.

CAP. XII. 1 *Siricum atramentum* cod. Dalec. *vilioribus, ochra usta, rubrica: cerussa, sandyx, scyricum: sandaracha: atramentum* Vet. Dalec.

CAP. XIII. 1 'Ita bene cod. Reg. 5. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier*. *Ponto: inde nomen a Sinope urbe* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3.

NOTÆ

cis ἁρμογήν. Consistit in eo hæc commissura, ut unus color cum altero apte committatur: ut paulatim minuantur, misceanturque sic, ut transire unus in alterum in confinio videatur. Quod nisi apte fiat, neque luci, neque umbræ sua ratio constabit.

[g] *Austeri, aut floridi*] Austerum colorem Græci vocant τὸ βαρὺ καὶ πικρὸν χρῶμα. Galli, *couleur chargée, qui n'a point d'éclat*. Floridum illi ὀξὺ χρῶμα, isti *couleur vive*.

[h] *Quos dominus*] Qui picturam seu tabulam faciendam locat. Hic colores, qui modo appellantur, emebat de suo, præstabatque pictori, propter magnitudinem pretii.

[i] *Ex omnibus*] Alii, inquit, colores nativi sunt, alii factitii. Vide Notas et Emend. num. 4.

[j] *Nascuntur*] Isidorus XIX. 17.

[k] *Quos in metallis diximus*] Ut ærugo, de qua sup. libro.

[l] *Cerussa usta*] Quæ et adulterina sandaraca tum appellatur, ut dicetur cap. 22.

[m] *Sinopis*] Genus est rubricæ laudatissimæ. Vitruvius VII. 7. p. 139. 'Rubricæ copiose multis locis eximuntur: sed optimæ paucis: ut in Ponto Sinope, et Ægypto, et in Hispania Balearibus, non minus etiam Lemno, cujus insulæ vectigalia Atheniensibus S. P. Q. R. concessit fruenda.' Diosc. v. 111. Μίλτος Σινωπική.

[n] *Et in Cappadocia*] Aëtius II. 5. p. 49. Πρωτεύει δὲ πᾶσα ἡ Σινωπικὴ μὲν καλουμένη, γινομένη δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ. Sic et Diosc. loc. cit. Συλλέγεται ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ἐν σπηλαίοις τισί.

[o] *Glebis suus colos*] Intus colos est glebis unicus ac simplex, ὁμόχρους, inquit Diosc. extra varius, instar macularum.

Digitized by Google

Species Sinopidis[p] tres, rubra, et minus rubens, et inter has media. Pretium optimæ in libras, X. II.[3][q] Usus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus, quæ ex Africa venit, octoni asses:[r] cicerculum appellant.[4][s] Quæ magis ceteris rubet, utilior abacis.[t] Idem pretium[u] ejus, quæ pressior[v] vocatur, et est[5] maxime fusca. Usus ejus ad bases abacorum. In medicina[w] vero blandus, emplastrisque et malagmatis, sive sicca[x] compositione ejus, sive liquida, facilis:[6] contra ulcera in humore[a] sita, veluti oris, sedis. Alvum sistit infusa:[y] fœminarum profluvia, pota denarii pondere. Eadem adusta siccat scabritias oculorum, e vino maxime.

XIV. Rubricæ[a] genus in ea voluere intelligi quidam secundæ auctoritatis: palmam enim Lemniæ dabant. Minio

[a] *In locis humidis.*

Miller. Bipont. et Franz.—2 *Hac usi* cod. Dalec.—3 Ita codd. Regg. Brot. et Voss. *optimæ den. XII.* cod. Dalec. Vid. Not. Varr. *optimæ in libras X. III.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *optimæ in libras XIII. denarii* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *cicerculam appellant.*—5 Vet. Dalec. *vocatur. Ea est.*—6 Idem Vet. *emplastrisque et pastillis sive s. c. e. s. liquida, dilutu facilis;* et sic margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc. Mox, *humore obsita* alii ap. Dalec.

NOTÆ

[p] *Species Sinopidis*] Isidorus ad verbum Orig. XIX. 17.

[q] *In libras, X. II.* [*X. III.*] Denarii tres, Gallicæ monetæ asses ærei quatuor ac viceni.

[r] *Octoni asses*] Subintellige, pretium in libras.

[s] *Cicerculum appellant*] Unde Cicerculus color, qui vulgo *griseus* appellatur, *gris, gris brun.* Joan. Bapt. Confectius in Collect. Privil. Mendic. ubi de Honorio IV. Papa: 'Fratribus Carmelitanis, hispida et inculta palla indutis, cappam albam super tunica et scapulari cicerculi coloris concessit.'

[t] *Utilior abacis*] Abaci hoc loco figuræ quadratæ vocantur, ad parietum ornamenta, variis distinctæ coloribus: vulgus apud nos *compartimenta* nuncupat. De his cap. 1.

[u] *Idem pretium*] Octoni asses.

[v] *Quæ pressior*] Coloris magis obscuri, magisque fusci. Presso saturum opponitur, ut alibi monuimus.

[w] *In medicina*] Diosc. v. 111.

[x] *Sive sicca*] Sive sicca ex ea emplastra fiant, sive diluatur. Et pastillos exsiccantes astrictoriosque componi ex ea, auctor est Diosc. loc. cit.

[y] *Alvum sistit infusa*] Clystere. Ἵστησι δὲ καὶ κοιλίαν ἐν ᾠῷ λαμβανομένη, καὶ ἐγκλυζομένη. Diosc. loc. cit.

[a] *Rubricæ*] *Terre rouge:* quo in genere quidam Sinopicæ secundum locum assignabant, Lemniæ primam auctoritatem.

Digitized by Google

proxima hæc est,[1] multum antiquis celebrata, cum insula,[2] in qua nascitur. Nec nisi signata[b] venumdabatur: unde et sphragidem appellavere. Hac minium sublinunt adulterantque. In medicina, præclara res habetur. Epiphoras enim oculorum mitigat et dolores circumlita. Ægilopas manare[3] prohibet. Sanguinem[c] rejicientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur et contra lienum[4] renumque vitia, et purgationes fœminarum. Item et contra[d] venena, et serpentium ictus terrestrium marinorumque, omnibus ideo antidotis familiaris.

XV. Ex reliquis rubricæ generibus, fabris utilissima[e] Ægyptia et Africana, quoniam maxime sorbentur picturis.[1] [f]

CAP. XIV. 1 Codex Dalecampii *dabant. Minio proxima hæc est.*—2 'Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. al. vett. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *nec insula* Harduin. 1.—3 Cod. Dalec. *manere.*—4 Cod. Dalec. *lienem.*

CAP. XV. 1 Ita ex codd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sorbentur. Picturis autem apte nascitur et in f. metallis. Ex ea, &c.* Gronov. et al. vett. Vide ad Cap. seq.

NOTÆ

[b] *Nec nisi signata*] Diosc. v. 113. de terra Lemnia: *Ἣν οἱ ἐκεῖ ἄνθρωποι ἀναπλάσσοντες καὶ σφραγίζοντες εἰκόνι αἰγὸς, σφραγῖδα καλοῦσιν αἰγός. Hanc deinde incolæ coactam in pastillos capræ imagine signant: unde et sphragida ægos, hoc est, capræ sigillum appellavere.* Dianæ imagine signari Galenus ait de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 246. quod Dianæ scilicet capra sacra foret. Quæ terra Lemnia sigillataque Dioscoridi et Galeno dicitur, eadem rubrica Lemnia a colore nominata est. Vide Aldrov. de Metall. II. 17. pag. 263. Nunc Turcici Imp. sigillo signatur. Iconem Bellonius *αὐτόπτης* exhibet Observ. I. 22.

[c] *Sanguinem*] Ita Galenus loc. cit. p. 249. Aëtius item II. 4. p. 48. cum oxycrato, *μετ' ὀξυκράτου.* Quin et aspersu ejus terræ sanguinem cohiberi scribit Theod. Priscianus II. 2. 9. vel per se, vel ex aceto si illinatur.—'Astringendi vim, pariter ut Lemnia, ea habet quæ nunc apud nos e Lusitania devehitur: pariterque a signo eidem impresso sigillata dicitur: *La terre sigelée est astringeante.*' Ed. sec.

[d] *Item et contra*] Hæc totidem verbis Diosc. lib. v. c. 113. Galenus, et Aëtius locis cit. Bellonius item in Observ. lib. I. c. 23.

[e] *Fabris utilissima*] Non item medicinis. Diosc. v. 12. Ἡ δὲ *τεκτονικὴ μίλτος ἥττων ἐστὶ κατὰ πάντα τῆς Σινωπικῆς.* Ἀρίστη δὲ ἡ Αἰγυπτιακὴ, καὶ Καρχηδονικὴ, κ. τ. λ. *Rubrica fabrilis, &c.*

[f] *Sorbentur picturis*] Colorem, qu a fabris rubrica ea gemina tingitur, celeriter utraque sorbet. Sic creta c. 26. 'rubiam cogitur sorbere.' Digna risu Salmasii conjectura legentis, *directuris*, quam vocem nec Latinæ aures, nec loci hujus sententia ferat.

Digitized by Google

XVI. Nascitur autem et in ferrariis metallis ochra: ex ea fit[g] exusta rubrica,[1] in ollis novis luto circumlitis. Quo magis[h] arsit in caminis, hoc melior. Omnis autem[i] rubrica siccat, ideoque et emplastris convenit, igni etiam sacro.

XVII. Sinopidis Ponticæ selibra,[1] silis lucidi[j] libris X. et Melini Græciensis[k] duabus mixtis tritisque una, per dies XII. leucophorum[2][l] fit, hoc est, glutinum auri, cum inducitur ligno.

XVIII. Parætonion[m] nomen loci habet ex Ægypto: spumam maris esse dicunt solidatam cum limo: et ideo conchæ minutæ inveniuntur in eo.[1] Fit et in Creta insula, atque Cyrenis. Adulteratur Romæ creta Cimolia decocta,

CAP. XVI. 1 '*Nascitur autem et in ferrariis metallis ochrâ: ex ea fit exusta rubrica*] Ita et quidem optime Mss. Reg. 2. et 3. Hermol. Barb. Pintian. Male autem in Ms. Reg. 5. et Editione principe aliisque, *Nascitur autem et in ferrariis metallis;* idque ad rubricam referunt. Deinde addunt, *Ex ea fit ochra, exusta rubrica.* Quod quidem absurdum est. Ex exusta ochra fit rubrica, quia ferreis abundat partibus, quæ igne rubescunt. At ex rubrica non fit ochra. Consentiens ergo est Plinius Dioscoridi et Theophrasto de Lapidibus, qui ex exusta ochra fieri rubricam docent.' *Brotier.* *Nascitur autem et in ferrariis metallis.* CAP. XVI. *Ex ea fit ochra, exusta rubrica* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. XVII. 1 Cod. Dalec. *sex libris.*—2 Vet. Dalec. *chrysophorum.*

NOTÆ

g *Ex ea fit* [*ochra*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XIX. 17. Cardanus item de Subtil. lib. V. Sed et ochra vicissim exusta similitudinem quandam fieri rubricæ auctor est Diosc. loc. cit. Et Theophr. libro περὶ λίθων. Γίνεται μίλτος καὶ ἐκ τῆς ὤχρας κατακαιομένης.

h *Quo magis*] Isidorus loc. cit.

i *Omnis autem*] Diosc. V. 111. de rubrica universe: Δύναμιν δὲ ἔχει ξηραντικὴν, ἐμπλαστικήν. Διὸ καὶ ἐμπλάστροις τραυματικαῖς μίγνυται.

j *Silis lucidi*] Hoc est, ochræ, ut diximus XXXIII. 56.

k *Græciensis*] Græciense pro Græco dixit etiam Gellius XIX. 10.

l *Leucophorum*] Sic Mss. omnes, editique: tum hoc loco, tum XXXIII. 20. tum demum in Indice: frustra quibusdam *chrysophoron* rescribentibus.

m *Parætonion*] Hæc totidem verbis Vitruvius VII. 7. p. 139. De Parætonio V. 6. Non aliud est quod in nostro hoc orbe, ut in Saxonia, invenitur, et Parætonium appellatur: creta nempe littoralis candidissima, glutinosa, pinguis, quæ colligi sine limo et marina spuma non potest: in qua et conchas minutulas delitescere interdum notatur. Vide Agricolam de Nat. Fossil. lib. II. p. 202. In causa id fuit, cur spumam maris esse Parætonium dicerent cum limo solidatam.

Digitized by Google

conspissataque. Pretium optimo in pondo sex, X. I.[2] [n] E candidis [o] coloribus pinguissimum, et tectoriis tenacissimum, propter lævorem.

XIX. Melinum [1] [p] candidum et ipsum est, optimum in Melo insula. In Samo quoque nascitur: sed eo non utuntur [q] pictores propter nimiam pinguitudinem. Accubantes effodiunt ibi [r] inter saxa [2] venas scrutantes. In medicina [s] eundem usum habet, quem Eretria creta. Præterea linguam tactu siccat. Pilos detrahit et mitigat.[3] [t] Pretium in libras sestertii singuli. Est et colos tertius e candidis, cerussæ, cujus rationem in plumbi metallis diximus.[u] Fuit et terra [4] per se [v] in Theodoti fundo inventa Smyrnæ, qua

CAP. XVIII. 1 Cod. Dalec. *cum eo.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *C. XI. denar.* cod. Dalec. *XVI. talentis* Bud. de Asse, lib. III. *sexdecim* Gronov.

CAP. XIX. 1 *Melium* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 Cod. Dalec. *effodiunt intra saxa.*—3 Vet. Dalec. *et lævigat;* margo edd. Dalec. et Gronov. *extenuat.*—4 *Fit et e terra* cod. Dalec.

NOTÆ

[n] *In pondo sex, X. I.*] Hoc est, in sex libras denarius unus. Ita Reg. 2. et alii. Editi hactenus libri perperam, *in pondo sexdecim.*

[o] *E candidis*] Plinius supra XXXIII. 27. ‘Parætonium, quoniam est natura pinguissimum, et propter lævorem tenacissimuma tramento inspergitur: ne Parætonii candor pallorem chrysocollæ afferat.’

[p] *Melinum*] Totidem verbis Isidorus loc. cit. Melinum metallum appellat Vitruvius VII. 7. p. 139. Diosc. v. 180. Meliam terram ait colore cineream Eretriam imitari: Ἡ δὲ Μηλία τὴν μὲν χρόαν καὶ αὐτή ἐστιν ἐμφερὴς Ἐρετριάδι τῇ σποδοειδεῖ. Sed Eretria terra gemina est, teste Diosc. v. 171. altera vehementer alba.

[q] *Sed eo non utuntur*] Samio nempe metallo, teste Theophr. περὶ λίθων, p. 13. Διὰ τὸ λίπος ἔχειν, καὶ πυκνότητα, κ. τ. λ. At utuntur melino, teste eodem Theophr. et Diosc. loc. cit.

[r] *Accubantes effodiunt ibi*] In Samo. Theophr. loc. cit.

[s] *In medicina*] Diosc. hæc totidem fere verbis, de terra Melia, lib. v. p. 180.

[t] *Et mitigat*] Extenuat, λεπτύνει τὰς τρίχας, Diosc. loc. cit.

[u] *In plumbi metallis diximus*] Libro XXXIV. c. 54.

[v] *Fuit et terra per se*] Fuit, inquit, et ad colorem candidum terra quædam apta, cerussæ plane par, et eo quoque nomine, nec tamen e plumbo, sed ex ipsa tellure per se nata, quasi nativa cerussa. Vitruvius VII. 7. p. 139. terram seu cretam viridem vocat. ‘Creta viridis,’ inquit, ‘pluribus locis nascitur: sed optima Smyrnæ. Hanc autem Græci θεοδότιον vocant, quod Theodotus nomine fuerat, cujus in fundo id genus cretæ primum est inventum.’ Fuit nimirum, ut Falloppius animadvertit v. 18. diversus cerussæ colos apud antiquos:

Digitized by Google

veteres ad navium picturas utebantur. Nunc omnis[w] ex plumbo et aceto fit, ut diximus.

XX. Usta[a] casu reperta incendio Piræei, cerussa in orcis cremata.[1] Hac primus usus est Nicias supra dictus.[b] Optima nunc Asiatica habetur, quæ et purpurea appellatur. Pretium ejus in libras, X. VI.[2] [c] Fit et Romæ cremato sile[d] marmoroso, et restincto aceto. Sine usta[3] non fiunt umbræ.

XXI. Eretria terræ suæ[e] habet nomen. Hac Nicomachus et Parrhasius[1] usi. Refrigerat,[f] emollitque. Explet vulnera, si coquatur, ad siccanda utilis: præcipua et capitis doloribus,[2] et ad deprehendenda pura.[3] [g] Subesse enim ea[h] intelligunt,[4] si ex aqua illita non arescat.[i]

CAP. XX. 1 Cod. Dalec. *cerussa cremata.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in libras XVI. denarii* codd. et Vet. Dalec. *in libras æris quinque* Gronov. et al. vett.—3 Cod. Dalec. *perfuso aceto. Sine ista.*

CAP. XXI. 1 *Parasius* Gronov. et al. ante Harduin.—2 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *ad siccanda utilis præcipua et capitis doloribus* cod. Dalec. *ad siccanda præcipue utilis, et capitis doloribus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Dalec. *obscura.*—4 Ita codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *intelligitur* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

cum alia candidissima foret, alia minus: alia rubescens, alia livida: quæ forsan viridis a Vitruvio appellatur.

[w] *Nunc omnis*] Cerussa videlicet, ut diximus XXXIV. 54.

[a] *Usta*] Quam pictores ustam vocant, ex cerussa fit cremata. Affinis est sandaracæ adulterinæ, de qua c. 22. sed multo præstantior. Officinæ nunc minium vocant, et *mine de plomb.*

[b] *Nicias supra dictus*] Cap. 10.

[c] *In libras, X. VI.*] Denarii sex, monetæ nostræ asses octo et quadrageni. Ita Reg. 2. aliique probati codices. In editis perperam, *æris quinque.*

[d] *Fit et Romæ cremato sile*] Hoc est, cremata ochra, ut diximus XXXIII. 56. Vitruvius VII. 11. p. 45. 'Usta vero, quæ satis habet utilitatis in operibus tectoriis, sic temperatur. Gleba silis boni coquitur, ut sit in igne candens: ea autem aceto extinguitur, et efficitur purpureo colore.'

[e] *Eretria terræ suæ*] Ab Eretria Eubœæ oppido, de quo IV. 21.

[f] *Refrigerat*] Diosc. v. 171. *Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, καὶ ψυκτικὴν, κούφως μαλακτικὴν, καὶ κοιλωμάτων πληρωτικὴν, καὶ ἐναίμων κολλητικήν.*

[g] *Ad deprehendenda pura*] Ad deprehendendum num in thorace pus delitescat. Vide Notas et Emend. num. 5.

[h] *Subesse enim ea*] Pura videlicet.

[i] *Non arescat*] Hippocrates contra, si cito arescat, ut dicemus in Notis et Emend. num. cit.

Digitized by Google

XXII. Sandaracam[j] et ochram Juba tradit in insula Rubri maris Topazo nasci: inde nunc[k] pervehuntur[1] ad nos. Sandaraca quomodo fieret, diximus.[l] Fit et adulterina[m] ex cerussa in fornace cocta. Colos esse debet flammeus.[n] Pretium in libras, asses quini.

XXIII. Hæc si torreatur,[o] æqua parte rubrica admixta, sandycem facit. Quanquam animadverto[p] Virgilium existimasse herbam id esse, illo versu:

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Pretium in libras, dimidium ejus, quod sandaracæ. Nec sunt alii duo colores[1] majoris ponderis.

CAP. XXII. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *nasci: sed inde non pervehuntur.*

CAP. XXIII. 1 'Ita codd. Regg. 2. 3. In cod. Reg. 5. et Editione principe, aliisque, deest *duo*.' Brotier. *Nec sunt alii colores* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

j *Sandaracam*] Isidorus totidem verbis, XIX. 17. Et alibi nasci tradit Diosc. v. 121.

k *Inde nunc*] Sic Mss. omnes. Editi contra, *sed inde non pervehuntur ad nos.*

l *Sandaraca . . . diximus*] Ubi nempe effoderetur, dixit anteriore lib. cap. 35.

m *Fit et adulterina*] Hæc Isidorus totidem verbis, loc. cit. a Plinio, ut arbitramur: Plinius a Vitruvio VII. 12. p. 146. 'Cerussa,' inquit, 'cum in fornace coquitur, mutato colore ad ignis incendium, efficitur sandaraca: id autem incendio facto ex casu didicerunt homines: et ea multo meliorem usum præstat, quam quæ de metallis per se nata foditur.'

n *Colos . . . . flammeus*] Paulus ex Festo: 'Sandaraca, genus coloris. Nævius: Merula sandaricino ore.' Habet autem merula rostrum luteum.

o *Hæc si torreatur*] Cerussa scilicet in fornace cocta, sive sandaraca. Iisdem verbis Isidorus loc. cit. scriptoresque alii permulti, quos laudat sequiturque Cæsius de Mineral. II. 4. 8. p. 210.

p *Quanquam animadverto*] Nempe ob vocem eam *pascentes*, quæ otiose quodammodo posita in eo carmine videatur, nisi ad herbam commode referri possit. Et sane Hesychius, et Vopiscus in Probo, florem sandycis aiunt habere colorem similem croco: Σάνδυξ, δένδρον θαμνῶδες, οὗ τὸ ἄνθος χροιὰν κόκκῳ ἐμφερῆ ἔχει, ὡς Σωσίβιος. —'Ignotus est, fictusque hic frutex.' *Ed. sec.*—Ac vetus Glossarium Puteani, ita referente Salmasio in Hist. Aug. p. 369. 'Sandyx herba tincturæ apta, quam vulgus Guarantiam vocat.'—'Falso: est enim Guarancia erythrodanus, de qua Plinius egit XXIV. 56.' *Ed. sec.*—Non placuit tamen hoc Plinii de Marone judicium Scaligero, Faloppio, Dalecampio. At placuit Volaterrano, Turnebo, et Ludovico de la Cerda, quem tu ea de re consule.

Digitized by Google

XXIV. Inter factitios est et Syricum,[q] quo minium sublini diximus.[r] Fit autem[s] Sinopide et sandyce mixtis.

XXV. Atramentum[a] quoque inter factitios erit, quanquam est et terra[b] geminæ originis. Aut enim salsuginis modo emanat, aut terra ipsa sulfurei[1] coloris ad hoc probatur. Inventi sunt pictores, qui e sepulcris carbones infectos[2] [c] effoderent. Importuna[3] hæc omnia ac novitia. Fit enim e fuligine[4] [d] pluribus modis, resina vel pice exustis. Propter quod officinas etiam ædificavere, fumum eum non emittentes. Laudatissimum eodem modo fit e tædis.[e] Adulteratur fornacum balinearumque fuligine, quo ad volu-

CAP. XXV. 1 Vet. Dalec. *est et geminæ originis. Aut e. s. morem aut si e terra ipsa, quæ sulphurei.*—2 Vet. Dalec. *intectos.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sed importuna* Gronov. et al. vett.—4 'Ita codd. Regg. Pintian. Dalec. et Cl. Durand.' *Brotier.* *Fit enim ex fuligine* Vet. Dalec. *Fit enim et fuligine* Gronov. al. vett. Harduin.

NOTÆ

[q] *Syricum*] Συρικὸν Aëtio II. 59. ceterisque scriptoribus, librisque Plinii Mss. non *Scyricum*, ut libri hactenus editi habent. Isidorus XIX. 17. 'Syricum rubri coloris pigmentum, ex quo et librorum capita pinguntur. Ipsum est et Phœniceum appellatum ita, eo quod in Syria colligatur, in littoribus maris, ubi Phœnices habitant. Est autem inter factitios. Nam sæpe fit Sinopide et sandyce mixtis.'

[r] *Sublini diximus*] Lib. XXXIII. c. 40.

[s] *Fit autem*] Sic Isidorus loc. cit. Aliter Aëtius II. 59. pag. 56. Sincera cerussa si crematur, in Syricum transmutatur, quod Medici vocant sandycem: quod cerussa cremata subtilior redditur, &c. Ms. Græcus: *Καιόμενον καὶ τὸ καθαρὸν ψιμμύθιον, εἰς τὸ καλούμενον Συρικὸν μεταβάλλεται, ὅπερ οἱ ἰατροὶ σάνδυκα ὀνομάζουσι· λεπτομερέστερον δὲ τὸ ψιμμύθιον γίνεται καυθὲν, κ. τ. λ.*

[a] *Atramentum*] *Le noir.*

[b] *Quanquam est et terra*] Præter factitium, inquit, est et nativum ac fossile atramentum, gemina ratione e terra natum: *Du noir de terre.* Totidem verbis, atque adeo paulo explanatius Diosc. v. 118. Τῆς δὲ *μελαντηρίας, ἡ μέν τις τῶν ὀρυγμάτων στομίοις, ἀφ' ὧν ἂν μεταλλευθῇ ὁ χαλκὸς, ἐπιπήσσεται ἁλμυρίδος τρόπον· ἡ δὲ ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας τῶν προειρημένων τόπων, ἥτις καὶ γεώδης ἐστὶν . . . Διαφέρει δ' αὐτῆς ἡ θειόχρους, κ. τ. λ.*

[c] *Carbones infectos*] Carbones cum reliquiis usti cadaveris in urnam conjectos.

[d] *Fit enim e fuligine*] Hæc totidem verbis Diosc. v. 183. Oribas. l. XIII. fol. 280. b. Isidorus Orig. XIX. 17. Multo uberius conficiendi modum Vitruvius edocet VII. 10. pag. 143. Hanc fuliginem nostri vulgo vocant, *Noir de fumée.* Ex hac atramentum hodie componitur, quo Typographi utuntur: ut olim ex ea pingendis characteribus parabatur.

[e] *E tædis*] Diosc. loc. cit. ἐκ δᾳδίων. Genus esse arboris picem ferentis tædam antea diximus XVI. 19.

Digitized by Google

mina scribenda utuntur. Sunt qui et vini fæcem[f] siccatam excoquant: affirmantque, si ex bono vino fæx fuerit, Indici speciem[g] id atramentum præbere.[5] Polygnotus et Micon,[6] celeberrimi pictores Athenis, e vinaceis fecere:[7] tryginon[h] appellant. Apelles commentus est ex ebore[i] combusto facere, quod elephantinum vocavit. Apportatur et Indicum,[j] inexploratæ[8] adhuc inventionis mihi. Fit etiam[k] apud infectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. Fit et e tædis[l] ligno combusto, tritisque in mortario carbonibus. Mira in hoc sepiarum natura: sed ex his non fit.[m] Omne autem atramentum[9] Sole perficitur, librarium gum-

1. 2. 3. et recentt.—5 Vet. Dalec. *præbere, trigynon appellant.*—6 *Mycon* Gronov.—7 Cod. Dalec. *pictura Athenis e vinacea fæce.* 'Hæc duo verba, *pictores Athenis*, in V. hic non leguntur, sed post *præbere.*' Dalec.—8 'Ita bene codd. Regg. 2. 3. et Pintian. In cod. Reg. 5. et Editione principe, aliisque, frustra additum, *ex India;* quod inutile.' *Brotier.* *et Indicum ex India, inexploratæ* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. *Omne atramentum* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.

NOTÆ

f *Sunt qui et vini fæcem*] Fit hodieque et sic a pictoribus Italis, usta vini fæce, quam ii *Fescia di botta* vocant. Vitruvius VII. 10. pag. 144. 'Non minus si fæx vini arefacta, et cocta in fornace fuerit, et ea contrita cum glutino in opere inducetur, perquam atramenti suavem efficiet colorem: et quo magis ex meliore vino parabitur: non modo atramenti, sed etiam Indici colorem dabit imitari.' Sic pariter Isidorus loc. cit.

g *Indici speciem*] De Indico inferius cap. 27.

h *Tryginon*] Τρύγινον, *fæcatum*: nam τρὺξ, *fæcem* et *mustum* sonat.

i *Ex ebore*] Atque hic etiamnum mos est pictoribus nostris: neque ex ebore tantum cremato parant, sed et ex ossibus Persicorum ustis. *Du noir d'os.*

j *Apportatur et Indicum*] Atramentum scilicet, tam nobis hodieque, quam Plinio olim ignotum. At non Leoni Allatio, qui penes se habuisse testatur atramentum e Sinica regione advectum, nigerrimum, lucidissimumque, sed inexploratæ sibi præparationis, ut ipse ait in Animadv. ad Antiq. Etruscas, num. 79. pag. 144. Plinium igitur Salmasius frustra coarguit, in Solin. p. 255.

k *Fit etiam*] Isidorus XIX. 17.

l *Fit et e tædis*] Vitruvius VII. 10. p. 143. 'Sarmenta, aut tædæ schidiæ comburantur: cum erunt carbones, extinguantur: deinde in mortario cum glutino terantur. Ita erit atramentum tectoribus non invenustum.'

m *Sed ex his non fit*] Non fit, sed nascitur: vel non fit, quod nempe sit pictoribus usui. Persius Sat. III. sine controversia atramenti e sepia meminit: 'Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.' Et Ausonius: 'Notasque furvæ sepiæ.' Afros sepia sibi atramentum parasse aiunt Glossæ veteres, Cornutus, Casaubonus, cetérique.

Digitized by Google

mi,[n] tectorium[o] glutino admixto. Quod autem aceto liquefactum est, ægre eluitur.

XXVI. E reliquis coloribus,[1] quos a dominis dari diximus,[a] propter magnitudinem pretii, ante omnes est purpurissum e creta[b] argentaria: cum purpuris pariter tinguitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Præcipuum[c] est primum, fervente aëno rudibus medicamentis inebriatum. Proximum, egesto eo, addita creta in jus idem.[d] Et quoties id factum est, levatur bonitas[e] pro numero, dilutiore sanie.[f] Quare Puteolanum[g] potius laudatur, quam Tyrium,

CAP. XXVI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *E liquidis coloribus* Gronov. et vulgg. Mox, *purpurissum*. Creta

NOTÆ

[n] *Librarium gummi*] Reg. 2. *comme:* hoc est, adjecto gummi: in sexto, ut aiunt, casu, voce ea efferri olim sic solita. Vitruvius loc. cit. 'Fuligo, quæ circa parietem et cameræ curvaturam adhærescit, inde collecta, partim componitur ex gummi subacto ad usum atramenti librarii; reliqua tectores, glutinum admiscentes, in parietibus utuntur.'

[o] *Tectorium*] Librarium est, quod exscribendis libris; tectorium, quod parietibus illinendis incrustandisque adhibetur.

[a] *E reliquis . . . quos . . . dari diximus*] Cap. 12.

[b] *Purpurissum e creta*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XIX. 17. De creta argentaria dicetur inferius cap. 58. dictumque jam supra XVII. 4. Ea liquore purpuræ imbuta purpurissum vocabatur, ab eo colore quem acceperat, reddebatque. Ad fucandam faciem, ut cerussam olim, sic et purpurissum adhiberi mos fuit. Plautus in Mostell. I. 3. 101. 'PHI. Cedo cerussam. SC. Quid cerussa opus nam? PHI. Qui malas oblinam . . . . Tum tu igitur cedo purpurissum. SC. Non do: Scita es tu quidem. Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum. Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere: Neque cerussam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.' Et in Trucul. II. 2. 45. 'Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes.'

[c] *Præcipuum*] Isidorus loc. cit. totidem verbis.

[d] *In jus idem*] In eundem liquorem. Ita nimirum se res habuit: dum purpura in aëno coqueretur, cretæ istius partes immittebantur eo, ut inebriarentur: celeriusque quam ipsæ lanæ hunc succum bibebant. Hunc succum, hoc jus, Græci ζέμα vocant. Isidorus loc. cit. *In vas idem.*

[e] *Levatur bonitas*] Sic etiam Mss. Isidorus loc. cit. *elevatur,* rectius. Minoris bonitatis est ac pretii color ille, cum creta secundo additur, quam cum primo: tertio, quam cum secundo: et sic deinceps: quia, quo sæpius additur, eo dilutior fit color.

[f] *Dilutiore sanie*] Hoc est, liquore purpuræ magis diluto, minus saturo.

[g] *Puteolanum*] Nunc quoque in Puteolano littore, ubi illud quod 'Mare Mortuum' accolæ vocant, prope Misenum promontorium purpuræ capi-

Digitized by Google

aut Gætulicum, vel Laconicum, unde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quod hysgino[h] maxime inficitur, rubiamque cogitur sorbere. Vilissimum a Canusio.[2][i] Pretium huic a singulis denariis in libras, ad triginta.[3][j] Pingentes sandyce sublita, mox ovo[k] inducentes purpurissum, fulgorem minii faciunt. Si purpuram facere malunt, cœruleum[l] sublinunt, mox purpurissum ex ovo inducunt.

XXVII. Ab hoc maxima auctoritas Indico. Ex India venit,[m] arundinum spumæ[1] adhærescente limo: cum teritur,[2] nigrum: at in diluendo[n] mixturam purpuræ cœruleique mirabilem reddit. Alterum genus[o] ejus est in purpurariis officinis innatans cortinis: et est purpuræ spuma. Qui adulterant, vero Indico tinguunt stercora[3] columbina:

argentaria cum purpuris, &c. cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *in Canusio.*—3 Vet. Dalec. *in singulas libras ad denarios triginta.*

CAP. XXVII. 1 Alii ap. Dalec. *spuma.*—2 Cod. Dalec. *secernitur.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Indico ster-*

NOTÆ

untur: sed cibis tantum, nec jam tingendis lanis expetitæ. Vide Fab. Columnam de Purpura, p. 18.

h *Quod hysgino*] Colore videlicet, de quo IX. 65. et XXI. 97.

i *A Canusio*] Auctor libri de Simp. Med. ad Patern. inter Galeni opera, tom. XIII. p. 997. 'Purpurissum,' inquit, 'quod et fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ et pusillæ, in modum tessellarum, quæ ab infectoribus tinguntur colore roseo. Tale est maxime Canusinum: sequens, Puteolanum.'

j *Ad triginta*] Pro coloris, scilicet, ac pigmenti bonitate ac temperatura.

k *Mox ovo*] Ex ovi candido, sive albumine, quo usi videntur antiqui ad temperandos colores.

l *Cæruleum*] De quo XXXIII. 57.

m *Ex India venit*] Totidem fere verbis Diosc. v. 107. *Τοῦ δὲ λεγομένου Ἰνδικοῦ, τὸ μὲν αὐτομάτως γίνεται, οἱονεὶ ἔκβρασμα ὂν τῶν Ἰνδικῶν καλάμων . . . ἄριστον δὲ ἡγητέον εἶναι τὸ κυανοειδὲς, κ. τ. λ.* *Ex Indici generibus unum sponte naturæ provenit, veluti spuma Indicis arundinibus adhærescens: . . . Optimum porro censendum, quod cærulei speciem præbet, &c.* Nobis id hodie Indici genus incompertum: ut ævo Pliniano perrarum. Ejus vice paratur ex arte geminum: alterum ex isati, sive glasto, mola macerata, formataque in panes. Hi mox in cortinis infectoriis ebullientes efficiunt coloris cœrulei spumam, quæ postea siccata Indicum sumministrat, *de l'Inde.* Alterum ex simili herba quam *Indigo* vocant, ex Guatimala novæ Hispaniæ regione ad nos allata.

n *At in diluendo*] Isidorus quoque Orig. XIX. 17.

o *Alterum genus*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. *Τὸ δὲ βαφικόν ἐστιν ἐπανθισμὸς πορφυροῦς ἐπαιωρούμενος τοῖς χαλκείοις, ὃν ἀποσύραντες ξηραίνουσιν οἱ τεχνῖται.* *Alterum dant infectorum officinæ, estque purpureus quasi flos æreis*

Digitized by Google

aut cretam [p] Selinusiam: vel annulariam [4] [q] vitro inficiunt. Probatur carbone. Reddit enim, quod sincerum est, flammam excellentis purpuræ: et dum fumat, odorem maris.[5] Ob id quidam e scopulis id colligi putant. Pretium Indico, X. X. in libras.[6] [r] In medicina [s] Indicum rigores et impetus sedat, siccatque ulcera.[7]

XXVIII. Armenia mittit,[a] quod ejus nomine appellatur. Lapis est hic [b] quoque chrysocollæ modo infectus: optimusque est, qui maximo vicinus est,[1] [c] communicato colore cum cœruleo. Solebant libræ ejus tricenis nummis [d] taxari. Inventa per Hispanias arena est, similem curam recipiens. Itaque ad denarios senos [e] vilitas [2] rediit. Distat a cœ-

cora Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *aluminariam.* Mox, *ultro inficiunt* Gronov. et vulgg. *vitro inficiunt* Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vero inficiunt* Dalecampius.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *odorem maris olet* Gronov. et al. vett. *odorem maris subit* cod. Dalec. unde Dalecampius conj. *odorem maris subjicit.*—6 Cod. Dalec. *triginta in libras;* Gronov. et al. ante Harduin. *Indico denarii viginti in libras.*—7 Cod. Dalec. *siccat oris ulcera.*

CAP. XXVIII. 1 *Optimumque est, quod maxime viret* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *utilitas* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

innatans cortinis, quem derasum artifices siccant.

p *Aut cretam*] Vitruvius VII. 14. p. 149. 'Item propter inopiam coloris Indici, cretam Selinusiam, aut annulariam, vitro, quod Græci isatin appellant, inficientes, imitationem faciunt Indici coloris.' Locum hunc ita legendum recte admonuit Turnebus Advers. VI. 17. pag. 160. De vitro seu isati herba egimus XXII. 2.

q *Vel annulariam*] De eo cretæ genere dicetur cap. 30.

r *X. X. in libras*] Denarii decem: monetæ Gallicæ, asses octoginta, seu floreni quatuor. Ita porro Mss. non, ut editi, *denarii viginti:* connexis præpostere his duobus denarii notis, quas divelli a se invicem oportuit.

s *In medicina*] Diosc. v. 107. Ἔστι δὲ τῶν στυφόντων ἐλαφρῶς καὶ ῥησσόντων φλεγμονὰς, καὶ οἰδήματα· ἀνακαθαίρει δὲ καὶ καταστέλλει ἕλκη. *Inter medicamenta est quæ leviter astringunt, et inflammationes tumoresque rumpunt. Ulcera quoque purgat et reprimit.*

a *Armenia mittit*] Armenium scilicet, Ἀρμένιον Diosc. v. 105. Ἀρμενιακὸν, ᾧ οἱ ζωγράφοι χρῶνται Aëtio lib. II. ex Ms.

b *Lapis est hic*] Lapidem hunc æque atque chrysocollam luto herba infici indicat, pingique ipsum antequam pingat. Vide quæ dicta sunt XXXIII. 26.

c *Optimusque est, qui maxime vicinus est*] Qui proxime ad chrysocollæ colorem accedit. Ita Reg. 2. et Colb. 3. non, ut in editis legitur, *Optimumque est quod maxime viret.*

d *Tricenis nummis*] Hoc est, XXX. sestertiis: nostræ monetæ, assibus sexagenis, sive florenis tribus. Scutum Galli vocant.

e *Itaque ad denarios senos*] Sive ad sestertios XXIV. detractis ex priore

Digitized by Google

ruleo[f] candore modico, qui teneriorem hunc efficit colorem.[3] Usum in medicina[g] ad pilos tantum alendos habet, maximeque in palpebris.

XXIX. Sunt etiamnum novitii[1] duo colores, et vilissimi.[2] Viride quod Appianum[h] vocatur, et chrysocollam mentitur,[3] ceu parum multa sint mendacia ejus. Fit et ex creta[4] viridi,[i] æstimatum sestertiis[j] in libras.

XXX. Annulare quod vocant,[k] candidum est, quo muliebres picturæ illuminantur. Fit et ipsum ex creta, admixtis vitreis gemmis ex vulgi annulis, unde et annulare dictum.

XXXI. (VII.) Ex omnibus coloribus cretulam amant,[1] [l]

vilitas, vel *utilitate*, alii ap. Dalec.—3 Ita Gronov. Harduin. 1. Miller. et Bipont. *teneriorem efficit colorem* Harduin. 2. 3. et Franz. *t. hujus e. colorem* margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. XXIX. 1 Cod. Dalec. *novi*.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *colores e vilissimis* Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quod chrysocollam luteam mentitur* Gronov. et al. vett. *quod* deest in Vet. Dalec. *quod c. lotam mentitur* cod. Dalec. Mox, *seu parum* Gronov.—4 *Fit ex creta* Vet. Dalec. Mox in eodem Vet. *in libras et quod Anulare vocant, candidum, quo, &c.*

CAP. XXXI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cretam amant* Vet. Da-

NOTÆ

indicatione sestertiis sex. Sunt porro sestertii 24. asses ærei e nostris omnino octo et quadrageni.

[f] *Distat a cœruleo*] Affinitatem esse inter Armenium cœruleumque maximam, atque eodem Lazuli lapidis nomine ab Arabibus appellari, auctor est Falloppius v. 33.

[g] *Usum in medicina*] Diosc. v. 105. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐν βλεφάροις τριχῶν αὐξητικόν.

[h] *Viride quod Appianum*] E terra Appiana. An ab Appio, loci illius domino, ubi ea primum inventa, an Apianum, ab apio, cujus ea colorem referret, incertum est. Laudatur a Celso v. 27. *Viride Alexandrinum*, quod idem forte cum Appiano. In agro Veronensi terra viridis effoditur, pictoribus expetita.

[i] *Fit et ex creta viridi*] Creta viridis seu prasiana Isidoro Orig. XIX. 17.

[j] *Æstimatum sestertiis*] Hoc est, singulis sestertiis, sive assibus duobus, in singulas libras.

[k] *Annulare quod vocant*] Hæc totidem plane syllabis Isidorus Orig. XIX. 17. ex Plinio: et ex Isidoro Papias. Hæc annularia creta superius indicata cap. 27.

[l] *Cretulam amant*] Ipse Plinius supra XXXIII. 57. de cœruleo speciatim agens: 'Usus in creta, calcis impatiens.' Et in Indice hujus loci: 'Qui colores udo non inducantur:' subintellige, udo tectorio, sive albario, ac recenti: quod Gallici sermonis consuetudine appellamus, *Peindre a fraisque*. E contra hi qui modo appellantur colores cretulam siccam sibi substerni amant.

Digitized by Google

udoque illini recusant,[a] purpurissum, Indicum, cœruleum, Melinum, auripigmentum, Appianum, cerussa. Ceræ tinguuntur iisdem coloribus[2] ad eas picturas, quæ inuruntur, alieno parietibus[m] genere, sed classibus[n] familiari,[b] jam vero et onerariis navibus: quoniam et pericula[o] expingimus,[3] ne quis miretur et rogos pingi.[p] Juvatque pugnaturos ad mortem, aut certe cædem, speciose vehi.[q] Qua contemplatione tot colorum, tanta varietate, subit antiquitatem mirari.

XXXII. Quatuor coloribus[a] solis immortalia illa opera fecere: ex albis Melino,[b] ex silaceis[c] Attico,[c] ex rubris Sinopide Pontica, ex nigris atramento, Apelles, Echion,

[a] *Ex supradictis coloribus, tectorio quod fuerit creta recente inductum, vel udum, illini recusant, qui sequuntur colores.*

[b] *Ad picturas encausticas, quo picturæ genere pingi parietes non possunt: possunt classes, navesque.*

[c] *Ex omnibus albis coloribus, Melino solo usi sunt: ex silaceis, solo Attico, &c.*

lec. *cretulam amare* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *iisdem his coloribus* Gronov. et vulgg. —3 Cod. Dalec. *pingimus.*

NOTÆ

[m] *Alieno parietibus*] Picturas, inquit, quæ inuruntur, parietes non ferunt.

[n] *Sed classibus*] Ovid. IV. Fast. 275. 'Et picta coloribus ustis Cœlestum matrem concava puppis habet.'

[o] *Et pericula*] Naves, quibus qui vehuntur, periclitantur de vita, extra pingimus.

[p] *Et rogos pingi*] Qualis ille, qui ab Herodiano describitur lib. IV.

[q] *Speciose vehi*] Pictis navibus.

[a] *Quatuor coloribus*] Ita Philostr. de Vita Apoll. II. 10. pag. 48. Cic. in Bruto num. 70. 'Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxim, et Polygnotum, et Timantem, et eorum, qui non sunt usi plus quam quatuor coloribus, formas et lineamenta laudamus. At in Echione, Nicomacho, Protogene, Apelle, jam perfecta sunt omnia, et nescio an reliquis omnibus idem eveniat. Nihil est enim simul et inventum et perfectum.' Apud eundem Tullium, in eo Paradoxo, cujus initium, 'Laudetur vero hic imperator:' ubi legitur, 'Actæonis tabula,' ex hoc Plinii loco, optimisque Plinii exemplaribus, 'Echionis' legendum censemus. Melanthium pictorem laudat Quintilianus XII. 10. p. 894. Nicomachum Vitruvius in Præfatione lib. III. pag. 37.

[b] *Ex albis Melino*] A terra Melia, de qua dictum est cap. 19. Ab hoc autem discrepat μήλινον χρῶμα, qui color idem cum luteo: neque a Melo insula nomen habet, sed ἀπὸ τῶν μήλων, *a malis*, sumsit appellationem.

[c] *Ex silaceis*] Qui color flavus fuit: nam sil et ochra sunt idem, ut sæpius monuimus.

Digitized by Google

Melanthius, Nicomachus, clarissimi pictores, cum tabulæ eorum singulæ oppidorum venirent [d] opibus. Nunc et purpuris in parietes migrantibus,[1] et India conferente fluminum suorum limum,[d] et draconum et elephantorum saniem,[e] nulla nobilis pictura est.[e] Omnia ergo meliora tunc fuere, cum minor copia. Ita est, quoniam, ut supra diximus,[f] rerum, non animi, pretiis excubatur.

XXXIII. Et nostræ ætatis insaniam in pictura[1] non omittam. Nero princeps jusserat colosseum se pingi CXX. pedum in linteo, incognitum ad hoc tempus.[g] Ea pictura cum peracta esset in Maianis[2] [h] hortis, accensa fulmine cum optima hortorum parte conflagravit. Libertus ejus cum daret Antii munus[3] gladiatorium, publicas porticus investivit pictura,[i] ut constat, gladiatorum, ministrorumque omnium veris imaginibus redditis. Hic[j] multis jam sæcu-

[d] *Emerentur.*
[e] *Nunc etsi purpuras habeamus, quibus etiam parietes tinguntur . . . nulla tamen hodie nobilis pictura est.*

CAP. XXXII. 1 Vet. Dalec. *intrantibus.*
CAP. XXXIII. 1 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *insaniam ex pictura* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in Mæcenatianis* cod. Dalec. *in Marianis* Vet. Dalec. *in Lamianis* edd. vett. et Gronov.—3 Cod. Dalec. *daturus esset munus.*

NOTÆ

[d] *Fluminum suorum limum*] Indicum: quod e limo esse adhærescente arundinum spumæ, superius judicavit, cap. 27.

[e] *Saniem*] Sanguinem draconis elephantorum morientium elisi pondere, ut dictum est XXXIII. 38.

[f] *Ut supra diximus*] Cap. 2. 'Honorem nonnisi in pretio ducentes . . . imagines pecuniæ, non suas, relinquunt.' Frustrà locum hunc solicitat Pintianus, ut legat, *res non manupretiis æstimabantur.*

[g] *Incognitum ad hoc tempus*] Incognitam ad id tempus ait fuisse eam, quæ nunc pervulgata est, pingendi in linteis rationem, inventamque propter magnitudinem picturæ. Ante id tempus, materia in qua pingebatur tabulæ fuere ligneæ, prius dealbatæ creta: e larice præsertim fœmina, propterea quod non temere findatur, ut dictum est XVI. 73.

[h] *In Maianis*] Vide Notas et Emend. num. 6.

[i] *Investivit pictura*] Ita Colb. 3. at Reg. 2. *occupavit.* Mox *ut constat* frustra iterum solicitat Pintianus, ut *inusta* reponat. Veras, inquit auctor, constat ibi depictas effigies, gladiatorum ac ministrorum.

[j] *Hic*] Apud Antiatas, inquit, jam a multis sæculis non fuere viri vere summo animo: fuere tantummodo in pictura. Frustra Dalecampius censuit, in publicis porticibus pictura

Digitized by Google

lis summus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria munera, atque in publico exponi cœpta a C. Terentio Lucano. Is avo suo,[4] a quo adoptatus fuerat, triginta paria in Foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianæ[k] posuit.

XXXIV. (VIII.) Nunc celebres in ea arte quam maxima brevitate percurram: neque enim instituti operis est ampla executio.[1] Itaque quosdam velut in transcursu,[2] et in aliorum mentione obiter nominasse satis erit, exceptis operum claritatibus,[a] quæ et ipsa conveniet attingi, sive extant, sive intercidere. Non constat sibi in hac parte Græcorum diligentia, multas[3] post Olympiadas celebrando pictores, quam statuarios,[l] ac toreutas:[4] primumque Olympiade nonagesima, cum et Phidiam[m] ipsum initio pictorem fuisse tradatur, Olympiumque[5] [n] Athenis ab eo pictum: præterea in confesso sit, octogesima tertia fuisse Panænum[6] [o] fra-

[a] *Operibus clarioribus.*

—4 *Is mortuo avo suo* Vet. Dalec.

Cap. xxxiv. 1 'Ita codd. Regg. Dalec. et Editio princeps.' *Brotier.* *est talis exsecutio* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *est amplior enarratio* Vet. Dalec.—2 'Ita codd. Reg. 5. Dalec. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *vel in transcursu* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tam multas* Gronov. et vulgg. —4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tam pictores, q. s. auctores* Vet. Dalec. *pictores, q. statuarios auctores* Gronov. et vulgg.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Olympiumque Jovem* cod. Dalec. *clypeumque* Gronov. et vulgg.—6 Ita Pausan. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Panæum* Gronov. et vulgg. Mox, *pinxit in Elide* cod. Dalec. *pinxit, Elide* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pinxit, et*

NOTÆ

vestiendis dignam summis animis excellentibusque viris curam hic intelligi.

[k] *In nemore Dianæ*] Nemoris Dianæ meminit et Vitruvius iv. 7. pag. 77. Sic appellabant Templum Dianæ Aricinæ in Nemore positum. Strabo lib. v. pag. 239. Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος . . . . τῆς δὲ Ἀρεκίνης τὸ ἱερὸν, κ. τ. λ. Ovid. de Arte Am. i. 259. 'Ecce suburbanæ templum nemorense Dianæ.' Et sacerdos ejus Rex Nemorensis appellabatur. De Aricia Latii oppido diximus lib. iii. in Geographicis.

[l] *Pictores, quam statuarios*] Τορευτὰς, *cælatores, sculptores.* Sic Reg. 2. Pintiani, ceterorumque: non, ut editi, *pictores quam statuarios auctores*, quod insulsum.

[m] *Cum et Phidiam*] Quem floruisse Olymp. lxxxiv. superiore libro indicavit, c. 19.

[n] *Olympiumque*] Periclem fortassis, de quo xxxiv. 19. Vide Notas et Emend. num. 7.

[o] *Panænum*] In libris hactenus editis, *Panæum*, male. Pausanias lib. v.

Digitized by Google

trem ejus, qui clypeum intus pinxit, Elide,[p] Minervæ, quam fecerat Colotes[q] Phidiæ discipulus, et in faciendo Jove[r] Olympio adjutor. Quid quod in confesso perinde est, Bularchi pictoris tabulam,[s] in qua erat Magnetum prælium, a Candaule rege Lydiæ[7] Heraclidarum[t] novissimo, qui et Myrsilus[u] vocitatus est, repensam auro? Tanta jam dignatio picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit necesse est: duo enim de vicesima Olympiade interiit Candaules: aut (ut quidam tradunt) eodem anno, quo Romulus,[v] nisi fallor, manifesta jam tum claritate artis adeo non absolutæ.[8] Quod si recipi necesse est, simul apparet multo vetustiora principia[9] esse, eosque, qui monochromata pinxerint, (quorum ætas non traditur,) aliquanto ante fuisse, Hygiemonem,[10] Diniam, Charmadam,[w] et qui primus in pic-



in Ægide Gronov. vulgg.—7 'Ita bene codd. Regg. et Cl. Durand.' *Brotier.* *Candaule r. Lydiæ*, omissa præpositione, Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 'In Mss. Reg. et Editione principe, *claritate artis adeo absolutiore.* In Ms. Dalecamp. *artis tantum non absolutæ.* Pessime emendatum in recentioribus editionibus, *claritate artis atque absolutione.* Absurdum est enim, et contra Plinii mentem, infra asseverantis multo serius artem fuisse absolutam perfectamve. Nostra emendatio et auctoritate Plinii cap. 9. et 10. et Mss. codicum fide defenditur.' *Brotier.* *manifesta jam tum claritate artis atque absolutione* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *manifesta adeo jam claritate artis, tantum non absolute* Vet. Dalec.—9 Cod. Dalec. *recipitur, necesse est, appareat multo vetustiore principio.* Vet. Dalec. etiam, *appareat.* Mox, *pinxerunt* cod. Dalec.—10 *Hygiæmonem, D. Charmam* cod. Dalec. *Hygiæ,*

NOTÆ

pag. 306. et 307. *Πάναινος μὲν δὴ οὗτος ἀδελφός τε ἦν Φειδίου, καὶ αὐτοῦ καὶ Ἀθήνησιν ἐν Ποικίλῃ τὸ Μαραθῶνι ἔργον ἐστὶ γεγραμμένον.*

[p] *Elide*] Vide Notas et Emend. num. 8.

[q] *Colotes*] *Κωλώτην* Parium fuisse, Pasitelis discipulum, ait Pausanias lib. v.

[r] *Et in faciendo Jove*] Quem Phidias fecit, ut dictum est xxxiv. 19.

[s] *Quid quod .... Bularchi .... tabulam*] Dictum est de ea tabula superius, vii. 39. Sunt hi Magnetes in Asia.

[t] *Heraclidarum*] Heraclidarum familia Lydiæ principatum obtinuit, ab Hercule ducta gentis origine usque ad Candaulem, quem Gyges occidit, ut refert Herod. i. 7. pag. 4. et cap. 12. pag. 16. Mermnadæ deinde successerunt, quorum primus Gyges, Crœsus postremus extitit.

[u] *Qui et Myrsilus*] Herodotus i. 7. p. 3. *Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον ὀνομάζουσι, τύραννος Σαρδίων, κ. τ. λ.*

[v] *Quo Romulus*] Cujus mors contigit anno primo exeunte Olympiadis xvi.—'Olympias xviii. incidit, calculo Pliniano, in annum Urbis xxxiv. Romuli autem obitus post annum unum aut alterum videtur a Plinio collocari.' *Ed. sec.*

[w] *Hygiemonem, Diniam, Charma-*

tura marem fœminamque discrevit, Eumarum Atheniensem,[11] figuras omnes imitari ausum: quique inventa ejus excoluit,[12] Cimonem Cleonæum.[x] Hic catagrapha[y] invenit, hoc est, obliquas imagines: et varie formare vultus, respicientes,[13] suspicientesque, et despicientes. Articulis etiam membra distinxit. Venas protulit: præterque in veste et rugas, et sinus invenit. Panænus[14] quidem,[z] frater Phidiæ, etiam prælium Atheniensium adversum Persas apud Marathona[a] factum pinxit. Adeo jam colorum usus increbruerat,[15] ut in eo prælio iconicos duces[b] pinxisse tra-

nontem, D. Charmam Gronov. et al. ante Harduin.—11 Cod. Dalec. *discrevit, Eumarum etiam Atheniensem;* Gronov. et al. vett. *discreverit, Eumarum Atheniensem.*—12 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *excolueril* Gronov. et vulgg.—13 Vet. Dalec. *retro aspicientes.*—14 *Pannæus* margo edd. Dalec. et Gronov. e Pausan.—15 'Addunt Mss. Reg. et editiones recentiores, *adeoque ars perfecta erat.* Hæc autem desunt in Editione principe, et certe sunt omittenda. Mox enim Plinius cap. 36. de Apollodoro, qui nonagesima tertia Olympiade refulsit, ait: 'Neque ante eum tabula ullius ostenditur, quæ teneat oculos.' Articulis distincta membra, prolatæ venæ, in veste rugæ et sinus, probant quidem colorum usum

NOTÆ

dam] Ὑγιήμονα, Διvίαν, Χαρμάδαν. Sic Reg. 2. et Colb. 3. cod. In editis hactenus libris, *Hygiænontem, Diniam, Charmam,* Ὑγιαίνοντα, Διvίαν, Χάρμαν, quæ perinde Græca sunt.

[x] *Cimonem Cleonæum*] Extat in hunc Cimonem Epigramma elegans in Anthol. IV. 6. in pictores et statuarios: Οὐκ ἀδαῆς ἔγραψε Κίμων τάδε· παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ Μῶμος, ὃν οὐδ' ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν. *Ista Cimon pinxit minime rudis: omne sed est qui Culpet opus: nec tu, Dædale, liber eras.* Apud Ælianum Var. Hist. VIII. 18. laudatur Conon Cleonæus pictor: forte pro *Cimon.*

[y] *Hic catagrapha*] Quæ a latere cernuntur imagines: ut rectæ, quæ a fronte. *Des figures de profil.* Aliud est 'catagraphon linon,' apud Catullum Carm. XXV. est enim ibi linteum tantum ovariis figuris notatum, textumque: quoniam Græcis καταγράφειν deformare est, *describere, delineare,* variis rerum formis, ac nonnunquam etiam variis coloribus: quo sensu Athenæus lib. IX. pag. 387. attagenem ait esse κατάγραφον τὰ περὶ τὸ νῶτον. Pictura Antigoni, quæ vultum latere tantum uno ostendebat, vere obliqua et κατάγραφος fuit, ut dicetur cap. 36.

[z] *Panænus quidem*] Hanc ejus picturam in Pœcile porticu Atheniensi collocatam, ex Pausania paulo ante vidimus. Unde illa appellata Persio Sat. III. 'Braccatis illita Medis Porticus.' Similem et ibi picturam Polygnoti, sive Miconis, positam esse refert Ælianus Hist. Anim. VII. 41. sed Polygnoti fuisse, auctor est Suidas, verbo Ποικίλη.

[a] *Apud Marathona*] Bœotiæ oppidum, ubi trecenta Persarum millia devicta, anno tertio Olymp. LXXII.

[b] *Iconicos duces*] Sive, iconicas du-

Digitized by Google

datur, Atheniensium Miltiadem,[c] Callimachum, Cynegirum: Barbarorum Datim,[d] Artaphernem.[16]

XXXV. (IX.) Quinimmo certamen picturæ etiam florente eo[e] institutum est Corinthi ac Delphis: primusque omnium certavit cum Timagora Chalcidense, superatus ab eo Pythiis,[f] quod et ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, chronicorum errore non dubio. Alii quoque post hos clari fuere ante nonagesimam Olympiadem, sicut Polygnotus[g] Thasius, qui primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit, plurimumque

increbuisse, minime vero artem fuisse perfectam.' *Brotier.* *Adeo jam colorum usus increbuerat, adeoque ars perfecta erat, ut, &c.* codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Adeo jam colorum usus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, ut, &c.* Gronov. et vulgg. Hæc verba, *colorum usus increbuerat, adeoque,* desunt in cod. Dalec.—16 Vet. Dalec. *et Artaphernem.*

NOTÆ

cum imagines: hoc est, ut ipse Plinius interpretatur XXXIV. 9. eorum imagines, qui ter superavissent, ex membris ipsorum similitudine expressa.

c *Miltiadem*] Μιλτιάδην, Καλλίμαχον, Κυναίγειρον, qui quo singuli eventu pugnarint, ex Plutarcho disce, in Parallel. pag. 305. itemque ex Herodoto lib. VI. pag. 365. 370. et 371. Is. Tzetze Chil. I. vs. 868. et Justino II. 9. In Cynegiri effigiem elegantia duo extant Epigrammata in Anthol. IV. 8. Alterum ex his, quod brevius est, afferre non pigeat: Οὔ σε, μάκαρ Κυνέγειρε, τὸν ὡς Κυνέγειρον ἔγραψε Φᾶσις, ἐπεὶ βριαραῖς ἄνθετο σὺν παλάμαις. Ἀλλὰ σοφός τις ἔην ὁ ζωγράφος, οὐδέ σε χειρῶν Νόσφισε, τῶν χειρῶν οὕνεκεν ἀθάνατον. Grotius ita reddidit: *Te Phasis, Cynegire, tamen non ut Cynegirum, Instructum siquidem fecit utraque manu. Sed sapuit pictor, manibus qui noluit orbum Pingere, qui manuum nomine morte caret.* Alterum est Pauli Silentiarii, a Grotio pariter sic Latine redditum: *Abscidit a summa pendentes puppe securis Sanguine Medorum quæ maduere manus, Cum trepidam, Cynegire, ratem velut ancora curvo Dente tenax digiti detinuere tui. Jam quoque desectæ de corpore, tigna carinæ Mordebant, magnus terror Achæmenidis. Nunc ipsas Medus quis habet: victoria mansit Mopsopiis, manibus debita nempe tuis.*

d *Datim*] Δᾶτιν καὶ Ἀρταφέρνεα, classis Darii regis Persarum ambos duces.

e *Florente eo*] Panæno pictore.

f *Pythiis*] Πύθια, Ludi Apollinares, in honorem Apollinis celebrari soliti, ob cædem Pythonis serpentis, ab eo interemti. Ovid. Met. I. 446. In nummis passim inscripta cernas, ΠΥΘΙΑ.

g *Polygnotus*] Cujus patrem, patriam, ac picturam de Ilii excidio singularem exhibet Simonidis epigramma: Γράψε Πολύγνωτος, Θάσιος γένος, Ἀγλαοφῶντος Υἱὸς, περθομένην Ἰλίου ἀκρόπολιν. *Sacra Polygnotus, Thasio satus Aglaophonte, Argivum pinxit Pergama capta manu.* Pausanias, lib. X. p. 662. Sic etiam Harpocration, pag. 248. Ælianus Var. Hist. IV. 3.

Digitized by Google

picturæ primus contulit. Siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare. Hujus est tabula in porticu Pompeii,[h] quæ ante Curiam ejus fuerat: in qua dubitatur, ascendentem cum clypeo pinxerit, an descendentem. Hic Delphis[i] ædem pinxit: hic et Athenis porticum, quæ Pœcile[j] vocatur, gratuito,[k] cum partem ejus Micon[1] [l] mercede pingeret: unde major huic auctoritas. Siquidem Amphictyones,[m] quod est publicum Græciæ concilium, hospitia ei gratuita decrevere. Fuit et alius Micon, qui minoris cognomine distinguitur: cujus filia Timarete[n] et ipsa pinxit.

XXXVI. Nonagesima autem Olympiade fuere Aglaophon,[a] Cephissodorus, Phryllus, Evenor[b] pater Parrhasii,[1]

CAP. XXXV. 1 *Mycon* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. Vet. Dalec. Pausan. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Parasii* Gronov. et vulgg. Mox, *omnes hi illustres* cod. Dalec. *omnes jam illustres* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *omnes hi*

NOTÆ

[h] *In porticu Pompeii*] Habebat Theatrum Pompeii, nona regione Urbis, exiguo dissitas intervallo, Porticum, Regiam sive Basilicam, et Curiam. Vide Dionem l. XLIV. Curia occiso in ea Cæsare occlusa est.

[i] *Hic Delphis*] De hac pictura fuse Pausanias lib. X. pag. 662.

[j] *Quæ Pœcile*] Ποικίλη, hoc est, *Varia*, a picturarum varietate, quas Polygnotus fecit. Meminit Pausanias lib. I. p. 27. Laërtius lib. VII. in Zenone: Ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου Ποικίλῃ. Vide Suidam, verbo Ποικίλη. Similis fuit et Sicyone Ποικίλη στοὰ, de qua librum conscripsit Polemon, teste Athen. lib. XIII. p. 577.

[k] *Gratuito*] Idem Laërtius loc. cit. Plutarchus in Cimone, pag. 481. Suidasque testantur.

[l] *Micon*] Græcis Μίκων, jam cum Polygnoto superius appellatus, XXXIII. 56. Atheniensem fuisse Pausanias ait.

[m] *Amphictyones*] De his VII. 37.

[n] *Timarete*] Τιμαρέτη.

[a] *Aglaophon*] Alter hic ab illo Polygnoti patre, de quo ante diximus. De isto, qui nunc a Plinio appellatur, Quintilianus egit XII. 10. pag. 893. 'Primi, quorum quidem opera non vetustatis modo gratia visenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus atque Aglaophon: quorum simplex color tam sui studiosos adhuc habet, ut illa prope rudia, ac velut futuræ mox artis primordia, maximis qui post eos extiterunt auctoribus præferantur . . . Post Zeuxis,' &c.

[b] *Evenor*] Pausanias lib. I. pag. 51. Παῤῥάσιος ὁ Εὐήνορος. Harpocration, pag. 236. ex Juba, quem auctorem Plinius in hoc opere sequitur: Ἰόβας, ἐν ὀγδόῃ περὶ ζωγράφων, φησὶ Παῤῥάσιον εἶναι υἱὸν μαθητὴν Εὐήνορος, Ἐφέσιον δὲ τὸ γένος.

Digitized by Google

et præceptor maximi pictoris, de quo suis annis [c] dicemus: omnes hi jam illustres, non tamen, in quibus hærere expositio debeat, festinans ad lumina artis: in quibus primus refulsit Apollodorus [d] Atheniensis nonagesima tertia Olympiade.[2] Hic primus species exprimere instituit, primusque gloriam penicillo jure contulit. Ejus est sacerdos adorans, et Ajax fulmine incensus, qui Pergami spectatur hodie: neque ante eum tabula ullius ostenditur, quæ teneat oculos.

Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Heracleotes [e] intravit, Olympiadis [f] nonagesimæ quintæ anno quarto, audentemque jam aliquid penicillum (de hoc enim adhuc loquimur) [g] ad magnam gloriam perduxit, a quibusdam falso in octogesima nona Olympiade [h] positus, cum fuisse necesse est

jam illustres cod. Reg. 5. Editio princeps, et Cl. Durand.—2 'Ita cod. Reg. 5. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. ante Harduin. *nonagesima quarta Olympiade* codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1.

NOTÆ

[c] *De quo suis annis*] Nempe Olymp. xcv. De eo mox dicetur.

[d] *Apollodorus*] Plutarchus in libello, cui titulum fecit, Bellone an Pace illustriores Athenienses fuerint, pag. 346. Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος, ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν. *Apollodorus pictor, qui primus hominum reperit colorum mixturas, et umbræ usum, Atheniensis fuit.* Plinius *species* hoc loco appellat oris et habitus venustatem.

[e] *Zeuxis Heracleotes*] De Zeuxis patria consentiunt Ælianus Var. Hist. iv. 12. Cicero de Invent. lib. ii. aliique. Tzetzes nihilominus, Chiliad. viii. Hist. 196. Ephesium facit. Quæ porro ea Heraclea sit, in tanta cognominum urbium multitudine, quæ præclaris illius monumentis atque picturis gloriantur ex æquo, statuere haud in promtu est. Crotoniatis operam suam in Italia cum navasse Zeuxis a Tullio dicatur, loc. cit. sit autem Heraclea in eodem tractu Crotoni vicina, suspicari haud immerito licet, oriundum ex ea fuisse. De Zeuxide (nam et id obiter inseri juvat) versiculus vulgo fertur, in quo Latinæ omnes literæ reperiuntur: 'Zeuxis erat pictor, quem flebat dura Phrygum gens.'

[f] *Olympiadis*] Incidit id tempus in annum Urbis cccLvi. Suidas cum Plinio facit, qui ex Aristotele Zeuxim ætate Isocratis floruisse scribit, κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον, natumque ait Olympiade LXXXVI.—'Incidit id tempus in annum Urbis cccxLv.' *Ed. sec.*

[g] *De hoc enim adhuc loquimur*] Genus pingendi duplex: alterum penicillo, encausto alterum: illud coloribus, ceris istud et inustione fiebat. De priore tantum genere loqui se modo Plinius admonet. De posteriore inferius cap. 41.

[h] *In octogesima nona* [*LXXXIX.*] O-

Digitized by Google

Demophilum Himeræum, et Neseam Thasium; quoniam utrius eorum discipulus fuerit ambigitur. In eum Apollodorus supra dictus[3] versus fecit, 'Artem ipsis[i] ablatam Zeuxin ferre secum.' Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum tesseris[j] insertum nomen suum ostentaret.[4] Postea donare opera sua instituit, quod ea nullo satis[k] digno pretio permutari posse diceret, sicuti Alcmenam Agrigentinis,[5 l]

2. 3. et recentt.—3 Hæc duo verba, *supra dictus*, desunt in cod. Dalec.—4 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque codd. Dalec. et Vet. ejusdem. *intextum n. s. ostentarit* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 'Ita cod. Reg. 5. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. vett. *Agragantinis* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Crotoniatis* margo edd. Dalec. et Gronov. e Cic. de Inv.

NOTÆ

lymp.] Sic Vaticanus codex, Reg. 2. ceterique. In editis, male, *LXXXIX.* cum diem obiisse tum Zeuxin vel ex Suida, ut dixi, constet.—'Vaticanus codex et Reg. male, *LXXIX.* pro *LXXXIX.* ut alii habent, cum vetustis edd. nam Romana anni 1470. *in octogesima nona Olympiade* habet, aliæque omnes.' *Ed. sec.*

[i] *Artem ipsis*] Forte *ipsius*, Apollodori scilicet.

[j] *In palliorum tesseris*] Tesseras Gronovius intelligit notas, et titulos, quibus dominus noscitur: ut nunc quoque in sudariis, indusiis, mappisque, nomina possidentium primis literis acu et alio colore pinguntur. Flavius Vopiscus in Carino, pag. 254. 'Matris tunicam dedit mimæ, lacernam patris mimo .... Inscriptum est adhuc in choraulæ pallio Tyrianthino, (quo ille velut spolio nobilitatis exultat) Messalæ nomen et uxoris.' Laudat hunc Vopisci locum Rubenius de Re Vest. I. 10. Sed tesseras ille arbitratur esse quadratas tabellas palliis intextas, quibus literæ, quæ nomen domini referrent, essent inscriptæ: atque, ut opinor, rectius. Nam et in orbiculis olim nomen descriptum legimus. Anastasius in Leone IV. 'Atque super ipsum altare fecit vestem auro textam, candidis per totum margaritis fulgentem, et in dextra lævaque tabulas gemmatas habentem, cum aureis per circuitum orbiculis, quibus insigne ipsius Præsulis nomen est descriptum.' Sic vestibus sacris hodieque gentilitias tesseras intextas cernimus. Sic in palliis Equitum Torquatorum textum opere Phrygio Ordinis sui insigne. In Reg. 2. cod. *in palliorum tesseris insertum.*

[k] *Quod ea nullo satis*] Cum, ut recte Quintilianus XII. 7. pag. 883. 'Pleraque hoc ipso possint videri vilia, quod pretium habent.'

[l] *Alcmenam Agrigentinis* [*Agragantinis*] Sic omnes Mss. non *Agrigentinis.* Fuit oppido nomen Græcum Acragas, Latinis Agrigentum, ut Plinius ipse in Geographicis admonuit. Crotoniatis contra magno pretio conductus Helenam pinxit, ut Cicero refert, de Invent. cap. 1.

Digitized by Google

Pana Archelao.[m] Fecit et Penelopen, in qua pinxisse mores[n] videtur: et athletam. Adeoque sibi in illo placuit, ut versum subscriberet, celebrem ex eo, 'Invisurum aliquem[o] facilius, quam imitaturum.' Magnificus[p] est Jupiter[6] ejus in throno, astantibus Diis; et Hercules[q] infans dracones strangulans, Alcmena matre coram pavente et Amphitryone. Deprehenditur[r] tamen Zeuxis grandior[7]

lib. II.—6 Cod. Dalec. *est et Jupiter.*—7 '*Deprehenditur tamen seu grandior*

NOTÆ

m *Archelao*] Macedoniæ Regi, ante Alexandrum Magnum annis fere LXV.

n *In qua pinxisse mores*] Ita libri omnes, non *amores*, ut Hermolao visum. Mores exprimere in tabella, artis est eximiæ dos præclara: atque id picturæ genus ἠθικὸν veteres appellabant. De eo Martial. X. 32. 'Ars utinam mores, animumque effingere posset: Pulchrior in terris nulla tabella foret.'

o *Invisurum aliquem*] Plutarchus de gloria Athen. pag. 346. ab Apollodoro pictore, de quo superius dictum, versum hunc primo usurpatum scribit: Μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται. *Facilius hæc culpabit quis, quam imitabitur.* Carolus Dati Italice reddidit: *Fià chi l'invidi più, che chi l'imiti.*

p *Magnificus*] Sic libri omnes. Pintiano magis placet, *Magni factus est*: nobis non item. Pingi porro solitum in throno Jovem testis est Albricus Philosophus de Imag. Deorum cap. 2. de Jove: 'Jupiter Saturni filius,' inquit, 'cui cœlum et cœli regnum in sortem cessit, pingebatur in throno eburneo, in sua majestatis sede sedens, sceptrum regium in manu tenens, scilicet sinistra,' &c.

q *Et Hercules*] Fabulam Plautus describit, in Amphitr. In Anthologia Græca IV. 8. elegans extat epigramma in eam rem: Θλῖβε δρακοντείους περιμήκεας, ὄβριμε, θῆρας, Ἡρακλες, δακέτων ἀγχιβατεῖς φάρυγας. Ἐξέτι νηπιάχοιο, χόλον ζηλήμονος Ἥρης Ἄμπαυσον, μοχθεῖν γνῶθι καὶ ἐκ βρέφεος. Οὐ γάρ σοι κρητὴρ χαλκήλατος, οὐδὲ λέβητες, Ἀλλ' ὁδὸς εἰς αὐλὴν Ζηνὸς, ἔπαθλον ἔφυ. Hoc est, interprete Grotio: *De effigie Herculis infantis duos prementis angues. Stringe feris longis fauces, animose, profundas, Alcide: valida comprime monstra manu. Jam nunc intrepidis assuesce laboribus infans, Junonisque odiis disce satisfacere. Non crater te namque vocat, nec ab ære lebetes Dona, sed ad superi limina regis iter.*

r *Deprehenditur*] Exiliora corporum membra faciebat, quam ut capitibus articulisque responderent. Sic omnes libri editi, cum Reg. 2. Colb. 3. aliisque. 'Deprehendi' hoc loco idem est, ac videri: quod de Euphranore inferius: 'Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, ... Sed fuit universitate corporum exilior, capitibus articulisque grandior.' De Zeuxi Quintilianus XII. 10. pag. 893. 'Nam Zeuxis plus membris corporis dedit, id amplius atque augustius ratus: atque, ut existimant, Homerum secutus, cui validissima quæque forma, etiam in fœminis, placet.' In Vatic. *reprehenditur:* quod defendi potest simili sententia Quintiliani loc. cit. pag. 895.

Digitized by Google

in capitibus, articulisque: alioqui tantus diligentia, ut Agrigentinis[8 s] facturus tabulam, quam in templo Junonis Laciniæ publice dicarent, inspexerit virgines eorum nudas, et quinque elegerit, ut quod in quaque laudatissimum esset pictura redderet. Pinxit et monochromata[t] ex albo.

(X.) Æquales ejus et æmuli fuere Timanthes,[u] Androcydes, Eupompus, Parrhasius. Descendisse hic in certamen cum Zeuxide traditur. Et cum ille detulisset uvas pictas tanto successu, ut in scenam aves advolarent, ipse detulisse linteum pictum, ita veritate repræsentata, ut Zeuxis, alitum judicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipse volucres[9] fefellisset, Parrhasius autem se artificem.

Fertur et postea[v] Zeuxis pinxisse puerum uvas ferentem, ad quas cum advolasset avis,[10] eadem ingenuitate processit iratus operi, et dixit: 'Uvas melius pinxi, quam puerum: nam si et hoc[11] consummassem, avis timere de-

Chiffl. Lego, *Reprehenditur,' &c.* Dalec.—8 Ita Gronov. et al. vett. *Agragantinis* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 Cod. Dalec. *aves.* Mox, *Parasius* Gronov. et vulgg.—10 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *advolassent aves* Gronov. et vulgg.—11 Cod. Dalec. *hunc.* Mox, *aves timere debuerant* Gronov. et al. ante Harduin.—

NOTÆ

ubi de statuariis: 'Demetrius,' inquit, 'reprehenditur, tanquam in ea nimius,' &c.

s *Ut Agrigentinis*] Qui tabulam faciendam locarant, quam in templo Junonis Laciniæ, quod prope Crotonem in Italia fuit, ex voto facto dedicarent. Simile Zeuxidis factum refert et Cicero de Invent. II. 1. cum vellent Crotoniatæ templum illud ipsum Junonis egregiis picturis locupletare: atque ita ex selectis quinque virginibus Helenam finxisse tum dicitur. Quamnam Agrigentinis picturam expresserit, non constat. De Junonis Laciniæ ara, II. 111.

t *Pinxit et monochromata*] Hoc est, tabellas simplicis coloris. Ante ipsum in tabellis cretatis pingebant rubro, expressis umbris. Ille in tabellis nigris pinxit albo, expresso lumine, quod erat difficilius. Aristoteli λευκογραφεῖν videtur id Scheffero dictum de arte pingendi, p. 77. etsi ibi interpretes explicent, 'delineare creta.'

u *Timanthes*] De Timanthe inferius. De Androcyde, Athenæus lib. VIII. p. 341. qui eum in pingendis piscibus fuisse eximium ait. De Eupompo et Parrhasio infra.

v *Fertur et postea*] Confer ista cum iis quæ Seneca pater de hac ipsa re affert in Controv. v. 34.

Digitized by Google

buerat.' Fecit et figlina opera, quæ sola in Ambracia relicta sunt, cum inde Musas Fulvius Nobilior [w] Romam transferret. Zeuxidis manu Romæ Helena est [x] in Philippi porticibus: [y] et in Concordiæ [z] delubro Marsyas religatus.

Parrhasius [12] Ephesi natus, [a] et ipse multa constituit. Primus symmetriam picturæ [b] dedit, primus argutias vul-

12 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Pausan. *Parasius* Gronov. et

NOTÆ

[w] *Fulvius Nobilior*] Anno Urbis DCLXVI. Eumenius Rhetor, in Orat. pro restaurandis scholis, num. 7. 'Ædem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit, non id modo secutus, quod ipse literis, et summi poëtæ amicitia duceretur: sed quod in Græcia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, id est, comitem ducemque Musarum: idemque primus novem signa, hoc est, omnium Camœnarum, ex Ambraciensi oppido translata, sub tutela fortissimi Numinis consecravit,' &c. De expeditione Fulvii in Ambracienses vide Livium lib. XXXVIII. p. 482. Spectat huc Gruteri inscriptio, pag. 1070. HERCVLI. MVSARVM. PYTHVS. Et altera, pag. 48. ΗΡΑΚΛΕΙ. ΤΩι ΜΟΥΣΑΓΗΤΗι. Nummus antiquus e Cimelio Regio, HERCVLES MVSARVM, in quo Hercules cum lyra: ex parte altera caput Apollinis.—' Nummus antiquus Pomponiæ gentis, HERCVLES MVSARVM, in quo Hercules cum lyra: ex parte altera caput Numæ Pompilii, a quo gens Pomponia duxit originem. Hinc imperiti finxere *Ædem Herculis Musarum*, vel *Herculis et Musarum:* cum sententia iis literis expressa sit, 'HERCVLES signis MVSArum Ambraciensibus Romuli vrbem muneravit.' Ad transferenda utique ænea signa novem Herculea opus fuit lacertorum vi. Hinc fictus et apud Gruterum, 'Ἡρακλῆς Μουσαγήτης.' *Ed. sec.*

[x] *Helena est*] Haud dubie ea, quam Crotoniatis pinxisse olim a Tullio dicitur de Inv. II. 1. De hac Helenæ pictura vide quid Ælianus scribat Var. Hist. IV. 12. et XIV. 47. Quid item Valerius Max. III. 7.

[y] *Philippi porticibus*] Porticus Philippi Marcii, qui Augusti vitricus fuit, in Regione Urbis nona a P. Victore statuitur, in qua et is Herculis Musarum ædem instauravit. Martial. V. 50. 'Vites censeo porticum Philippi: Si te viderit Hercules, peristi.'

[z] *Et in Concordiæ*] Regione Urbis octava.

[a] *Parrhasius Ephesi natus*] Sic Athenæus lib. XII. p. 543. Strabo lib. XIV. pag. 642. Tzetzes Chil. VIII. Hist. 198. Seneca pater loc. cit. ab Atheniensibus donatum civitate innuit: ut et interpres Horatii ad IV. Od. 4.

[b] *Primus symmetriam picturæ*] Picturæ Parrhasius, ut statuariæ Euphranor: de quo ipse inferius cap. 40. 'Euphranor Isthmius... Fecit et colossos,... Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, et usurpasse symmetriam.' Vel usurpasse hic dicitur, seu retulisse in usum, quod alter invenerat.

Digitized by Google

tus,[c] elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Hæc est in pictura summa sublimitas.[13] [d] Corpora enim pingere et media rerum, est quidem magni operis: sed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum [e] facere, et desinentis picturæ modum includere, rarum in successu artis invenitur. Ambire enim debet se extremitas ipsa, et sic desinere, ut promittat alia post se: [14] ostendatque etiam quæ occultat. Hanc ei gloriam concessere Antigonus et Xenocrates, qui de Picturis [15] scripsere: prædicantes quoque, non solum confitentes. Alia multa graphidis [16] [f] vestigia extant in tabulis ac membranis ejus, ex quibus proficere dicuntur artifices. Minor tamen [g] videtur, sibi comparatus, in mediis corporibus exprimendis. Pinxit demon [17] [h]

vulgg.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *subtilitas* Gronov. et al. vett.—14 Vet. Dalec. *posse.*—15 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Cl. Durand. Teste Diogene Laërtio in Chrysippo, p. 209. περὶ πινάκων scripserat Antigonus.' *Brotier.* *de pictura* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—16 Cod. Dalec. *prædicantes non hoc solum, sed confitentes quoque alia multa. Graphidis.*—17 *Pinxit et τὸν δῆμον* margo edd. Da-

NOTÆ

[c] *Argutias vultus*] Elegantiam, vim, leporem, gratiam. Plinius xxxiv. 19. de Lysippo: 'Propriæ cujus videntur esse argutiæ operum, custoditæ in minimis quoque rebus.' Sic Virgilius in Georg. 'Argutumque caput,' dixisse meminimus.

[d] *Summa sublimitas*] Ita Reg. 2. Colb. 3. ceterique. Libri editi, *subtilitas*. Et Quintilianus xii. 10. pag. 893. 'existimasse subtilius lineas' Parrhasium tradit: tamen, præter Mss. fidem, quod sequatur proxime, *est quidem magni operis*, et *rarum in successu artis*, magis arridet *sublimitas*.

[e] *Extrema corporum*] Summa commendatio picturæ est, ut corpora in tabulæ extremis lineis tanta subtilitate præcidat, ut cum desinere ibi corpus ipsum certum sit, visum tamen omnino fallat, et ambire sese extremitas ipsa videatur, aliaque post se promittere. Hoc est, ut revera id corpus emineat, et quod in superficie planum est, foris extare videatur. Galli vocant, *une Peinture bien arrondie. Lui donner du relief, et faire que tout soit arrondi.* Intelligunt pariter ii lineas illas extremas extimasque, quibus depicta corpora includuntur.

[f] *Alia multa graphidis*] Γραφὶς est *pictura linearis*, ut jam diximus. Hæc graphidis exemplaria, *des desseins, des crayons*, vulgus vocat: eadem delineare, *desseigner*.

[g] *Minor tamen*] Graciliores fecisse medias corporum partes videtur, si cum universo corpore conferrentur: ut contra Zeuxis in capitibus, quemadmodum dictum est supra, grandior deprehensus.

[h] *Pinxit demon*] Δῆμον, hoc est,

Digitized by Google

Atheniensium, argumento quoque ingenioso. Volebat namque varium, iracundum, injustum, inconstantem: eundem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, gloriosum, humilem, ferocem, fugacemque,[18] et omnia pariter ostendere. Idem pinxit Thesea,[i] qui [19] Romæ in Capitolio fuit: et Navarchum thoracatum. Et in una tabula, quæ est Rhodi, Meleagrum,[j] Herculem, Persea. Hæc ibi ter[20] fulmine ambusta, neque obliterata, hoc ipso miraculum auget. Pinxit et Archigallum:[k] quam picturam amavit

lec. et Gronov. *Pinxit et Demon* Gronov. et al. ante Harduin.—18 Cod. Dalec. *felicemque.*—19 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *pinxit et Thesea, qui* Gronov. et vulgg. *pinxit et Rheam, quæ* cod. Dalec.—20 Cod. Dalec. *bis*

NOTÆ

populi Atheniensis, seu civium in communi concilio consessuque multitudinem.—'Juvat tamen hoc loco integram ascribere Annotationem Caroli Dati in hunc Plinii locum ex libro Italico, quem inscripsit, *Vite de Pittori Antichi*, p. 73. *Con qual' arte o invenzione Parrasio potesse esprimere tanta varieta d'inchinazioni, e d'affetti, io certamente non saprei dire: e sin' ora confesso ingenuamente di non mel' esser saputo immaginare. Ma chi si contentasse di vedere in cambio della pittura una bella descrizione del Genio d'Atene, ricorra a Plutarco, nel primo de' precetti per amministrar la Republica. Pausanio nelle cose dell' Attica dice, che Leocare scultore fece la statua del Populo Ateniese. Giuseppe Ebreo Antiq. Giud.* XIV. 16. *Meurs.* II. 11. *Aten. Attic. Aristolao figlivolo, e scolare de Pausia, dipinse la plebe d'Atene.* Plin. XXXV. 11. Imago Atticæ plebis. *Ma questa forse fu una cosa simigliante a quella frequenza di donne dipinta pure in Atene da Ænione Maronita, del quale poco sopra il medesimo Plinio,* Athenis frequentiam, quam vocavere Polygynæon.' *Ed. sec.*

[i] *Idem pinxit Thesea*] Quæ pictura cum simili Euphranoris tabella componitur, cap. 40. Picturæ hujus argumentum explanat vetus Epigramma in Anthologia Græca IV. 8. Εἰς ἀνδριάντα Θησέως, καὶ τοῦ Μαραθωνίου ταύρου. Θαῦμα τέχνης ταύρου τε καὶ ἀνέρος· ὧν ὁ μὲν ἀλκὰν Θῆρα βίῃ βρίθει, γυῖα τιταινόμενος· Ἶνας δ' αὐχενίους γνάμπτων, παλάμῃσιν ἔμαρψε, Λαιῇ μυκτῆρας, δεξιτέρῃ δὲ κέρας. Ἀστραγάλους δ' ἐλέλιξε, καὶ αὐχένα θὴρ ὑπὸ χερσὶν Δαμνάμενος κραταιαῖς ὤκλασεν εἰς ὀπίσω. Ἔστι δ' ὀΐσασθαι τέχνης ὕπο, τῷδ' ἐνὶ χαλκῷ Θῆρα μὲν ἐμπνείειν, ἄνδρα δ' ἱδρῶτι ῥέειν. Grotius interpres: *De imagine Thesei, et tauri Marathonii. Artis opus miræ: vir, et ingens corpore taurus: Ille premit, tendens fortia membra, bovem: Cervicisque fibras urgit dum poplite, nares Læva tenet, cornu flexile dextra manus. Jam domitus collo luxatis verticulis bos Deficit, et labens in sua crura sedet. Quis spectans spirare ferum non dicat in ære, Sudantemque suo rore madere virum?*

[j] *Meleagrum*] Pinxit et alteram Parrhasius, Meleagri cum Atalanta tabulam, teste Tranquillo, in Tiberio, c. 44. de qua mox dicemus.

[k] *Pinxit et Archigallum*] Sic appellatur sacerdotum Cybeles Magnæ Matris Deum antistes. Tertull. in

Digitized by Google

Tiberius princeps: atque, ut auctor est Decius Eculeo, LX. sestertiis[21] [l] æstimatam, cubiculo suo inclusit. Pinxit et Cressam nutricem, infantemque, in manibus ejus:[m] et Philiscum:[n] et Liberum[o] patrem astante Virtute: et pueros duos, in quibus spectatur securitas, et ætatis simplicitas: item sacerdotem astante puero cum acerra et corona.[p] Sunt et duæ picturæ ejus nobilissimæ: hoplitites[q] in cer-

NOTÆ

Apolog. c. 25. p. 24. 'Archigallus ille sanctissimus, die nono Kal. April. quo sanguinem impurum lacertos quoque castrando libabat.' Similis argumenti alteram Parrhasii tabulam Tiberius amasse dicitur, auctore Tranquillo, cap. citato: 'in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, ut si argumento offenderetur, decies pro ea sestertium acciperet: non enim modo prætulit, sed et in cubiculo dedicavit.' Valde inclinat animus ut eandem esse picturam existimem, quam Tranquillus, et quam Plinius ait a Tiberio adamatam.

[l] *LX. sestertiis*] Sive LX. sestertium millibus: Gallicæ monetæ libris seu florenis, ut aiunt, 6000.

[m] *Infantemque, in manibus ejus*] Sic Mss. omnes. Pelicerius in Notis Mss. quas citat Carolus Dati, conjiciebat, *Infantesque in mammis ejus*, emendatione haud valde necessaria: cum sit eadem utrobique sententia. Maro Æneid. v. simile expressit argumentum picturæ: 'Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ, Cressa genus Pholoë, geminique sub ubera nati.' Cressam autem, hoc est, Cretensem, vocat, quasi ex tali regione veniret, quæ præcipuas fœminas mitteret, ut exponit Donatus.

[n] *Et Philiscum*] Eum fortassis quem apes in agris coluisse, et scripsisse de iis, auctor est Plinius XI. 9. vel Tragœdiarum scriptorem potius, de quo inferius cap. 20. Fuit aliquando suspicio, legi pro Philisco *Philocteten* oportere: quod extat perelegans, in picturam eam Parrhasii, Epigramma in Anthol. IV. 8. Καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω Τόνδε Φιλοκτήτην ἔγραφε Παῤῥάσιος. Ἔν τε γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐσκληκόσι κωφὸν ὑποικεῖ Δάκρυ, καὶ ὁ τρύχων ἐντὸς ἔνεστι πόνος. Ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφὸς, ἀλλ' ἀναπαῦσαι Ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει. *Vidit et hunc, credo, miserum Pæante creatum Parrhasius: forma est tam bene picta viri. Quippe subest oculis arentibus abdita quædam Lacryma, seque dolor tam ferus intus agit. Eximium nemo te, pictor, in arte negabit: Desinere illius sed mala tempus erat.*

[o] *Et Liberum*] Bacchum eximie pictum a Parrhasio scribit quoque Suidas, verbo Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Quam picturam Corinthii cum viderent, spretis æmulorum ejus operibus, exclamasse admirabundos ait, *Quid hæc ad Parrhasii Liberum?* Τί πρὸς τὸν Διόνυσον;

[p] *Cum acerra et corona*] Acerra videtur fuisse arcula thuraria, in qua thus incendi ad suffimentum solet. Ovid. Fast. IV. 934. 'Cumque meri patera thuris acerra fuit.' Utrumque pariter jungit et Tullius de Legibus II. 60. 'Hæc præterea sunt in legibus de unctura: ... ne sumtuosa aspersio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.'

[q] *Hoplitites*] Ita Reg. 2. In editis ridicule, *hoplitides:* nam de fœmi-

Digitized by Google

tamine[22] ita decurrens, ut sudare videatur: alter arma deponens, ut anhelare sentiatur.[23] Laudantur et Æneas, Castorque ac Pollux in eadem tabula: item Telephus, Achilles, Agamemnon, Ulysses.[24] Fœcundus artifex,[r] sed quo nemo insolentius et arrogantius sit usus gloria artis. Namque et cognomina[25] usurpavit, Abrodiætum[s] se appellando, aliisque verbis[t] principem artis, et eam ab se consummatam. Super omnia Apollinis se radice ortum: et Herculem,[u] qui est Lindi, talem[26] a se pictum, qualem sæpe in quiete vidisset. Ergo magnis suffragiis superatus a Timanthe Sami, in Ajace[v] armorumque judicio, herois nomine se moleste ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset. Pinxit et minoribus[27] tabellis libidines, eo genere petulantis joci se reficiens.

et ter.—21 Idem cod. *atque ab auctore duplo LX. sest.*—22 ' Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier. Hoplitides: alter in certamine* Gronov. et al. vett. *Hoplitites alter, in certamine* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Hoplite, &c.* Turneb.—23 Vet. Dalec. *perspiciatur.*—24 *Ulixes* Gronov. ubique. —25 Vet. Dalec. *et nova cognomina.*—26 Cod. Dalec. *quem Lyndi fecerat, talem.*—27 Idem cod. *et in minoribus.* Mox, in eodem, *petulantibus jocis.*—

NOTÆ

nis accipi ista non possunt. 'Ὁπλιτίτης, qui Polluci ὁπλιτοδρόμος, dicebatur is qui *armatus currebat:* quod in Olympicis fiebat, et aliis sacris certaminibus. Vide Platonem de Legibus lib. VIII.

[r] *Fœcundus artifex*] De Lysippo superius XXXIV. 19. ' Fœcundissimæ artis, qui plurima ex omnibus signa fecit.' Infra, de Antidoto, cap. 40. ' Ipse diligentior, quam numerosior.' De Protogene ibid. ' Et ideo minor fertilitas.'

[s] *Abrodiætum*] Delicatum, mollem, ac lautum. Extat Parrhasii epigramma apud Athen. XII. p. 543. quod ille picturis suis inscribere solitum ferunt: 'Αβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τάδ' ἔγραψε Παῤῥάσιος, κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου. *Hæc pinxit mollis, virtutis cultor, et idem Clara Parrhasius ex Epheso patria.*

[t] *Aliisque verbis*] Quæ recitat idem Athenæus loc. cit. Φημὶ γὰρ ἤδη Τέχνης εὑρῆσθαι τέρματα τῆσδε σαφῆ Χειρὸς ὑφ' ἡμετέρης· ἀνυπέρβλητος δὲ πέπηγεν Οὖρος· ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς. *Jam dico profecto Hujus adest artis meta reperta mihi. Hoc nostræ valuere manus: præstantia fingunt: Inculpata tamen nulla reperta viris.*

[u] *Et Herculem*] Totidem hoc verbis refert Athenæus loc. cit. Parrhasiique in eam rem carmen recitat: Οἷος δ' ἐννύχιον φαντάζετο πολλάκι φοιτῶν Παῤῥασίῳ δι' ὕπνου, τοῖος ὅδ' ἐστὶν ὁρᾷν. *Talis adest specie, qualem per somnia vidit Parrhasius pictor, culta figura Dei.*

[v] *In Ajace*] In tabula, quæ Ajacis et Ulyssis contentionem exhiberet de Achillis armis. Hæc totidem plane verbis Athenæus loc. cit.

Digitized by Google

Nam Timanthi vel plurimum affuit ingenii.[28] Ejus enim est Iphigenia,[w] oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, cum mæstos pinxisset omnes, præcipue patruum, et tristitiæ omnem imaginem consumsisset, patris ipsius vultum velavit, quem digne non poterat ostendere. Sunt et alia ingenii ejus exemplaria, veluti Cyclops dormiens in parvula tabella: cujus et sic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros, thyrso pollicem ejus metientes. Atque in unius hujus operibus[29] intelligitur plus semper, quam pingitur: et cum ars summa sit, ingenium tamen ultra artem est. Pinxit et Heroa absolutissimi operis, artem ipsam[x] complexus viros[30] pingendi: quod opus nunc Romæ in templo Pacis[y] est.

Euxenidas[z] hac ætate docuit Aristidem[a] præclarum artificem: Eupompus Pamphilum[b] Apellis præceptorem. Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipsius auctoritas tanta fuit, ut diviserit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere: Helladicum, et quod Asia-

28 Cod. Dalec. *Jam Timanthis vel plur. affulsit ingenium.*—29 ‘Ita bene codd. Regg. 2. 5. Pintian. Dalecamp. Editio princeps, et Cl. Durand. In Ms. Reg. 3. *In unius ejus.* Male recentiores editiones, *in omnibus ejus operibus.* Breviter et egregie picturæ historiam prodidit Plinius. Apollodorus fores aperuit: Zeuxis intravit et colores perfecit: Parrhasius symmetriam argutiasque vultus, elegantiam capilli, venustatem oris primus dedit: Timanthes ingenium; Apelles venerem.’ *Brotier.* *in unius ejus operibus* cod. Dalec. *in omnibus ejus operibus* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *quam pingatur* Vet. Dalec.—30 Cod. Dalec. *arte ipsa*

NOTÆ

[w] *Ejus enim est Iphigenia*] De hac pictura Valer. Max. VIII. 11. pag. 400. ‘Quid ille alter æque nobilis pictor, luctuosum immolatæ Iphigeniæ sacrificium referens, cum Calchanta tristem, mœstum Ulyssem, clamantem Ajacem, lamentantem Menelaum, circa aram statuisset, caput Agamemnonis involvendo, nonne summi mœroris acerbitatem, arte exprimi non posse confessus est?’ Vide et Tullium in Orat. num. 73. et Fabium, qui hoc elegantius prodidit, II. 13. pag. 145.

[x] *Artem ipsam*] Ut alii in mulieribus effingendis, sic ille in viris eximius.

[y] *In templo Pacis*] Quod proxime Forum Romanum Vespasianus condidit, auctore Tranquillo, cap. 9.

[z] *Euxenidas*] Εὐξενίδας.

[a] *Aristidem*] Ἀριστείδην, alterum a Thebano, de quo inferius.

[b] *Pamphilum*] Apellis hunc præceptorem pariter faciunt Plutarchus in Arato, et Suidas, verbo Ἀπέλλης.

Digitized by Google

ticum appellabant. Propter hunc,[c] qui erat Sicyonius, diviso Helladico tria facta sunt: Ionicum,[d] Sicyonium, Atticum.

Pamphili,[e] cognatio[31] et prælium[f] ad Phliuntem, ac victoria Atheniensium:[g] item Ulysses in rate.[h] Ipse Macedo[32] [i] natione, sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipue arithmetice et geometrice,[33] [j] sine quibus negabat artem perfici posse. Docuit neminem minoris talento[k] annuo:[34] [l] quam mercedem ei Apelles et Melanthius

complexus vires.—31 *Pamphili pictura cognatio* Gronov. et al. ante Harduin.—32 Cod. Dalec. *maledici oris.*—33 Chiffl. *arithmeticæ et geometricæ.*—34 ' In Mss. Reg. *talentis minoris annuis d.* In editione principe, *talento minoris annis d.* Inde emendatum in recentioribus editionibus, *minoris talento annis decem.* Emendandum fuit, *talento annuo,* ut patet ex sequentibus, ' quam mercedem ei Apelles et Melanthius dedere.' Patet enim ex Plutarcho in Arato, pag. 1032. Apellem dedisse tantum unum talentum, ἐπὶ ταλάντῳ. Talentum autem Atticum efficit Gallicæ monetæ libras 4,668.' *Brotier.* *talento annis decem* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ' *annuis talentis decem* Budæus e Vet. *talento* Plut. in Arato, ut hic. *X. L.* Mss. quod absurdum, nec credi-

NOTÆ

[c] *Propter hunc*] Eupompum videlicet.

[d] *Ionicum*] Quod et Asiaticum. In Hellade Sicyonia regio et Attica fuere. Sicyone inprimis hæsit picturæ gloria. Plutarch. loc. cit. pag. 1032.

[e] *Pamphili*] Subintellige ' est:' ut supra, ' Est Eupompi victor.' In libris hactenus vulgatis, *Pamphili pictura est,* sed ab interpolatore adjectæ hæ voces desunt in Mss.

[f] *Cognatio et prælium*] Una hæc pictura fuit, quæ sociale bellum adversus Phliasios exprimeret, quorum fidem in tuenda societate laudat inprimis Xenophon Hist. Græc. lib. VII. p. 624. et seq. Castellum Phlius in Achaia fuit, IV. 6. hujus Pliniani operis.

[g] *Ac victoria* [*et hicteria*] *Atheniensium*] Ἱκτηρία vel ἱκετηρία, ramus olivæ a supplicibus prætensus, qui veniam opemque ab Atheniensibus orabant. Vide Notas et Emend. num. 9.

[h] *Ulysses in rate*] In illo errore navigationis, cum eum Calypso dimisit.

[i] *Ipse Macedo*] Ex oppido Amphipoli, in confinio Macedoniæ Thraciæque, ut Suidas est auctor.

[j] *Arithmetice et geometrice*] Sunt hæc substantiva, ut vocant, nomina: non adverbialia, ut Roberto Stephano visum. Quin et in Chiffl. cod. *Arithmeticæ et Geometricæ* legi aiunt, sed mendose, uti remur. Vide quæ diximus XXX. 2.

[k] *Minoris talento*] Sic Plutarchus in Arato, ἐνὶ ταλάντῳ, pag. 1032. Atticum igitur intellige: Gallicæ monetæ libras 2400.

[l] *Annuo* [*annis decem*] Sententia videtur esse, exegisse Pamphilum singulis annis talenta singula: neminem vero nisi cuncta edoctum dimisisse ante decennium: quo temporis spatio tota disceretur ars.

Digitized by Google

dedere.[35] Et hujus[m] auctoritate effectum est[36] Sicyone primum, deinde et in tota Græcia, ut pueri ingenui ante omnia[n] graphicen,[o] hoc est, picturam in buxo docerentur, reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium.[p] Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui exercerent,[37] mox ut honesti: perpetuo interdicto[q] ne servitia docerentur. Ideo neque in hac, neque in toreutice, ullius qui servierit opera celebrantur.

Clari etiam CVII. Olympiade extitere Echion et Therimacus.[38] [r] Echionis sunt nobiles picturæ, Liber pater, item Tragœdia et Comœdia: Semiramis ex ancilla[s] regnum adipiscens, anus lampadas præferens, et nova nupta verecundia notabilis.

Verum omnes prius genitos futurosque postea superavit Apelles Cous,[39] [t] Olympiade CXII. Picturæ plura solus



bile.' *Dalec.*—35 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et Apelles et Melanthius ei dedere* Gronov. et vulgg. *Melanthus* Plut. l. c.—36 Cod. Dalec. *factum est.* Mox in eodem, *ingenui omnia antigraphia.* Deinde pro *graphicen*, Gronov. et al. ante Harduin. *diagraphicen.*—37 Gronov. et al. ante Harduin. *ut ingenui eam exercerent.*—38 Cod. Dalec. *Echion ac Therimacus.*—39 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Apelles, eousque* Gronov. et al. vett. *Apelles Cous,*

NOTÆ

[m] *Et hujus*] Pamphili.

[n] *Ante omnia*] Vel, eadem sententia, ex Mss. codicum fide, ipso Pintiano teste, *omnia ante.*

[o] *Graphicen*] Sic Mss. omnes, non *diagraphicen.* Γραφικὴ ars delineandi est: *Desseigner.* Buxus olim ad id electa potissimum, propter lævorem materiæ, simulque densitatem: quod minime colorem biberet, nec lineas fluidas redderet.

[p] *Liberalium*] Liberales artes dicuntur, quæ coluntur ingenio: ideoque dignæ sunt ingenuis hominibus.

[q] *Perpetuo interdicto*] Vide quæ in hanc rem erudite congerit Gothofredus in Cod. Theod. XIII. 4. in qua Pictorum immunitates, si modo sint ingenui, uti cavetur, recensentur perquam accurate.

[r] *Echion et Therimacus*] Inter fictores hujus Olympiadis appellati superius XXXIV. 19.

[s] *Semiramis ex ancilla*] Ctesiam Plinius auctorem sequi videtur, qui quo astu Semiramis regnum adepta sit, cum esset humilis fortunæ fœmina, describit luculenter apud Diodorum Sic. lib. II. Bibl. p. 107.

[t] *Apelles Cous*] 'Apellem fuisse Coënsium quoque nummi testantur, ille inprimis quem Seguinus edidit, pag. 18. secundæ editionis. Ex una parte virum nudum exhibet, dextro brachio ad latus reflexo: puerum sinistra gestat leoninæ pelli insidentem. Viros significat in ea insula robustos esse, et ad Herculeos labores suscipiendos a puero institui. Epigraphe: ΚΩΙΩΝ. Ex altera parte

Digitized by Google

prope, quam ceteri omnes, contulit, voluminibus etiam editis, quæ doctrinam eam continent. Præcipua ejus in arte venustas fuit: cum eadem ætate maximi pictores essent, quorum opera cum admiraretur, collaudatis omnibus. ' Deesse iis unam[40] Venerem' dicebat, quam Græci Charita[u] vocant: ' cetera omnia contigisse: sed hac soli[41] sibi neminem parem.' Et aliam gloriam usurpavit, cum Protogenis opus immensi laboris ac curæ supra modum anxiæ miraretur. Dixit enim, ' Omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora: sed uno se præstare, quod manum ille[v] de tabula non sciret[42] tollere:' memorabili præcepto, ' Nocere sæpe nimiam diligentiam.' Fuit autem non minoris simplicitatis, quam artis. Melanthio de dispositione[w] ce-

eousque cod. Dalec.—40 Gronov. et al. ante Harduin. *unam illam*.—41 Cod. Dalec. *hoc solo;* Vet. Dalec. *hac sola*. Mox, Vet. Dalec. *parem*. *Idem et aliam*.—42 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nesciret* Gronov. et vulgg.—

NOTÆ

ΚΑΛΑΜΟΣ. Caput virile, nudum, senile, ac barbatum. Sententia sub his literis latens hæc est: versu Græco Iambico comprehensa, Κῴους 'Απέλλης Λαμπρύνει Μορφῶν Σοφῶς. *Coos Apelles nobilitat, qui delineabat subtiliter*. Spectat hæc epigraphe certamen Apellis cum Protogene, de quo mox Plinius dicet.' *Ed. sec.*—Et hanc hujus patriam fuisse testatur Ovid. Art. Am. III. 401. ' Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles, Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.' Testantur et alii. Ephesium tamen appellant Strabo lib. XIV. Ælianus Hist. Anim. IV. 50. Tzetzes Chil. VIII. Hist. 197. alii, quod ab Ephesiis scilicet, ut moris erat, donatus civitate fuerit. Vide Notas et Emend. num. 10.

u *Græci Charita*] Χάριτα. Quintilianus *gratiam* vocat, et *pulchritudinem*. Libro enim XII. cap. 10. pag. 894. 'Ingenio et gratia, quam in se ipse maxime jactat, Apelles est præstantissimus.' Est nimirum in picturis, præter naturæ imitationem, quæ pars picturæ prima est, quiddam quod visum moveat, quod oculos delectet, idque non repugnans quidem naturæ, sed ab ea tamen paulisper recedens, et accommodans sese intuentium judicio ac voluptati. Id quod ex Lysippo intelligimus, quem dicere solitum Plinius ait, XXXIV. 19. ' a veteribus factos, quales essent, homines: a se, quales viderentur esse.' Illud similitudinis, istud pulchritudinis esse Fabius dixit, loc. cit. pag. 895. cum Demetrium affirmat in veritate exprimenda nimium fuisse, eoque nomine reprehendi, quod erat ' similitudinis, quam pulchritudinis, amantior.'

v *Quod manum ille*] Cicero in Orat. num. 73. In quo Apelles ' pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis.'

w *De dispositione*] Dispositio, situs est figurarum omnium ac personarum,

Digitized by Google

debat,[43] Asclepiodoro de mensuris,[x] hoc est, quanto quid a quo distare deberet.

Scitum est inter Protogenem et eum quod accidit. Ille Rhodi vivebat: quo cum Apelles annavigasset, avidus cognoscendi opera ejus, fama tantum sibi cogniti, continuo officinam petit.[44] Aberat ipse, sed tabulam amplæ magnitudinis[45] in machina[y] aptatam picturæ anus una custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogavitque, 'a quo quæsitum diceret.' 'Ab hoc,'[46] inquit Apelles: arreptoque penicillo lineam ex colore[z] duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reverso Protogeni, quæ gesta erant, anus indicavit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse 'Apellem venisse: non enim cadere in alium tam absolutum opus.' Ipsumque alio[47] colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepisseque ab-

43 'In Mss. Reg. *Miamphio de dispositione cedebat.* Sine auctoritate emendatum in recentioribus editionibus, *cedebat Amphioni.* Amphion ille Plinio ceterisque scriptoribus ignotus. Ut emendarem *Melanthio* suasere vestigia Mss. codicum, et Quintilianus Instit. Orat. XII. 10. 'Cura Protogenes, ratione Pamphilus et Melanthius, facilitate Antiphilus . . . ingenio et gratia, quam in se ipse maxime jactat, Apelles est præstantissimus.' Dispositio, *l'Ordonnance.*' Brotier. *Nam cedebat Amphioni de dispositione* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—44 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *officinam petiit* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—45 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *magnæ amplitudinis* Gronov. et al. vett.—46 Cod. Dalec. *ad quid eum quæreret: Ob hoc.*—47

NOTÆ

quibus tabula constat, sic aptus et institutus, ut suo quidque loco, non alieno, collocetur. *L'ordonnance d'un tableau.*

x *De mensuris*] Mensura, proportio est, convenientiaque partium: non in membris quidem corporis unius, sed in toto opere ac partibus tabellæ. Plinius infra de hoc ipso Asclepiodoro: 'Eadem ætate fuit Asclepiodorus, quem in symmetria mirabatur Apelles.'

y *In machina*] *Le chevalet.*

z *Lineam ex colore*] Lineam cave credas in pictura idem atque in Geometrice esse, longitudinem sine latitudine. Est penicilli ductus, quem Græci γραμμὴν vocant, ut γραφεῖς pictores, opusque γράμμα. Nos tractum penicilli vocamus. Hinc 'omnibus lineis absolutum opus' de consummato dicimus, quod est ex pictura desumtum, κατὰ μεταφοράν. Linearum porro tenuitate opus est, in multis lineamentis effingendis, in capillamento, exempli gratia, in venis, similibusque exacte formandis: hic enim non pressiore nisu, sed delicata ac suspensa manu geri rem oportet. Statius in Hercule Vind. 'Linea quæ veterem longe fateatur Apellem.'

Digitized by Google

euntem, ‘ si redisset ille, ostenderet, adjiceretque hunc esse quem quæreret:’ atque ita evenit. Revertitur enim[48] Apelles, sed vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati[49] locum. At Protogenes victum se confessus, in portum devolavit, hospitem quærens. Placuitque sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipuo[50] miraculo. Consumtam eam priore incendio[a] domus Cæsaris in Palatio audio: spectatam olim tanto spatio nihil aliud[51] continentem, quam lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem,[b] et eo ipso allicientem, omnique opere nobiliorem.

Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in proverbium[c] venit. Idem perfecta opera proponebat in pergula[52][d] transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens vitia quæ notarentur auscultabat, vulgum diligentiorem[e] judicem quam se præferens. Fe-

Idem codex, *Ipsum tunc alio.*—48 Cod. Dalec. *ostenderet, et quis esset inquireret: atque ita evenit. Reperit enim.*—49 Cod. Dalec. *subtilitatis.*—50 Cod. Dalec. *præcipue.*—51 *Consumtam eam constat priore . . . in palatio, avide ante a nobis spectatam, spatiosiore amplitudine nihil aliud* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[a] *Priore incendio*] Meminit Tranquillus in Octavio, cap. 57. ‘ In restitutionem Palatinæ domus incendio absumtæ,’ &c. Vide Notas et Emend. num. 11.

[b] *Inani similem*] Ab omni pictura nudam: cum lineas modo tenues, nullam effigiem contineret.

[c] *Quod ab eo in proverbium*] Tralatitio versu: ‘ Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit:’ quem ex Horatio falso Salmasius citat, in Solin. pag. 5. Vide Erasmum Chil. I. Cent. 4. Adag. 12. ‘ Nullam hodie lineam duxi.’

[d] *Pergula*] Sunt qui *in pergula* legant. Lucilius, Satirarum l. XX. citatus a Lactant. I. 22. ‘ Pergula pictorum veri nihil, omnia ficta.’ Pergula locus est accommodatus exponendis rebus venalibus, in edito positus. Codex Theod. lib. XIII. tit. 4. lib. IV. ‘ Picturæ Professores . . . . Pergulas et officinas in locis publicis sine pensione obtineant.’ Græci ὑπερῷον vocant. Et artium ceterarum professoribus pergulæ quoque hujuscemodi fuere profitendæ arti. De Mathematicis, testis Suetonius in Augusto, ubi de Theagene. De Grammaticis, idem de Illustr. Gram. ubi de Crassitio.

[e] *Vulgum diligentiorem*] Huc pertinet illud Ciceronis de Orat. III. 51. ‘ Mirabile est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et ru-

Digitized by Google

runtque a sutore reprehensum, quod in crepidis una[53] pauciores intus fecisset ansas:[f] eodem postero die, superbo emendatione[54] pristinæ admonitionis, cavillante circa crus, indignatum prospexisse, denuntiantem, 'ne supra crepidam judicaret,' quod et ipsum in proverbium venit.[55] Fuit enim[56] et comitas illi, propter quam gratior Alexandro Magno erat, frequenter in officinam ventitanti: nam,[57] ut diximus,[g] ab alio pingi se, vetuerat edicto.[58] Sed et in officina imperite multa disserenti[h] silentium comiter suadebat, 'rideri eum dicens[i] a pueris qui colores tererent.' Tantum erat auctoritati juris in regem,[59] alioqui iracundum: quanquam Alexander honorem ei[60] clarissimo perhibuit exemplo.[61] Namque cum dilectam sibi ex pallacis suis[j] præcipue,

—52 Cod. Dalec. *propatulo*.—53 Vet. Dalec. *quod in crepidarum una*.—54 Cod. Dalec. *super vocem et emendationem*.—55 Codd. Dalec. et Chiffl. *abiit*.—56 *Fuit etiam* Vet. Dalec.—57 Cod. Dalec. *unde*.—58 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *vetuit in veterato edicto* cod. Dalec. unde Dalecampius legit *honorato;* Gronov. et vulgg. *vetuit edicto*.—59 *Tantum auctoritatis et juris erat ei in regem* cod. Dalec.—60 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ei honorem* Gronov. et vulgg.—61 'Ita codd. Voss. Reg. 5. et Cl. Durand. Passim quoque Plinius *perhibuit* hac significatione usurpavit.' *Brotier*. *præbuit ex-*

NOTÆ

dem, quam non multum differat in judicando.' Et de Opt. Gen. Orat. num. 4. 'Ad picturam probandam adhibentur etiam inscii faciendi, cum aliqua solertia judicandi.' Scilicet de absolutione artis non potest nisi artifex judicare: de erratis, etiam homo rudis, etiam vulgus potest.

[f] *Ansas*] Ansas vocat crepidarum vincula nexusque. Ea voce pariter usus Valerius Max. in hac ipsa prodenda re, VIII. 12. p. 402. 'Mirifice,' inquit, 'et ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de crepida et ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem, supra plantam ascendere vetuit.' Tibullus I. 8. 'Ansaque compressos colligat arcta pedes.' Gregor. M. Moral. lib. II. 'Sed ecce quæstioni quæstionem jungimus, et quasi, dum ansam solvere nitimur, nodum ligamus.'

[g] *Nam, ut diximus*] Lib. VII. cap. 38.

[h] *Multa disserenti*] Alexandro videlicet.

[i] *Rideri eum dicens*] Plutarchus de Discrim. Adulat. et Amici, p. 58. et de Animi Tranquill. pag. 451. id ab Apelle dictum Megabyzo, non Alexandro, refert. Ælianus Var. Hist. II. 2. a Zeuxide eidem Megabyzo.

[j] *Ex pallacis suis*] Græca ea vox est, παλλακὴ, et *concubinam* sonat. Usurpata quoque Tranquillo in Vesp. cap. 21. 'Quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat.'

Digitized by Google

nomine Campaspen,[62] [k] nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle jussisset, eumque, dum paret,[63] captum amore sensisset, dono eam dedit: magnus animo, major imperio sui: nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantum suum, sed etiam affectum donavit artifici: ne dilectæ quidem respectu[64] motus, ut quæ modo regis fuisset, modo pictoris esset. Sunt qui Venerem Anadyomenen[65] [l] illo pictam exemplari putant.

Apelles et in æmulis benignus. Protogeni dignationem[a] primus Rhodi constituit. Sordebat suis,[66] ut plerumque domestica:[m] percunctantique 'quanti liceret[67] [n] opera effecta,' parvum nescio quid dixerat: at ille[o] quinquagenis[p] talentis poposcit: famamque dispersit, 'se

[a] *Auctoritatem conciliavit et famam.*

emplo Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—62 *Pacnastam* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Æliano.—63 'Ita codd. Regg. Vatic. Pintian. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *eumque tum pari* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—64 Cod. Dalec. *artifici, dilectæ nec respectu.*—65 *Dioneam* cod. Dalec.—66 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *Sordebat ille suis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *ut plurimum domestica* cod. Dalec.—67 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *licitaretur* Gronov. et

NOTÆ

[k] *Campaspen*] Παγκάστην vocat Ælianus Var. Hist. XII. 34. Luciano, quoque, in Dial. cui titulus, 'Imagines.'

[l] *Anadyomenen*] Ἀναδυομένην Ἀφροδίτην, *Venerem e mari exeuntem,* ad imaginem potius Phrynes meretricis ab Apelle pictam, scribit Athenæus lib. XIII. p. 591. Extat in eam picturam Ausonii Epigramma CIV. 'Emersum pelagi nuper genitalibus undis Cyprin Apellæi cerne laboris opus,' &c. Et Ovidius ex Ponto IV. 1. 29. 'Ut Venus artificis labor est et gloria Coi, Æquoreo madidas quæ premit imbre comas.' Vetus inscriptio apud Reines. pag. 127. VENERI PELAG. *Veneri Pelagiæ.* Venerem Anadyomenen depictam in nummo ΑΔΑΝΕΩΝ vidimus.

[m] *Ut plerumque domestica*] Eleganter in eam sententiam Plinius Junior, Epist. VIII. 20. 'Ad quæ noscenda iter ingredi, transmittere mare solemus, ea sub oculis posita negligimus: seu quia ita natura comparatum est, ut, proximorum incuriosi, longinqua sectemur; seu quod omnium rerum cupido languescit, cum facilis occasio est; seu quod differimus, tanquam sæpe visuri, quod datur videre, quoties velis cernere,' &c.

[n] *Quanti liceret*] Sic Mss. non *licitaretur.* Nam et venditor *licere* recte dicitur.

[o] *At ille*] Apelles.

[p] *Quinquagenis*] Attica talenta intellige: Gallicæ monetæ libras, seu florenos 120000.

Digitized by Google

emere, ut pro suis venderet.' Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem: nec nisi augentibus pretium cessit.

Imaginem[68] adeo similitudinis indiscretæ pinxit, ut (incredibile dictu) Apion grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem (quos metoposcopos[q] vocant) ex iis dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ. Non fuerat ei gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo:[r] quo regnante, Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio,[s] invitatus ad cœnam venit:[69] indignantique Ptolemæo, et vocatores suos ostendenti, ut diceret a quo eorum invitatus esset, arrepto carbone extincto e foculo,[70] imaginem in pariete delineavit, agnoscente vultum plani rege, ex inchoato protinus. Pinxit et Antigoni[t] regis imaginem altero lumine orbam, prius excogitata[71] ratione vitia condendi:[u] obliquam namque[v] fecit, ut quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur: tantumque eam partem e facie ostendit, quam totam poterat ostendere. Sunt inter opera

al. vett.—68 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Imagines* Gronov. et vulgg.—69 'Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *non invitatusad Regis cœnam venit* cod. Dalec. *invitatus, ad Regis cœnam venit* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *indignanteque Ptol. et v. suos ostendente* cod. Dalec.—70 Cod. Dalec. *carbone e foculo extincto.*—71 'Ita bene cod. Reg. 5. et Editio princeps.' *Brotier.* *primus excogitata* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

q *Metoposcopos*] Μετωποσκόπους, qui hominum ingenium dijudicant ex fronte, lineamentisque corporis, atque inde futura augurantur. Usus etiam ea voce Tranquillus.

r *Cum Ptolemæo*] Lagi F. qui primus, post Alexandri obitum, Ægyptum tenuit.

s *Plano regio*] Vox hæc impostorem astutum significat, qui artem profitetur imponendi etiam spectantibus. 'Hic ille planus improbissimus,' inquit Cic. pro Cluent. num. 72.

t *Pinxit et Antigoni*] Quintil. II. 13. pag. 145. 'Habet in pictura speciem tota facies. Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit, ut amissi oculi deformitas lateret.'

u *Prius ... vitia condendi*] In pictura scilicet. Sic in statuis Periclis artifices, ut Plutarchus annotat, p. 153. vitium texere oblongioris paulo capitis, addita galea.

v *Obliquam namque*] Hæc pictura κατάγραφος, de qua dictum est cap. 34.

Digitized by Google

ejus et expirantium imagines. Quæ autem nobilissima sint, non est facile dictu.

Venerem exeuntem e mari [w] Divus Augustus dicavit in delubro patris Cæsaris,[x] quæ Anadyomene vocatur, versibus Græcis[y] tali opere, dum laudatur, victo, sed illustrato.[72] Hujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipsa injuria cessit in gloriam artificis. Consenuit hæc tabula carie: aliamque pro ea Nero princi-

centt. Mox, *obliquum* cod. Dalec.—72 'Ita quidem libri omnes scripti et editi. At certe emendandum est, *non victo.* Extant quidem in Anthol. IV. 12. plura epigrammata de hac Venere, quibus illustrata quidem fuit, sed minime victa.' *Brotier.* Vet. Dalec. *versibus aliquot Græcis collaudato et opere et pictore. Hujus, &c.* cod. Dalec. *sed per tot lustra inferiorem, &c.* Mox,

NOTÆ

w *Venerem exeuntem e mari*] Ἀναδυομένην, de qua supra c. 12.

x *In delubro .... Cæsaris*] Quod in Foro fuit, regione octava. Strabo lib. XIV. p. 657. Ἦν δὲ καὶ ἡ ἀναδυομένη Ἀφροδίτη, ἣ νῦν ἀνάκειται τῷ θεῷ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ, τοῦ Σεβαστοῦ ἀναθέντος τῷ πατρὶ τὴν ἀρχηγέτην τοῦ γένους αὐτοῦ, κ. τ. λ.

y *Versibus Græcis*] Extant in Anthol. IV. 12. Epigrammata Græca quinque, de hoc argumento, εἰς τὴν Ἀφροδίτην ἀνερχομένην ἀπὸ θαλάσσης, Antipatri, Archiæ, Democriti, Juliani, et Leonidæ. Tu ea, si otium est, consule. Habe interim ea Latine, ex Grotio. Antipatri quidem Sidonii: 'Maternis primum de fluctibus emergentem Cyprin Apellæi cerne laboris opus. Ut manibus mulcens respersos æquore crines De madidis spumam cogit abire comis! Non tibi de forma posthac certabimus, ipsæ Dicant, si videant, nata sororque Jovis.' Archiæ: 'Fallimur? an Venerem nudam spectavit Apelles, Cum de cœruleo surgeret orta mari? Sic illam pelagi pinxit de rore madentem: Ecce comam tenera tergit utraque manu.' Democriti: 'Nuda Venus pelagi primum cum surgeret undis, Auratas spuma de maris uda comas, Taliter Ægæo siccavit ab æquore tractam Cæsariem tenera pulchra per ora manu; Extans uberibus qua fas tenus: hanc ita vel Mars Si videat subitus, pectora turbet amor.' Juliani ex Præfecto Augustali: 'En Cytherea recens maris e genitalibus undis: Lucinæ, ingenium fecit Apellis, opus. Sed cito te tabula remove, ne te irriget imbre Quæ pluit abstersis spuma marina comis. Si sic nuda Venus stetit in certamine mali, Troja quod interiit, Pallas iniqua fuit.' Leonidæ denique Tarentini: 'Adhuc ab ipso matris orientem sinu, Adhuc strepentem spumeo Cyprin solo, Videns Apelles, inclytum formæ decus, Non æmulatus arte, sed vivum dedit. Videsne summis manibus ut stringat comam, Micetque puris fulgurans oculis amor, Mansura tangi turgeant ut ubera! Nunc ipsa dicat Pallas et conjux Jovis: Actum est, nec ultra, Jupiter, contendimus.' En quibus carminibus, aut certe haud absimilibus, Plinius victum Apellis opus, sed illustratum, dicit.

patu substituit suo, Dorothei manu. Apelles inchoaverat aliam[73] Venerem Cois, superaturus etiam suam illam priorem.[74] Invidit mors[z] peracta parte: nec qui succederet operi ad scripta lineamenta inventus est. Pinxit et Alexandrum[a] Magnum, fulmen tenentem, in templo Ephesiæ Dianæ, viginti talentis[b] auri.[75] Digiti eminere videntur, et fulmen extra tabulam esse. Legentes[76][c] meminerint omnia ea quatuor coloribus facta.[d] Immane tabulæ pretium,[e] accepit aureos mensura, non numero.[77]

potuit inveniri Vet. Dalec.—73 Cod. Dalec. *et aliam.*—74 Idem codex, *illam superiorem.*—75 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. vett. *τὸ auri* deest in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—76 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sed legentes* Gronov. et vulgg.—77 'Ita bene Mss. Vatic. et Dalecamp. In Editione principe, *immane pretium.* Hæc Alexandri Magni tabula, ejus aureis cooperta, fuit alta pedes circiter sedecim, lata pedes decem. Illam altitudinem latitudinemque implent viginti talenta auri, seu Gallicæ nostræ monetæ libræ 1,350,000. Inde autem patet quam temere recentiores editores superius omiserint *auri;* cum nec Apelle, nec Alexandro, nec loco digna fuisset tabula viginti talentorum, Gallicæ monetæ librarum 93,375. quæ auro soluta tabulam obtexissent.' *Brotier.* Edd. vett. et Gronov. *ea quatuor coloribus facta: manipretium ejus tabulæ in nummo aureo mensura accepit, non numero;* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ea quatuor coloribus facta. Tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero;* Vet. Paris. *ea constare quatuor coloribus. Immane tabulæ pretium acceperit aureos mensura, non numero;* cod. Dalec. *ea quatuor colo-*

NOTÆ

[z] *Invidit mors*] Cicero de Offic. III. 10. 'Ut nemo pictor esset inventus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret: oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat.' Et Epist. Fam. I. 9. 'Ut Apelles Veneris caput, et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit, sic quidam homines in capite meo solum elaborarunt,' &c.

[a] *Pinxit et Alexandrum*] De hac pictura dicere solitum ferunt Apellem, duos Alexandros esse: alterum Philippi ἀνίκητον, Apellis alterum ἀμίμητον. Plutarch. de Fort. Alex. Orat. II. p. 335.

[b] *Viginti talentis*] In libris editis, atque in ipso Reg. 2. codice, sed imperita recentioris alicujus interpolatoris manu, erasa quæ suberat voce, legitur *viginti talentis auri.* Talenta auri sicubi poëtæ dixere, ut Maro non semel, de ingenti auri pondere accipimus, non de certa mensura pecuniæ, quæ auro potius quam argento constet. Sed *auri* illi addidere scilicet, quod ejus tabulæ manipretium auro solutum mox dicatur. Talenta Attica argenti intellige: quorum vicena monetæ Gallicæ efficiunt libras 48000.

[c] *Legentes*] Vide quæ diximus c. 32.

[d] *Quatuor coloribus facta*] Abest vox ea postrema a cod. Reg. 2. In Colb. 3. *quatuor coloribus constare.*

[e] *Tabulæ pretium*] Ita sanissime Colb. 3. In Reg. 2. et Pintiani cod. mi-

Digitized by Google

Pinxit et Megabyzi,[f] sacerdotis[78] Dianæ Ephesiæ, pompam: Clitum[g] equo ad bellum festinantem: galeam poscenti armigerum porrigentem. Alexandrum et Philippum quoties pinxerit, enumerare supervacuum est. Mirantur ejus Abronem[79 h] Samii, et Menandrum[i] regem Cariæ Rhodii. Item Ancæum:[j] Alexandriæ Gorgosthenem tragœdum: Romæ Castorem et Pollucem, cum Victoria et Alexandro Magno: item Belli[k] imaginem, restrictis ad ter-

ribus constare. Tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero.—78 *Megabyzo sacerdoti* Vet. Dalec. Mox, *et ei galeam* Gronov. et al. ante Harduin. 'Certe hæc tabula a superiore est distincta. Aliter Plinius scripsisset, *eique galeam poscenti.* Id non attendere Cll. Durand et Falconet.' *Brotier.*—79 'Ita bene cod. Reg. 5. et Editio princeps. *Abronem* nos dicimus, *le somptueux.* Sic enim Suidas: Ἅβρωνος βίος. Ἐπὶ πολυτελῶν.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. vett. *ejus Habronem* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *Menandrum regem Cariæ* libri omnes scripti et editi. 'Quis sit ille Menander rex Cariæ ignoratur. Quidam conjiciunt, *Minoëm et Idriea, reges Cariæ;* sed frustra,

NOTÆ

nus sincere: *Tabula in nummo aureo mensura accepit, non numero.* Parm. edit. *Immane tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero.* Quid sit manipretium, alibi diximus. Sententia porro est, tanto nummorum numero tabulam esse repensam, quantum ipsius spatium, quanta amplitudo foret: ut de alia pictura similiter dictum est VII. 39. Horat. Sat. I. 1. 'Dives, Ut metiretur nummos.'

[f] *Pinxit et Megabyzi*] Pompam Dianæ Ephesiæ, cui Megabyzus sacerdos præesset. Quintil. v. 12. p. 406. 'Statuarum artifices, pictoresque clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo pingendove efficere cuperent,...non Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumunt sibi,' &c. Μεγάβυζον Xenophon Ἀνάβασ. lib. v. p. 350. interpretatur, τὸν τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρον, *qui Dianæ sacra perageret.* Strabo lib. XIV. p. 641. Μεγαλόβυζον, ἱερέα. Plinius, *sacerdotem.* Unde suspicari licet, quid sit quod in nummis frequenter occurrit, ΝΕΩΚΟΡΩΝ, et ΔΙС. ΝΕΩΚ. quod nos alibi singulari opere de Nummis antiquis explanavimus.

[g] *Clitum*] Κλεῖτον, inter Alexandri amicos non postremum, mox ab eodem inter pocula interemtum. Arrian. de Exped. Alex. lib. IV. p. 560.

[h] *Abronem* [*Habronem*] Sic Mss. recte, non *Abronem.* Habron Argivus, ex Suida, cui a mollitie nomen inditum: unde in splendide viventes jactatur parœmia, Ἅβρωνος βίος, *Habronis vita.* Fuit et alter Habron sophista, Lycurgi Oratoris F. de quo Plutarchus in decem Rhetorum vitis, p. 843.

[i] *Et Menandrum*] Ceteris scriptoribus incognitum.

[j] *Item Ancæum*] Qualis et ab Aristophonte pictus dicitur inferius cap. 40.

[k] *Item Belli*] Qualis est Furoris, apud Maronem Æneid. I. 298. 'Furor impius intus Sæva sedens super arma, et centum vinctus aënis Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.'

Digitized by Google

ga manibus, Alexandro in curru triumphante. Quas utrasque tabulas Divus Augustus in Fori sui partibus celeberrimis dicaverat simplicitate moderata. Divus Claudius pluris existimavit, utrisque excisa[80] facie Alexandri, Divi Augusti imaginem subdere. Ejusdem arbitrantur manu esse et in Antoniæ templo[l] Herculem aversum: ut, quod est difficillimum, faciem ejus ostendat[m] verius pictura, quam promittat. Pinxit et heroa nudum:[n] eaque pictura naturam ipsam[81] provocavit.

Est et equus ejus, sive fuit,[82] pictus in certamine:[b] quod judicium ad mutas quadrupedes provocavit ab hominibus.[c] Namque ambitu æmulos prævalere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit:[d][83] Apellis tantum equo[o] adhinnivere, idque et postea semper illius experimentum artis ostentatur. Fecit et Neoptolemum,[p] ex equo adver-

[b] *In picturæ certamine cum sociis artis.*
[c] *In quo certamine judices habere quadrupedes, quam homines, maluit.*
[d] *Quos in medium et veluti in scenam induxerat.*

cum nihil tale innuant codd.' *Brotier.*—80 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *in utrisque excisa* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, cod. Dalec. *imagines videre.*—81 Ms. *et Hero et Leandrum, ad quam picturam natura eum.* Lego: *Leandrum, qua pictura naturam is.*—82 Vet. Dalec. *sicut fuit.*—83 Chiffl. *semper unius experimentum artis illud osten-*

NOTÆ

[l] *Et in Antoniæ templo*] Cujus illud Antoniæ fuerit, majoris, minorisve, quove Urbis situ conditum fuerit, incompertum. Utraque Antonii Triumviri filia: major Germanici et Claudii Cæsaris parens, Neronis avia.—'Fuit illa Antonii Triumviri filia; ex sorore Augusti, Claudii Cæsaris Aug. parens: in nummis, ANTONIA ex patre, AVGVSTA ex matre.' *Ed. sec.*

[m] *Faciem ejus ostendat*] Vide quæ dicta sunt ad initium fere hujus capitis.

[n] *Pinxit et heroa nudum*] Sic etiam Reg. 2. Suspicabamur olim, *Pinxit et Herona nudam:* quod Heronis ad Leandrum, vicissimque hujus ad illam literæ inter Heroidum Epistolas sint apud Nasonem. Sed nec vox *Herona* ipsa per se placet, et Plinius ipse supra similiter de Timanthe: 'Pinxit et Heroa absolutissimi operis, artem ipsam complexus viros pingendi.'

[o] *Apellis tantum equo*] Valerius Max. VIII. 11. p. 400. 'Quo excusabilior est error equi, qui visa pictura equæ hinnitum edere coactus est.'

[p] *Fecit et Neoptolemum*] Alexandri socium, ab Eumene occisum. Plutarchus, in Eumene, pag. 585.—'In nummo aureo didrachmo, e Gaza Regia, quem Seguinus vulgavit, pag. 54. caput Jovis Dodonæi est, corona quercea redimitum, sine epigraphe. In aversa parte, fulmen cui sidus so-

Digitized by Google

sus[84] Persas, Archelaum[q] cum uxore et filia, Antigonum[r] thoracatum cum equo incedentem. Peritiores artis præferunt omnibus ejus operibus eundem regem sedentem in equo: Dianam sacrificantium virginum choro mixtam: quibus vicisse Homeri versus[s] videtur idipsum describentis. Pinxit et quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgura, fulgetraque:[85] Bronten,[t] Astrapen, Ceraunobolian appellant.

Inventa ejus et ceteris profuere in arte. Unum imitari nemo potuit, quod absoluta opera atramento illinebat[u] ita tenui, ut idipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodiretque a pulvere et sordibus, ad manum[86] intuenti demum appareret. Sed et tum[87] ratione magna:[e] ne colorum claritas oculorum aciem offenderet, veluti per lapidem specularem intuentibus e longinquo: et eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occulte daret.

Æqualis ejus[v] fuit Aristides Thebanus. Is omnium primus[w] animum pinxit, et sensus hominis expressit, quæ

[e] *Sed et istud cum ratione ac modo fiebat.*

tatur.—84 Vet. Dalec. *ex equo pugnantem adversus.*—85 'Ita codd. Regg. Voss. et Editio princeps. *Fulgur* est cum emittitur e nube; *fulgetrum*, seu *fulmen*, cum longo tractu ad terras usque pertingit.' *Brotier.* *tonitrua, fulgetraque* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tonitrua, fulgetra, fulguraque* Gronov. et al. vett. Mox, *Ceraunophiten* cod. Dalec. *Ceraunobolon* Gronov. et al. ante Harduin.—86 Vet. Dalec. *admotum.*—87 Ita edd. vett. Gronov. et Harduin. *Sed et cum* cod. Dalec. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont,

NOTÆ

lis superpositum est, regiæ dignitatis symbolum: infra, spiculum, designans Epirum. Epigraphe: ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΥ. Alexandri numisma, qui Neoptolemi filius.' *Ed. sec.*

[q] *Archelaum*] Macedoniæ regem: quem Socrates aiebat, minas argenti XL. in domum suam impendisse, Zeuxide Heracleota conducto, qui picturis eam ornaret: in se ipsum nihil. Ælianus Var. Hist. XIV. 17.

[r] *Antigonum*] Demetrii Poliorcetæ patrem, Asiæ regem.

[s] *Homeri versus*] Odyss. Z. 102. Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι, κ. τ. λ. Virgilius item Æneid. I.

[t] *Bronten*] Βροντὴν, Ἀστραπὴν, Κεραυνοβολίαν. Sic Reg. 2.

[u] *Atramento illinebat*] Galli dicunt, *vernir, appliquer le vernis.*

[v] *Æqualis ejus*] Apellis scilicet. Meminit Aristidæ Thebani Polemon, libro de tabulis quæ Sicyone fuerunt, apud Athen. lib. XIII. p. 567.

[w] *Is omnium primus*] Arte et indus-

Digitized by Google

vocant[88] Græci ethe:[x] item perturbationes: durior paulo in coloribus. Hujus pictura est, oppido capto ad matris, morientis e vulnere, mammam arrepens infans:[89] intelligiturque sentire mater et timere, ne emortuo lacte[y] sanguinem lambat.[90] Quam tabulam Alexander Magnus transtulerat Pellam in patriam suam. Idem pinxit prælium cum Persis, centum homines ea tabula complexus, pactusque in singulos mnas denas[z] a tyranno Elatensium[a] Mnasone. Pinxit et currentes quadrigas, et supplicantem pæne cum voce: et venatores cum captura: et Leontionem pictorem: et Anapavomenen,[b] propter fratris amorem.[91] Item Liberum patrem, et Ariadnen,[92] [c] spectatos Romæ in æde Ce-

et Franz.—88 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sensus omnes expressit, quos vocant* Gronov. et al. vett. *Aristides Thebanus omnium p. a. p. et sensus omnes expressit, quos v. G. ethe, item perturbationes. Hujus, &c.* Nic. Heinsius in Adverss. II. 12. p. 301.—89 *Unus pictura oppido, &c. adrepentem fecit infantem* cod. Dalec.—90 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ne e. l. sanguinem infans lambat* Gronov. et vulgg. *ne mortuæ sanguinem infans lambat* cod. Dalec.—91 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *propter fratris amorem mori-*

NOTÆ

tria: alii priores casu tantum et rarius.

[x] *Quæ vocant Græci ethe*] Ἤθη, *mores.* Vide quæ supra diximus. Spectat huc aculeatum inprimis Pisonis epigramma Anthol. II. 43. in hominem egregie deformem: *Ψυχὴν μὲν γράψαι χαλεπὸν, μορφὴν δὲ χαράξαι Ῥᾴδιον· ἀλλ' ἐπὶ σοι τοὔμπαλιν ἀμφότερα. Τῆς μὲν γὰρ ψυχῆς τὸ διάστροφον ἔξω ἄγουσα Ἐν τοῖς φαινομένοις ἡ φύσις εἰργάσατο. Τὸν δ' ἐπὶ τῆς μορφῆς θόρυβον, καὶ σώματος ὕβριν, Πῶς ἄν τις γράψῃ; μηδ' ἐσιδεῖν ἐθέλων; Ardua res animum, facilis depingere formam: In te sed se rem constat habere secus. Nam pravos animi mores natura latere, Exponens oculis obvia signa, vetat. Sed fœdum corpus, confusa sed ora videre Cum metuant omnes, pingere nemo potest.*

[y] *Ne emortuo lacte*] Reg. 2. *ne mortuæ factæ.* Colb. 3. *ne mortuæ sanguinem infans lambat.*

[z] *Mnas denas*] Mna centum drachmarum est, drachma denarii pondere, ac fere pretio. Itaque mna una Gallicæ monetæ libras facit XL. Denæ, quadringentas.

[a] *Elatensium*] In Locris. Vide IV. 12. De Mnasone rursum inferius.

[b] *Anapavomenen*] *Ἀναπαυομένην τοῦ βίου*, hoc est, *vita defunctam.* Byblidem intelligit Cauni fratris amore mortuam. Vide Ovid. Met. IX. 455. Libri editi *morientem* frustra hic addunt.

[c] *Et Ariadnen*] Minois filiam, quam Bacchus duxit uxorem, cum hujus Dei admonitu Theseus, a quo primum abducta fuerat, hanc dimisisset. Geminum, non de pictura quidem, sed de statua Ariadnes, extat in Anthologia epigramma perelegans, IV. 9. *Οὐ βροτὸς ὁ γλύπτας, οἵαν δέ σε Βάκχος ἐραστὰς Εἶδεν, ὑπὲρ πέτρας ἔξεσε κεκλιμέναν. Non te sculpsit homo; sed qua-*

Digitized by Google

reris:[d] tragœdum, et puerum, in Apollinis:[e] cujus tabulæ gratia interiit pictoris inscitia, cui tergendam eam mandaverat M. Junius prætor[f] sub die ludorum Apollinarium.[g] Spectata est et in æde Fidei[h] in Capitolio imago senis cum lyra puerum docentis. Pinxit et ægrum sine fine laudatum. Qua in arte[i] tantum valuit, ut[93] Attalus rex unam tabulam ejus centum talentis emisse tradatur.

Simul, ut dictum est,[j] et Protogenes floruit. Patria ei Caunus,[k] gentis Rhodiis subjectæ. Summa paupertas[94] initio, artisque summa intentio,[l] et ideo minor fertilitas.[m] Quis eum docuerit, non putant constare. Quidam et naves[n] pinxisse usque ad annum quinquagesimum: argumentum esse, quod cum Athenis celeberrimo loco Minervæ delubri[95] propylæon[o] pingeret, ubi fecit nobilem Paralum,[p]

entem Gronov. et vulgg.—92 *Liberum, et Autonoën* cod. Dalec.—93 Chiffl. *valuit ita, ut.*—94 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *Summa ejus paupertas* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—95 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. Mox, *Hermionida* Vet. Dalec. *Hammonida* cod. Dalec. *Hammonia-*

NOTÆ

lem rupe jacentem Viderat, expressit marmore Bacchus amans. Ξεῖνοι, λαϊνέας μὴ ψαύετε τὰς Ἀριαδνᾶς, Μὴ καὶ ἀναθρώσκῃ Θησέα διζομένη. Saxea sit quamvis Ariadne, tangere noli: Thesea ne properans quærere, prosiliat.

[d] *In æde Cereris*] Regione Urbis undecima.

[e] *In Apollinis*] Urbis regione decima.

[f] *M. Junius prætor*] Cujus Cicero meminit in Orat. pro Cluentio.

[g] *Apollinarium*] Quos singulis annis exhibebant Romani stato die, circa Nonas Quintiles. Horum ludorum causas ritusque Macrobius explicat I. Saturn. 17. pag. 277.

[h] *In æde Fidei*] Cic. de Offic. III. 104. 'Qui jusjurandum violat, is Fidem violat, quam in Capitolio vicinam Jovis Opt. Max. majores nostri esse voluerunt.'

[i] *Qua in arte*] Nempe ægros pingendi.

[j] *Simul, ut dictum est*] Supra hoc ipso capite.

[k] *Patria ei Caunus*] In Caria. Pausan. lib. I. pag. 6. Πρωτογένης Καύνιος. Sic pariter Plutarchus in Demetrio. Suidas Xantho oriundum facit, Cariæ oppidulo, prope Caunum: et Constant. Porphyrog. I. 14. p. 42.

[l] *Summa intentio*] Quintilianus lib. XII. pag. 894. Protogenem cura, ut Apellem gratia, præstantissimum ait fuisse.

[m] *Minor fertilitas*] Minime fœcundus artifex. Vide quæ supra diximus.

[n] *Quidam et naves*] Quod et de Heraclide dicitur.

[o] *Propylæon*] Προπύλαιον, porticum, vestibulum.

[p] *Paralum*] Navium hæc nomina sunt. Vide Notas et Emend. num. 12. Prior ab heroë ejus nominis, cujus Grammatici meminere omnes:

Digitized by Google

et Hammoniada, quam quidam Nausicaam vocant, adjecerit parvulas naves longas in iis, quæ pictores parerga [q] appellant: ut appareret a quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua pervenissent. Palmam habet tabularum ejus Ialysus,[r] qui est Romæ, dicatus in templo Pacis:[s] quem cum pingeret, traditur madidis lupinis vixisse, quoniam simul famem sustinerent et sitim, ne sensus nimia dulcedine [96] obstrueret. Huic picturæ quater[t] colorem induxit, subsidia [97] injuriæ et vetustatis,[f] ut decedente superiore inferior succederet. Est in ea canis mire factus, ut quem pariter casus[u] pinxerit.[98] Non judicabat se exprimere in eo spumam anhelantis,[99] cum in reliqua omni parte (quod

[f] *Subsidio contra injuriam vetustatis.*

dem alter ejusdem codex; *Hemionida* edd. vett. et Gronov. *Naxiam vocant* Vet. Dalec. *Naxicam vocant* alii vett.—96 Vet. Dalec. *nimia cibi dulcedine.* —97 'Male codd. Regg. Voss. Gud. et Editio princeps, *contra subsidia.* Hermolaus Barbarus emendavit, *subsidio.* Melius, *subsidia.*' Brotier. *subsidio* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—98 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *casus et ars pinxerit* Gronov. et vulgg. *casus et ars pinxerint* cod. Dalec.—99 'Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand. Frustra additum in recentioribus editionibus, *posse.*' Brotier. *posse* exhibent edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *cum reliqua* Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cum in reliqua* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. Paulo post, Vet. Dalec. *ars ipsa nec alia inveniri poterat, et videbatur longius a veritate discedere spuma illa pingique, non ex ore*

NOTÆ

altera ab Hammone Jove, cui dona nave ea devehebantur: eadem Ναυσικάη, eodem quo Alcinoi filia nomine, nuncupata.

[q] *Parerga*] Πάρεργον, operis appendix, accessioque dicitur: quod alicui rei præter propositum additur: ut si pictor Junonem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbusculas, aviculasque, aut aliquid hujusmodi, corollarii vice, addiderit. Has autem adjecit naviculas, ut a quibus initiis ad majorum navium absolutionem pervenisset ostenderet.

[r] *Ialysus*] Strabo lib. XIV. p. 652. Καὶ αἱ τοῦ Πρωτογένους γραφαί, ὅ τε Ἰάλυσος, καὶ ὁ Σάτυρος παρεστὼς στύλῳ. Cicero ad Attic. II. 21. 'Et ut Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum cœno oblitum videret,' &c. Venerem cum Ialyso qui componit, non urbis nomen esse, ut quidam putarunt, sed viri, Ialysum indicat haud obscure: quem Solis nepotem Cicero vocat, de Nat. Deor. III. 54. a quo nomen urbi in insula Rhodo datum. In ea pictura conficienda annos septem insumsisse Protogenem, auctor est Ælianus Hist. Var. XII. 41. et Plutarch. in Demetrio.

[s] *In templo Pacis*] Incendio Romæ absumtam scribit Plutarchus in Demetrio, p. 898.

[t] *Huic picturæ quater*] Hodiernos, credo, pictores latet hoc artificium.

[u] *Ut quem pariter casus*] Cum arte,

Digitized by Google

difficillimum erat) sibi ipse satis fecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, et videbatur nimia, ac longius a veritate discedere, spumaque illa pingi, non ex ore nasci; anxio animi cruciatu, cum in pictura verum esse, non verisimile vellet: absterserat[g] sæpius, mutaveratque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremo iratus arti, quod intelligeretur,[h] [1] spongiam eam impegit inviso[i] loco tabulæ, et illa reposuit ablatos colores, qualiter cura optaverat:[k] [2] fecitque in pictura fortuna naturam.[l] Hoc exemplo, ejus similis[3] et Nealcem[v] successus in spuma equi, similiter spongia impacta, secutus dicitur, cum pingeret poppyzonta[w] retinentem equum. Canem ita Protogenes monstravit, et fortuna.[4] Propter hunc[x] Ialy-

[g] *Spongia.* [h] *Quod in ea pictura nimium artis videretur.*
[i] *Molestæ illi ac difficili tabulæ parti.*
[k] *Quo plane modo animi illius intentio peroptabat.*
[l] *Expressitque in tabula fortuna casusque spumam, qualem natura ipsa faceret.*

nasci.—1 Vet. Dalec. *qua interliniretur.*—2 'Ita cod. Regg. Dalec. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *optabat* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 'Ita codd. Regg. Voss. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *Hoc exemplo similis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Hoc ejus exemplo similis* cod. Dalec.—4 *Protogeni monstravit fortuna* Vet. Dalec.—

NOTÆ

vel cum artifice. In libris hactenus editis, *casus et ars.* Sed has voces *et ars* Mss. omnes pro nothis habent.

[v] *Hoc exemplo .... Nealcem*] Nealces pictor a Plutarcho laudatur in Arato, pag. 1032. Hujus in spuma equi successum, tacito pictoris nomine, refert Valerius Max. VIII. 11. p. 401. 'Præcipuæ artis pictor,' inquit, 'equi naribus spumas adjicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu frustra tenebatur. Indignatione deinde accensus, spongiam omnibus imbutam coloribus forte juxta se positam apprehendit, et veluti corrupturus opus suum, tabulæ illisit: quam fortuna ad ipsas equi nares directam desiderium pictoris coëgit explere. Itaque quod adumbrare non valuit, casus imitatus est.' Sic et Plutarch. de Fort. Alex. Apelli similem casum ascribit Sextus Empir. Pyrrh. Hypotyp. I. 12. pag. 7.

[w] *Cum pingeret poppyzonta*] Ποππύζοντα, hoc est, adulantem equo nondum perdomito, tenui sibilo ore emisso: vel demulcentem, blandeque manibus attrectantem. Utitur eo verbo Sophocles, ποππύζεις καὶ ζευγηλάται, quemadmodum observat Julius Pollux Onom. lib. VII. pag. 370. Quin idem quoque in primo, pag. 54. sisti equum poppysmo docet, hoc ipsum usurpans vocabulum. Frigidum est, quod hic quidam legunt, *Poppyzonta. Retinent Parii equum:* etsi in Reg. 2. legitur, *retinent panecum.*

[x] *Propter hunc*] Refert hæc totidem ferme verbis Plutarchus in De-

Digitized by Google

sum, ne cremaret tabulam[5] Demetrius[y] rex, cum ab ea parte sola posset Rhodum capere, non incendit: parcentemque picturæ fugit occasio victoriæ. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo, hoc est, Demetrii castris. Neque interpellatus præliis inchoata opera intermisit[6] omnino: nisi accitus a rege interrogatusque, 'Qua fiducia extra muros ageret,' respondit, 'Scire se cum Rhodiis[z] illi bellum esse,[7] non cum artibus.' Disposuit ergo rex in tutelam ejus stationes, gaudens quod posset manus servare, quibus jam pepercerat: et ne sæpius avocaret, ultro ad eum venit hostis, relictisque victoriæ suæ votis, inter arma et murorum ictus[8] spectavit artificem. Sequiturque tabulam illius temporis[9] hæc fama, quod eam Protogenes sub gladio pinxerit.[m] Satyrus hic est,[a] quem Anapavomenon vocant, ne[10] quid desit temporis ejus securitati, tenentem tibias.[n][11] Fecit et Cydippen,[b] Tlepolemon,[12][c] Philiscum

[m] *Et tabulam alteram eo tempore factam fama hæc comitatur, quod eam Protogenes inter arma militum ensesque pinxerit.*

[n] *Requiescentem vocant: ac ne quid deesse videatur, quo securitas illorum temporum ex pictura quoque ipsa intelligatur, Satyrus tibias tenet.*

5 'Ita bene cod. Reg. 2. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *ne cremaret tabulas* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut maneret tabula* cod. Dalec.—6 Cod. Dalec. *dimisit.*—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sed accitus a rege .... scire se illi cum Rhodiis bellum esse* Gronov. et vulgg.—8 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. vett. item Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et multorum ictus* Harduin. 1. operarum lapsu.—9 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *Sequiturque tabulam ejus temporis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Spectatur tabula ejus temporis* Vet. Dalec.—10 Vet. Dalec. *et ne.*—11 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tibias tenens* Gronov. et al. vett.—12 *Triptole-*

NOTÆ

metrio, pag. 898. idemque in Apophtheg. p. 183. Ælianus Var. Hist. XII. 41. multoque expressius Gellius XV. 31. pag. 855.

[y] *Demetrius*] Poliorcetes dictus.

[z] *Scire se cum Rhodiis*] Simile Nealcis pictoris dictum refert Plutarchus in Arato, pag. 1032.

[a] *Satyrus hic est*] Strabo lib. XIV. pag. 652. Καὶ αἱ τοῦ Πρωτογένους γραφαὶ, ὅ τε Ἰάλυσος καὶ ὁ Σάτυρος παρεστὼς στύλῳ, κ. τ. λ. *Tum Protogenis picturæ, Ialysus et Satyrus columnæ astans, &c.*

[b] *Cydippen*] Græce, Κυδίππην. De qua Ovid. Art. Am. I. 459. 'Litera Cydippen pomo perlata fefellit, Insciaque est verbis capta puella suis.' Ab Acontio scilicet. Nota fabula.

[c] *Tlepolemon*] Sic etiam Mss. Hunc bello Trojano Sarpedon interfecit, Herculis filium, regem Rhodiorum.

Digitized by Google

tragœdiarum scriptorem meditantem, et athletam, et Antigonum[d] regem, et imaginem matris Aristotelis[e] philosophi: qui ei[13][f] suadebat ut Alexandri Magni opera pingeret, propter æternitatem rerum. Impetus animi et quædam artis libido in hæc potius eum tulere.[o][14] Novissime pinxit Alexandrum, ac Pana: fecit et signa ex ære, ut diximus.[g]

Eadem ætate fuit Asclepiodorus,[h] quem in symmetria mirabatur Apelles. Huic Mnason[i] tyrannus pro duodecim Diis dedit in singulos mnas tricenas:[j] idemque Theomnesto[k] in singulos heroas mnas vicenas.[15][l]

His annumerari debet Nicomachus, Aristodemi filius ac

[o] *Impetus ac libido in eam mentem hunc potius impulit, ut opera Alexandri pingeret, quam Philosopho obsecundandi studium.*

mum cod. Dalec.—13 Vet. Dalec. *qui ei etiam;* Gronov. et vulgg. *qui etiam.* —14 'Ms. *in pictura animi voluptas, et quædam artis delectatio, eum potius tulere.* Lego, *titillavere.*' Dalec.—15 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier. mnas centenas* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—

NOTÆ

Inter Epigrammata ab Henr. Stephano Anthologiæ adjecta, istud est, Ἐπὶ Τληπολέμου κειμένου ἐν Ῥόδῳ. Ἄδ' Ἡρακλείδην ῥηξήνορα θυμολέοντα Τληπόλεμον κατέχει κυματόεσσα Ῥόδος. *De Tlepolemo sepulto Rhodi. Belligerum, quo nec leo fortior, Hercule natum, Tlepolemum tegit hæc æquore cincta Rhodus.*

[d] *Et Antigonum*] Demetrii Poliorcetæ patrem, Asiæ regem.

[e] *Matris Aristotelis*] Nomen illi Pythias, Πυθιὰς, auctore Laërtio, fuit, lib. v. pag. 117.

[f] *Qui ei*] Protogeni. Sic Mss. Reg. 2. et alii. Prius, *qui etiam*, in editis legebatur.

[g] *Ut diximus*] Lib. xxxiv. cap. 19. Scriptor idem et libros de pictura edidit duos, περὶ γραφικῆς καὶ σχημάτων, teste Suida.

[h] *Asclepiodorus*] Ἀσκληπιόδωρος pictor Atheniensis, de quo Plutarch. de Gloria Athen. p. 346. Plinius supra de Apelle: 'Nam cedebat Amphioni de dispositione: Asclepiodoro de mensuris, hoc est, quanto quid a quo distare deberet.'

[i] *Huic Mnason*] Elatensium scilicet tyrannus, de quo supra.

[j] *Mnas tricenas*] Mnæ singulæ, ut supra diximus, centenis denariis æstimantur. Itaque tricenæ, tribus denarium millibus; sive, quod idem est, sestertium millibus duodecim: Gallicæ monetæ libræ sunt 1200.

[k] *Theomnesto*] Θεομνήστῳ Sardiano fictori, ut quidem videtur, de quo diximus xxxiv. 19. nam et hunc in pictura clarum fuisse, uti Protogenem, suspicamur.

[l] *Mnas vicenas* [*centenas*] Sive denarium decem millia: vel, quod eodem recidit, sestertium millia quadraginta: monetæ nostræ libras 4000.

Digitized by Google

discipulus. Pinxit hic raptum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Minervæ delubro super ædiculam Juventatis.[16] [m] Et in eodem Capitolio alia, quam Plancus [n] imperator posuerat, victoria quadrigam in sublime rapiens. Hic primus Ulyssi addidit pileum.[o] Pinxit et Apollinem et Dianam, Deumque matrem [p] in leone sedentem: item nobiles Bacchas [q] arreptantibus Satyris: Scyllamque,[r] quæ nunc est Romæ in templo Pacis. Nec fuit alius in

NOTÆ

[m] *Ædiculam Juventatis*] Victor in Descript. Romæ, regione octava, prope Capitolium: 'Delubrum Minervæ. Ædicula Juventæ.' Dicta est antiquis, *Dea Juventas*, et *Juventa*, non *Juventus*. Sic etiam Mss. omnes.—'Profert Mediobarbus p. 211. e Museo suo nummum æreum Aurelii Cæsaris, cum hoc lemmate in altera parte, IVVENTAS SC. Dea stans ad aram sacrificat. Est et in Museo nostro argenteus. Significat a juvene M. Aurelio Cæsare Rempublicam pie administrari; quem Antonino Aug. Pio dedit senatus velut in regendo imperio vicarium: natura vero peculiari vigore animi et corporis robore donavit; nam tanti boni natura largitrix juventuti 'Juventas' appellatur.' *Ed. sec.*

[n] *Quam Plancus*] L. Munacius Plancus, Ciceronis discipulus, de quo Plinius in Præf. ad Titum, et XIII. 5.

[o] *Hic primus .... pileum*] Ulyssem pileatum, effigiemque canis a quo agnoscitur, nummus argenteus exhibet Mamiliæ gentis in Museo nostro: qualem et Patinus sculpsit, pag. 163. —'sed magno errore. Nihil aliud ea effigie significatur, quam C. Mamilii Limetani Imperatoris providentia et cura factum esse, ut tuta ab hostium vel latronum incursionibus itinera haberent mercatores. Nam et hi cum se dant viæ, canem habent comitem. Eam ob rem et Trajanus Imperator Mamilium restituisse dicitur in nummo argenteo, ibidem: quoniam simili beneficio Rempublicam affecisset. In aversa nummi parte Mercurius pingitur, qui præest mercaturæ; cum caduceo, pacis symbolo.' *Ed. sec.*

[p] *Deumque matrem*] Leonum jugo Cybelen vehi Suidas scribit, et pueri sciunt.—'De Matre Deum vide quæ diximus ad lib. II. cap. 6.' *Ed. sec.*

[q] *Nobiles Bacchas*] Mulieres quæ Baccho sacrificia faciebant.

[r] *Scyllamque*] Monstrum navigantibus infestum, uti et Charybdis. Ex ære quoque fusum affabre testatur Epigramma perelegans in Anthol. IV. 11. εἰς Σκύλλαν χαλκῆν. Εἰ μὴ χαλκὸς ἔλαμπεν, ἐμήνυε δ' ἔργον ἄνακτος Ἔμμεναι Ἡφαίστου δαιδαλέοιο τέχνης, Αὐτὴν ἄν τις Σκύλλαν ὀΐσατο τηλόθε λεύσσων Ἑστάμεν, ἐκ πόντου γαῖαν ἀμειψαμένην. Τόσσον ἐπισσείει, τόσσον κότον ἀντία φαίνει, Οἷον ἀπὸ πελάγους συγκλονέουσα νέας. *Ære nisi fulgeret opus, si tale quid esset, Qualia Dædaliæ Mulciber artis habet, Eminus aspiciens Scyllam quis crederet ipsam Migrato terras nunc habitare mari. Tam furit horrendum, tantas insurgit in iras, Ceu foret in manibus jam crepitura ratis.* Ejus formam aliter Homerus describit, Odyss. M. capitibus sex, bissenis pedibus, triplici dentium ordine: aliter Maro Æneid. III. 'At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris, Ora exertantem, et naves in saxa trahentem. Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo, Pube tenus: postrema immani corpore pistrix, Delphi-

Digitized by Google

ea arte velocior. Tradunt namque conduxisse pingendum ab Aristrato[s] Sicyoniorum tyranno, quod is[17] faciebat Telesti poëtæ,[t] monumentum, præfinito die, intra quem perageretur: nec multo ante venisse, tyranno in pœnam accenso: paucisque diebus absolvisse, celeritate et arte mira.[18] Discipulos habuit Aristidem fratrem, et Aristoclem filium, et Philoxenum Eretrium,[19] cujus tabula nullis postferenda, Cassandro[u] regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit lasciviam,[p] in qua tres Sileni[v] comessantur.[20] Hic celeritatem præceptoris secutus, breviores etiamnum quasdam picturæ compendiarias[21] invenit.

Annumeratur his et Nicophanes elegans et concinnus, ita ut[22] venustate ei[w] pauci comparentur. Cothurnus ei[x] et gravitas artis. Multum a Zeuxide et Apelle abest Apellis discipulus Perseus, ad quem de hac arte scripsit. Hujus

[p] *Lasciviæ ac mollitiei imaginem.*

16 *Juventutis* Gronov.—17 Cod. Dalec. *conductum eum ab Arist. S. tyranno, ad pingendum quod is, &c.*—18 Cod. Dalec. *celeritate mira.*—19 Cod. Dalec. *et ex Pylo senem Demetrium.*—20 Cod. Dalec. *tres convivæ comessantur.*—21 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Male emendatum in recentioribus, *quasdam picturæ vias et compendiarias.* Compendiaria substantive ab antiquis usurpabatur, ut videre est apud Varronem, Senecam Epist. XXVII. et Petronium in Sat.' *Brotier.*—22 *Annumeratus his, &c. concinnus. Fuit autem ut* cod. Dalec. *concinnus fuit, ita ut* Vet. Dalec. *ita ut vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum, impetuosi animi, et cui pauci comparentur* edd. vett.

NOTÆ

num caudas utero commissa luporum.'

[s] *Ab Aristrato*] Is ævo Philippi vixit. Pinxere eum Melanthii discipuli, triumphali currui cum victoria insidentem, magna ejus tabulæ claritate, cui et manum apposuisse Apelles dicitur. Plutarchus in Arato pag. 1032.

[t] *Telesti poëtæ*] Fuit is Selinuntius, ut opinor, e Sicilia: Poëmata ejus, seu fabulas, laudat Athenæus l. XVI. pag. 616. 617. et 637.

[u] *Cassandro*] Macedoniæ post Alexandrum regi.

[v] *In qua tres Sileni*] Sic libri omnes. Sileni Bacchi ministri dicuntur, Σειληνοὶ, teste Strabone lib. X. p. 468. Nomen habere a Sileno Nysiorum rege, qui subsidium Baccho tulerit, auctor Diodorus Sicul. in Bibl. lib. IV. Hinc Catullus: 'Cum thyaso Satyrorum, et Nisigenis Silenis.' Propertius II. 32. 'Silenique senes, et pater ipse chori.'

[w] *Ita ut venustate ei*] Sic totidem plane syllabis, nec pluribus, Mss. Reg. 2. et Pintiani. Libri editi adjiciunt his multa, sed spuria: *ita ut vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum, impetuosi animi, et cui pauci comparentur.*

[x] *Cothurnus ei*] Pingendi ratio grandis, excelsa, nobilis. Galli dicunt,

Digitized by Google

fuerat[y] ætatis Aristides Thebani discipulus.[23] Fuerunt et filii,[z] Niceros et Ariston,[a] cujus est Satyrus cum scypho coronatus. Discipuli,[b] Antorides et Euphranor, de quibus mox dicemus.

XXXVII. Namque subtexi par est minoris picturæ[1 c] celebres in penicillo, e quibus fuit Pyreicus,[d] arte paucis postferendus: proposito, nescio an destruxerit se:[2] quoniam humilia quidem secutus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam.[α] Tonstrinas, sutrinasque pinxit, et asellos, et opsonia, ac similia: ob hoc cognominatus Rhyparographos,[e] in iis consummatæ voluptatis. Quippe eæ pluris veniere, quam maximæ multorum. E diverso Mæ-

[α] *Proposito vero suo, in humilibus operibus hærendo, nescio an non ipse adversatus sit: nam licet res humiles pinxerit, per eas tamen ingentem in eo rerum humilium genere gloriam picturæ est adeptus: nec humilis rerum humilium pictor fuit.*

et Gronov.—23 Vet. Dalec. *scripsit Aristidis Thebani, qui hujus fuit ætatis discipuli;* Gronov. et al. ante Harduin. *scripsit, qui hujus fuit ætatis. Aristidis Thebani discipuli fuerunt et filii, &c.* Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *et Aristippus, cujus .... Discipuli ejus fuerunt Antorides et Euphranor.*

CAP. XXXVII. 1 Vet. Dalec. *minores pictores.* Alii vett. ap. eundem, *in minori pictura celebres penicillo.*—2 ' Vet. *postferendus. In proposito nescio*

NOTÆ

la maniere grande et noble. Cothurnos induebant tragœdi, cum in theatro fabulam acturi erant: unde pro alto et exaggerato dicendi, aliudve faciendi, genere accipiuntur. Horatius in Arte: 'Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni.'

[y] *Hujus fuerat*] Ita egregie Reg. 2. cum in editis hactenus libris omnia perturbata, immutataque sic legantur: *Ad quem de hac arte scripsit, qui hujus fuit ætatis. Aristidis Thebani discipuli fuerunt, &c.* De Aristide Thebano dictum superius. Huic discipulum fuisse cognominem nunc Plinius asseverat.

[z] *Fuerunt et filii*] Hujus filii, hoc est, Persei, non Aristidis.

[a] *Niceros et Ariston*] Νικέρως et Ἀρίστων. Ita Reg. 2. et alii. In libris editis, *Aristippus.* Ariston is videtur esse, de quo XXXIV. 19.

[b] *Discipuli*] Ejusdem Persei, cujus filii proxime appellati.

[c] *Minoris picturæ*] Modicæ amplitudinis, *de petit volume.*

[d] *Pyreicus*] Meminit Propertius III. 8. ex emendatione Beroaldi: 'Pyreicus parva vindicat arte locum.' Prius apud Propertium *Parrhasius* legebatur. In Plinianis codd. Mss. *Preicus* et *Pratius* legimus. Quid statui certo de ea voce oporteat, hæremus.

[e] *Rhyparographos*] Ita clare Reg. 2. cum libris omnibus editis, post Hermolaum. Ῥυπαρογράφος intelligitur, sordidarum atque humilium rerum

Digitized by Google

niana,[f] inquit Varro, omnia operiebat Serapionis[g] tabula[3] sub Veteribus.[h] Hic scenas optime pinxit, sed hominem pingere non potuit. Contra Dionysius[i] nihil aliud quam homines pinxit, ob id Anthropographos[4] cognominatus. Parva et Callicles[j] fecit: item Calates[5][k] comicis tabellis:[l] utraque Antiphilus.[m] Nam et Hesionam[n] nobilem pinxit,

an dejecerit se. Lego, *detraxerit.*' Dalec. Mox, *humilitate* cod. Dalec.—3 Vet. Dalec. *operiebant S. tabulæ.*—4 'Ita cod. Reg. 5. et Editio princeps.' *Brotier.* *Anthropographus* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 'Ita codd. Regg. Voss. et Editio princeps. Frustra emendatum ex conjectura Meursii, *Calades.*' Brotier. *Calades* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

pictor.

[f] *Mæniana*] Pergulæ projectæ fuere in Foro Romæ, unde pictorum tabulæ venales pendebant, ut supra diximus. Nomen habent a Mænio, a quo et columna Mæniana appellata. Vulgus in Gallia salientes vocat, *des Saillies, des Avances.* Codex Theod. l. xv. tit. I. lib. XLV. 'Tabulata intercolumniis affixa:' unde videlicet populus spectare poterat. Labeo J. C. 'Projecta.' Nominis causam docet Asconius in Divin. 'Mænius, cum domum suam venderet Catoni et Flacco Censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ, super quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipse et posteri ejus spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columna Mæniana vocitata est.' Festus: 'Mæniana ædificia a Mænio sunt appellata. Is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora.' Hoc loco Mæniana Varro pro tabulis, quæ ibi venales proponebantur, accipit.

[g] *Serapionis*] Pictoris σκηνογράφου.

[h] *Sub Veteribus*] Sub veteribus fori tabernis, pergulisve, ut diximus c. 8. His etiam Veterum Mænianorum nomen fuit, uti ex Cicerone diximus, Acad. Quæst. IV. 70. 'Veterum, ut Mænianorum, sic Academicorum umbram secutus est.' De Veteribus Plautus in Curcul. IV. 1. 19. 'Sub Veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore.'

[i] *Contra Dionysius*] Patria is Colophonius fuit, ut ex Æliano constat, Var. Hist. IV. 3.

[j] *Parva et Callicles*] Idem fortassis et fictor Megarensis, cujus opera laudantur inprimis a Pausania l. VI.

[k] *Item Calates* [*Calades*] Καλάδης, quo nomine is fuit qui *leges Atheniensibus dedisse fertur*, Ἀθηναίοις, ὡς λέγεται, νόμους γράψας, et ab iis idcirco statuæ honorem obtinuisse. Qui hunc Pausaniæ locum accuratius pensitarit, intelliget is profecto, vanam illius conjecturam esse, qui sic emendat, κώμους γράψας, hoc est, *comessantium tabellas*, ut eum ipsum signari a Græco scriptore suadeat, cujus comicæ tabulæ a Plinio commendantur. Dignum scilicet statua opus. Et quis tabulas comicas sic interpretari velit? Hic libri editi *Calaces* habent: Ms. *Calates.*

[l] *Comicis tabellis*] Quæ personas repræsentent, quales in Comœdorum fabulis inducuntur.

[m] *Antiphilus*] Ἀντίφιλος ζωγράφος, Tzetzæ Chil. VIII. Hist. 197. vs. 395. Pictorem hunc ab eximia facilitate laudat Quintilianus XII. 10. p. 894.

[n] *Nam et Hesionam*] Laomedontis filiam, Priami sororem. Consule Mythologos, et Virgil. Æn. VIII. 157.

Digitized by Google

et Alexandrum ac Philippum cum Minerva, qui sunt in Schola[o] in Octaviæ porticibus: et in Philippi,[p] Liberum patrem, Alexandrum puerum, Hippolytum tauro emisso expavescentem: in Pompeia[q] vero[6] Cadmum, et Europen. Idem[7] jocoso nomine Gryllum deridiculi habitus pinxit.[b] Unde hoc genus picturæ grylli[8] vocantur. Ipse in Ægypto natus didicit a Ctesidemo.

Decet non sileri et Ardeatis templi[r] pictorem, præsertim civitate donatum ibi, et carmine, quod est in ipsa pictura[9] his versibus:

Dignis digna loco[10][s] picturis condecoravit,
Reginæ Junonis supremi[11][t] conjugis templum
Marcus Ludius Helotas[u] Ætolia oriundus,
Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

Eaque sunt[12] scripta antiquis literis Latinis:[v] non frau-

[b] *Idem pinxit hominem habitu ridiculo, nomenque tabulæ finxit, Gryllum.*

Franz. *Colaces* Vet. Dalec. *Calaces* edd. vett. et Gronov.—6 Cod. Dalec. *reum.*—7 *Idemque* Vet. Dalec. Mox, *Jocosus Ægellum nomine ridiculi* cod. Dalec. *deridiculi* alius codex ejusdem.—8 *Ægelli* cod. Dalec.—9 Cod. Dalec. *scriptura.*—10 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *Dignis digna loca* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—11 Gronov. et al. ante Harduin. *supremæ.*—12 Ita edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

[o] *In Schola*] Nomine sororis Octaviæ Porticum Augustus condiderat, ut auctor est Suetonius Aug. cap. 29. Fuit regione Urbis nona, prope Theatrum Marcelli: Complectebatur ea templa duo, Junonis, et Apollinis: Curiam, Scholas, Bibliothecam. Schola statio quædam instar ludi literarii fuit, in quem Philosophi, et reliquis doctrinis exculti homines, convenire solebant, ut publicis disputationibus et colloquiis exercerentur.

[p] *Et in Philippi*] In porticu Philippi, de qua diximus c. 36.

[q] *In Pompeia*] Prope theatrum Pompeii, regione Urbis nona, et Porticus Pompeiana fuit, de qua Vitruvius v. 9. pag. 92.

[r] *Ardeatis templi*] Cujus picturas antiquiores esse Urbe Roma dictum est superius, c. 6.

[s] *Dignis digna loco*] Sic Gruterus edidit, in Inscriptionibus, p. 1065. ex vetusto lapide:

DIGNE. DOCTILOQVEIS. PICTVREIS. CONDECORAVIT
REGINÆ. IVNONI. SVPREMI. CONIVGI. TEMPLVM
MARCVS. LVDIVS. ELOTAS. AETOLIA. ORIVNDVS
QVEM. NVNC. ET. POST. SEMPER. OB. ARTEM. HANC. ARDEA. LAVDAT.

[t] *Supremi*] Hoc est, Jovis. Ita Mss. Reg. 2. A Colb. 3. aliique: non, ut editi hactenus libri, *supremæ.*

[u] *Helotas*] Εἵλωτες a Lacedæmoniis transfugæ appellati. Strabo l. VI. p. 278.

[v] *Antiquis literis Latinis*] De his egimus VII. 58.

Digitized by Google

dando et Ludio,[c] [w] Divi Augusti ætate, qui primus instituit amœnissimam parietum picturam, villas et porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, littora, qualia quis optaret,[13] varias ibi obambulantium species, aut navigantium, terraque villas adeuntium asellis aut vehiculis. Jam piscantes,[14] aucupantesque, aut venantes, aut etiam vindemiantes sunt in ejus exemplaribus: nobiles,[x] palustri accessu villæ, succollatis sponsione mulieribus, labantes trepidisque feruntur:[d 15] plurimæ praeterea tales argutiæ facetissimi salis. Idemque subdialibus[e] maritimas urbes pingere instituit, blandissimo[16] aspectu, minimoque impendio.

Sed nulla gloria artificum est, nisi eorum qui tabulas pinxere: eoque venerabilior antiquitatis prudentia apparet.[17] Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco mansuras, quæ ex incendiis rapi non possent. Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo. Nulla in Apellis tectoriis[18] pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnium eorum[y] ars[19] urbibus excubabat:

[c] *Neque prætermittenda Ludii commendatio est.*

[d] *Nobiles, ut bajuli, per accessum palustrem cujusdam villæ, colla mulieribus ex sponsione onerati, vacillantes ac veluti oneri metuentes incedunt.*

[e] *In iis, quæ sub dio sunt, inambulationibus.*

Franz. Ita quoque cod. Dalec. *Ea sunt* Gronov. et al. vett. Mox, *et sua gloria Ludi, qui Divi Aug. æt. primus, &c.* Vet. Dalec. Paulo post, *villas et portus* cod. Dalec.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *optarat* Gronov. et al. vett.—14 *Itempiscantes* Vet. Dalec.—15 'Ita codd. Regg. 2. 5. In cod. Reg. 3. et Editione principe, *trepideque feruntur.*' Brotier. *trepidique feruntur* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nob, pal. acc. villæ, et qui succollantium specie labantes mulieres trepidas ferunt* Vet. Dalec. *nobiles tympanistriæ: ancillæ succollatis sponsione mulieribus labantes, quæ crepidis feruntur* cod. Dalec. *vindemiantes. Sunt in ejus exemplaribus nobiles p. a. villæ: succollantium specie mulieres, labentes trepidæque feruntur: p. p. t. a. f. sales* edd. vett. et Gronov. *et facetissimi sales* Vet. Dalec. *facetissimi salis* codex ejusdem.—16 Cod. Dalec. *blando.*—17 'Ita codd. Regg. Dalec. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier. apparet antiquitatis prudentia. Non enim, &c.* cod. Dalec. *apparet antiquitas. Non enim, &c.* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *nec domus una visura quæ ex, &c.*—18 *Nulla*

NOTÆ

[w] *Non fraudando et Ludio*] Familiaris locutio Plinio, ut constabit ex Indice.

[x] *Nobiles*] Vide Notas et Emend. num. 13.

[y] *Omnis eorum*] Reg. 2. *Omnium eo-*

Digitized by Google

pictorque res communis[z] terrarum erat. Fuit et Arellius Romæ celeber[20] paulo ante Divum Augustum: nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicujus fœminæ amore flagrans, et ob id Deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaque in pictura ejus scorta numerabantur. Fuit et nuper gravis ac severus, idemque floridus, humilis rei pictor Amulius.[21] Hujus erat Minerva, spectantem spectans,[22] quacumque aspiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quanquam in machinis.[a] Carcer ejus artis[b] domus aurea fuit: et ideo non extant exempla alia magnopere. Post eum[23] fuere in auctoritate Cornelius Pinus,[24] et Accius Priscus, qui Honoris et Virtutis[c] ædes imperatori Vespasiano Augusto restituenti pinxerunt: sed Priscus antiquis similior.

XXXVIII. (XI.) Non est omittenda in picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula. Siquidem in triumviratu

Apellis in tectoriis cod. Dalec. Mox in eodem, *totos tingere*.—19 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier*. *Omnis eorum ars* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—20 Cod. Dalec. *celebris*.—21 Cod. Dalec. *pictor Fabius*.—22 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier*. Ita quoque cod. Dalec. *spectantem aspectans* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—23 Cod. Dalec. *exemplaria*. *Magnopere post eum*.—24 *Cornelius Primus* in eodem codice.

NOTÆ

rum. Malim ego, *Omnibus*.

[z] *Res communis*] Rem communem vocat, propter tabulas, quæ demi, atque in locum alium transferri possent: ut ex Achaia L. Mummium transtulisse permulta superius vidimus.

[a] *Quanquam in machinis*] Ut sunt ii qui vel in scala sublimes, vel suspensi in corbibus, summa ædium tabulata, camerarumque fornices picturis exornant. His quanquam in machinis penderet ille, nunquam tamen induxit animum ut pingeret, nisi togatus.

[b] *Carcer ejus artis*] Præclara ejus artificis opera domo Neronis aurea inclusa fuere. De ea domo dicemus libro seq. cap. 24.

[c] *Honoris et Virtutis*] Fuere ædes geminæ, proxime inter sese junctæ. Symmachus Epist. I. 14. 'Bene ac sapienter majores nostri, ut sunt alia ætatis illius, ædes Honori atque Virtuti gemellas junctim locarunt: commenti, quod in te (Ausonium alloquitur) vidimus, ibi esse præmia honoris, ubi sunt merita virtutis.' P. Victor in prima regione Urbis juxta Portam Capenam, 'Vicus Honoris et Virtutis,' ab ædibus nimirum proximis sic appellatus. Fertur Galbæ Imp. nummus inscriptus, HONOS ET VIRTVS.

Digitized by Google

quodam[1] loco deductus a magistratibus in nemorosum hospitium, minaciter cum iis postero die expostulavit, somnum ademtum sibi volucrum concentu. At illi draconem in longissima membrana depictum circumdedere loco: eoque terrore aves tum siluisse narrantur,[2] et postea cognitum est ita posse compesci.

XXXIX. Ceris pingere,[d] ac picturam inurere qui primus excogitaverit,[1] non constat. Quidam Aristidis[e] inventum putant, postea consummatum a Praxitele. Sed aliquanto vetustiores encausticæ[2] picturæ extitere, ut Polygnoti, et Nicanoris, et Arcesilai[f] Pariorum. Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit ἐνέκαυσεν,[g] quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa.

XL. Pamphilus[h] quoque Apellis præceptor non pinxisse tantum encausta,[1] sed etiam docuisse traditur Pausian[i] Sicyonium primum in hoc genere nobilem. Brietis filius hic fuit, ejusdemque[2] primo discipulus. Pinxit et ipse[j] penicillo parietes Thebis,[3] cum reficerentur quondam a Po-

Cap. xxxviii. 1 Cod. Dalec. *ut juratus dicebat, introivit quodam.* Mox, *minaciterque postero* al. apud Dalec.—2 'Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *siluisse narratur* Gronov. et vulgg. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

Cap. xxxix. 1 Ita Harduin. 1. *quis primus excogitaverit* Gronov. et Brotier. *quis excogitaverit* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Cod. Dalec. *encausti.*

Cap. xl. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *encausto* cod. Dalec. *encaustica* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *eidemque.*—3 'Ita

NOTÆ

d *Ceris pingere*] Discoloribus ceris pingebant antiqui: picturamque inurebant: quod quomodo fieret, dicemus inferius cap. 41. Interim de discoloribus ceris Varro testis de Re Rust. lib. ii. 'Pictores loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sunt ceræ.'

e *Quidam Aristidis*] Ejus qui Polycleti discipulus fuit, de quo xxxiv. 19. De Praxitele ibidem.

f *Arcesilai*] Pictoris hujusce mentio apud Pausan. lib. i. p. 2.

g *Lysippus . . . . ἐνέκαυσεν*] Hoc igitur tertium opus ex iis quæ Plinius absolute inscripta fuisse scribit in Præfatione ad Titum, ille fecit: non pendente titulo, ille faciebat: hoc est, non Λύσιππος ἐνεκαίει, sed ΛΥΣΙΠΠΟΣ. ΕΝΕΚΑΥΣΕΝ.

h *Pamphilus*] De quo cap. 36.

i *Pausian*] Παυσίου pictoris opera laudat Pausanias lib. ii. pag. 134. Horat. ii. Sat. 7. 95. 'Vel cum Pausiaca torpes insane tabella.'

j *Pinxit et ipse*] Pausias scilicet. Vide Notas et Emend. num. 14.

Digitized by Google

lygnoto picti: multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere[a] [k] certasset. Idem et lacunaria primus pingere instituit: nec cameras ante[4] [l] eum taliter adornari mos fuit. Parvas pingebat tabellas, maximeque pueros. Hoc æmuli eum interpretabantur facere, quoniam tarda[5] picturæ ratio esset illa. Quamobrem arti daturus[6] et celeritatis famam, absolvit uno die tabellam, quæ vocata est Hemeresios,[7] [m] puero picto. Amavit in juventa Glyceram municipem suam,[n] inventricem coronarum,[o] certandoque imitatione ejus, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Postremo pinxit

[a] *Non in quo maxime excellebat genere picturæ.*

cod. Reg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *parietes Thespiis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Vet. Dalec. *instituit et cameras, nec ante.* Mox, *adornare mos fuit* cod. Dalec.—5 Cod. Dalec. *non tarda.*—6 Alii ap. Dalec. *additurus.*—7 *Hemerousios* Vet. Dalec.—

NOTÆ

[k] *Quoniam non suo genere*] Pausias enim encausto, Polygnotus penicillo excelluit. Encausto pingere, et penicillo pingere, differunt: ceris illud, istud coloribus.

[l] *Nec cameras ante*] Cameræ lacunaribus ornabantur, aut musivo opere pingebantur. Ipsa lacunaria vel deaurari solebant, vel pingi coloribus, quod Pausiæ primo inventum fuit. Vetus auctor quæstionum Veteris et Novi Test. quæst. 106. 'Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, si camera ejus habeat auro distincta laquearia,' &c. Isidorus XIX. 12. 'Laquearia sunt, quæ cameram subtegunt et ornant, quæ et lacunaria dicuntur: quod lacus quosdam quadratos, vel rotundos, ligno vel gypso vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus.' Quem Isidori locum immerito Salmasius reprehendit, in Notis ad Fl. Vopiscum, pag. 393. ubi negat lacunaria cameris unquam supposita fuisse. Atqui hoc Plinius diserte confirmat. Et Constantinus M. in Epistola, quam Eusebius recitat, de ejus Vita III. 32. Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς ἐργασίας γενέσθαι σοι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. Εἰ γὰρ λακωναρία εἶναι μέλλοι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι τὸ λειπόμενον. *Porro cameram Basilicæ utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior a te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari.*

[m] *Hemeresios*] Ἡμερήσιος, diei unius pictura.

[n] *Glyceram municipem suam*] Sicyoniam igitur. At Glycere meretrix, quæ Praxitelis amica a Strabone dicitur, lib. IX. pag. 410. Thespiensis e Bœotia fuit.

[o] *Inventricem coronarum*] Sic libri omnes, etiam Mss. non *vitricem*, ut fingit Salmasius in Solin. pag. 246. inaudita prorsus in Latio voce, cum *victricem* dici potius ars pateretur, quanquam ægre.

Digitized by Google

ipsam[8] sedentem cum corona, quæ e nobilissimis tabula[9] appellata est Stephaneplocos,[p] ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem. Hujus tabulæ exemplar, quod apographon[q] vocant, L. Lucullus[r] duobus talentis[s] emit Dionysiis[10][t] Athenis.

Pausias autem fecit et grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeii porticibus boum immolationem. Eam enim picturam primus invenit, quam postea imitati sunt multi, æquavit nemo. Ante omnia cum longitudinem bovis ostendere vellet, adversum eum pinxit, non transversum: et abunde[11] intelligitur amplitudo. Dein cum omnes, quæ volunt eminentia videri, candicantia faciant, coloremque condant[12] nigro; hic totum bovem atri coloris fecit, umbræque corpus ex ipso dedit, magna prorsus arte in æquo extantia ostendens, et in confracto solida omnia.[b] Sicyone et hic vitam egit, diuque fuit illa patria picturæ. Tabulas inde e publico omnes, propter æs alienum civitatis addictas,[13] Scauri ædilitas[u] Romam transtulit.

[b] *Et cum veluti fracta sint unius corporis membra omnia, solida tamen omnia videantur.*

8 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *pinxit illam* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *quæ e nobilissimis ejus tabula* Gronov. edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ nobilissima tabula* cod. Dalec. Mox, *Stepanoplocos* Gronov. et al. vett.—10 Gronov. et al. ante Harduin. *a Dionysio.*—11 Gronov. et al. ante Harduin. *unde et abunde.*—12 Gronov. *condiant.* Mox, *ex ipso dedit, quod magna prorsus arte in æquo egit, extundente et confringente solida omnia* cod. Dalec.—13 Cod. Dalec. *propterea omnes e*

NOTÆ

[p] *Stephaneplocos*] Ita Reg. 2. non *stephanoplocos:* quanquam et istud æque Græce dicitur. Στεφανηπλόκος, *textrix coronarum:* Στεφανόπωλις, *venditrix coronarum.*

[q] *Apographon*] Quod ad exemplar effingitur, ἀπόγραφον Græci dicunt. *Une copie.*

[r] *L. Lucullus*] Is qui post bellum Mithridaticum, conversus ad otium, tradidit se luxui, magnificentiaque villarum, signorum et tabularum ornamentis Romanos omnes superavit.

[s] *Duobus talentis*] Atticis nimirum; Gallicæ monetæ libræ sunt, 4000.

[t] *Dionysiis*] Festis ludisque Dionysiacis, qui magno apparatu ab Atheniensibus celebrabantur. Eadem Bacchanalia appellata. In libris hactenus editis, *a Dionysio.* At Mss. Reg. 2. et Pintiani, *Dionysius.*

[u] *Scauri ædilitas*] De qua XXXVI. 24,

Post eum eminuit longe ante omnes Euphranor Isthmius, Olympiade centesima quarta,[14] idem qui inter fictores dictus est a nobis.[v] Fecit et colossos: et marmora, ac scyphos scalpsit: docilis ac laboriosus ante omnes, et in quocumque genere excellens, ac sibi æqualis. Hic primus videtur expressisse dignitates heroum,[15] et usurpasse symmetriam. Sed fuit universitate[16][w] corporum exilior, capitibus articulisque grandior. Volumina quoque composuit de symmetria et coloribus. Opera ejus sunt, equestre prælium,[x] duodecim Dii,[y] Theseus,[z] in quo dixit, 'eundem apud Parrhasium[17] rosa pastum esse, suum vero carne.' Nobiles ejus tabulæ Ephesi,[18] Ulysses simulata vesania bovem cum equo jungens: et palliati cogitantes:[a] dux gladium condens.

Eodem tempore fuit et Cydias,[b] cujus tabulam Argonau-

publico pro nomine civitatis abductas.—14 *Olympiade scilicet quinquagesima prima* cod. Dalec.—15 Cod. Dalec. *signa heroum;* Vet. Dalec. *dignitates et insignia heroum.*—16 *Sed fuit in universitate* cod. Dalec.—17 *Parrasium* Gronov. et vulgg.—18 *Nobilis ejus est tabula Ephesi* cod. Dalec. Mox cod. Dalec. *Pala-*

NOTÆ

[v] *Dictus est a nobis*] Lib. XXXIV. 19.

[w] *Sed fuit universitate*] Corpora tota fecit exiliora, grandiora capita. Quod vitium et in Zeuxide notatum superius, cap. 36. 'Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus, articulisque.'

[x] *Equestre prælium*] Laudatur id Euphranoris opus et a Pausania lib. I. pag. 5. Equestre illud prælium ait fuisse, in quo ex Atheniensibus Gryllus Xenophontis F. e Bœotis Epaminondas Thebanus inprimis claruere.

[y] *Duodecim Dii*] De hac pictura Pausanias loc. cit. Elegantius vero Valerius Max. VIII. 11. p. 40. His illi Ennii versibus continentur: 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovi', Neptunus, Volcanus, Apollo.'

[z] *Theseus*] Tradit eadem et Plutarchus de Gloria Athen. lib. I. pag. 546. *Ὥσπερ Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτοῦ τῷ Παῤῥασίου παρέβαλε, λέγων τὸν μὲν ἐκείνου ῥόδα βεβρωκέναι, τὸν δὲ ἑαυτοῦ κρέα βόεια.* Unde Pintiani emendatio exsufflatur, libris invitis omnibus ita scribentis, *rore pastum esse*, non *rosa*.

[a] *Et palliati cogitantes*] Sic Reg. 2. ceterique probatiores libri primitivi, typique. Frustra sunt, qui ex nescio quo exemplari inducunt, *Et Palamedes dux fasce gladium condens.* Plinius inferius iterum de Timomachi picturis: 'Palliati, quos dicturos pinxit, alterum stantem, alterum sedentem.'

[b] *Et Cydias*] Κυδίας Eustathio in Dionys. vs. 526. ubi hunc pictorem e Cyntho, quæ Cycladum una est, oriundum ait.

Digitized by Google

tas H-S. CXLIV.[19] [c] Hortensius Orator mercatus est, eique [20] ædem fecit in Tusculano suo.

Euphranoris autem discipulus fuit Antidotus. Hujus est clypeo dimicans Athenis, et luctator, tibicenque inter pauca laudatus.

Ipse diligentior, quam numerosior,[d] et in coloribus severior,[21] maxime inclaruit discipulo Nicia[e] Atheniensi, qui diligentissime mulieres pinxit. Lumen et umbras custodivit, atque ut eminerent e tabulis picturæ maxime curavit. Opera ejus, Nemea[f] advecta ex Asia Romam a Silano,[g] quam in Curia diximus positam:[h] item Liber pater in æde Concordiæ:[i] Hyacinthus,[j] quem Cæsar Augustus delectatus eo secum deportavit Alexandria capta: et ob id Tiberius Cæsar in Templo ejus[k] dicavit hunc tabulam: et

medes dux fasces glandium condens: Vet. Dalec. *fasce gladium condens.*—19 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fuit Cydus et Cydias, cujus tab. Arg. talentis CXLIV.* —20 Alii ap. Dalec. *eisque.*—21 'Ita codd. Regg. Pintian. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *et in c. severus* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et

NOTÆ

[c] *H-S. CXLIV.*] Hoc est, sestertium centum quadraginta quatuor millibus. Gallicæ monetæ libræ sunt, seu floreni, 14400.

[d] *Quam numerosior*] Diligens, inquit, pictor Antidotus fuit: sed non plurimas idem tabulas pinxit: non uti Zeuxis, de quo supra, 'Fœcundus artifex.' Sic XXXIV. 19. Myron 'numerosior arte quam Polycletus,' dicitur.

[e] *Nicia*] Νικίας ζωγράφος Ἀθηναῖος, Plutarcho de Gloria Athen. lib. I. pag. 346. Nicomedis filium facit Pausanias lib. I. pag. 57. et in pingendis etiam animalibus eximium tradit: Νικίας ὁ Νικομήδους ζῶα ἄριστος γράψαι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ. Vide et quæ de eo referat Ælianus Var. Hist. III. 31.

[f] *Nemea*] Diximus de ea, libri hujus cap. 10.

[g] *A Silano*] A C. Junio Silano, qui Consulatum Augusti principatu gessit: mox postulatus repetundarum ab Asianis, quorum Proconsul fuerat, a Tiberio in exilium actus est, ut prodidit Tacitus Annal. III.—'A Licinio Nerva Silano, cujus nomen in nummis Antiochensium legitur ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Fuit is pater Silani, qui nepos neptis Augusti fuit, ut Plinius ait, VII. 11.' *Ed. sec.*

[h] *In Curia diximus positam*] Cap. 10.

[i] *Concordiæ*] Regione Urbis octava.

[j] *Hyacinthus*] Lusit in hanc tabulam Martialis XIV. 173. cujus lemma: 'Hyacinthus in tabula pictus:' 'Flectit ab inviso morientia lumina disco Œbalius, Phœbi culpa dolorque, puer.'

[k] *In Templo ejus*] Templum Augusti in foro Romano fuit. Hujus effigiem nummi Tiberii exhibent.

Digitized by Google

Diana. Ephesi[22] vero est Megabyzi[l] sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulcrum: Athenis Necromantia[23][m] Homeri. Hanc vendere noluit Attalo regi[n] talentis sexaginta,[o] potiusque patriæ suæ donavit, abundans opibus. Fecit et grandes picturas, in quibus sunt Calypso,[p] et Io,[24] et Andromeda: Alexander quoque in Pompeii porticibus[q] præcellens, et Calypso sedens. Huic quidem[25][r] ascribuntur

recentt.—22 *In Epheso* cod. Dalec.—23 *Necyia* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Æliano.—24 Voc. *et Io* desunt in cod. Dalec.—25 *Phidiæ quidem* cod.

NOTÆ

l *Megabyzi*] Diximus de eo superius cap. 36.

m *Necromantia*] Vaticinium mortuis evocatis, locumque ubi id umbræ reddunt, vox ea sonat, *νεκρομαντεία*. Ciceroni Tusc. I. 37. *νεκυία* Homeri appellatur: eaque pars Odysseæ intelligitur, qua ad Inferos Ulysses descendisse fingitur, umbrasque ibi esse allocutus.

n *Attalo regi*] Ptolemæo potius, si Plutarcho fides, in libro de Vita Secund. Epicur. pag. 1093.

o *Talentis sexaginta*] Atticis nimirum: quæ Gallicæ monetæ libras, seu florenos, efficiunt 144000.

p *Calypso*] Calypso, quæ naufragum Ulyssem hospitaliter recepit. Io a Jove adamata, et in vaccam conversa. Andromeda, quam Ceto expositam Perseus periculo liberavit. Hujus picturæ argumentum explanat geminum epigramma in Anthol. IV. 9. ex quo adjectum intelligimus et Gorgonis caput, cujus ope virginem Perseus liberavit: simulque Cassiopen Andromedæ matrem, quæ Nereidas ad alligandam scopulo filiam, ut a ceto voraretur, concitarat, quod eam Nereidas antecellere forma jactitaret. Prius est Antiphili: *Αἰθιόπων ἁ βῶλος· ὁ δὲ πτερόεις τὰ πέδιλα, Περσεύς· ἁ δὲ λίθῳ πρόσδετος Ἀνδρομέδα. Ἁ προτομὰ, Γοργοῦς λιθοδερκέος· ἆθλον ἔρωτος Κῆτος· Κασσιόπας, ἁ λάλος εὐτεκνίη. Χἀ μὲν ἀπὸ σκοπέλοιο χαλᾷ πόδας ἠθάδι νάρκᾳ, Νωθρόν· ὁ δὲ μναστὴρ νυμφοκομεῖ τὸ γέρας.* *Æthiopum regio est: qui fert talaria, Perseus: Hæc adjuncta feris cautibus, Andromede. Gorgonis hoc sectum caput est: certamen amoris Bellua: Cassiopes, garrula fertilitas. Liberat illa pedes longa torpedine segnes A scopulo: potitur virgine victor amans.* Alterum Arabii Scholastici: *Κηφεὺς Ἀνδρομέδην ἢ ζωγράφος ἄνθετο πέτραις· Καὶ γὰρ ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν ἡ κρίσις ἀμφίβολος; Κῆτος δὲ σπιλάδεσσιν ἐπὶ γναμπτῇσι χαράχθη, Ἡ ἀπὸ Νηρῆος γείτονος ἐξανέδυ; Ἔγνων ταῦτα· σοφός τις ἀνὴρ κάμε· δεινὸς ἀληθῶς Τεύξατο καὶ βλεφάρων καὶ πραπίδων ἀπάτην.* *Cepheus Andromeden, an pictor rupe ligavit? Namque oculus non quit cernere, credat utrum. Picta super scopulos ostenditur horrida pistrix, An de vicino tollitur illa mari? Agnosco vix signa manus: O magnus in arte, Lumina qui potuit fallere, quique animos!* Quæ porro comminiscendæ hujus de Andromeda fabulæ causa extiterit, Cetumque vere navigii, non belluæ, nomen fuisse, aliaque huc spectantia, prolixe Conon explanat, in Bibl. Photii, cod. CLXXXVI. Hist. XL. 448.

q *In Pompeii porticibus*] De quibus cap. 37.

r *Huic quidem*] Mss. *fidem*, men-

Digitized by Google

quadrupedes. Prosperrime canes expressit. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus,[s] quæ maxime opera sua probaret[26] in marmoribus: 'Quibus Nicias manum admovisset:' tantum circumlitioni[27 t] ejus tribuebat. Non satis discernitur,[u] alium eodem nomine, an hunc eundem quidam faciant Olympiade centesima duodecima.

Niciæ comparatur, et aliquanto præfertur, Athenion Maronites,[v] Glaucionis Corinthii discipulus, et austerior colore, et in austeritate jucundior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eleusine Phylarchum;[w] et Athenis frequentiam,[28] quam vocavere syngenicon.[x] Item Achillem[y] virginis habitu occultatum, Ulysse deprehen-

Dalec.—26 Cod. Dalec. *sua præstarent.*—27 'Ms. *circumdictioni;* lego, *circumductioni.*' Dalec.—28 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *Athenis mulierum frequentiam* Vet. Dalec. *Athenis frequentiam,* omissa conjunctione, Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox,

NOTÆ

dose. Sunt qui *Phidiæ* reponant, vitiosius. In quadrupedibus pingendis palmam tulisse Niciam auctor est Pausanias paulo antea a nobis laudatus.

[s] *De quo dicebat .... interrogatus*] Dicebat, inquam, ea sibi opera maxime probari, quibus Nicias manum admovisset. Simili textura verborum usus ipse cap. 8. 'De qua Teutonorum legatus respondit interrogatus,' &c.

[t] *Circumlitioni*] Marmora coloribus tenuissimis illinebant, qui repercussu claritatem marmoris excitarent, custodirentque a pulvere et sordibus. Galli dicunt, *vernir*. Seneca Epist. LXXXVI. cujus initium est, 'In ipsa Scipionis Africani villa:' 'Pauper sibi videtur ac sordidus ... nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt: nisi illis undique operosa, et in picturæ modum variata circumlitio prætexitur.'

[u] *Non satis discernitur*] At satis discerni temporum ratione ambo a se invicem videntur, cum illius ætas, qui Olympiade CXII. vixit, ab Attali temporibus distet annis fere XC. cui regi is, qui nunc laudatur, vendere dicitur tabulam noluisse.

[v] *Maronites*] Ab oppido Thraciæ Maronea, de quo IV. 18. Ἀθηνίων ὁ τοῦ Γλαυκίωνος.

[w] *Phylarchum*] Historicum, ut videtur, de quo dicemus in Auctorum Indice.

[x] *Syngenicon*] Συγγενικὸν, *cognationem.* Ita cum Pintiano scripsimus, quod in Mss. Reg. 2. aliisque, *lyngenicon* vidimus. Et quod mox 'cognatio' pariter 'nobilium' picturæ argumentum affertur. Infra item Œnias 'Syngenicon' pinxisse dicitur. Editi ante nos libri, *polygynæcon,* πολυγυναικὸν, quæ vox mulierum frequentiam sonat.

[y] *Item Achillem*] Narrat hanc historiam Hyginus Fab. XCVI. 'Thetis Nereis, cum sciret Achillem filium

Digitized by Google

et Alexandrum ac Philippum cum Minerva, qui sunt in Schola[o] in Octaviæ porticibus: et in Philippi,[p] Liberum patrem, Alexandrum puerum, Hippolytum tauro emisso expavescentem: in Pompeia[q] vero[6] Cadmum, et Europen. Idem[7] jocoso nomine Gryllum deridiculi habitus pinxit.[b] Unde hoc genus picturæ grylli[8] vocantur. Ipse in Ægypto natus didicit a Ctesidemo.

Decet non sileri et Ardeatis templi[r] pictorem, præsertim civitate donatum ibi, et carmine, quod est in ipsa pictura[9] his versibus:

Dignis digna loco[10][s] picturis condecoravit,
Reginæ Junonis supremi[11][t] conjugis templum
Marcus Ludius Helotas[u] Ætolia oriundus,
Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

Eaque sunt[12] scripta antiquis literis Latinis:[v] non frau-

[b] *Idem pinxit hominem habitu ridiculo, nomenque tabulæ finxit, Gryllum.*

Franz. *Colaces* Vet. Dalec. *Calaces* edd. vett. et Gronov.—6 Cod. Dalec. *reum.*—7 *Idemque* Vet. Dalec. Mox, *Jocosus Ægellum nomine ridiculi* cod. Dalec. *deridiculi* alius codex ejusdem.—8 *Ægelli* cod. Dalec.—9 Cod. Dalec. *scriptura.*—10 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *Dignis digna loca* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—11 Gronov. et al. ante Harduin. *supremæ.*—12 Ita edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

[o] *In Schola*] Nomine sororis Octaviæ Porticum Augustus condiderat, ut auctor est Suetonius Aug. cap. 29. Fuit regione Urbis nona, prope Theatrum Marcelli: Complectebatur ea templa duo, Junonis, et Apollinis: Curiam, Scholas, Bibliothecam. Schola statio quædam instar ludi literarii fuit, in quem Philosophi, et reliquis doctrinis exculti homines, convenire solebant, ut publicis disputationibus et colloquiis exercerentur.

[p] *Et in Philippi*] In porticu Philippi, de qua diximus c. 36.

[q] *In Pompeia*] Prope theatrum Pompeii, regione Urbis nona, et Porticus Pompeiana fuit, de qua Vitruvius v. 9. pag. 92.

[r] *Ardeatis templi*] Cujus picturas antiquiores esse Urbe Roma dictum est superius, c. 6.

[s] *Dignis digna loco*] Sic Gruterus edidit, in Inscriptionibus, p. 1065. ex vetusto lapide:

DIGNE. DOCTILOQVEIS. PICTVREIS. CONDECORAVIT
REGINÆ. IVNONI. SVPREMI. CONIVGI. TEMPLVM
MARCVS. LVDIVS. ELOTAS. AETOLIA. ORIVNDVS
QVEM. NVNC. ET. POST. SEMPER. OB. ARTEM. HANC. ARDEA. LAVDAT.

[t] *Supremi*] Hoc est, Jovis. Ita Mss. Reg. 2. A Colb. 3. aliique: non, ut editi hactenus libri, *supremæ.*

[u] *Helotas*] Εἵλωτες a Lacedæmoniis transfugæ appellati. Strabo l. VI. p. 278.

[v] *Antiquis literis Latinis*] De his egimus VII. 58.

Digitized by Google

dando et Ludio,[c] [w] Divi Augusti ætate, qui primus instituit amœnissimam parietum picturam, villas et porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, littora, qualia quis optaret,[13] varias ibi obambulantium species, aut navigantium, terraque villas adeuntium asellis aut vehiculis. Jam piscantes,[14] aucupantesque, aut venantes, aut etiam vindemiantes sunt in ejus exemplaribus: nobiles,[x] palustri accessu villæ, succollatis sponsione mulieribus, labantes trepidisque feruntur:[d] [15] plurimæ præterea tales argutiæ facetissimi salis. Idemque subdialibus[e] maritimas urbes pingere instituit, blandissimo[16] aspectu, minimoque impendio.

Sed nulla gloria artificum est, nisi eorum qui tabulas pinxere: eoque venerabilior antiquitatis prudentia apparet.[17] Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos uno in loco mansuras, quæ ex incendiis rapi non possent. Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo. Nulla in Apellis tectoriis[18] pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Omnium eorum[y] ars[19] urbibus excubabat:

[c] *Neque prætermittenda Ludii commendatio est.*
[d] *Nobiles, ut bajuli, per accessum palustrem cujusdam villæ, colla mulieribus ex sponsione onerati, vacillantes ac veluti oneri metuentes incedunt.*
[e] *In iis, quæ sub dio sunt, inambulationibus.*

Franz. Ita quoque cod. Dalec. *Ea sunt* Gronov. et al. vett. Mox, *et sua gloria Ludi, qui Divi Aug. æt. primus,* &c. Vet. Dalec. Paulo post, *villas et portus* cod. Dalec.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *optarat* Gronov. et al. vett.—14 *Item piscantes* Vet. Dalec.—15 'Ita codd. Regg. 2. 5. In cod. Reg. 3. et Editione principe, *trepideque feruntur.*' Brotier. *trepidique feruntur* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nob. pal. acc. villæ, et qui succollantium specie labantes mulieres trepidas ferunt* Vet. Dalec. *nobiles tympanistriæ: ancillæ succollatis sponsione mulieribus labantes, quæ crepidis feruntur* cod. Dalec. *vindemiantes. Sunt in ejus exemplaribus nobiles p. a. villæ: succollantium specie mulieres, labentes trepidæque feruntur: p. p. t. a. f. sales* edd. vett. et Gronov. *et facetissimi sales* Vet. Dalec. *facetissimi salis* codex ejusdem.—16 Cod. Dalec. *blando.*—17 'Ita codd. Regg. Dalec. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier. apparet antiquitatis prudentia. Non enim,* &c. cod. Dalec. *apparet antiquitas. Non enim,* &c. Gronov. al. vett. Harduin. 1.2.3. et recentt. Mox, *nec domus una visura quæ ex,* &c.—18 *Nulla*

NOTÆ

[w] *Non fraudando et Ludio*] Familiaris locutio Plinio, ut constabit ex Indice.

[x] *Nobiles*] Vide Notas et Emend. num. 13.

[y] *Omnis eorum*] Reg. 2. *Omnium eo-*

pictorque res communis[z] terrarum erat. Fuit et Arellius Romæ celeber[20] paulo ante Divum Augustum: nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicujus fœminæ amore flagrans, et ob id Deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaque in pictura ejus scorta numerabantur. Fuit et nuper gravis ac severus, idemque floridus, humilis rei pictor Amulius.[21] Hujus erat Minerva, spectantem spectans,[22] quacumque aspiceretur. Paucis diei horis pingebat, id quoque cum gravitate, quod semper togatus, quanquam in machinis.[a] Carcer ejus artis[b] domus aurea fuit: et ideo non extant exempla alia magnopere. Post eum[23] fuere in auctoritate Cornelius Pinus,[24] et Accius Priscus, qui Honoris et Virtutis[c] ædes imperatori Vespasiano Augusto restituenti pinxerunt: sed Priscus antiquis similior.

XXXVIII. (XI.) Non est omittenda in picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula. Siquidem in triumviratu

Apellis in tectoriis cod. Dalec. Mox in eodem, *totos tingere*.—19 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier*. *Omnis eorum ars* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—20 Cod. Dalec. *celebris*.—21 Cod. Dalec. *pictor Fabius*.—22 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier*. Ita quoque cod. Dalec. *spectantem aspectans* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—23 Cod. Dalec. *exemplaria*. *Magnopere post eum*.—24 *Cornelius Primus* in eodem codice.

NOTÆ

rum. Malim ego, *Omnibus*.

[z] *Res communis*] Rem communem vocat, propter tabulas, quæ demi, atque in locum alium transferri possent: ut ex Achaia L. Mummium transtulisse permulta superius vidimus.

[a] *Quanquam in machinis*] Ut sunt ii qui vel in scala sublimes, vel suspensi in corbibus, summa ædium tabulata, camerarumque fornices picturis exornant. His quanquam in machinis penderet ille, nunquam tamen induxit animum ut pingeret, nisi togatus.

[b] *Carcer ejus artis*] Præclara ejus artificis opera domo Neronis aurea inclusa fuere. De ea domo dicemus libro seq. cap. 24.

[c] *Honoris et Virtutis*] Fuere ædes geminæ, proxime inter sese junctæ. Symmachus Epist. I. 14. 'Bene ac sapienter majores nostri, ut sunt alia ætatis illius, ædes Honori atque Virtuti gemellas junctim locarunt: commenti, quod in te (Ausonium alloquitur) vidimus, ibi esse præmia honoris, ubi sunt merita virtutis.' P. Victor in prima regione Urbis juxta Portam Capenam, 'Vicus Honoris et Virtutis,' ab ædibus nimirum proximis sic appellatus. Fertur Galbæ Imp. nummus inscriptus, HONOS ET VIRTVS.

Digitized by Google

quodam[1] loco deductus a magistratibus in nemorosum hospitium, minaciter cum iis postero die expostulavit, somnum ademtum sibi volucrum concentu. At illi draconem in longissima membrana depictum circumdedere loco: eoque terrore aves tum siluisse narrantur,[2] et postea cognitum est ita posse compesci.

XXXIX. Ceris pingere,[d] ac picturam inurere qui primus excogitaverit,[1] non constat. Quidam Aristidis[e] inventum putant, postea consummatum a Praxitele. Sed aliquanto vetustiores encausticæ[2] picturæ extitere, ut Polygnoti, et Nicanoris, et Arcesilai[f] Pariorum. Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit ἐνέκαυσεν,[g] quod profecto non fecisset, nisi encaustica inventa.

XL. Pamphilus[h] quoque Apellis præceptor non pinxisse tantum encausta,[1] sed etiam docuisse traditur Pausian[i] Sicyonium primum in hoc genere nobilem. Brietis filius hic fuit, ejusdemque[2] primo discipulus. Pinxit et ipse[j] penicillo parietes Thebis,[3] cum reficerentur quondam a Po-

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. *ut juratus dicebat, introivit quodam.* Mox, *minaciterque postero* al. apud Dalec.—2 'Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *siluisse narratur* Gronov. et vulgg. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. XXXIX. 1 Ita Harduin. 1. *quis primus excogitaverit* Gronov. et Brotier. *quis excogitaverit* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Cod. Dalec. *encausti.*

CAP. XL. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *encausto* cod. Dalec. *encaustica* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *eidemque.*—3 'Ita

NOTÆ

[d] *Ceris pingere*] Discoloribus ceris pingebant antiqui: picturamque inurebant: quod quomodo fieret, dicemus inferius cap. 41. Interim de discoloribus ceris Varro testis de Re Rust. lib. II. 'Pictores loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sunt ceræ.'

[e] *Quidam Aristidis*] Ejus qui Polycleti discipulus fuit, de quo XXXIV. 19. De Praxitele ibidem.

[f] *Arcesilai*] Pictoris hujusce mentio apud Pausan. lib. I. p. 2.

[g] *Lysippus .... ἐνέκαυσεν*] Hoc igitur tertium opus ex iis quæ Plinius absolute inscripta fuisse scribit in Præfatione ad Titum, ILLE FECIT: non pendente titulo, ILLE FACIEBAT: hoc est, non Λύσιππος ἐνεκαίει, sed ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΕΝΕΚΑΥΣΕΝ.

[h] *Pamphilus*] De quo cap. 36.

[i] *Pausian*] Παυσίου pictoris opera laudat Pausanias lib. II. pag. 134. Horat. II. Sat. 7. 95. 'Vel cum Pausiaca torpes insane tabella.'

[j] *Pinxit et ipse*] Pausias scilicet. Vide Notas et Emend. num. 14.

lygnoto picti: multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere[a][k] certasset. Idem et lacunaria primus pingere instituit: nec cameras ante[4][l] eum taliter adornari mos fuit. Parvas pingebat tabellas, maximeque pueros. Hoc æmuli eum interpretabantur facere, quoniam tarda[5] picturæ ratio esset illa. Quamobrem arti daturus[6] et celeritatis famam, absolvit uno die tabellam, quæ vocata est Hemeresios,[7][m] puero picto. Amavit in juventa Glyceram municipem suam,[n] inventricem coronarum,[o] certandoque imitatione ejus, ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Postremo pinxit

[a] *Non in quo maxime excellebat genere picturæ.*

cod. Reg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *parietes Thespiis* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Vet. Dalec. *instituit et cameras, nec ante.* Mox, *adornare mos fuit* cod. Dalec.—5 Cod. Dalec. *non tarda.*—6 Alii ap. Dalec. *additurus.*—7 *Hemerousios* Vet. Dalec.—

NOTÆ

[k] *Quoniam non suo genere*] Pausias enim encausto, Polygnotus penicillo excelluit. Encausto pingere, et penicillo pingere, differunt: ceris illud, istud coloribus.

[l] *Nec cameras ante*] Cameræ lacunaribus ornabantur, aut musivo opere pingebantur. Ipsa lacunaria vel deaurari solebant, vel pingi coloribus, quod Pausiæ primo inventum fuit. Vetus auctor quæstionum Veteris et Novi Test. quæst. 106. 'Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, si camera ejus habeat auro distincta laquearia,' &c. Isidorus XIX. 12. 'Laquearia sunt, quæ cameram subtegunt et ornant, quæ et lacunaria dicuntur: quod lacus quosdam quadratos, vel rotundos, ligno vel gypso vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus.' Quem Isidori locum immerito Salmasius reprehendit, in Notis ad Fl. Vopiscum, pag. 393. ubi negat lacunaria cameris unquam supposita fuisse. Atqui hoc Plinius diserte confirmat. Et Constantinus M. in Epistola, quam Eusebius recitat, de ejus Vita III. 32. *Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς ἐργασίας γενέσθαι σοι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. Εἰ γὰρ λακωναρία εἶναι μέλλοι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι τὰ λειπόμενον. Porro cameram Basilicæ utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior a te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari.*

[m] *Hemeresios*] Ἡμερήσιος, diei unius pictura.

[n] *Glyceram municipem suam*] Sicyoniam igitur. At Glycere meretrix, quæ Praxitelis amica a Strabone dicitur, lib. IX. pag. 410. Thespiensis e Bœotia fuit.

[o] *Inventricem coronarum*] Sic libri omnes, etiam Mss. non *vitricem*, ut fingit Salmasius in Solin. pag. 246. inaudita prorsus in Latio voce, cum *victricem* dici potius ars pateretur, quanquam ægre.

Digitized by Google

ipsam [8] sedentem cum corona, quæ e nobilissimis tabula [9] appellata est Stephaneplocos,[p] ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem. Hujus tabulæ exemplar, quod apographon [q] vocant, L. Lucullus [r] duobus talentis [s] emit Dionysiis [10] [t] Athenis.

Pausias autem fecit et grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeii porticibus boum immolationem. Eam enim picturam primus invenit, quam postea imitati sunt multi, æquavit nemo. Ante omnia cum longitudinem bovis ostendere vellet, adversum eum pinxit, non transversum: et abunde [11] intelligitur amplitudo. Dein cum omnes, quæ volunt eminentia videri, candicantia faciant, coloremque condant [12] nigro; hic totum bovem atri coloris fecit, umbræque corpus ex ipso dedit, magna prorsus arte in æquo extantia ostendens, et in confracto solida omnia.[b] Sicyone et hic vitam egit, diuque fuit illa patria picturæ. Tabulas inde e publico omnes, propter æs alienum civitatis addictas,[13] Scauri ædilitas [u] Romam transtulit.

[b] *Et cum veluti fracta sint unius corporis membra omnia, solida tamen omnia videantur.*

8 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *pinxit illam* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *quæ e nobilissimis ejus tabula* Gronov. edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ nobilissima tabula* cod. Dalec. Mox, *Stepanoplocos* Gronov. et al. vett.—10 Gronov. et al. ante Harduin. *a Dionysio.*—11 Gronov. et al. ante Harduin. *unde et abunde.*—12 Gronov. *condiant.* Mox, *ex ipso dedit, quod magna prorsus arte in æquo egit, extundente et confringente solida omnia* cod. Dalec.—13 Cod. Dalec. *propterea omnes e*

NOTÆ

[p] *Stephaneplocos*] Ita Reg. 2. non *stephanoplocos:* quanquam et istud æque Græce dicitur. Στεφανηπλόκος, *textrix coronarum:* Στεφανόπωλις, *venditrix coronarum.*

[q] *Apographon*] Quod ad exemplar effingitur, ἀπόγραφον Græci dicunt. *Une copie.*

[r] *L. Lucullus*] Is qui post bellum Mithridaticum, conversus ad otium, tradidit se luxui, magnificentiaque villarum, signorum et tabularum ornamentis Romanos omnes superavit.

[s] *Duobus talentis*] Atticis nimirum; Gallicæ monetæ libræ sunt, 4000.

[t] *Dionysiis*] Festis ludisque Dionysiacis, qui magno apparatu ab Atheniensibus celebrabantur. Eadem Bacchanalia appellata. In libris hactenus editis, *a Dionysio.* At Mss. Reg. 2. et Pintiani, *Dionysius.*

[u] *Scauri ædilitas*] De qua XXXVI. 24.

Digitized by Google

Post eum eminuit longe ante omnes Euphranor Isthmius, Olympiade centesima quarta,[14] idem qui inter fictores dictus est a nobis.[v] Fecit et colossos: et marmora, ac scyphos scalpsit: docilis ac laboriosus ante omnes, et in quocumque genere excellens, ac sibi æqualis. Hic primus videtur expressisse dignitates heroum,[15] et usurpasse symmetriam. Sed fuit universitate[16][w] corporum exilior, capitibus articulisque grandior. Volumina quoque composuit de symmetria et coloribus. Opera ejus sunt, equestre prælium,[x] duodecim Dii,[y] Theseus,[z] in quo dixit, 'eundem apud Parrhasium[17] rosa pastum esse, suum vero carne.' Nobiles ejus tabulæ Ephesi,[18] Ulysses simulata vesania bovem cum equo jungens: et palliati cogitantes:[a] dux gladium condens.

Eodem tempore fuit et Cydias,[b] cujus tabulam Argonau-

publico pro nomine civitatis abductas.—14 *Olympiade scilicet quinquagesima prima* cod. Dalec.—15 Cod. Dalec. *signa heroum;* Vet. Dalec. *dignitates et insignia heroum.*—16 *Sed fuit in universitate* cod. Dalec.—17 *Parrasium* Gronov. et vulgg.—18 *Nobilis ejus est tabula Ephesi* cod. Dalec. Mox cod. Dalec. *Pala-*

NOTÆ

[v] *Dictus est a nobis*] Lib. XXXIV. 19.

[w] *Sed fuit universitate*] Corpora tota fecit exiliora, grandiora capita. Quod vitium et in Zeuxide notatum superius, cap. 36. 'Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus, articulisque.'

[x] *Equestre prælium*] Laudatur id Euphranoris opus et a Pausania lib. I. pag. 5. Equestre illud prælium ait fuisse, in quo ex Atheniensibus Gryllus Xenophontis F. e Bœotis Epaminondas Thebanus inprimis claruere.

[y] *Duodecim Dii*] De hac pictura Pausanias loc. cit. Elegantius vero Valerius Max. VIII. 11. p. 40. His illi Ennii versibus continentur: 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovi', Neptunus, Volcanus, Apollo.'

[z] *Theseus*] Tradit eadem et Plutarchus de Gloria Athen. lib. I. pag. 546. Ὥσπερ Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτοῦ τῷ Παῤῥασίου παρέβαλε, λέγων τὸν μὲν ἐκείνου ῥόδα βεβρωκέναι, τὸν δὲ ἑαυτοῦ κρέα βόεια. Unde Pintiani emendatio exsufflatur, libris invitis omnibus ita scribentis, *rore pastum esse*, non *rosa*.

[a] *Et palliati cogitantes*] Sic Reg. 2. ceterique probatiores libri primitivi, typique. Frustra sunt, qui ex nescio quo exemplari inducunt, *Et Palamedes dux fasce gladium condens.* Plinius inferius iterum de Timomachi picturis: 'Palliati, quos dicturos pinxit, alterum stantem, alterum sedentem.'

[b] *Et Cydias*] Κυδίας Eustathio in Dionys. vs. 526. ubi hunc pictorem e Cyntho, quæ Cycladum una est, oriundum ait.

Digitized by Google

tas H-S. CXLIV.[19] [c] Hortensius Orator mercatus est, eique [20] ædem fecit in Tusculano suo.

Euphranoris autem discipulus fuit Antidotus. Hujus est clypeo dimicans Athenis, et luctator, tibicenque inter pauca laudatus.

Ipse diligentior, quam numerosior,[d] et in coloribus severior,[21] maxime inclaruit discipulo Nicia [e] Atheniensi, qui diligentissime mulieres pinxit. Lumen et umbras custodivit, atque ut eminerent e tabulis picturæ maxime curavit. Opera ejus, Nemea [f] advecta ex Asia Romam a Silano,[g] quam in Curia diximus positam:[h] item Liber pater in æde Concordiæ:[i] Hyacinthus,[j] quem Cæsar Augustus delectatus eo secum deportavit Alexandria capta: et ob id Tiberius Cæsar in Templo ejus [k] dicavit hunc tabulam: et

medes dux fasces glandium condens: Vet. Dalec. *fasce gladium condens.*—19 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fuit Cydus et Cydias, cujus tab. Arg. talentis CXLIV.* —20 Alii ap. Dalec. *eisque.*—21 'Ita codd. Regg. Pintian. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *et in c. severus* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et

NOTÆ

[c] *H-S. CXLIV.*] Hoc est, sestertium centum quadraginta quatuor millibus. Gallicæ monetæ libræ sunt, seu floreni, 14400.

[d] *Quam numerosior*] Diligens, inquit, pictor Antidotus fuit: sed non plurimas idem tabulas pinxit: non uti Zeuxis, de quo supra, 'Fœcundus artifex.' Sic xxxiv. 19. Myron 'numerosior arte quam Polycletus,' dicitur.

[e] *Nicia*] Νικίας ζωγράφος Ἀθηναῖος, Plutarcho de Gloria Athen. lib. i. pag. 346. Nicomedis filium facit Pausanias lib. i. pag. 57. et in pingendis etiam animalibus eximium tradit: Νικίας ὁ Νικομήδους ζῶα ἄριστος γράψαι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ. Vide et quæ de eo referat Ælianus Var. Hist. iii. 31.

[f] *Nemea*] Diximus de ea, libri hujus cap. 10.

[g] *A Silano*] A C. Junio Silano, qui Consulatum Augusti principatu gessit: mox postulatus repetundarum ab Asianis, quorum Proconsul fuerat, a Tiberio in exilium actus est, ut prodidit Tacitus Annal. iii.—'A Licinio Nerva Silano, cujus nomen in nummis Antiochensium legitur ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Fuit is pater Silani, qui nepos neptis Augusti fuit, ut Plinius ait, vii. 11.' *Ed. sec.*

[h] *In Curia diximus positam*] Cap. 10.

[i] *Concordiæ*] Regione Urbis octava.

[j] *Hyacinthus*] Lusit in hanc tabulam Martialis xiv. 173. cujus lemma: 'Hyacinthus in tabula pictus:' 'Flectit ab inviso morientia lumina disco Œbalius, Phœbi culpa dolorque, puer.'

[k] *In Templo ejus*] Templum Augusti in foro Romano fuit. Hujus effigiem nummi Tiberii exhibent.

Digitized by Google

Diana. Ephesi[22] vero est Megabyzi[l] sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulcrum: Athenis Necromantia[23][m] Homeri. Hanc vendere noluit Attalo regi[n] talentis sexaginta,[o] potiusque patriæ suæ donavit, abundans opibus. Fecit et grandes picturas, in quibus sunt Calypso,[p] et Io,[24] et Andromeda: Alexander quoque in Pompeii porticibus[q] præcellens, et Calypso sedens. Huic quidem[25][r] ascribuntur

recentt.—22 *In Epheso* cod. Dalec.—23 *Necyia* margo edd. Dalec. et Gronov. ex Æliano.—24 Voc. *et Io* desunt in cod. Dalec.—25 *Phidiæ quidem* cod.

NOTÆ

[l] *Megabyzi*] Diximus de eo superius cap. 36.

[m] *Necromantia*] Vaticinium mortuis evocatis, locumque ubi id umbræ reddunt, vox ea sonat, *νεκρομαντεία*. Ciceroni Tusc. I. 37. *νεκυία* Homeri appellatur: eaque pars Odysseæ intelligitur, qua ad Inferos Ulysses descendisse fingitur, umbrasque ibi esse allocutus.

[n] *Attalo regi*] Ptolemæo potius, si Plutarcho fides, in libro de Vita Secund. Epicur. pag. 1093.

[o] *Talentis sexaginta*] Atticis nimirum: quæ Gallicæ monetæ libras, seu florenos, efficiunt 144000.

[p] *Calypso*] Calypso, quæ naufragum Ulyssem hospitaliter recepit. Io a Jove adamata, et in vaccam conversa. Andromeda, quam Ceto expositam Perseus periculo liberavit. Hujus picturæ argumentum explanat geminum epigramma in Anthol. IV. 9. ex quo adjectum intelligimus et Gorgonis caput, cujus ope virginem Perseus liberavit: simulque Cassiopen Andromedæ matrem, quæ Nereidas ad alligandam scopulo filiam, ut a ceto voraretur, concitarat, quod eam Nereidas antecellere forma jactitaret. Prius est Antiphili: *Αἰθιόπων ἁ βῶλος· ὁ δὲ πτερόεις τὰ πέδιλα, Περσεύς· ἁ δὲ λίθῳ πρόσδετος Ἀνδρομέδα. Ἁ προτομὰ, Γοργοῦς λιθοδερκέος· ἆθλον ἔρωτος Κῆτος· Κασσιόπας, ἁ λάλος εὐτεκνίη. Χἁ μὲν ἀπὸ σκοπέλοιο χαλᾷ πόδας ἠθάδι νάρκᾳ, Νωθρόν· ὁ δὲ μναστὴρ νυμφοκομεῖ τὸ γέρας. Æthiopum regio est: qui fert talaria, Perseus: Hæc adjuncta feris cautibus, Andromede. Gorgonis hoc sectum caput est: certamen amoris Bellua: Cassiopes, garrula fertilitas. Liberat illa pedes longa torpedine segnes A scopulo: potitur virgine victor amans.* Alterum Arabii Scholastici: Κηφεὺς Ἀνδρομέδην ἢ ζωγράφος ἄνθετο *πέτραις· Καὶ γὰρ ἀπ' ὀφθαλμῶν ἡ κρίσις ἀμφίβολος;* Κῆτος *δὲ σπιλάδεσσιν ἐπὶ γναμπτῇσι χαράχθη,* Ἢ ἀπὸ Νηρῆος *γείτονος ἐξανέδυ; Ἔγνων ταῦτα· σοφός τις ἀνὴρ κάμε· δεινὸς ἀληθῶς* Τεύξατο *καὶ βλεφάρων καὶ πραπίδων ἀπάτην. Cepheus Andromeden, an pictor rupe ligavit? Namque oculus non quit cernere, credat utrum. Picta super scopulos ostenditur horrida pistrix, An de vicino tollitur illa mari? Agnosco vix signa manus: O magnus in arte, Lumina qui potuit fallere, quique animos!* Quæ porro comminiscendæ hujus de Andromeda fabulæ causa extiterit, Cetumque vere navigii, non belluæ, nomen fuisse, aliaque huc spectantia, prolixe Conon explanat, in Bibl. Photii, cod. CLXXXVI. Hist. XL. 448.

[q] *In Pompeii porticibus*] De quibus cap. 37.

[r] *Huic quidem*] Mss. *fidem*, men-

Digitized by Google

quadrupedes. Prosperrime canes expressit. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus,[s] quæ maxime opera sua probaret[26] in marmoribus: 'Quibus Nicias manum admovisset:' tantum circumlitioni[27 t] ejus tribuebat. Non satis discernitur,[u] alium eodem nomine, an hunc eundem quidam faciant Olympiade centesima duodecima.

Niciæ comparatur, et aliquanto præfertur, Athenion Maronites,[v] Glaucionis Corinthii discipulus, et austerior colore, et in austeritate jucundior, ut in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eleusine Phylarchum;[w] et Athenis frequentiam,[28] quam vocavere syngenicon.[x] Item Achillem[y] virginis habitu occultatum, Ulysse deprehen-

Dalec.—26 Cod. Dalec. *sua præstarent.*—27 'Ms. *circumdictioni;* lego, *circumductioni.*' Dalec.—28 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *Athenis mulierum frequentiam* Vet. Dalec. *Athenis frequentiam,* omissa conjunctione, Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox,

NOTÆ

dose. Sunt qui *Phidiæ* reponant, vitiosius. In quadrupedibus pingendis palmam tulisse Niciam auctor est Pausanias paulo antea a nobis laudatus.

[s] *De quo dicebat .... interrogatus*] Dicebat, inquam, ea sibi opera maxime probari, quibus Nicias manum admovisset. Simili textura verborum usus ipse cap. 8. 'De qua Teutonorum legatus respondit interrogatus,' &c.

[t] *Circumlitioni*] Marmora coloribus tenuissimis illinebant, qui repercussu claritatem marmoris excitarent, custodirentque a pulvere et sordibus. Galli dicunt, *vernir.* Seneca Epist. LXXXVI. cujus initium est, 'In ipsa Scipionis Africani villa:' 'Pauper sibi videtur ac sordidus ... nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt: nisi illis undique operosa, et in picturæ modum variata circumlitio prætexitur.'

[u] *Non satis discernitur*] At satis discerni temporum ratione ambo a se invicem videntur, cum illius ætas, qui Olympiade CXII. vixit, ab Attali temporibus distet annis fere XC. cui regi is, qui nunc laudatur, vendere dicitur tabulam noluisse.

[v] *Maronites*] Ab oppido Thraciæ Maronea, de quo IV. 18. Ἀθηνίων ὁ τοῦ Γλαυκίωνος.

[w] *Phylarchum*] Historicum, ut videtur, de quo dicemus in Auctorum Indice.

[x] *Syngenicon*] Συγγενικὸν, *cognationem.* Ita cum Pintiano scripsimus, quod in Mss. Reg. 2. aliisque, *lyngenicon* vidimus. Et quod mox 'cognatio' pariter 'nobilium' picturæ argumentum affertur. Infra item Œnias 'Syngenicon' pinxisse dicitur. Editi ante nos libri, *polygynæcon,* πολυγυναικὸν, quæ vox mulierum frequentiam sonat.

[y] *Item Achillem*] Narrat hanc historiam Hyginus Fab. XCVI. 'Thetis Nereis, cum sciret Achillem filium

Digitized by Google

dente. Et in una tabula insigni,[29] quaque maxime inclaruit, agasonem cum equo. Quod nisi in juventa obiisset, nemo ei compararetur.

Est nomen et Heraclidi Macedoni. Initio naves[z] pinxit: captoque rege Perseo Athenas commigravit, ubi eodem tempore erat Metrodorus[a] pictor, idemque philosophus, magnæ in utraque scientia auctoritatis. Itaque cum L. Paulus devicto Perseo petisset ab Atheniensibus, ut sibi quam probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, itemque pictorem ad triumphum excolendum,[30] Athenienses Metrodorum elegerunt, professi eundem in utroque desiderio præstantissimum: quod ita Paulus quoque judicavit.[31]

Timomachus Byzantius[32] Cæsaris dictatoris ætate Ajacem, et Medeam[b] pinxit,[33] ab eo in Veneris Genitricis æde

quam vocavere polygynæcon Gronov. et al. ante Harduin.—29 'Corrupte codd. Regg. 2. 3. Voss. et Editio princeps, *in una tabula ut signa.* In recentt. edd. *sex signa.* Cl. Durand recte emendavit, *insigni.*' Brotier. *in una t. sex signa* Harduinus ex codd. eumque secuti Bipont. Miller. et Franz. *in una tabula, quaque, &c.* Gronov. et vulgg. *in una tabula signa, quaque, &c.* cod. Dalec. ex quo Dalecampius, *signina.*—30 Cod. Dalec. *excogitandum.*—31 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quod edicto quoque Paulus indicavit* margo edd. Dalec. et Gronov. *quod ita quoque Paulus judicavit* Gronov. et vulgg.—32 *Byzantinus* cod. Dalec.—33 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Ajacem ei pinxit*

NOTÆ

suum, quem ex Peleo habebat, si ad Trojam expugnandam isset, periturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem: quem ille inter virgines filias habitu fœmineo servabat, nomine mutato... Achivi autem, cum rescissent ibi eum occultari, ad Regem Lycomedem oratores miserunt, qui rogarent, ut eum adjutorium Danais mitteret. Rex cum negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quærerent. Qui cum intelligere non possent, quis esset eorum, Ulysses in Regio vestibulo munera fœminea posuit, in quibus clypeum et hastam, et subito tubicinem jussit canere, armorumque crepitum et clamorem fieri jussit. Achilles hostem arbitrans adesse, vestem muliebrem dilaniavit, atque clypeum et hastam arripuit. Ex hoc est agnitus, suasque operas Argivis promisit, et milites Myrmidones.'

[z] *Initio naves*] Id quoque de Protogene superius dictum, cap. 36.

[a] *Metrodorus*] Carneadis auditor is fuit Athenis, ut auctor est Cicero de Orat. I. 45. De Architectonice scripsit, ut in Auctorum Indice dicemus. Item de poëtis, ut auctor est Plutarchus lib. Adv. Epic. pag. 1094. Vixit Persei Macedoniæ regis temporibus.

[b] *Timomachus ... Medeam*] In hanc pictoris ejus tabulam, ut ceteros si-

Digitized by Google

positas, octoginta talentis[c] venumdatas. Talentum Atticum X. VI. M.[d] taxat M. Varro.[34] Timomachi æque lau-

et Medeam Gronov. et vulgg.—34 *Talentum Atticum XVI. taxat M. Varro* Gronov. et vulgg. *T. A. X. VI. taxat M. Varro* Harduin. 1. *T. A. X. VI. &c.* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *T. A. X. VI. mill. &c.* Bipont. *Tal. autem Att. ut ait Varro X. VI. aliis taxatur* cod. Dalec. *Tal. autem Att. ut ait Varro, sexdecim sestertiis taxatur* Vet. Dalec. Portius legit, *XXIV. H-S.* Hotom. vero de Re Numm. pag. 148. *X. VI.* hoc est, denarium sex millibus.

NOTÆ

leam, egregie lusit Antiphilus Byzantius, in Anthol. IV. 9. cujus Epigramma Latine Ausonius reddidit, Epigr. CXXIX. 'Medeam vellet cum pingere Timomachi mens, Volventem in natos crudum animo facinus; Immanem exhausit rerum in diversa laborem, Fingeret affectum matris ut ambiguum. Ira subest lacrymis: miseratio non caret ira: Alterutrum videas ut sit in alterutro. Cunctantem satis est: nam digna est sanguine mater Natorum: tua non dextera, Timomache.' Et Epigr. CXXX. cujus hic exitus est: 'Laudo Timomachum: matrem quod pinxit in ensem Cunctantem, prolis sanguine ne maculet.' De priore vero, seu de Ajacis insanientis pictura ab eodem Timomacho elaborata, incerti scriptoris epigramma extat, Anthol. IV. 6. Αἶαν, Τιμομάχου πλέον ἢ πατρός. ἥρπασε τέχνα Τὴν φύσιν· ὁ γράψας εἶδέ σε μαινόμενον. Καὶ συνελυσσήθη χεὶρ ἀνέρι, καὶ τὰ κεραστὰ Δάκρυα τοὺς λύπης πάντας ἔμιξε πόνους. In libris editis Αἶσαν Τιμομάχου corrupte legitur. *Ajax, Timomachi magis es, quam patris: in arte Natura est: rabiem viderat ille tuam. Cumque viro furiata simul manus: omne doloris Ingenium trucibus miscuit in lacrymis.*

[c] *Octoginta talentis*] Monetæ Gallicæ libras hæc omnino efficiunt, sive florenos, 192000. Hic exclamare lubet cum Seneca Epist. XCVI. 'Quid inter pueros et nos interest? nisi quod nos circa tabulas et statuas insanimus, carius inepti? Illos reperti in littore calculi læves, et aliquid habentes varietatis delectant,' &c.

[d] *Talentum Atticum X. VI. M.*] Hoc est, denarium sex millibus: Gallicæ monetæ libris, ut vocant, 2400. Recte. Festus similiter Atticum talentum definit sex millibus denarium. Gellius III. 17. tria talenta Attica ait efficere LXXII. millia sestertium, hoc est, XVIII. denarium millia. Seneca et Priscianus talentum Atticum aiunt esse XXIV. sestertia: sive quatuor et viginti sestertium millia: hoc est, sex millia denarium: quæ ter ducta efficiunt illa Gellii LXXII. sestertia.—'Talentum illud 'magnum' a Plauto vocatur, quod dicimus moneta Gallica, *deux mille quatre cent livres:* sive *huit cens écus.* Mna, sive mina, ut a Plinio centum denariis definitur, in fine lib. XXI. monetæ Francicæ efficit libras, ut vocant, quadraginta, *quarante francs.* Hanc porro nostram ac Plinianam talenti ac minæ æstimationem egregie confirmat Herodotus, insigni loco certe, lib. III. p. 241. ubi de pretio, quo conductus est Democedes medicus ætate sua celebratissimus. 'Æginetæ,' inquit, 'anno sequente conduxerunt eum talento: Athenienses anno tertio centum minis: Polycrates quarto anno talentis.' Qua in oratione semper, ut par est, merces crescit. Galli dicerent: *Les Magistrats d'Egine lui assignerent deux mille quatre cent livres, ou huit cent*

Digitized by Google

dantur Orestes,[e] Iphigenia in Tauris,[f] Lecythion agilitatis exercitator, cognatio nobilium: palliati, quos dicturos pinxit, alterum stantem, alterum sedentem. Præcipue tamen ars ei favisse[35] in Gorgone[g] visa est.

Pausiæ filius et discipulus Aristolaus e severissimis pictoribus fuit; cujus sunt, Epaminondas, Pericles, Medea, Virtus, Theseus: imago Atticæ plebis,[h] boum immolatio.[i] Sunt quibus et Mechopanes[j] ejusdem Pausiæ discipulus placeat diligentia, quam intelligant soli artifices, alias durus in coloribus, et sile multus.[36k] Nam Socrates[l] jure omnibus placet; talesque sunt ejus, cum[37] Æsculapio filiæ,

Ita quoque Budæus et al.—35 Cod. Dalec. *fuisse.* Mox, in eodem cod. *Aristolaus severissimus in pectoribus.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pausiæ et filius, &c.* Codd. Regg. Ed. princeps, al. vett. Gronov. et Durand. *Pausiæ filius, &c.*—36 Gronov. et al. ante Harduin. *sed et multus.*—37 ' Ita

NOTÆ

écus : ceux d'Athenes, quatre mille francs: Polycrate alla jusqu' à quatre mille huit cent livres, ou seize cens écus. Aliud est talentum minus, quod triginta libris Gallicæ monetæ pendebatur: *trente livres, ou dix écus:* cujusmodi talenta accipienda etiam sunt auri, tempore Davidis in Sacris Libris; et apud Homerum, tum in Iliade T. 217. Ψ. 257. 751. et Ω. 233. tum in Odyssea Θ. 393.' *Ed. sec.*

[e] *Orestes*] Quem furiæ Clytæmnestræ matris ab eo interemtæ exagitant.

[f] *Iphigenia in Tauris*] Agamemnonis filia, quam cum parens immolare vellet, Diana, virginem miserata, cervam pro ea supposuit: Iphigeniamque per nubes in terram Tauricam detulit: ibique templi sui sacerdotem fecit. Hyginus Fab. XCVIII. et CXX. Advenientem illuc postea fratrem Orestem agnovit ipsa, captumque ab incolis, ob sublatum furto Dianæ simulacrum, morti eripuit. Vide Euripidem in ea fabula quam de hoc argumento inscripsit, Iphigenia in Tauris. Picturam hanc Nicomachi, credo, describit incertus auctor Epigrammatis, in Anthol. IV. 8. Μαίνεται Ἰφιγένεια· πάλιν δέ μιν εἶδος Ὀρέστου Ἐς γλυκερὴν ἀνάγει μνῆστιν ὁμαιμοσύνης· Τῆς δὲ χολωομένης, καὶ ἀδελφεὸν εἰσοροώσης, Οἴκτῳ καὶ μανίῃ βλέμμα συνεξάγεται. *Iphigenia furit: sed eam conspectus Orestæ Mitigat, et memorem sanguinis esse jubet: Illius iratæ pariter, fratremque videntis, Exagitant oculos hinc furor, hinc pietas.*

[g] *In Gorgone*] A Perseo interfecta.

[h] *Imago Atticæ plebis*] Hoc est, Δῆμος Atheniensium, quæ pictura explicatur egregie a Plinio cap. 36.

[i] *Boum immolatio*] Qua de pictura dictum est superius.

[j] *Sunt quibus et Mechopanes*] An *Metrophanes* potius?

[k] *Et sile multus*] Ochram in pictura plurimam adhibebat. Ita Reg. 2. aliique: editi mendose, *sed et multus.*

[l] *Nam Socrates*] Pictoris id nomen, de quo inferius iterum, XXXVI. 4.

Digitized by Google

Hygia, Ægle,[m] Panacea, Iaso; et piger, qui appellatur Ocnos,[n] spartum torquens, quod asellus arrodit.[38]

Hactenus indicatis in genere utroque[o] proceribus, non silebuntur et primis proximi. Aristoclides, qui pinxit ædem Apollinis Delphis. Antiphilus[p] puero ignem conflante laudatus, ac pulchra alias domo splendescente,[39] ipsiusque pueri ore: item lanificio, in quo properant omnium mulierum pensa: Ptolemæo venante.[e] Sed[40] nobilissimo Satyro cum pelle pantherina, quem Aposcopevonta[41] [q] appellant. Aristophon Ancæo vulnerato[r] ab apro, cum socia doloris Astypale:[s] numerosaque[42] tabula, in qua sunt Priamus,

[e] *Ptolemæi Regis venatione picta, cum venaretur elephantos.*

codd. Voss. Editio princeps, et Cl. Durand.' *Brotier.* *talesque sunt ejus picturæ*, *cum* Gronov. et vulgg. *Tales sunt*, *cum* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque cod. Dalec.—38 Cod. Dalec. *rodit.*—39 Vet. Dalec. *ac pulchra domo flamma splendescente;* cod. Dalec. *ac pulchre, &c.*—40 *Sed et* Gronov. et vulgg.—41 *Aposcoponta* Gronov. et al. ante Harduin.—42 *Astypale Numerosa æque* Vet.

NOTÆ

[m] *Hygia, Ægle*] Schol. Aristoph. pag. 69. Æsculapii filiæ, Ἰασὼ, Πανάκεια, Ὑγεία, Αἴγλη.

[n] *Ocnos*] Ὄκνος pigrum ac timidum sonat: quæ appellatio huic apte convenit, qui abigere asellum non audeat. Describit hanc picturam Pausanias lib. x. Ἀνήρ ἐστι καθήμενος, ἐπίγραμμα δὲ Ὄκνον εἶναι λέγει τὸν ἄνθρωπον· πεποίηται μὲν πλέκων σχοινίον· παρέστηκε δὲ θήλεια ὄνος ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ σχοινίου. Τοῦτον εἶναι τὸν Ὄκνον φιλεργόν φασιν ἄνθρωπον, γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηρὰν· καὶ ὁπόσα συλλέξαιτο ἐργαζόμενος, οὐ πολὺ ἂν ὕστερον ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο. *Vir quidam sedens, titulus autem indicat eum Ocnum esse. Ipse funiculum torquet, astante asella, quæ quod tortum fuerit assidue abrodat. Hunc Ocnon aiunt hominem fuisse industrium, operique intentum: sed uxorem ei fuisse sumtuosam ac prodigam: ut quicquid is suo labore corraderet, id mox absumeretur ab illa.* Vide et Suidam verbo Ὄνου πλόκαι. Plutarchum περὶ εὐθυμίας, κ. τ. λ.

[o] *In genere utroque*] In utroque genere pingendi: sive ceris et encausto: sive coloribus ac penicillo.

[p] *Antiphilus*] Alius hic ab eo, de quo supra cap. 37.

[q] *Aposcopevonta*] Ἀποσκοπεύοντα, ut Reg. 2. et alii Mss. sive, ut editi, ἀποσκοποῦντα, hoc est, *collimantem, intuentem scopum.* Vide Athenæum lib. xiv. pag. 629. et Hesychium verbo Σκωπευμάτων.

[r] *Ancæo vulnerato*] Lycurgi filio, quem Calydonius aper vulneravit. Recitat hanc historiam Pausanias lib. viii. pag. 528. et Hyginus Fab. ccxlviii.

[s] *Astypale*] Ancæi uxore.

Digitized by Google

Helena, Credulitas, Ulysses, Deiphobus, Dolus.[43] [t] Androbius pinxit Scyllin [u] ancoras præcidentem Persicæ classis.[44] Artemon [v] Danaën, mirantibus eam prædonibus: [w] reginam Stratonicen,[x] Herculem et Deianiram: [y] nobilissimas [z] autem, quæ sunt in Octaviæ operibus:[45] [a] Herculem ab Œta [b] monte Doridos exuta mortalitate consensu Deorum in cœlum euntem: Laomedontis [c] circa Herculem et

Dalec.—43 *Dolon* Gronov. et al. ante Harduin.—44 'Ita codd. Regg. 2. 3.' *Brotier*. *Persicæ classis præcidentem* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—45 Gronov. et al. ante Harduin. *Nobilissimis autem, quæ sunt in porticibus Octaviæ, operibus.* Vet. Dalec. *ex ejus operibus.* Mox, *exusta mortali-*

NOTÆ

[t] *Dolus*] Ita Mss. Reg. 2. Colb. 3.' et Pintiani. Sunt qui *Dolon* ibi legi malint, Priami filium, quem Diomedes occidit. Male: nam uti Priamum Helenamque Credulitas perdidit, sic Ulyssem Deiphobumque Dolus nobilitavit: atque idcirco in tabula ea suum quibusque vitium est adjunctum.

[u] *Scyllin*] Σκύλλιν Σκιωναῖον eximium urinatorem, qui classis Persicæ vento jactatæ ancoras præcidit, multaque ex eo naufragio servata sibi comparavit. Auctores sunt Pausanias lib. x. et Strabo lib. ix. p. 443. Item Apollonidas in Epigrammate Græco Anthol. i. 69. Σκύλλις, ὅτε Ξέρξου δολιχὸς στόλος Ἑλλάδα πᾶσαν Ἤλαυνεν, βυθίην εὕρατο ναυμαχίην, Νηρῆος λαθρίοισιν ὑποπλώσας τενάγεσσι, Καὶ τὸν ἀπ' ἀγκύρης ὅρμον ἔκειρε νεῶν. Αὔτανδρος δ' ἐπὶ γῆς ὠλίσθανε Περσὶς ἄναυδος Ὀλλυμένη, πρώτη πεῖρα Θεμιστοκλέους. *Belligeram Xerxis tremeret cum Græcia classem, Invenit Scyllis prælia tecta mari: Nam vada furtivo delapsus ad ima natatu, Vincula, quæ curvis dentibus apta, secat. Sic ratibus pereunt pulsis in littora Medi, Materies famæ prima Themistocleæ.*

[v] *Artemon*] Ἀρτέμων.

[w] *Danaën, mirantibus eam prædonibus*] De quibus nempe vates Venusinus, iii. Od. 16. 'Inclusam Danaën turris aënea, Robustæque fores, et vigilum canum Tristes excubiæ munierant satis Nocturnis ab adulteris; Si non Acrisium, virginis abditæ Custodem pavidum, Jupiter et Venus Risissent: fore enim tutum iter et patens Converso in pretium Deo. Aurum per medios ire satellites,' &c.

[x] *Stratonicen*] Seleuci regis uxor fuit, Antiochi noverca, ab ipso adamata, eidemque a patre tradita, ut refert Valerius Max. v. 7. pag. 281. —'Reginam in Asia, ubi Ephesus fuit, ut mox Plinius ipse dicet.' *Ed. sec.*

[y] *Et Deianiram*] Vestem marito Herculi porrigentem, centauri tinctam sanguine, qua ille induta flagrare cœpit. Hygin. Fab. xxxvi.

[z] *Nobilissimas*] Subintellige, picturas.

[a] *In Octaviæ operibus*] Hoc est, porticibus et scholis, de quibus egimus cap. 37. 'In Octaviæ operibus' iterum dixit idem xxxvi. 4.

[b] *Herculem ab Œta*] In Œteo monte pyram struxerat Herculi Philoctetes, in quam se ille conjecit, exutaque mortalitate cœlum conscendit. Hyginus loc. cit.

[c] *Laomedontis*] 'Neptunus et Apollo dicuntur Trojam muro cinxisse,

Digitized by Google

Neptunum historiam. Alcimachus Dioxippum,[d] qui pancratio Olympia[e] citra pulveris tactum[f] (quod vocant aconiti)[g] vicit. Cœnus, stemmata.[46 h]

tate cod. Dalec.—46 '*Cœnus, stemmata*] Sic Mss. Reg. 2. 3. 5. et Cl. Durand. In Editione principe, *tenus stemmata*. Audacior est Hermolai Barbari emendatio, *coniti Nemæa*. Sic non emendantur, sed pervertuntur, scriptores. Ignota etiam Græcis vox *coniti*, ut jam ante nos observavit Cl. le Clerc. Stemmata, *des Alliances*. Sic mox supra et infra syngenicon, *une Assemblée de famille*.' Brotier. *tactum vicit comiti Nemea* Vet. Dalec. *jactum quod v. ac vicit coëuntem Maracum* cod. Dalec. *jactum* (*q. v. a.*) *vicit*. *Cœnus stemmata* edd. vett. et Gronov. *tactum* (*q. v. a.*) *vicit: Coniti Nemæa* Harduin.

NOTÆ

His rex Laomedon vovit, quod regno suo pecoris eo anno natum esset, immolaturum. Id votum avaritia fefellit .... Ob eam rem Neptunus cetum misit, qui Trojam vexaret. Ob quam causam rex ad Apollinem misit consultum. Apollo iratus ita respondit: Si Trojanorum virgines ceto religatæ fuissent, finem pestilentiæ futuram. Cum complures consumtæ essent, Hercules et Telamon, cum Colchos Argonautæ irent, eodem venerunt, et cetum interfecerunt, Hesionemque patri pactis legibus reddunt, ut cum inde rediissent, secum in patriam eam abducerent .... Quod et ipsum Laomedon fraudavit .... Itaque Hercules ad eos navibus comparatis, ut Trojam expugnaret, venit, et Laomedontem necavit,' &c. Hyginus Fab. LXXXIX.

[d] *Dioxippum*] Olympionicam pugilem, de quo Ælianus Var. Hist. x. 22. et XII. 58.

[e] *Pancratio Olympia*] Subintellige, certamina. Non enim 'Olympiæ vincere,' sed 'Olympia' Latini dixere, imitatione Græcorum. Sic et Olympia coronari Horat. I. Epist. 1. 50. 'Quis circum pagos et circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia, cui spes, Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ?' Ennius apud Ciceronem de Senectute: 'Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.' Apuleius de Dogmate Platonis: 'Tantosque progressus exercitatio contulit ei, ut Pythia, Isthmia, de lucta certaverit.' Græco videlicet more, ut in Anthol. I. 1. 5. Ἄνδρας ἡνίκα Πυγμὴν ἐνίκα Νικοφῶν Ὀλύμπια. *Cum tot viros Pugnis domaret Nicophon Olympia.* Et III. 2. 1. Πύθια πὺξ, *in Pythiis certaminibus pugil.* Inscriptio vetus apud Reines. pag. 205.

ΖΩΙΛΟϹ
ΖΩΙΛΟΥ
ΠΥΘΙΑ. ΝΙΚΗϹΑϹ
ΘΕΟΙϹ.

De pancratio diximus XXXIV. 19.

[f] *Citra pulveris tactum*] Sic Reg. 2. Colb. 3. et alii: non *jactum*.

[g] *Quod vocant aconiti*] Ἀκονιτὶ, hoc est, *sine pulvere*, fere sine pugna: translatione sumta ab athletis, qui ita facile superant, ut ne pulverem quidem excitent, vel excitato fœdentur. Suidas: Ἀκονιτὶ, χωρὶς κόνεως, ἄνευ ἀγῶνος καὶ μάχης, ἢ εὐμαρῶς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν τῶν οὕτως εὐμαρῶς περιγινομένων, ὥστε μηδὲ κονίσασθαι. 'Sine pulvere' dixit Horatius loc. cit. Impulveream victoriam appellat Gellius v. 6. Plura vide apud Constantin. in Lexico, verbo Ἀκονιτί.

[h] *Cœnus, stemmata* [*Coniti Nemeæ*] Non, ut Olympia, sine pulvere, sic et

Digitized by Google

Ctesilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit, Jove Liberum parturiente depicto mitrato, et muliebriter ingemiscente inter obstetricia Dearum. Cleon, Cadmo:[47] [i] Ctesidemus, Œchaliæ[j] expugnatione, et Laodamia.[k] Clesides,[l] reginæ Stratonices[m] injuria.[d] Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit voluptantem cum piscatore,[n] quem reginam amare sermo erat: eamque tabulam in portu Ephesi proposuit: ipse velis raptus est.[e] Regina tolli vetuit, utriusque similitudine mire expressa. Cratinus[48] comœdos Athenis in Pompeo[49] [o] pinxit.

[d] *Innotuit injuria, quam intulit reginæ.* [e] *Ipse navim interim conscendit.*

1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—47 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *obstetrices, et earum clamorem Ctesidemus* cod. Dalec. *o. Dearum: Cleon Admeto, &c.* Gronov. et vulgg. Paulo post, *volutantem cum piscatore* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. et recentt. ' *Voluptantem*] Ita cod. Reg. 5. *voluptuantem* cod. Dalec. Male codd. Regg. 2. 3. et recentt. edd. *volutantem.*' Brotier. Mox, *amare rumor erat* Vet. Dalec.—48 ' *Cratinus*] Ita Mss. Reg. Editio princeps, et Cl. Durand. Sine auctoritate in recentioribus editionibus, *Craterus.* Mox etiam infra memoratur ' Irene Cratini pictoris filia et discipula.'' *Brotier.*—49 ' Codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps, *in Pompeio;* quod forte melius. Πομπεῖον enim Athenis fuit locus, in quo parabantur pompæ. Vide Pollucem IX. 5.' *Brotier.* Ita quoque Gronov. et al. ante Harduin. *Craterus comœdus*

NOTÆ

Nemeæa vicit. Vide Notas et Emend. num. 15. Nemea sive Nemeæa, Νεμεῖα, Νεμαῖα, et Νεμεαῖα sacra Græciæ certamina, a sylva Peloponnesi Nemea sic appellata, nemo ignorat.

[i] *Cleon, Cadmo*] Ita Mss. omnes. Typi, *Admeto.* Cadmum Castalii fontis custodem draconem interemisse fabulæ ferunt: Hygin. Fab. VI. Id forte hujus picturæ argumentum. Cleonis Sicyonii fictoris meminit Pausanias laudatus a nobis XXXIV. 19.

[j] *Œchaliæ*] Situs hujusce Œchaliæ, quam Hercules diruit, ipso Strabone teste lib. IX. pag. 438. in incerto est; cum plures sint urbes cognomines. Vide et ejusdem Strabonis lib. XIV. pag. 638. Hercules, cum Iolen Euryti regis filiam in conjugium peteret, pater negaret, Œchaliam expugnavit. Hyginus Fab. XXXV. Virgil. Æneid. VIII. 290. de Hercule: ' Ut bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamque, Œchaliamque.'

[k] *Laodamia*] Pyram conscendente, qua cremata est. Hyginus Fab. CI

[l] *Clesides*] Κλεισίδης.

[m] *Stratonices*] De qua diximus supra.

[n] *Voluptantem* [*volutantem*] *cum piscatore*] Ita clare Reg. 2. Colb. 3. typique omnes.

[o] *In Pompeo*] Athenis in ipso urbis introitu ædificium fuit, in quo pompæ parabantur, vasaque asservari solita ad pomparum solennia. Atque ex ea re Πομπεῖον est appellatum, ut auctor est Jul. Pollux IX. 5. pag. 428. ex Demosthenis oratione in Phormionem. Statuæ illic erant clarorum

Digitized by Google

Eutychidis[p] bigam regit Victoria.[50] Eudorus scena[q] spectatur: idem et ex ære signa fecit.

Hippias, Neptuno[r] et Victoria.[51] Habron Amicitiam et Concordiam pinxit, et Deorum simulacra.

Leontiscus, Aratum victorem[s] cum tropæo: psaltriam.[52] Leon, Sappho.[t]

Nicearchus, Venerem inter Gratias et Cupidines:[53] Herculem tristem insaniæ[u] pœnitentia. Nealces[v] Venerem, ingeniosus et solers in arte.[54] Siquidem cum prælium navale Ægyptiorum et Persarum pinxisset, quod in Nilo, cujus aqua est mari similis, factum volebat intelligi, argu-

Athenis Pompeium pinxit cod. Dalec.—50 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Eutychides bigam: regit Victoria* Gronov. et vulgg. *Euclides bigam, &c.* cod. Dalec. *bigam quam regit Victoria* Vet. Dalec. *bigam regis cum Victoria* al. vett.—51 *Iphis Neptuno, &c.* Gronov. et vulgg. *Iphis Neptunum et Victoriam* margo edd. Dalec. et Gronov. Mox, *Abron* Gronov. et al. vett.—52 Vet. Dalec. *et psaltriam.*—53 *Cupidinem* cod. Dalec. Mox, *Herculemque* Vet. Dalec.—54 Cod. Dalec. *ingeniosus opere. Siquidem, &c.* Mox, in eodem codice: *quod in Nilo fuit aquam maris similem volebat intelligi, argumentoque,*

NOTÆ

virorum, ut Socratis, teste Laërtio in ejus vita, et Isocratis, teste Plutarcho de Decem Rhet. Picturæ quoque, ut vel ex hoc Plinii loco intelligitur.

[p] *Eutychidis*] Idem fortassis, ut et Eudorus, statuarius fuit, de quo diximus XXXIV. 19.

[q] *Eudorus scena*] Εὔδωρος. Scenam pinxisse eximie dicitur, quam barbari vocant, decorationem theatri.

[r] *Hippias, Neptuno*] Subintellige, spectatur, ex antecedenti. Porro *Hippias*, et mox *Habron*, scribi hic oportere, non, ut hactenus, *Iphis* et *Abron*, partim Mss. quos sequimur, in quibus *Hyppis* et *Habron*, scribitur, partim ipsa elementorum series admonet, quæ appellari quenquam hic vetat, cujus ab A litera nomen auspicetur, vel I, ante Habronem. Ἱππίαν fictorem ejusque opera Pausanias commendat l. VI. Ἅβρων apud Græcos viri nomen esse superius vidimus.

[s] *Aratum victorem*] De Aristippo. Vide Plutarchum in Arati vita, pag. 1040.

[t] *Leon, Sappho*] Lesbiam vatem, satis celebratam. Extat in eam distichon Platonis haud obvium, et idem tamen perelegans, in Anthol. I. 67. Ἐννέα τὰς μούσας φασίν τινες ὡς ὀλιγώρως· Ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη. *Esse novem quidam Musas dixere, sed errant: Ecce tibi Sappho Lesbia, quæ decima est.*

[u] *Herculem .... insaniæ*] Ab Junone insania ei objecta, Megaram uxorem et filios interfecit. Postquam suæ mentis compos est factus, ab Apolline petiit dari sibi responsum, quomodo scelus purgaret. Hyginus Fab. XXXII.

[v] *Nealces*] Νεάλκεα pictorem, amicum Arati, laudat Plutarchus in Arato, pag. 1032.

Digitized by Google

mento declaravit, quod arte non poterat. Asellum enim in littore bibentem pinxit, et crocodilum insidiantem ei.

Œnias, syngenicon.[w]

Philiscus, officinam pictoris, ignem conflante puero.[55] Phalerion, Scyllam.[x]

Simonides, Agatharchum,[y] et Mnemosynen.[z] Simus,[56] juvenem requiescentem: officinam fullonis Quinquatrus[a] celebrantem: idemque Nemesin[b] egregiam.

Theodorus et inungentem:[57][c] idem ab Oreste[d] matrem et Ægisthum interfici: bellumque Iliacum pluribus tabulis: quod est Romæ in Philippi porticibus:[e] et Cassandram,[f] quæ est in Concordiæ delubro. Leontium Epicuri[g] cogi-

&c.—55 Vet. Dalec. *afflante puero.*—56 *Simon* cod. Dalec. *Lamius* Vet. ejusdem. Mox, *et Quinquatrus* in eodem Vet. *in officina f. Quinquatrus* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *officinam f.* Q. Brotier ex codd. Regg. et Editione principe; et sic etiam Cl. Durand.—57 Ita codd. Harduin. et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *T. vero emungentem*

NOTÆ

[w] *Œnias, syngenicon*] Subintellige, pinxit: hoc est, cognationem, ut dictum est supra. Pictoris nomen Οἰνίας Græcis scribitur.

[x] *Phalerion, Scyllam*] Hominem sursum, caninis capitibus cinctam deorsum, inquit Isidorus Orig. XIX. 16. Vide quæ diximus supra cap. 36.

[y] *Agatharchum*] Eum, opinor, intelligit, quem Vitruvius in Præf. lib. VII. pag. 124. Æschylo docente ait primum Athenis tragicam scenam fecisse, et de ea commentarium reliquisse. Aut Syracusanæ classis præfectum, cujus mentio apud Thucyd. lib. VI.

[z] *Mnemosynen*] Μνημοσύνη Jovis filia, Musarum parens, ex Hesiodo in Θεογ.

[a] *Quinquatrus*] Quæ Παναθήναια Græcis, Latinis Quinquatrus appellantur, teste Charisio lib. I. Sunt autem Παναθήναια Hesychio, ἡ τῶν Ἀθηναίων ἑορτὴ καὶ ἀγὼν, festum Minervæ apud Athenienses longe celeberrimum, et quinquennale.

[b] *Nemesin*] Νέμεσιν Deam insolentiæ et arrogantiæ vindicem Græci vocant. Vide XXXVI. 4.

[c] *Et inungentem*] Ἀλείπτην, *unctorem*, qui palæstritas ungit in gymnasio, qui etiam Aliptes a Cicerone dicitur in Epist. ad Lentulum. In libris hactenus editis mendose, *Theodorus vero emungentem.*

[d] *Ab Oreste*] Is Clytæmnestram matrem, et Ægisthum Thyestis filium, cognatum suum, interfecit. Vide Hygini Fab. CXIX. et CCXLIV.

[e] *In Philippi porticibus*] De his cap. 36.

[f] *Et Cassandram*] Qualis forte a Marone describitur Æneid. II. 403. 'Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus a templo Cassandra adytisque Minervæ, Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,' &c.

[g] *Leontium Epicuri*] Est hæc picturæ nomenclatura, non pictoris, ut Barbarus credidit: et tabula hæc

Digitized by Google

tantem: Demetrium[h] regem. Theon,[58][i] Orestis insaniam,[j] Thamyram[k] citharœdum. Tauriscus, discobolum,[l] Clytæmnestram, Paniscum,[m] Polynicen[n] regnum repetentem, et Capanea.

Non omittetur inter hos insigne exemplum. Namque Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris in tantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Æginetæ[o] fictoris. Illud vero perquam rarum ac memoria dignum, etiam suprema opera artificum imperfectasque tabulas, sicut Irin Aristidis, Tyndaridas[p] Nicoma-

NOTÆ

Theodori operibus annumerari debet. Fuit autem Leontium Epicuri concubina, philosophiæ magistra et ipsa, unde et in hac tabula cogitans pingitur. Scripsit libros contra Theophrastum, ut diximus in Præf. ad Titum, auctore Cicerone de Nat. Deor. I. 94.

h *Demetrium*] Poliorceten.

i *Theon*] Quintilianus, XII. 10. pag. 894. pictorum ingenia dotesque percensens, 'Cura,' inquit, 'Protogenes, facilitate Antiphilus: concipiendis visionibus, quas *φαντασίας* vocant, Theon Samius præstantissimus.' Laudatur et ab Æliano Var. Hist. II. 44.

j *Orestis insaniam*] Occisa matre.

k *Thamyram*] De eo diximus in Notis et Emend. ad lib. IV. num. 15. et VII. 57.

l *Discobolum*] De ea voce XXXIV. 19.

m *Paniscum*] Exiguum Panem: sive Panis asseclam, qui Deus Arcadiæ a Marone dicitur. Ut a Satyro, Satyriscus. Apuleius Asin. Aur. lib. V. pag. 518. 'Tibias inflaret Satyrus, et Paniscus ad fistulam diceret.' Suetonius in Tiberio, cap. 43. 'Paniscorum et Nympharum habitu,' &c.

n *Polynicen*] Œdipodis filium ex Jocasta, regem Thebanorum. Regnum is ab Eteocle fratre repetiit, et Thebas oppugnavit. Capaneus contra Jovis voluntatem Thebas se capturum dixit: et cum murum ascenderet, fulmine ab Jove est percussus. Hyginus Fab. LXXI. Non in tabulam quidem, sed in statuam Capanei extat Epigramma non invenustum, in Anthol. IV. 8. *Εἰς ἀνδριάντα Καπανέως*, ex quo tamen picturæ hujus argumentum intelligas: Εἰ τοῖος Θήβης Καπανεὺς ἐπεμήνατο πύργοις, Ἅμμασιν ἠερίην κλίμακα μησάμενος, Εἷλεν ἂν ἄστυ βίῃ, καὶ ὑπὲρ μόρον· αἴδετο γάρ ῥα Καὶ σκηπτὸς Κρονίδου τοῖον ἑλεῖν πρόμαχον. Hoc est, interprete Grotio: *Si furor in Thebas tantus Capanea tulisset, Cum de reste gradus necteret aërios; Capta forent fatis invitis mœnia; tantum Nec foret ausa ducem tangere flamma Jovis.*

o *Æginetæ*] Proprium id viri nomen videtur, non gentis, aut patriæ. Et *Pausiam* legi antea placuerit magis quam *Pasiam*.

p *Tyndaridas*] Castorem et Pollucem. Vel, addita quoque Helene, Tyndaridæ tres, quos uno versiculo complexus est Synesius, in Anthol. IV. 4. Οἱ *τρεῖς* Τυνδαρίδαι, Κάστωρ, Ἑλένη, Πολυδεύκης. *Pollux, atque Helene, cum Castore, Tyndaridæ tres.* De Nicomacho supra.

Digitized by Google

chi, Medeam Timomachi,[q] et quam diximus Venerem[r] Apellis, in majori admiratione esse, quam perfecta. Quippe in iis lineamenta reliqua, ipsæque cogitationes artificum spectantur: atque in lenocinio commendationis dolor est:[f] manus, cum id agerent, extinctæ desiderantur.[59]

Sunt etiam nunc non ignobiles[60] quidem, in transcursu tamen dicendi: Aristonides, Anaxander, Aristobulus Syrus, Arcesilaus[61] [s] Tisicratis filius, Corybas Nicomachi[t] discipulus, Carmanides[u] Euphranoris, Dionysiodorus Colophonius, Diogenes qui cum Demetrio[v] rege vixit, Euthymedes, Heraclides[w] Macedo, Mydon Soleus[x] Philomachi[62] statuarii discipulus, Mnesitheus Sicyonius, Mnasitimus Aristonidæ[63] [y] filius et discipulus, Nessus Habronis[z] filius, Polemon Alexandrinus, Theodorus Samius,[a] et Stadieus,[64] [b]

[f] *Ac dum juvat commendare artem, piget artificis simul fato dolere.*

Gronov. et vulgg.—58 *Theon* deest in cod. Dalec.—59 Cod. Dalec. *atque in l. c. dolor est manus, cum id ageret, extinctæ. Sunt, &c.*—60 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier. Sunt etiam non ignobiles* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—61 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Arcesilaus* Gronov. et vulgg. *Archesilaus* cod. Dalec.—62 'Ita optime cod. Reg. 5. In Editione principe, *Pilomachi.* Vide Suidam verbo Προυσίας.' *Brotier. Pyromachi* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—63 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Mnasitimus Aristonidis* Gronov. et vulgg. *Mnasidemus Aristonidis* Vet. Dalec. Mox, *et discipulus* desunt in cod. Dalec.—64 Ita ex

NOTÆ

[q] *Medeam Timomachi*] De qua superius.

[r] *Et quam diximus Venerem*] Hoc ipso capite.

[s] *Arcesilaus*] Pictoris illius apud Pausaniam mentio, commendatioque operum, lib. I. p. 2. De Tisicrate superius XXXIV. 19.

[t] *Corybas Nicomachi*] Κορύβας. De Nicomacho supra.

[u] *Carmanides*] Forte Καρμαντίδης, quod nomen et Gorgiæ patri fuit, apud Pausan. lib. VI. p. 376. De Euphranore supra.

[v] *Cum Demetrio*] Poliorcete.

[w] *Heraclides*] Laudatus supra.

[x] *Mydon Soleus*] Hoc est, Solensis, a Solis Ciliciæ oppido. De Pyromacho XXXIV. 19. Libris omnibus invitis *Philomacho* conatur ex Suida, verbo Προυσίας, rescribere Leopardus Emend. III. 21. aliique eum secuti.

[y] *Aristonidæ*] Statuarii, de quo XXXIV. 40.

[z] *Habronis*] De quo diximus supra.

[a] *Theodorus Samius*] De quo XXXIV. 19.

[b] *Stadieus*] Σταδιεὺς, et idem plastes Atheniensis, apud Pausan. lib. VI. p. 351.

Digitized by Google

Nicosthenis discipuli; Xenon Neoclis discipulus Sicyonius.

Pinxere et mulieres,[c] Timarete Miconis[65] [d] filia, Dianam in tabula, quæ Ephesi est in antiquissimis picturæ.[66] Irene Cratini[e] pictoris[67] filia et discipula, puellam quæ est Eleusine: Calypso, senem et præstigiatorem Theodorum:[68] Alcisthene, saltatorem: Aristarete Nearchi filia, et discipula, Æsculapium. Lala Cyzicena perpetua virgo, Marci Varronis juventa, Romæ et penicillo pinxit, et cestro[69] in ebore, imagines mulierum maxime, et Neapoli anum[f] in grandi tabula: suam quoque imaginem ad speculum. Nec ullius velocior in pictura manus fuit: artis vero tantum, ut multum manipretio[g] antecederet celeberrimos eadem ætate imaginum pictores, Sopolin[70] [h] et Dionysium, quorum tabulæ pinacothecas implent. Pinxit et quædam Olympias:

codd. Harduinus et recentt. *et Stadius* edd. vett. et Gronov.—65 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Myconis* Vet. Dalec. *Niconis* Gronov. et al. ante Harduin.—66 'Ita cod. Reg. 5. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque Vet. Dalec. *in antiquissimis picturis* codex ejusdem; *antiquissimæ picturæ* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—67 Gronov. *pictores.*—68 Cod. Dalec. *senem et præterea gladiatorem Theodorum.*—69 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *pinxit, cestro* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. Mox, *et Neapolitanum in grandi* Gronov. et vulgg.—70 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sopylon* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[c] *Pinxere et mulieres*] His quæ a Plinio appellantur, adjungi merito potest et Helena Timonis Ægyptii filia, quæ gestum suis temporibus Issicum prælium penicillo pinxit: quæ pictura in Pacis templo a Vespasiano Imp. collocata est, teste Ptolemæo Hephæstione, apud Photium in Bibl. cod. cxc. p. 481. Ἡ ζωγράφος Ἑλένη Τίμωνος τοῦ Αἰγυπτίου θυγάτηρ, ἥτις ἐν Ἰσσῷ μάχην, ἐκείνοις ἀκμάζουσαν τοῖς χρόνοις, ἔγραψε, καὶ ἐν τῷ τῆς Εἰρήνης τεμένει ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ ἀνέκειτο ἡ γραφή.

[d] *Timarete Miconis*] Ita Reg. 2. Colb. 3. et alii, non *Niconis*, ut prius. Τιμαρέτη Μίκωνος, pictoris Atheniensis, de quo superius c. 35.

[e] *Irene Cratini*] Εἰρήνη Κρατίνου, statuarii Spartiatæ, de quo Pausanias lib. vi. p. 360.

[f] *Et Neapoli anum*] Ita ex conjectura certissima locum hunc sanavimus, cum prius *Neapolitanum* absurde legeretur. Apposite enim vel sic locum opponit loco, positas Neapoli tabulas iis quæ Romæ servarentur. Sic libro sup. cap. 19. 'Aristodemus anum' cælavit.

[g] *Manipretio*] Carioris æstimabantur ejus tabulæ, quam ceterorum pictorum. Manipretium, *la façon de la besogne.* Sic Galli dicunt, *La façon de la besogne d' argent. montée est chère.*

[h] *Sopolin*] Σώπολιν. Ita Mss. non *Sopylon.*

Digitized by Google

de qua hoc solum memoratur, discipulum ejus fuisse Autobulum.

XLI. Encausto[i] pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera,[j] et in ebore,[k] cestro,[l] id est, viriculo, donec classes pingi cœpere. Hoc tertium[m] accessit, resolutis

NOTÆ

[i] *Encausto*] Ἔγκαυστον picturæ genus dictum ab urendo.

[j] *Cera*] Hoc primum encausticæ picturæ genus, discoloribus ceris, ut diximus cap. 39. De hac pingendi ratione multa multi prodidere. Nobis res ita peracta olim videtur. In tabulis ligneis ducebantur lineares, ut ita dicam, sulci, qui figuram referrent picturæ mox futuræ. Ductus illi postea implebantur instillata infusaque cera diversi coloris, pro ratione imaginis: quæ cera descendebat altius, imprimebaturque tabulæ subditis ignibus. Martialis IV. 47. 'Encaustus Phaëthon tabula depictus in ista est: Quid tibi vis dipyron qui Phaëthonta facis?' Alludit ad casum incendiumque Phaëthontis, qui iterum et in encaustice pictura uritur: idcirco δίπυρος, *bis ustus*, vocatur: quod dici certe non posset, nisi prius quam admoveretur ignis, Phaëthontis imago absoluta foret. Aliam rationem encaustices explicandæ alii afferunt. Vide Ludov. De-Montjosium, libro quem inscripsit, 'Gallus Romæ hospes,' tit. de pictura, p. 14.

[k] *Et in ebore*] Altera hæc ratio encausti sic se habuit, nullo scriptorum omnium refragante. Stylo ferreo igne candefacto inurebant ebori, cornibusve, lineas, quibus quas vellent imagines exprimebant. Itaque, quod pingendum erat, graphice primum in ebore adumbrabant: deinde servata ratione luminum et umbrarum, eboris candore ad lumina utebantur: tonum vero et umbram, non jam amplius cera, ut in priori genere, sed vulgari colore ac simplici exhibebant.

[l] *Cestro*] Glossæ Philoxeni: Κέστρον, *viriculum*, hoc est, styli ferrei genus. Utrique encausti generi hic cestron ascribitur, hoc est, candens, acuminatumque ferrum, quod ducendis lineis striisque, sive in ebore, sive in lignea tabula inserviat. Quare mox tertium encausti genus, quo classes pingi cœpere, ab utroque ullo distinguit, quod non cestro, ut illa duo, sed penicillo fiat. Quod in primo genere, quod fit ceris, usus cestri fuit, fieri id certe non potuit, nisi qua diximus ratione; ductis in tabula lignea styli ope lineis ac figuris, priusquam instillarentur ceræ. Et hoc ostendit nomen ipsum cestri. Esse enim a κῶ, quod idem denotat ac κοιλαίνω, id est, *cavo*, vulgo creditur.

[m] *Hoc tertium*] Tertium genus encausti, non stylo, ut priora duo, sed penicillo, quo liquefactæ ceræ et colore tinctæ diffundebantur. Attigisse hanc incertus auctor videtur, editus a V. Cl. Steph. Baluzio, Miscellan. lib. IV. p. 417. in epistola, cui lemma inscriptum, 'Quid sit ceroma:' 'Nonnulli ceroma,' inquit, 'intellexerunt esse artificium quoddam juxta morem antiquum pingendi, cui, ne facies et pulchritudo picturæ vetustate temporis aboleretur, ceræ mixtura apponebatur, modico igni huic temperamento adjecto, ut æqua mensura colorum ceræque concordante, nec venustas et gratia coloribus, nec ceræ perspicuitas deesset. Hoc genus pingendi, etiam a Boëtio viro doctissimo commemoratum, adhuc suo tempore

Digitized by Google

igni ceris penicillo utendi; quæ pictura in navibus nec Sole, nec sale, ventisque corrumpitur.

XLII. Pingunt et vestes in Ægypto inter pauca mirabili genere, candida vela[1] postquam attrivere illinentes non coloribus, sed colorem sorbentibus medicamentis. Hoc cum fecere, non apparet in velis: sed in cortinam[a] pigmenti ferventis mersa, post momentum extrahuntur picta. Mirumque, cum sit unus in cortina colos, ex illo alius atque alius fit in veste, accipientis medicamenti[2] qualitate mutatus. Nec postea ablui potest: ita cortina non dubie confusura colores, si pictos acciperet, digerit ex uno,*[3] pingitque dum coquit. Et adustæ vestes firmiores fiunt, quam si non urerentur.

XLIII. (XII.) De pictura satis superque: contexuisse his et plasticen[b] conveniat. Ejusdem opere terræ[1] fingere

* *Multos facit colores in velis, licet unicum in se contineat.*

CAP. XLII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *candida vel* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *veste accipienti medicaminis.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *digerit eos ex vino* Gronov. et al. vett.

CAP. XLIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *Ejusdem operæ terræ* edd. vett. Gronov. et Franz. *Ejus quidem operæ terræ* Vet. Dalec. *Ejusdem operæ terra* cod. Dalec. 'In codd. Reg. et Editione principe,

NOTÆ

viguisse dubium non est.' Boëtii locus is est, in Præf. librorum Arithmeticæ, quos Symmacho Patricio nuncupavit. Hanc κηρόχυτον γραφὴν Græci dixere, quos inter Chrysostomus, uti refertur in Conc. Nicæno II. Describit hoc genus picturæ Procopius, de Ædif. Justin. lib. I. ubi de camera Ecclesiæ loquens: 'Εναβρύνεται δὲ ταῖς γραφαῖς ἡ ὀροφὴ πᾶσα, οὐ τῷ κηρῷ ἐντακέντι τε καὶ διαχυθέντι, κ.τ.λ. Nicephorus CP. in Breviario Historico, ad annum 768. εἰκονογραφίαν vocat διὰ κηροχύτου ὕλης. Nunc vetus illa encaustice penitus obsolevit: successitque ei illa ratio, quam vulgo dicimus *émail*. Et quæ urendo fit plumbo in vasis figlinis, quod vulgo *plomber*, *vernir*, *étamer*.

[a] *Sed in cortinam*] Vela, inquit, illinuntur prius medicamento quodam seu liquore, qui colorem postea trahat, et bibat: dein mersantur vela in cortina, sive aëno, in quo non aqua mera, sed pigmentum fervet: ibi medicamentum illud velis prius illitum sorbet colorem, et quidem varium, licet ex pigmento unius coloris: pro varia scilicet conditione medicamenti, quo prius vela fuerant illita.

[b] *Et plasticen*] Πλαστικὴ Plinio, Vitruvioque, fictrix ars ex argilla vel creta, rerum similitudines exprimens.

Digitized by Google

ex argilla similitudines,[b] Dibutades[c] Sicyonius figulus primus invenit Corinthi, filiæ opera: quæ capta amore juvenis, illo abeunte peregre, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscripsit: quibus pater ejus impressa argilla typum fecit, et cum ceteris fictilibus induratum[2] igni proposuit: eumque servatum in Nymphæo,[d] donec Corinthum Mummius[e] everteret, tradunt. Sunt qui in Samo primos omnium plasticen invenisse Rhœcum[3] et Theodorum[f] tradant, multo ante Bacchiadas[g] Corintho pulsos. Demaratum[h] vero ex eadem urbe profugum, qui in Etruria Tarquinium Priscum regem populi Romani genuit, comitatos fictores Euchira[i] et Eugrammum: ab iis Italiæ traditam plasticen. Dibutadis inventum est, rubricam addere, aut ex rubra creta fingere.[4][j] Primusque personas[e] tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia pros-

[b] *Ejusdem terræ opera, ex qua nascuntur colores ad picturam.* [c] *Simulacra.*

terra.' Brotier.—2 Vet. Dalec. *duratum.*—3 *Rhœtum* cod. Dalec. Mox, *Battiadas* Gronov. et al. ante Harduin.—4 'Ita cod. Reg. 2. 3.' *Brotier.* *aut ex rubrica cretam fingere* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aut ex rubrica et creta fingere* Vet. Dalec. *aut rubia cretam tingere* al. vett.—

NOTÆ

[c] *Dibutades*] Is ex argilla fingebat simulacra eximia, quæ propter artificis ingenium, artisque solertiam, aliis etiam ex auro conflatis anteponebantur. Citat hujus rei auctorem Aristotelem de Part. Anim. I. 5. Riolanus Anthrop. l. I. p. 3. sed falso: nam de Dibutade apud Philosophum, si bene memini, nec vola, ut aiunt, nec vestigium est.

[d] *In Nymphæo*] Νυμφαῖον *fanum* est, *delubrumve Nympharum.*

[e] *Mummius*] Anno Urbis DCVIII. ut dictum est XXXIV. 3.

[f] *Rhœcum et Theodorum*] Quos æris cudendi atque conflandi artem docuisse, auctor est Pausanias lib. VIII. pag. 479. Σαμίους Ῥοῖκον Φιλαίου καὶ Θεόδωρον Τηλέκλους εἶναι τοὺς εὑρόντας χαλκὸν ἐς τὸ ἀκριβέστατον τῆξαι. Ab Herodoto quoque Ῥοῖκος Samius laudatur III. 60. p. 185.

[g] *Ante Bacchiadas*] Sic Reg. 2. non *Battiadas*, ut inepte hactenus editi. Bacchiadas diu Corinthi tenuisse imperium, Chronologi norunt: docetque Pausanias lib. II. p. 92. et Ælianus Var. Hist. I. 19.

[h] *Demaratum*] Narrat hanc Demarati fugam Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. III. p. 184. Multo vero elegantius Valerius Max. III. 4. 2.

[i] *Euchira*] Græcis Εὔχειρ et Εὔχειρος appellatur. Corinthii hujusce plastæ meminit Pausanias lib. VI. p. 350.

[j] *Aut ex rubra creta* [*rubrica cretam*] *fingere*] Reg. 2. *aut ex rubra creta fingere.*

Digitized by Google

typa[k] vocavit.[5] Postea idem ectypa[l] fecit. Hinc et fastigia[m] templorum orta: propter hunc[6] plastæ appellati.

XLIV. Hominis autem imaginem gypso[n] e facie ipsa primus omnium expressit, ceraque in eam formam gypsi infusa[1] emendare[o] instituit Lysistratus Sicyonius, frater Lysippi, de quo diximus.[p] Hic et similitudinem reddere instituit: ante eum, quam pulcherrimas facere studebant.[2] Idem et de signis[q] effigiem exprimere invenit. Crevitque

5 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Prostypa, anticam personarum partem exprimebant, et stipiti adhærebant, *des Modeles de bas-relief.* Ectypa vero, cum ex iis facti sunt typi, *des Moules.*' Brotier. *prostypa vocavit* cod. Dalec. *prototypa vocavit* Vet. Dalec. *protypa vocavit* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Ita edd. vett. et Gronov. *propter hanc* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *plastice appellata* cod. Dalec. *plasta appellata* alii ap. Dalec.

CAP. XLIV. 1 Vet. Dalec. *ceramque in eam formam gypsi infusam.*—2 Cod. Dalec. *studebatur.*

NOTÆ

k *Prostypa* [*protypa*] Πρότυπα. Sic futuri operis præcedentem typum, et formam speciminis gratia Græci vocant. Architectus quidem suscepti operis ex ligno formam efficit atque præstruit: ut antequam ædificium cœptum sit, errata alioqui futura deprehendat, atque anticipet: atque id *Modellum* vocant. Sculptor vero cera, plastesque creta, proplasma fingit. Salmasius, in Solin. p. 1046. *prostypa* legi jubet, intelligique simulacra quæ non tota prominent, neque extant, *des ouvrages de demie bosse:* ectypa contra, quæ prominent, solidaque sunt. Qua quidem interpretatione nihil esse potest quod a Plinii sententia, quod a germana vocis *ectypa* significatione, magis abhorreat.

l *Postea idem ectypa*] Ἔκτυπα. In plastice primum finguntur rerum similitudines atque imagines, ex argilla, gypso, et id genus: atque hæc sunt οἱ τύποι, seu πρότυπα, proxime explicata a nobis. Ex appressis autem typis fiunt ectypa, quæ sunt typorum conceptacula, formæ Plinio: et in scalptura ectypæ scalpturæ vocantur: ut in signatoriis annulis, ectypisque gemmis, quibus exsignantur imagines, quæ Græci ἐκσφραγίσματα nuncupant. Plinius XXXVII. 63. 'Hæ sunt gemmæ, quæ ad ectypas scalpturas aptantur.' Seneca de Benef. III. 26. p. 47. 'Cœnabat Paulus Prætorius in convivio quodam, imaginem Tiberii Cæsaris habens ectypam ex eminente gemma .... At servus ejus .... ei ebrio annulum extraxit,' &c.

m *Hinc et fastigia*] Eo processit ars, crevitque in tantum, ut et fastigia templorum non sine argilla fiant, nec sine præcedentibus protypis.

n *Imaginem gypso*] Ut hodie mastiche ceraque fit.

o *Emendare*] Cera infusa imaginem, quam gypsea forma reddidisset, absolvere diligentius, emendatiusque.

p *Lysippi, de quo diximus*] Lib. XXXIV. c. 19.

q *Idem et de signis*] Et de signis ap-

Digitized by Google

res in tantum, ut nulla signa, statuæve, sine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuisse scientiam, quam fundendi æris.

XLV. Plastæ laudatissimi fuere Damophilus [1] [a] et Gorgasus, iidemque pictores: qui Cereris ædem [b] Romæ ad Circum maximum utroque genere [c] artis suæ excoluerunt, versibus inscriptis Græce, quibus significarunt a dextra opera Damophili esse, ab læva Gorgasi. Ante hanc ædem Tuscanica [d] omnia in ædibus fuisse, auctor est M. Varro.[d] Ex hac,[2] cum reficeretur, crustas parietum excisas tabulis marginatis [e] inclusas esse: item signa ex fastigiis dispersa.[e] Fecit et Chalcosthenes cruda opera Athenis, qui locus ab officina ejus Ceramicos [f] appellatur. M. Varro tradit sibi cognitum Romæ Posim [3] nomine,[g] a quo facta poma et

[d] *Ante quam Cereris ædes exstrueretur, ex ære signa in ædibus sacris fuisse, auctor est Varro.*

[e] *E parietum crustis, sive tectorio, partes excidebant, quas ob picturæ excellentiam tabulis includebant, quarum margines prominentiores forent: item signa ob elegantiam artis ex fastigiis ædis illius in privatas domos esse dispersa narrat idem Varro.*

CAP. XLV. 1 *Demophilus* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. *est Varro et ex hac.* —3 'Ita bene Editio princeps, et Cl. Durand. In Ms. Reg. 5. *item piscis.* Male Mss. Reg. 2. 3. *item poscis.* Male quoque emendatum in recentioribus editionibus, *ut non posses aspectu discernere a veris.* Viget adhuc ille usus maxime apud Sinenses populos. Poma, pisces, aliaque id genus non terra

NOTÆ

pressis ectypas efficere formas excogitavit, ex quibus deinde expressa effictaque simulacra prodirent, id est, ἀπεικάσματα.

[a] *Damophilus*] Alium esse eum a pictore Demophilo credimus, cujus superius mentio facta est c. 36.

[b] *Cereris ædem*] Regione Urbis undecima.

[c] *Utroque genere*] Plastice, et pictura.

[d] *Tuscanica*] De his XXXIV. 16.

[e] *Tabulis marginatis*] Sive, quod idem est, formis ligneis. Simile enim est quod ipse de ejuscemodi pictis parietum crustis inferius recitat c. 49. ex Vitruvio sumtum. 'Lacedæmone quidem excisum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturæ, ligneis formis inclusum Romam deportavere.'

[f] *Ceramicos*] Κεραμεικὸς locus Athenis, in quo sepeliebantur, qui in bello perierant. Erat et alter in quo diversabantur meretrices. Ab arte figlina, ἀπὸ τῆς κεραμικῆς τέχνης, nomen inventum, ut Suidas quoque testatur: vel, uti Pausanias lib. I. p. 5. a Ceramo heroë, Liberi Patris et Ariadnes filio.

[g] *Posim nomine*] Qui Græcis Πόσις, Latinis idem plerumque Posidonius appellatus.

Digitized by Google

uvas,[h] item pisces, quos aspectu discernere a veris vix posses. Idem magnificat Arcesilaum,[4] Lucii Luculli[i] familiarem, cujus proplasmata[j] pluris venire solita artificibus ipsis, quam aliorum opera. Ab hoc factam Venerem Genitricem in Foro Cæsaris, et priusquam absolveretur, festinatione dedicandi,[k] positam. Deinde eidem a Lucullo H-S. LX.[5][l] signum Felicitatis locatum, cui mors utriusque inviderit. Octavio equiti Romano, cratera facere volenti, exemplar a gypso factum talento.[m] Laudat et Pasitelem,[n] qui[6] 'plasticen matrem cælaturæ, et statuariæ, sculpturæque' dixit:[7] et cum esset in omnibus his summus, nihil unquam fecit, antequam finxit.[f] Præterea elaboratam hanc artem Italiæ, et maxime Etruriæ: accitum a Fregellis,[8][o] cui locaret Tarquinius Priscus effigiem Jovis

[f] *Ante quam protypon seu proplasma ex argilla finxit.*

---

tantum, sed et metallis, suisque coloribus egregie repræsentant. Sed ut propiora laudem, non modo poma et uvas, sed et pisces multa arte pictos exhibent picturæ Herculanenses. *Pitture antiche d'Ercolano*, Tom. I. Tab. XIX. XLV. et seqq.' *Brotier.* *a quo factas Romæ uvas, item pisces, ita ut non sit aspectu discernere a veris* Gronov. et vulgg. *a quo facta poma et uvas, ut non posses aspectu discernere a veris* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *a quo facta pomaria vasa* cod. Dalec. *a quo factas Romæ* Vet. Dalec. *quos aspectu discernere a veris vix posses* idem Vet.—4 *Archesilaum* cod. Dalec. Mox, *cujus plastica* in eodem cod. *cujus proplasticen* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *talentis LX.* Mox, in eodem, *cui Juno Venusque invideret.*—6 *Plastem Celenium, qui* cod. Dalec.—7 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *matrem statuariæ, sculpturæque, et cælaturæ esse dixit* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 'Ita fuit emendandum; nec addendum, *Turianumque a Fregellis accitum*, ut placuit in recentt. edd.' *Brotier.* *Turianumque a Fregellis*

NOTÆ

[h] *A quo facta poma et uvas*] Vide Notas et Emend. num. 16.

[i] *L. Luculli*] De quo diximus c. 40.

[j] *Proplasmata*] Προπλάσματα sive πρότυπα, de quibus cap. 43. *Des modèles.*

[k] *Festinatione dedicandi*] Dedicavit Cæsar Dictator. Dio lib. XLIII. p. 225.

[l] *H-S. LX.*] Sestertiis sexaginta, sive sestertium sexaginta millibus. Libræ sunt nostrates 6000.

[m] *Talento*] Talenti pretio, et Attici quidem: quod librarum nostratium efficit duo millia et quadringentas.

[n] *Laudat et Pasitelem*] Non illum Colotæ magistrum, de quo Pausanias lib. v. p. 325. sed alterum cognominem, de quo nos in Auctorum Indice.

[o] *Accitum a Fregellis* [*Turianumque a Fregellis accitum*] Spuria hæc videntur et interpolata. Natus certe Turianus ille ex repetitione superioris vocis *Etruriæ.* Reg. 2. pro

Digitized by Google

in Capitolio dicandam. Fictilem eum fuisse, et ideo miniari[p] solitum: fictiles in fastigio templi ejus quadrigas,[9] de quibus sæpe diximus.[q] Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieque materiæ[r] nomen in Urbe retinet. Hæ enim tum effigies Deum erant laudatissimæ. Nec pœnitet nos illorum, qui tales Deos coluere. Aurum enim et argentum ne Diis quidem conficiebant.

XLVI. Durant etiam nunc[1] plerisque in locis talia simulacra. Fastigia quidem[a] templorum etiam in Urbe crebra, et municipiis, mira cælatura, et arte ævique firmitate sanctiora auro,[2] [b] certe innocentiora. In sacris quidem etiam inter has opes hodie, non murrhinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpuviis.[c] Inenarrabili terræ benignitate,

accitum edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 *Fictilem eam fuisse...... solere .... quadrigæ* cod. Dalec.

CAP. XLVI. 1 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *Durant nunc* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *certiora*

NOTÆ

his habet, *Etruria tuulgamulis accitum.* Quibus ex verbis quid elici boni possit, non video.

[p] *Et ideo miniari*] Vide quæ diximus XXXIII. 36. Juvenalis: 'Fictilis, et nullo violatus Jupiter auro.'

[q] *De quibus sæpe diximus*] Lib. VIII. 4.

[r] *Qui hodieque materiæ*] Dicebatur enim Hercules fictilis. Martialis XIV. 178. cujus lemma est, 'Hercules fictilis:' 'Sum fragilis: sed tu, moneo, ne sperne sigillum: Non pudet Alciden nomen habere meum.'

[a] *Fastigia quidem*] Cicero de Divin. I. 16. 'Cum Summanus, qui tum erat in fastigio Jovis Optimi Maximi, qui tum erat fictilis, e cœlo ictus esset,' &c.

[b] *Sanctiora auro*] Sic Reg. 2. et Colb. 3. Sic Hermolaus: non *certiora*, quod Gelenio uni magis arrisit.

[c] *Simpuviis*] Non fictilia tantum, sed et lignea fuere simpuvia. Nonius XV. 12. 'Simpuvium est vas ligneum. Varro, περὶ μέθης. Non vides ipsos Deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana: et tamen tum ipsi Libero simpuvio vinitari?' Simpulum idem Varro appellat, de Ling. Lat. lib. IV. p. 31. Et Festus: 'Simpulum, vas parvum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabant: unde et mulieres rebus divinis deditæ simpulatrices dicuntur.' Glossæ: *Simpulum, κύαθος.* In Notis quæ vulgo Tironis dicuntur, pag. 124. 'Simbulum' pro 'Simpulum.' Juvenalis Sat. VI. 342. 'Aut quis Simpullum ridere Numæ, nigrumque catinum, Aut Vaticano fragiles de monte patellas Ausus erat?' Prudentius in Hymno S. Laur. vs. 514. id imitatus: 'Quicquid Quiritum sueverat Orare simpullum Numæ.' Sunt qui utrobique 'simpuvium' legant.

Digitized by Google

si quis singula æstimet: etiam ut omittantur in frugum, vini, pomorum, herbarum, fruticum, medicamentorum, metallorum generibus, beneficia ejus, quæ adhuc[3] diximus:[a] vel assiduitate satiant figlinarum opera, imbricibus, doliis ad vina[d] excogitatis, ad aquas tubulis,[e] ad balineas mammatis,[f] ad tecta[b] coctilibus laterculis frontatisque:[g] ob quæ Numa rex septimum collegium[h] figulorum instituit. Quin et defunctos sese multi fictilibus soliis[4][i] condi ma-

[a] *Quæ hactenus diximus libris superioribus.* [b] *Ad tectorum parietes.*

auro.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quæque adhuc* Gronov. et al. vett. Mox, in iisdem vett. et Gronov. *vel quæ assiduitate satiant figlinarum opera imbricibus, tubulis tegulisque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque, aut quæ rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, et ad aquas. Propter quæ, &c.* Codd. Regg. Brot. 2. 3. et Editio princeps, *imbricibus, doliis, &c. τὸ imbricibus* deest in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 Gronov. et al. ante Harduin. *fictilibus do-*

NOTÆ

[d] *Doliis ad vina*] Dolia vino condendo fictilia erant, et plerumque picata, ut dictum est lib. XIV. Vide Notas et Emend. num. 17.

[e] *Ad aquas tubulis*] Tubulis fictilibus aquæ ductus constabant. Vide XXXI. 31.

[f] *Ad balineas mammatis*] Mammata fictilia tubos interpretor, in mammæ speciem rotundatos, per quos ex hypocausto in balineas calor transmearet. De his Seneca Epist. XCI. cujus initium, 'Quis dubitare:' 'Quædam nostra demum prodiisse memoria scimus: speculariorum usum, perlucente testa, clarum transmittentium lumen: ut suspensuras balneorum, et impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul et summa foveret æqualiter.' Horum tuborum vestigia adhuc quamplurima conspici in Diocletiani et Caracallæ gymnasiis, auctor est Hieron. Mercur. Artis Gymn. I. 10. p. 27. His a mamma nomen, ut a fronte subsequentibus.

[g] *Frontatisque*] Parietes, inquit, e lateribus fiunt: et minoribus quidem, quos laterculos vocant: et majoribus, qui frontati nominantur, quod duplici fronte utramque muri partem per ipsam muri crassitudinem totam pertingant. Usus hac voce et Vitruvius quoque II. 4.

[h] *Septimum collegium*] Vide Plutarchum in Numa, p. 71.

[i] *Fictilibus soliis*] Ita Reg. 2. Colb. 3. aliique, non, ut typi, *doliis*. Vidit et Magius Miscell. II. 18. Philander in Vitruvium IX. 3. et Dalecampius quoque, ita legi oportere. Solia vero sunt mobiles arcæ, sive sarcophagi, quibus corpus integrum condebatur. Utitur ea voce Florus XIV. 10. de morte Cleopatræ, Curtius lib. X. Suetonius in Nerone c. 50. 'Solium porphyretici marmoris.' De fictilibus soliis, mobilibusque, accipienda hæc Gruteri inscriptio, 607. CVM ANTE. HOS. DIES. CONIVGEM. ET. FILIVM. AMISERIM. ET. PRESSVS. NECESSITATE. CORPORA. EORVM. FICTILI

Digitized by Google

luere: sicut M. Varro, Pythagoreò modo,[5] [j] in myrti et oleæ atque populi nigræ foliis. Major quoque pars hominum terrenis utitur vasis. Samia etiamnum [k] in esculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem et Arretium [l] in Italia: et calicum [6] tantum, Surrentum,[m] Asta, Pollentia: in Hispania Saguntum, in Asia Pergamum. Habent et Tralles opera sua, Mutina in Italia: quoniam et sic gentes nobilitantur. Hæc quoque per maria terrasque ultro citroque portantur, insignibus rotæ officinis. Erythris [n] in templo hodieque [7] ostenduntur amphoræ duæ propter tenuitatem consecratæ, discipuli magistrique certamine, uter tenuiorem humum duceret.[8] Cois laus maxima, Adrianis[o] firmitas: nonnullis circa hoc quoque severitatis exemplis. Q. Coponium [p] invenimus ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei, cui suffragii [9] latio erat. Atque



liis.—5 'Ita J. F. Gronovius et Cl. Durand ex cod. Voss. in quo, *Pithagorio modo.*' Brotier. *Pythagorico modo* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Vet. Dalec. *at calicum;* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et calicum.*—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *officinis. Erythris hodieque* cod. Dalec. *officinis Erythris. Hodieque in templo* Gronov. et al. vett. Mox, *ostenduntur tabulæ duæ* cod. Dalec.—8 Vet. Dalec. *circunduceret.* —9 'Ita cod. Voss. et Cl. Durand.' *Brotier. cujus suffragii* edd. vett. Gro-

NOTÆ

SARCOPHAGO. COMMENDAVERIM. DONICVM. LOCVS. QVEM. EMERAM. ÆDIFICARETVR.

[j] *Pythagoreo modo*] Vide Plutarchum in Laconicis institutis, p. 238.

[k] *Samia etiamnum*] Hinc vasa Samia apud Tullium sæpe occurrunt, eademque Samia simpliciter appellata: ut in Verrem, 'Nos Samiis delectamur,' &c. Samia vasa apud Plautum in Capt. II. 2.

[l] *Arretium*] Unde vasa Arretina a Martiale commendantur, ut dicemus in Notis et Emend. num. 18.

[m] *Et calicum tantum, Surrentum*] Ut vasorum fictilium, inquit, in esculentis nobilitatem retinet Arretium in Italia, ita, sed calicum tantum, nobilitate commendantur, in eadem parte terrarum, Surrentum, Asta, Pollentia: in Hispania Saguntum, &c. Vide Notas et Emend. num. 19.

[n] *Erythris*] In Ionia, III. 31.

[o] *Adrianis*] Ab Adria Italiæ oppido. Sic ipse de gallinis X. 74. 'Adrianis laus maxima.' Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad lib. X. num. 67.

[p] *Q. Coponium*] Ex Coponia gente Titum, Marcum, Caium, apud vetustos scriptores reperimus. Quintum adhuc nusquam: notus eo tantum nomine est, quod, ut Cypriani verbis utar, 'multis emit sordibus, ut fulgeret.'

Digitized by Google

ut luxu quoque aliqua contingat auctoritas figlinis, tripatinum,[q] inquit Fenestella, appellabatur summa cœnarum lautitia. Una erat muræpnarum, altera luporum, tertia myxonis[10 r] piscis, inclinatis jam scilicet moribus, ut tamen eos præferre Græciæ etiam philosophis possimus. Siquidem in Aristotelis hæredum auctione LXX.[11] patinas[s] venisse traditur. Nam nos cum unam[t] Æsopi tragœdiarum histrionis in natura avium[u] diceremus sestertiis centum[12] stetisse, non dubito indignatos legentes. At hercules, Vitellius[v] in principatu suo $\overline{X}$. H-S.[13 w] condidit patinam, cui

nov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—10 Cod. Dalec. *mixti*.—11 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *LX.* Gronov. et vulgg.—12 'Ms. *diceremus sexcenta sestertia.* Lego, *sexcentis sestertiis.* Supra quoque, x. 51. Æsopi patinam DC. taxat sestertiis.' *Dalec.*—13 Gronov. et vulgg. ante Harduin. *CC. sestertiis;* Budæus e Vet. *decies sestertium;* Hot. de Re Numm.

NOTÆ

[q] *Tripatinum*] Nomen inventum a patina tergemina. Ut porro lancibus cibi simplices apponebantur, ut carnes assæ, fructusque, sic patinis condebantur pisces, tyrotaricha, et similia. Atque ut λοπάδες Græcis, ita patinæ quoque habent operculum, quo lances carent. Unde parœmia, 'Dignum patella operculum.'

[r] *Tertia myxonis*] Sive bacchi, de quo XXXII. 25. et IX. 28.

[s] *LXX. patinas*] Ita Mss. non *LX.* Laërtius lib. v. in Aristotelis Vita, pag. 117. λοπάδας πλείστας, *patinas plurimas,* minime definito numero, repertas post ejus obitum ait.

[t] *Nam nos cum unam*] In Æsopo histrione patinam unam ferre vix potuimus: in Philosopho, LXX. quis ferat?

[u] *In natura avium*] Lib. X. cap. 72.

[v] *Vitellius*] A. Vitellius Imp. cui Vespasianus successit.—'Ante Vespasianum qui præcesserunt Augusti, Principes a Plinio tantum appellantur, nunquam fere Imperatores: qua causa, incertum. At illud in confesso esse oportet, Principibus Imperatoribusque ipsis superiorem semper extitisse Rempublicam: Principes appellatos fuisse, quoniam essent senatus principes, ut fuere in Hollandia, 'Stadhouderi:' Imperatores, quod exercitibus Reipublicæ præessent, quos Galli dicimus, *Generalissimes.* Testes præter alios innumeros nummi sunt quatuor: Hadriani, Commodi, Gordiani, et Probi; in quibus Augusti stantes nudo capite ab Roma sedente et galeata orbem Romanum regendum accipiunt, astantibus vel Pace cum Victoria, vel Prætorianis militibus. Hadriani nummus est ex ære magno, in Museo nostro et apud Angeloni, p. 174. Commodi ex ære maximo, in Gaza Regia: Gordiani Pii Felicis, ex ære simili, apud D. Vaillant, p. 229. Denique Probi ex eodem ære, in Thesauro Regio. Alia sunt ejus rei argumenta plurima, sed non hujus loci.' *Ed. sec.*

[w] *$\overline{X}$. H-S.*] Sic Reg. 2. et alii:

Digitized by Google

faciendæ fornax in campis exædificata erat: quoniam eo pervenit luxuria, ut etiam fictilia pluris constent,[14] quam murrhina. Propter hanc Mucianus altero consulatu suo,[x] in conquisitione,[15] exprobravit patinarum paludes Vitellii memoriæ:[y] non illa fœdiore, cujus veneno Asprenati[z] reo Cassius Severus accusator objiciebat,[c] interisse CXXX. convivas. Nobilitantur iis oppida quoque, ut Rhegium, et Cumæ.[a] Samia testa[b] Matris Deum sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputare, nec aliter citra perniciem, M. Cælio[16] credamus:[c] qui linguam sic amputandam ob-

[c] *Cum esset illa Vitellii Imp. profusio fœdior, quam Asprenatis hominis privati veneficium, quod ei Cassius objecit, &c.*

p. 262. *ducenties.* Bipont. *decies cent. mil. H-S.*—14 Cod. Dalec. *constiterint.*—15 Cod. Dalec. et al. *in concione;* Vet. Dalec. *in conquestione.*—16 Gronov. et al. ante Harduin. *amputant, nec .... perniciem, si M. Cælio.*—

NOTÆ

non, ut editi, *CC. sestertiis.* Sic etiam Budæus in vetustis exemplaribus vidit, ipso ita prodente, lib. IV. fol. 112. Hoc est, decies sestertium, sive, quod idem est, decies centenis millibus sestertium. Monetæ nostratis hæc efficiunt libras, ut vocant, 100000. De hac patina Suetonius in Vitellii vita, cap. 13. 'Famosissima super ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre ... Hanc quoque exsuperavit ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum Minervæ, αἰγίδα πολιούχου, dictitabat. In hac scarorum jecinora,' &c. Et cap. 17. ubi de conviciis quibus a plebe moriens incessebatur, Patinarium nuncupatum tradit.

[x] *Altero consulatu suo*] Quem gessit anno post Urbem conditam, DCCCXXII. Collega Domitiano Vespasiani F. ex Kalendis Juliis. De Muciano dicemus in Auctorum Indice. Defecerat is a Vitellio in Vespasiani partes. Vide Sueton. in Vespas. cap. 6. et 13.

[y] *Vitellii memoriæ*] Nam anno ante supplicium Vitellius dederat. Patinarum autem paludes figurate dixit, allusione Pontinæ paludis, cum patina ipsa fictilis esset et lutea. De Pontina seu Pomptina palude, quem locum olim triginta trium urbium Mucianus ter Consul prodidit, Plinius III. 9.

[z] *Asprenati*] Suetonius in Aug. c. 56. 'Cum C. Nonius Asprenas arctius ei junctus (Augusto) causam veneficii, accusante Cassio Severo, diceret, consuluit senatum, quid officii sui putaret,' &c.

[a] *Et Cumæ*] Martialis XIV. 114. cui lemma inscriptum, 'Patella Cumana:' 'Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere testam Municipem misit casta Sibylla suam.'

[b] *Samia testa*] Testatur id quoque Martialis, sed obscœno carmine, III. 81.

[c] *M. Cælio credamus*] Is esse Cælius videtur, quem reum defendit Tullius, oratione pro eo habita, quæ etiamnum extat.

Digitized by Google

jecit gravi probro,[d] tanquam[17] et ipse jam tunc eidem Vitellio malediceret. Quid non excogitavit ars? fractis etiam testis utendo sic, ut firmius durent tusis calce addita, quæ vocant Signina.[e] Quo genere etiam pavimenta excogitavit.

XLVII. (XIII.) Verum et ipsius terræ sunt alia commenta.[1] [f] Quis enim satis[g] miretur pessimam ejus partem, ideoque pulverem[h] appellatum[2] in Puteolanis collibus, opponi maris fluctibus: mersumque protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem undis, et fortiorem quotidie, utique si Cumano misceatur cæmento?[3]

Eadem est terræ natura et in Cyzicena regione: sed ibi

17 Cod. Dalec, *quoniam;* Vet. Dalec. *quanquam.*

CAP. XLVII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *segmenta* edd. vett. et Gronov.—2 Cod. Dalec. *mediamque pulverem appellatam.* Mox, in eodem codice: *mersumque. Protinus, &c. in undis.* —3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *si calci misceatur et cæmento*, e Vitruvio.

NOTÆ

d *Gravi probro*] Cælius aiebat linguam amputandam ejus pudendi criminis reis, quod Bætico Martialis objicit, loc. cit. quod libidinis genus et in Vitellio tacite arguit hoc loco Plinius: itemque Tranquillus, cap. 3. et 4.

e *Quæ vocant Signina*] A Signia Italiæ oppido, de quo lib. III. in Geographicis diximus. Signini operis mentio apud Columellam I. 6. Signino alveo deductas Ravennam aquas prodidit Cassiodorus Var. Epist. v. 38.

f *Alia commenta*] Sic Reg. 2. ceterique Mss. Recte: nunc terræ ipsius commenta laudantur, ut proxime ante artis. Editi, *segmenta*, male.

g *Quis enim satis*] Planius hæc traduntur a Vitruvio, sed eadem tamen, II. 6. p. 24. 'Est etiam genus pulveris, quod efficit naturaliter res admirandas. Nascitur in regionibus Baianis, et in agris municipiorum, quæ sunt circa Vesuvium montem: quod commixtum cum calce et cæmento, non modo ceteris ædificiis præstat firmitates, sed etiam moles, quæ construuntur in mari, sub aqua solidescunt.'

h *Ideoque pulverem*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 1. Etiammum pulverem eum Itali Gallique *Pozzolane* nuncupant, tectoriis parietum utilissimum. Seneca Natur. Quæst. lib. III. p. 872. 'Puteolanus pulvis, si aquam attigit, saxum est.' Sidonius Apollin. Paneg. Anthemii Aug. p. 290. de amplitudine agens urbis Byzantinæ: 'Porrigis ingentem spatiosis mœnibus urbem, Quam tamen angustam populus facit. Itur in æquor Molibus, et veteres tellus nova contrahit undas. Namque Dicarchææ translatus pulvis arenæ Intratis solidatur aquis, durataque massa Sustinet advectos peregrino in gurgite campos.' Vide etiam Dionem lib. XLVIII. p. 389.

Digitized by Google

non pulvis, verum ipsa terra qualibet magnitudine excisa, et demersa in mare, lapidea extrahitur. Hoc idem circa Cassandriam produnt fieri: et in fonte Gnidio dulci intra octo menses terram lapidescere. Ab Oropo quidem Aulida[4] usque quicquid terræ attingitur mari mutatur in saxa. Non multum a pulvere Puteolano distat e Nilo arena[i] tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria fluctusque frangendos, sed ad debellanda corpora palæstræ studiis.[j] Inde certe Patrobio,[k] Neronis principis liberto, advehebatur. Quin et Leonnato,[l] et Cratero, ac Meleagro Alexandri Magni ducibus sabulum hoc portari[5] cum reliquis militaribus commerciis reperio. Plura de hac parte non sum dicturus, non hercules magis, quam de terræ usu in ceromatis, quibus exercendo juventus nostra corpora, vires animorum perdidit.

XLVIII. (XIV.) Quid? non et in Africa[1] Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos,[m] quoniam in

—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Aulidem* Gronov. et al. vett. Mox, *accingitur mari* Vet. Dalec.—5 Vet. Dalec. *portatum*. Mox, in eodem Vet. *militaribus commeatibus*.

CAP. XLVIII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier*. *non in Africa* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *sunt parietes*,

NOTÆ

[i] *E Nilo arena*] Qualis advecta Romam, teste Sueton. in Nerone, c. 45. 'Ex annonæ quoque caritate luctantium accrevit invidia. Nam et forte accidit, ut in publica fame Alexandrina navis nuntiaretur pulverem luctatoribus aulicis advexisse.'

[j] *Palæstræ studiis*] Nam palæstritæ et luctaturi corpora pulvere aspergebant.

[k] *Patrobio*] Meminere hujus Neroniani liberti Dio lib. LXIII. p. 717. et Suetonius in Galba, c. 20.

[l] *Quin et Leonnato*] De his Alexandri ducibus vide Arrianum in Exped. Alex. Ælianum Var. Hist. IX. 3. et Justinum XIII. 14. Λεοννάτος, Κράτερος, Μελέαγρος.

[m] *Formaceos*] Probat hanc lectionem Sirmondus noster in Notis ad Sidonium, p. 13. adjicitque structiles rivorum canales, quibus aqua ducitur, formas pariter nuncupari, quod appressis forma utrimque tabulis instruantur: quo sensu aquas formarum dixit Cassiodorus Var. Ep. III. 31. Et Epist. 53. 'Romam formarum inundatione ditissimam.' Et v. 38. 'Formam Ravennatem.' Denique lib. VII. inter formulas sexta est 'formula Comitivæ formarum Urbis.' Et Vetus inscriptio, quam Fabrettus affert, lib. de Aquæduct. p. 20.

IMP. CÆS. M. AVRELIVS
ANTONINVS. PIVS
AQVAM. MARCIAM. VARIIS

Digitized by Google

forma circumdatis utrimque duabus tabulis inferciuntur verius, quam instruuntur, ævis[2] durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores? Spectat etiam nunc[3] speculas Hannibalis[n] Hispania, terrenasque turres jugis montium impositas. Hinc et cespitum natura, castrorum vallis accommodata, contra[4] fluminum impetus aggeribus. Illini quidem[o] crates parietum luto, et lateribus crudis[p] exstrui, quis ignorat?

XLIX. Lateres non sunt[a] e sabuloso, neque arenoso,[b]

q. a. fornaceos, quoniam fornacium modo circumdati cod. Dalec.—2 Vet. Dalec. *instruuntur. Ævis.*—3 *Spectat etiamnum* cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *et contra.*

NOTÆ

KASIBVS. IMPEDITAM
PVRGATO. FONTE
EXCISIS. ET. PERFORATIS
MONTIBVS
RESTITVTA. FORMA
ADQVISITO. ETIAM. FONTE
NOVO. ANTONINIANO
IN SACRAM. VRBEM. SVAM
PERDVCENDAM. CVRAVIT.

Isidorus xv. 9. 'Formatum sive formarium in Africa vel Hispania parietes de terra appellant, quomodo in forma circumdatis duabus utrimque tabulis inferciuntur verius, quam instruuntur.' Palladius I. 34. de munitionum horti generibus: 'Alii luto,' inquit, 'inter formas clauso parietes figuratos ex lateribus imitantur.' Hispani *Tapias* vocant ejusmodi parietes.

[n] *Speculas Hannibalis*] Harum Hannibalis turrium facta superius mentio, II. 73. 'In Africa Hispaniaque Hannibalis turrium,' &c.

[o] *Illini quidem*] Hodieque rura nostra parietes cratibus, luto oblitis, et argilla pingui, e qua lateres fiunt, exstruunt.

[p] *Et lateribus crudis*] Ut ignis et fornacum impensæ parcatur: ut inter se melius coagmententur crudi, et ideo molliores lateres: ut cæmento exiguo sit opus: ut breviore temporis spatio murus perficiatur. Ita Dalecampius.

[a] *Lateres non sunt*] Hæc explanatius paulo Vitruvius II. 3. p. 21. a quo Plinius mutuatus est: 'Itaque primum de lateribus, qua de terra duci eos oporteat, dicam. Non enim de arenoso, neque calculoso, neque sabuloso luto sunt ducendi: quod ex his generibus cum sunt ducti, primum fiunt graves; deinde, cum ab imbribus asperguntur, dilabuntur, et dissolvuntur; paleæque, quæ in his ponuntur, non cohærescunt propter asperitatem. Faciendi autem sunt ex terra albida, cretosa, sive de rubrica, aut etiam masculo sabulone,' &c. Sabulum, vel sabulonem vocant arenam, non quidem tenuiorem, minutioremque, ut in Thesauro Rob. Stephani scribitur, sed crassiorem, vilioremque: quod recte docet Agricola lib. VII. de Natura Fossil. p. 321. 'Sabulum crassius est quam arena: quod vel durum est, vel molle: illud marem, hoc fœminam appellant. Masculum utilius sternendis viis,' &c.

[b] *Neque arenoso*] De arenæ generibus dicetur XXXVI. 55.

Digitized by Google

multoque minus calculoso ducendi solo, sed e cretoso et albicante, aut ex rubrica: vel si jam ex sabuloso, e masculo certe.[1] Finguntur[c] optime vere: nam solstitio rimosi fiunt. Ædificiis[d] nonnisi bimos[e] probant. Quin et intritam[f] ipsam[2] eorum, prius quam fingantur, macerari oportet. Genera eorum tria: Lydion,[3][g] quo utimur, longum sesquipede, latum pede:[4] alterum tetradoron, tertium pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum[h] vocabant, et ideo dora munera, quia manu darentur. Ergo a

Cap. xlix. 1 Cod. Dalec. *rubrica et sabulo, masculo certe;* Vet. Dalec. *vel si jam ex sabulo masculo certe,* e Vitruvio.—2 Cod. Dalec. *fiunt, quos ædificiis non idoneos probant quidam. Terram ipsam;* Vet. Dalec. *quin et intritum eorum.*—3 Gronov. et al. ante Harduin. *didoron.*—4 'Alii, *longum pede, latum semipede,* e Vitruvio. Philander tamen hanc lectionem veriorem putat.'

NOTÆ

[c] *Finguntur*] Vitruvius II. 2. p. 22. 'Ducendi autem sunt per vernum tempus, et autumnale, ut uno tenore siccescant. Qui enim per solstitium parantur, ideo vitiosi sunt, quod summum corium Sol acriter cum percoquit, efficit ut videantur aridi: interius autem sint non sicci: et cum postea siccescendo se contrahunt, perrumpunt ea quæ erant arida: ita rimosi efficiuntur imbecilli.' Sic etiam Palladius in Maio lib. VI. tit. 12. p. 120.

[d] *Ædificiis*] Hæc rursum ex Vitruvio loc. cit. ubi causam hujusce placiti aperit: 'Maxime autem,' inquit, 'utiliores erunt, si ante biennium fuerint ducti: namque non ante possunt penitus siccescere,' &c.

[e] *Nonnisi bimos*] Sic bimum semen alibi Plinius, nuces bimas Cato dixere.

[f] *Quin et intritam*] Totidem apicibus Reg. 2. et alii. Intrita porro, quæ vox et alibi occurrit apud Plinium, materia est, ex qua lateres finguntur, intrita et subacta.

[g] *Lydion*] Sic Reg. 2. ceterique Mss. non, ut editi, *didoron.* Hæc paulo aliter Vitruvius loc. cit. 'Fiunt autem laterum genera tria: unum, quod Græce δίδωρον appellatur, id est, quo nostri utuntur, longum pede, latum semipede.' (In vetusto Vitruvii codice legisse se Philander ait, 'quod Græce Lychum,' sed 'Lydium' debuit dicere, 'longum sesquipede, latum pede,' quam scripturam ipse approbat.) Pergit vero mox Vitruvius: 'Ceteris duobus Græcorum ædificia struuntur. Ex his unum pentadoron, alterum tetradoron dicitur. Doron autem Græci appellant palmum, quod munerum datio Græce δῶρον appellatur: id autem semper geritur per manus palmum. Ita quod est quoquoversus quinque palmorum, pentadoron: quod quatuor, tetradoron dicitur: et quæ sunt publica opera pentadoro: quæ privata, tetradoro struuntur.' At non item nomen a mensura primum genus habet, Vitruvio teste, ipsoque mox Plinio.

[h] *Doron palmum*] Palmus quatuor pollicum fuit: pes duodenum.

Digitized by Google

quatuor et quinque palmis, prout sunt, nominantur. Eadem est latitudo. Minore in privatis operibus, majore in publicis utuntur in Græcia. Pitanæ in Asia, et in ulteriore Hispania, civitatibus Maxilua et Callento,[5] [i] fiunt lateres, qui siccati non merguntur in aqua. Sunt enim e terra pumicosa, cum subigi potest, utilissima.[j] Græci, præterquam ubi e silice fieri poterat structura, parietes lateritios [k] prætulere.[6] Sunt enim æterni, si ad perpendiculum fiant. De eo [l] et publica opera et regias domos struxere: murum Athenis, qui ad montem Hymettum spectat: Patris,[m] ædes [7] Jovis et Herculis, quamvis lapideas columnas et epistylia [n] circumdarent: domum Trallibus[o] regiam Attali: item Sardibus Crœsi, quam gerusian [p] fecere: Halicar-

Dalec.—5 'Ita Mss. Reg. 2. et 3. In montibus qui dicuntur *Sierra-Morena*, est locus qui appellatur *Cala*. Ibi videntur fuisse civitas Maxilua et Callentum. Callenses populos vidimus supra III. 2.' *Brotier.* *et in ulterioris Hispaniæ civitatibus Massia et Calento* Gronov. et vulgg. *et in ulterioris Hispaniæ civitatibus, Maxilua et Calento* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Cod. Dalec. *extulere.*—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ideo et in publica opera et regias domos adduntur. Sic struxere murum ... spectat: sic Patris ædes* Gronov. et al. vett. sic *Patris ædem* cod. Dalec. Mox, *domum regiam Attali*

NOTÆ

[i] *Maxilua et Callento*] Μαξίλουα Ptolemæo Bæticæ oppidum. Callentum, Plinio II. 3. pag. 296. ubi oppidanos Callenses appellari diximus. Vide Notas et Emend. num. 20.

[j] *Utilissima*] Vitruvius id explicans, loc. cit. pag. 23. 'Sic autem,' inquit, 'magnas habent utilitates, quod neque in ædificationibus sint onerosi, (de lateribus pumicosis agit,) et cum ducuntur, a tempestatibus non dissolvuntur.'

[k] *Parietes lateritios*] Quæ deinceps sequuntur, usque ad ea verba, 'Romæ non fiunt talia ædificia,' ad calcem fere hujus cap. totidem pæne apicibus syllabisque apud Vitruvium leges, II. 8.

[l] *De eo*] De latere. Vitruvius loc. cit. 'Et publica opera, et privatas domos, etiam regias e latere structas licet videre.'

[m] *Patris*] Patræ Achaiæ oppidum, de quo in Geographicis libro quarto. Vide Notas et Emend. num. 21.

[n] *Et epistylia*] Ἐπιστύλιον, trabs est summis columnis imposita. Nostrates *Architravem* vocant, fictitia voce partim e Græco ἀρχὴ, et e Latino *trabs*: quasi præcipuam trabem. *L'Architrave qui se met sur les colonnes entre le chapiteau et la frise.* Structores vocant *Arquitrave*, et *poitrail.*

[o] *Domum Trallibus*] Vitruvius: 'Trallibus, domum regibus Attalicis factam.'

[p] *Quam gerusian*] Γερουσία *Senatum, seniorumve collegium* sonat. Vitruvius loc. cit. 'Crœsi domus, quam Sardiani civibus ad requiescendum ætatis otio, seniorum collegio Gerusian dedicaverunt.' In nummis, ΓΕΡΟΥΣΙΑ ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ.

Digitized by Google

nassi, Mausoli: quæ etiam nunc durant. Lacedæmone quidem excisum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excellentiam picturæ, ligneis formis inclusum, Romam deportavere in ædilitate, ad Comitium exornandum, Muræna[q] et Varro. Cum opus per se[8] mirum esset, translatum tamen magis mirabantur. In Italia quoque lateritius murus Arretii et Mevaniæ est. Romæ non fiunt[r] talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus quam unam contignationem tolerat. Cautumque est, ne communis crassior fiat, nec intergerivorum[9] [s] ratio patitur.

L. (XV.) Hæc sint dicta de lateribus. In terræ autem reliquis generibus vel maxime mira natura est sulfuris,[1] quo plurima domantur. Nascitur in insulis[a] Æoliis inter Siciliam et Italiam, quas ardere diximus.[b] Sed nobilissimum in Melo[c] insula. In Italia quoque invenitur, in Neapolitano Campanoque agro, collibus qui vocantur Leucogæi.[d] Ibi e cuniculis[2] [e] effossum, perficitur igni. Genera quatuor:[f] vivum, quod Græci apyron[g] vocant, nas-

Trallibus cod. Dalec.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Quod opus cum per se* Gronov. et vulgg.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nec intergerinorum* Gronov. et vulgg.

CAP. L. 1 Cod. Dalec. *autem generibus secundum regiones, vel maxime natura mira est sulphuris.*—2 *Quod est cuniculis* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

q *Muræna*] Licinius Muræna, quem Cicero oratione defendit, quæ extat.

r *Romæ non fiunt*] Et hoc pariter a Vitruvio II. 31. pag. 31. 'Leges publicæ non patiuntur majores crassitudines, quam sesquipedales constitui, loco communi .... Lateritii vero parietes sesquipedali crassitudine non possunt plusquam unam sustinere contignationem.' Romæ vero, et in Urbis majestate, atque in civium infinita frequentia, ut cœnacula plura fierent, ad pedes LXX. tollere ædificia Augusti decreto permittebatur, teste Strab. lib. V. p. 235.

s *Intergerivorum*] Ita Reg. 2. ceterique, non *intergerinorum*. Et Festus: 'Intergerivi parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, et quasi intergeruntur.' Nostrates appellant, *Mur mitoyen*.

a *Nascitur in insulis*] Isidorus Orig. XVI. 1.

b *Quas ardere diximus*] Lib. III. 14.

c *In Melo*] Diosc. V. 124.

d *Leucogæi*] De colle Leucogæo diximus XVIII. 29.

e *Ibi e cuniculis*] In libris editis, *Quod est cuniculis*. In Reg. 2. aliisque, *Leucogelibie cuniculis*.

f *Genera quatuor*] Isidorus loc. cit.

g *Apyron*] Ἄπυρον, *quod ignem minime expertum est*. Celsus V. 18. 'Malagma ad strumas .... Sulfu-

Digitized by Google

citur solidum, hoc est, gleba: quo solum[3][h] ex omnibus generibus medici utuntur: cetera enim liquore constant,[4] et conficiuntur oleo incocta.[i] Vivum[j] effoditur, translucetque,[5] et viret. Alterum genus[k] appellant glebam, fullonum tantum officinis familiare. Tertio quoque[l] generi unus tantum est usus ad suffiendas[6] lanas, quoniam candorem tantum mollitiemque confert. Egula[7] vocatur hoc genus. Quarto autem[m] ad ellychnia maxime conficienda. Cetero tanta vis est,[8][n] ut morbos comitiales deprehendat nidore, impositum igni. Lusit et Anaxilaus eo,[o] candens in calice vini[9][p] prunaque subdita circumferens, exardescentis repercussu pallorem dirum velut defunctorum offundente conviviis.[q] Natura ejus[r] calfacit,[10] concoquit: sed

—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *glebosum*. *Eo solo* Gronov. et vulgg.—4 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier*. Ita quoque edd. vett. et Gronov. *utuntur*. *Solum* (*cetera enim liquore constant, et conficiuntur oleo incocta*:) Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *liquore incocta* cod. Dalec.—5 Vet. Dalec. *pellucetque*. Mox, *officiis familiare* cod. Dalec.—6 Vet. Dalec. *suffitum*.—7 'Ms. *Eglula*; fortassis *Æglula*, ἀπὸ τῆς αἴγλης.' *Dalec*.—8 *Ceterum tanta vis ejus* cod. Dalec.—9 'Ita Isidorus Origin. XVI. 1. In Mss. Reg. 2. 3. 5. *in calice vino*. Idem nos præstamus cum spiritu vini et camphora accensis.' *Brotier*. *in calice novo* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *candenti calice, prunaque subdita* Vet. Da-

NOTÆ

ris ignem non experti, quod ἄπυρον vocant.'

[h] *Quo solum*] Isidorus loc. cit.

[i] *Oleo incocta*] Nunc aqua minore impendio incoquitur.

[j] *Vivum*] Isidorus totidem verbis loc. cit.

[k] *Alterum genus*] Ad verbum Isidorus hæc pariter, loc. cit.

[l] *Tertio quoque*] Isidorus loc. cit.

[m] *Quarto autem*] Isidorus loc. cit.

[n] *Cetero tanta vis est*] Si uratur, nidor prodit qui sint morbo comitiali obnoxii: statim enim corripiuntur eo. Isidorus loc. cit.

[o] *Lusit et Anaxilaus eo*] Sulfure scilicet. Ludere hunc solitum magicis imposturis, scribit Irenæus, laudandus a nobis in Auctorum Indice, verbo 'Anaxilaus.' Epiphanius quoque Adv. Hær. lib. I. hæresi 34. pag. 232. Ludorum porro et ludendi vox in hac arte propria: Minutius Felix de magis: 'Quicquid miraculi ludunt, per dæmones faciunt.'

[p] *Candens in calice vini* [*novo*] Candens sulfur scilicet. In libris editis, *in calice novo*. Reg. 2. *in calice vino*. Isidorus Orig. XVI. 1. *in calice vini*. Sed magis arridet vulgata scriptura, multis de causis.

[q] *Conviviis*] Sic libri omnes. Dictum figurate pro *convivis*.

[r] *Natura ejus*] Diosc. V. 124. Θερμαίνει δὲ, καὶ διαφορεῖ, καὶ πεπαίνει ταχέως. *Calfacit, discutit, concoquitque, seu maturat celeriter*.

Digitized by Google

et discutit collectiones corporum: ob hoc talibus emplastris malagmatisque[s] miscetur. Renibus quoque[t] et lumbis in dolore cum adipe mire prodest impositum. Aufert[u] et lichenas a facie[11] cum terebinthi resina, et lepras. Harpacticon[v] vocatur a celeritate avellendi: avelli enim subinde debet. Prodest et suspiriosis[w] linctum. Purulenta quoque extussientibus: et contra scorpionum ictus. Vitiligines[x] vivum[12] nitro mixtum, atque ex aceto tritum et illitum tollit: item lendes in palpebris, aceto sandaracato admixto.[*] Habet et in religionibus locum, ad expiandas suffitu domos.[13][y] Sentitur vis ejus[z] et in aquis ferventibus. Neque alia res facilius accenditur: quo apparet ignium vim magnam etiam ei inesse. Fulmina[a] et fulgura quoque sulfuris odorem habent: ac lux ipsa eorum sulfurea est.[14]

[*] *Aceto in quo diluta sandaraca fuerit.*

lec. Mox, in eodem Vet. *offundente convivis.*—10 Cod. Dalec. *excalfacit.*—11 Idem codex, *e facie.*—12 Voc. *vivum* deest in cod. Dalec.—13 Cod. Dalec. *locum: ad expianda suffiri id mos.*—14 Cod. Dalec. *ac lux ipsorum sulphurea est.*

NOTÆ

[s] *Malagmatisque*] In malagmate quidem ad strumas a Celso adhibetur, loc. cit.

[t] *Renibus quoque*] Q. Serenus cap. 26. de lumbis et renibus sanandis, pag. 141. 'Aut adipi mixtum lumbis inducito sulfur.'

[u] *Aufert*] Diosc. totidem verbis v. 124. et Galenus de Fac. Simp. Med. IX. 3. pag. 262.

[v] *Harpacticon*] Ἁρπακτικὸν, *quod festinanter eripi oporteat.*

[w] *Prodest et suspiriosis*] Diosc. loc. cit. *Βῆχάς τε, καὶ ἐμπύους, καὶ ἀσθματικοὺς ὠφελεῖ ἐν ὠῷ λαμβανόμενον, καὶ ὑποθυμιώμενον . . . . ἰᾶται καὶ σκορπίων πληγὰς, μιγὲν ῥητίνῃ.*

[x] *Vitiligines*] Diosc. loc. cit. *αἴρει δὲ καὶ ἀλφούς.*

[y] *Ad expiandas . . . . domos*] Ad abigenda scilicet ex ædibus noxia. Neque domos tantum, sed et homines ipsos suffiri sic mos fuit: quod Propertius ita expressit IV. 9. sub finem: 'Imperat et totas iterum mutare lacernas, Terque meum tetigit sulfuris igne caput.' Ovidius Fast. IV. 'Cœrulei fiant puro de sulfure fumi,' &c. Juvenalis Sat. II. 157. 'Cuperent lustrari, si qua darentur Sulfura cum tædis.' Ante hos Græcus vates, Odyss. X. *Οἶσε θέειον, γρηῦ, κακῶν ἄκος, οἶσε δέ μοι πῦρ, Ὄφρα θεειώσω μέγαρον. Affer sulfur anus, malorum medelam: affer et ignem: ut domum suffumigem.* Ubi Eustathius: *θέειων θυμιάματος εἶδος, κ. τ. λ.* idque mox esse *θεῖον*, seu *sulfur*, docet.

[z] *Sentitur vis ejus*] Vis nempe medica, in aquis calidis et sulfuratis. Plinius XXXI. 32. 'Est autem utilis aqua sulfurata nervis, aluminata paralyticis,' &c.

[a] *Fulmina*] Et fulgurita quoque ip-

Digitized by Google

LI. Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra: limus e Judææ lacu, ut diximus,[b] emergens: terra in Syria circa Sidonem[c] oppidum maritimum. Spissantur hæc utraque, et in densitatem coëunt. Est vero liquidum bitumen, sicut Zacynthium,[d] et quod a Babylone[1] invehitur. Ibi quidem et candidum gignitur. Liquidum est et[2] Apolloniaticum: quæ omnia Græci pissasphalton[e] appellant, ex argumento[f] picis et bituminis. Gignitur etiam pingue,[g] liquorisque oleacei, in Sicilia Agragantino[3] fonte inficiens rivum. Incolæ id arundinum paniculis[b] colligunt, citissime sic adhærescens.[4] Utuntur eo[h] ad lucernarum lumina olei vice: item ad scabiem[i] jumentorum. Sunt qui et naphtham,[5] de qua in secundo diximus[j] volumine, bituminis generi ascribant. Verum

[b] *E comis arundinum.*

CAP. LI. 1 Cod. Dalec. *et Z. et quod ab Aquilone.*—2 Vet. Dalec. *gignitur liquidum. Est et.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Gignitur et pingue, &c.* edd. vett. et Gronov. *Gignitur et pinguis liquoris in Sicilia, Agrigentino* cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *sic iis adhærescens.*—5 *Est et naphtha*

NOTÆ

sa. Seneca Natur. Quæst. II. 21. p. 852. 'Quid quod omnibus fulguritis odor sulfureus est?'

[b] *Ut diximus*] Lib. V. c. 15.

[c] *Circa Sidonem*] Diosc. I. 99.

[d] *Zacynthium*] Zacynthium, Babyloniumque, et Apolloniaticum bitumen laudant pariter Diosc. loc. cit. et Vitruvius VIII. 3. p. 159.

[e] *Pissasphalton*] Πιττάσφαλτος Dioscoridi I. 100.

[f] *Ex argumento*] Quod mixtam bitumini picem redolet. Mixtum vero utriusque odorem intellige, non naturam. Sed et eadem pissasphaltos, quæ pix et bitumen, si ambo hæc fuerint permixta, pollet, teste Diosc. I. 101.

[g] *Gignitur etiam pingue*] In Reg. 2. et Pintiani cod. *Gignitur etiam pingue dieique liquoris in Silicia.* Nusquam *oleacei* vidimus. Colb. 3. *Gignitur et pinguis liquoris in Sicilia.* Dum sanius occurrat aliquid, in vulgata lectione interim acquiescimus. Solinus cap. 5. pag. 20. 'In lacu Agrigentino oleum supernatat: hoc pingue hæret arundinum comis,' &c.

[h] *Utuntur eo*] Antigonus Carystius in Hist. Mirab. Τοῦτο δ' ἐν τοῖς λύχνοις κάεσθαι, καὶ δύνασθαι φύματα, καὶ ψώραν ἰᾶσθαι. Diosc. I. 99. Γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀγραγαντίνων χώραν τῆς Σικελίας ὑγρὸν ἐπινηχόμενον ταῖς κρήναις, ᾧ χρῶνται εἰς τοὺς λύχνους ἀντὶ ἐλαίου, κ. τ. λ.

[i] *Item ad scabiem*] Solinus et Antigonus, proxime citati. Virgilius item Georg. III. 'Turpis oves tentat scabies.' Mox: 'Et spumas miscent argenti, vivaque sulfura: .... nigrumque bitumen.'

[j] *De qua in secundo diximus*] Lib. II. 109.

Digitized by Google

ardens ejus vis, ignium naturæ cognata, procul ab omni usu abest.[k]

Bituminis probatio,[l] ut quam maxime splendeat, sitque ponderosum ac grave: læve[6] autem modice,[m] quoniam adulteratur pice. Vis quæ sulfuris:[n] sistit, discutit, contrahit,[7] glutinat. Serpentes nidore fugat accensum. Ad suffusiones oculorum et albugines Babylonium[o] efficax traditur: item ad lepras, lichenas, pruritusque corporum. Illinitur[p] et podagris. Omnia autem ejus genera incommodos oculorum pilos replicant. Dentium doloribus[q] medentur simul cum nitro illita. Tussim veterem[r] et anhelitus cum vino[8] potum emendat. Dysentericis etiam datur eodem modo,[s] sistitque alvum. Cum aceto[t] vero potum discutit concretum sanguinem, et detrahit. Mitigat[u] lumborum dolores, item articulorum. Cum farina hordeacea impositum emplastrum peculiare facit sui nominis.[9][v] San-

cod. Dalec. Mox, *generi ascribitur* cod. Dalec.—6 Ita edd. vett. *lene* cod. Dalec. *læve* codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 Cod. Dalec. *attrahit.*—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *medetur si cum nitro illitum: tussi veteri et anhelitui cum vino.*—9 Cod. Dalec. *ar-*

NOTÆ

[k] *Ab omni usu abest*] Medicinæ. Tamen ad suffusiones oculorum et ad albugines adhibetur a Diosc. I. 101.

[l] *Bituminis probatio*] Diosc. hæc totidem verbis, I. 99.

[m] *Læve autem modice*] Quoniam, cum sordibus asperum est, adulteratum pice intelligitur. Diosc. loc. cit. Ἡ ῥυπώδης φαύλη· δολοῦται γὰρ πίσσης μιγνυμένης.

[n] *Vis quæ sulfuris*] Diosc. I. 101. Δύναμιν ἔχει πᾶσα ἄσφαλτος ἀφλέγμαντον, κολλητικὴν, διαφορητικὴν, μαλακτικήν.

[o] *Babylonium*] Ad caligantes oculos Judaicum præfert Theod. Priscianus I. 10. cum herba parietaria, æquis ponderibus admixta.

[p] *Illinitur*] Diosc. loc. cit. Ἀρήγει δὲ καὶ ποδαγρικοῖς, καὶ ἀρθριτικοῖς, καὶ ληθαργικοῖς, κ. τ. λ.

[q] *Dentium doloribus*] Diosc. loc. cit. Ὀδόντων ἀλγήματα περιπλασθεῖσα πραΰνει. Nec illitu modo, sed et suffitu dentium dolorem levant, teste Marcello Empir. c. 12. p. 91.

[r] *Tussim veterem*] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. c. 17. p. 123.

[s] *Dysentericis .... eodem modo*] Hoc est, cum vino. Marcellus Empir. c. 27. p. 192. ex aqua præbet. Diosc. loc. cit. infundi clystere liquatum cum ptisana jubet: Ἐγκλύζεται καὶ ἐπὶ δυσεντερικῶν σὺν πτισσάνῃ τακεῖσα.

[t] *Cum aceto*] Diosc. loc. cit. Καὶ θρόμβους αἵματος διαλύει σὺν ὄξει ποθεῖσα. *Et grumos sanguinis solvit cum aceto potum.*

[u] *Mitigat*] Diosc. loc. cit.

[v] *Sui nominis*] Διὰ ἀσφάλτου.

Digitized by Google

guinem sistit. Vulnera colligat.[10] Glutinat nervos.[w] Utuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, et hedyosmi[x] pari pondere cum myrrhæ obolo subacti. Comitiales[y] morbos ustum deprehendit. Vulvarum[z] strangulationes olfactum discutit cum vino et castoreo. Procidentes[a] suffitu[11] reprimit. Purgationes[b] fœminarum in vino potum elicit.[12] In reliquo usu æramentis[c] illinitur, firmatque ea contra ignes. Diximus[d] et tingui solitas[13] ex eo statuas, et illini. Calcis quoque usum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.[c] Placet et ferrariis[14] fabrorum officinis tinguendo ferro,[e] clavorumque capitibus, et multis aliis usibus.

LII. Nec minor, aut ab eo[1] dissimilis est aluminis[f] opera, quod intelligitur salsugo terræ. Plura et ejus genera. In Cypro candidum, et nigrum, exigua coloris differentia, cum sit usus[2] magna: quoniam inficiendis[g] claro colore lanis candidum liquidumque utilissimum est: contraque fuscis aut obscuris, nigrum. Et aurum nigro[h] purgatur.

[c] *Calcis vicem præbet bitumen, conglutinatis eo Babylonis muris.*

ticul. cum far. hor. impositum. Empl. peculiare facit suo nomine.—10 Cod. Dalec. *colligit.*—11 Cod. Dalec. *discutit. Cum vino et castoreo procedenti sedi suffitur ;* Gronov. et al. ante Harduin. *Procidentia sedis suffitu.*—12 Cod. Dalec. *ejicit.*—13 Cod. Dalec. *attingi solitum.*—14 *Placet in ferrariis* cod. Dalec.

NOTÆ

[w] *Glutinat nervos*] Præcisos.

[x] *Hedyosmi*] Ἡδύοσμος Græcis dicitur, quæ *menta* Latinis.

[y] *Comitiales*] Diosc. loc. cit. Ἐλέγχει δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς ὑποθυμιαθεῖσα, κ. τ. λ.

[z] *Vulvarum*] Diosc. loc. cit. Ποιοῦσα πρὸς πνῖγας ὑστερικὰς, καὶ προπτώσεις, προστιθεμένη, καὶ ὀσφραινομένη, καὶ ὑποθυμιωμένη.

[a] *Procidentes*] Vulvas scilicet. Sic Reg. 2. et Pintiani codex. In editis, haud satis sincere, *Procidentia sedis.* Adjuvat Dioscorides verbis allatis proxime.

[b] *Purgationes*] Diosc. loc. cit. Πινομένη δὲ μετ' οἴνου καὶ καστορίου ἔμμηνα κινεῖ.

[c] *Æramentis*] Æramenta sunt opera ex ære facta, ut ferramenta ex ferro.

[d] *Diximus*] Lib. XXXIV. c. 9. 'Bitumine antiqui tinguebant eas.'

[e] *Tinguendo ferro*] Illinendo ferro. Nostri dicunt, *vernir.*

[f] *Aluminis*] *De l'Alun.*

[g] *Quoniam inficiendis*] Quare Theod. Priscianus I. 1. 'alumen' appellat 'quo infectores utuntur.'

[h] *Et aurum nigro*] Utuntur eo et aurifices ad inaurandum.

Digitized by Google

ardens ejus vis, ignium naturæ cognata, procul ab omni usu abest.[k]

Bituminis probatio,[l] ut quam maxime splendeat, sitque ponderosum ac grave: læve[6] autem modice,[m] quoniam adulteratur pice. Vis quæ sulfuris:[n] sistit, discutit, contrahit,[7] glutinat. Serpentes nidore fugat accensum. Ad suffusiones oculorum et albugines Babylonium[o] efficax traditur: item ad lepras, lichenas, pruritusque corporum. Illinitur[p] et podagris. Omnia autem ejus genera incommodos oculorum pilos replicant. Dentium doloribus[q] medentur simul cum nitro illita. Tussim veterem[r] et anhelitus cum vino[8] potum emendat. Dysentericis etiam datur eodem modo,[s] sistitque alvum. Cum aceto[t] vero potum discutit concretum sanguinem, et detrahit. Mitigat[u] lumborum dolores, item articulorum. Cum farina hordeacea impositum emplastrum peculiare facit sui nominis.[9][v] San-

cod. Dalec. Mox, *generi ascribitur* cod. Dalec.—6 Ita edd. vett. *lene* cod. Dalec. *læve* codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 Cod. Dalec. *attrahit.*—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *medetur si cum nitro illitum: tussi veteri et anhelitui cum vino.*—9 Cod. Dalec. *ar-*

NOTÆ

[k] *Ab omni usu abest*] Medicinæ. Tamen ad suffusiones oculorum et ad albugines adhibetur a Diosc. I. 101.

[l] *Bituminis probatio*] Diosc. hæc totidem verbis, I. 99.

[m] *Læve autem modice*] Quoniam, cum sordibus asperum est, adulteratum pice intelligitur. Diosc. loc. cit. Ἡ ῥυπώδης φαύλη· δολοῦται γὰρ πίσσης μιγνυμένης.

[n] *Vis quæ sulfuris*] Diosc. I. 101. Δύναμιν ἔχει πᾶσα ἄσφαλτος ἀφλέγμαντον, κολλητικὴν, διαφορητικὴν, μαλακτικήν.

[o] *Babylonium*] Ad caligantes oculos Judaicum præfert Theod. Priscianus I. 10. cum herba parietaria, æquis ponderibus admixta.

[p] *Illinitur*] Diosc. loc. cit. Ἀρήγει δὲ καὶ ποδαγρικοῖς, καὶ ἀρθριτικοῖς, καὶ ληθαργικοῖς, κ. τ. λ.

[q] *Dentium doloribus*] Diosc. loc. cit. Ὀδόντων ἀλγήματα περιπλασθεῖσα πραΰνει. Nec illitu modo, sed et suffitu dentium dolorem levant, teste Marcello Empir. c. 12. p. 91.

[r] *Tussim veterem*] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. c. 17. p. 123.

[s] *Dysentericis .... eodem modo*] Hoc est, cum vino. Marcellus Empir. c. 27. p. 192. ex aqua præbet. Diosc. loc. cit. infundi clystere liquatum cum ptisana jubet: Ἐγκλύζεται καὶ ἐπὶ δυσεντερικῶν σὺν πτισσάνῃ τακεῖσα.

[t] *Cum aceto*] Diosc. loc. cit. Καὶ θρόμβους αἵματος διαλύει σὺν ὄξει ποθεῖσα. *Et grumos sanguinis solvit cum aceto potum.*

[u] *Mitigat*] Diosc. loc. cit.

[v] *Sui nominis*] Διὰ ἀσφάλτου.

Digitized by Google

guinem sistit. Vulnera colligat.[10] Glutinat nervos.[w] Utuntur etiam ad quartanas bituminis drachma, et hedyosmi[x] pari pondere cum myrrhæ obolo subacti. Comitiales[y] morbos ustum deprehendit. Vulvarum[z] strangulationes olfactum discutit cum vino et castoreo. Procidentes[a] suffitu[11] reprimit. Purgationes[b] fœminarum in vino potum elicit.[12] In reliquo usu æramentis[c] illinitur, firmatque ea contra ignes. Diximus[d] et tingui solitas[13] ex eo statuas, et illini. Calcis quoque usum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.[c] Placet et ferrariis[14] fabrorum officinis tinguendo ferro,[e] clavorumque capitibus, et multis aliis usibus.

LII. Nec minor, aut ab eo[1] dissimilis est aluminis[f] opera, quod intelligitur salsugo terræ. Plura et ejus genera. In Cypro candidum, et nigrum, exigua coloris differentia, cum sit usus[2] magna: quoniam inficiendis[g] claro colore lanis candidum liquidumque utilissimum est: contraque fuscis aut obscuris, nigrum. Et aurum nigro[h] purgatur.

[c] *Calcis vicem præbet bitumen, conglutinatis eo Babylonis muris.*

ticul. cum far. hor. impositum. Empl. peculiare facit suo nomine.—10 Cod. Dalec. *colligit.*—11 Cod. Dalec. *discutit. Cum vino et castoreo procedenti sedi suffitur ;* Gronov. et al. ante Harduin. *Procidentia sedis suffitu.*—12 Cod. Dalec. *ejicit.*—13 Cod. Dalec. *attingi solitum.*—14 *Placet in ferrariis* cod. Dalec.

NOTÆ

[w] *Glutinat nervos*] Præcisos.

[x] *Hedyosmi*] Ἡδύοσμος Græcis dicitur, quæ *menta* Latinis.

[y] *Comitiales*] Diosc. loc. cit. Ἐλέγχει δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς ὑποθυμιαθεῖσα, κ. τ. λ.

[z] *Vulvarum*] Diosc. loc. cit. Ποιοῦσα πρὸς πνῖγας ὑστερικὰς, καὶ προπτώσεις, προστιθεμένη, καὶ ὀσφραινομένη, καὶ ὑποθυμιωμένη.

[a] *Procidentes*] Vulvas scilicet. Sic Reg. 2. et Pintiani codex. In editis, haud satis sincere, *Procidentia sedis.* Adjuvat Dioscorides verbis allatis proxime.

[b] *Purgationes*] Diosc. loc. cit. Πινομένη δὲ μετ' οἴνου καὶ καστορίου ἔμμηνα κινεῖ.

[c] *Æramentis*] Æramenta sunt opera ex ære facta, ut ferramenta ex ferro.

[d] *Diximus*] Lib. XXXIV. c. 9. 'Bitumine antiqui tinguebant eas.'

[e] *Tinguendo ferro*] Illinendo ferro. Nostri dicunt, *vernir.*

[f] *Aluminis*] *De l'Alun.*

[g] *Quoniam inficiendis*] Quare Theod. Priscianus I. 1. 'alumen' appellat 'quo infectores utuntur.'

[h] *Et aurum nigro*] Utuntur eo et aurifices ad inaurandum.

Digitized by Google

Fit autem omne ex aqua limoque, hoc est, terræ[i] exudantis natura. Corrivatum[j] hyeme, æstivis Solibus maturatur. Quod fuerit ex eo præcox, candidius[3] fit.[k] Gignitur[l] autem in Hispania, Ægypto, Armenia, Macedonia, Ponto, Africa: insulis Sardinia, Melo, Lipara, Strongyle. Laudatissimum in Ægypto, proximum in Melo. Hujus quoque[m] duæ species, liquidum, spissumque. Liquidi probatio,[n] ut sit limpidum, lacteumque, sine offensis fricantium, cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimon[o] vocant. An sit adulteratum, deprehenditur succo Punici mali. Sincerum enim mixtura ea nigrescit.[4] Alterum genus est pallidi et scabri, et quod inficiatur galla.[5] [p] Ideoque hoc vocant paraphoron.[q] Vis liquidi[r] aluminis

CAP. LII. 1 Cod. Dalec. *aut adeo.*—2 Vet. Dalec. *usu.*—3 Cod. Dalec. *fuit ex eo præcox, candidum.*—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *mixturam fugit.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *pallidæ*

NOTÆ

[i] *Terræ*] Sic Isidorus lib. XVI. Orig. c. 2.

[j] *Corrivatum*] Isidorns loc. cit.

[k] *Fit*] Isidorus loc. cit.

[l] *Gignitur*] Diosc. v. 123. Γεννᾶται δὲ καὶ . . . ἐν Μήλῳ, ἐν Μακεδονίᾳ, ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἐν Λιπάραις, ἐν Σαρδονίᾳ, καὶ Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας, Λιβύῃ, Ἀρμενίᾳ, .τ. λ. De Lipara nominatim Diodorus Sicul. lib. v. p. 293. Est porro Strongyle Liparæ vicina, ut dictum est in Geographicis III. 14. Alumen Melinum a Celso laudatur lib. VI. cap. postremo.

[m] *Hujus quoque*] Isidorus loc. cit.

[n] *Liquidi probatio*] Diosc. v. 123. Τῆς δὲ ὑγρᾶς τὴν μάλιστα διαφανῆ προκριτέον, καὶ γαλακτώδη, ὁμαλήν τε ... ἔτι δὲ ἄλιθον, καὶ πυρῶδες ἀποπνέουσαν. *Liquidum præfertur maxime pellucens, lacteum, planum, et æquabile* (sine offensis 'fricantium,' quod idem est, Plinius pro eo dixit,) *minime lapidosum, et quendam caloris igniculum expirans.* Aliud ab hoc alumine liquido nostrum alumen est, quod *de rocha* vocant, *alun de roche:* quod indictum veteribus arbitramur. Quæ nunc in officinis aluminis genera veneant, disce ex Constantino, verbo Στυπτηρία.

[o] *Hoc phorimon*] Ita libri omnes. Galenus κατὰ τόπους, VI. 3. p. 495. Ἡ ὑγρὰ, ἣν καλοῦσιν ἔνιοι φόριμον, εὐωνυτάτην τε καὶ εὐποριστοτάτην ὑπάρχουσαν ἐν πᾶσι χωρίοις. *Alumen liquidum: quod aliqui phorimon appellant, quod vilis pretii, et facile parabile ubique existit.* Neophytus: Φορίμη, ὑγρὰ ἡ στυπτηρία.

[p] *Et quod inficiatur galla*] Sic Reg. 2. ceterique: et editi, *quod inficitur gulla.* Rectius fortassis, *et quod inficiat ut galla.* Id enim mox censetur optimum, quod tractantium manus nigritia non inficit.

[q] *Paraphoron*] Παράφορον, *dolosum* proprie vox ea sonat: hoc vero loco adulteratum, nec sincerum. Cave Salmasium audias, qui in Solin. pag. 1166. παράφυρον legi jubet, vocem toti Græciæ inauditam.

[r] *Vis liquidi*] Diosc. v. 123. Δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικὴν, στυπτικὴν

Digitized by Google

astringere, indurare, rodere. Melle admixto[s] sanat oris ulcera, papulas, pruritusque. Hæc curatio fit in balineis duabus mellis partibus, tertia aluminis. Virus alarum[t] sudoresque sedat. Sumitur pilulis contra lienis vitia, pellendumque per urinam[6] sanguinem. Emendat et scabiem nitro ac melanthio admixtis.

Concreti aluminis[u] unum genus schiston appellant Græci, in capillamenta quædam canescentia dehiscens. Unde quidam trichitin potius appellavere. Hoc fit e lapide,[v] ex quo et chalcitin vocant: ut sit sudor quidam ejus lapidis in spumam coagulatus.[7] Hoc genus aluminis minus sistit humorem inutilem corporis.[8] Sed auribus[w] magnopere prodest infusum, vel illitum, vel oris ulceribus, dentibusque,[x] si saliva cum eo contineatur. Et oculorum[y] medica-

et scabræ naturæ, et quod inficitur galla Gronov. et vulgg. *inficit ut galla* Vet. Dalec.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *pellendumque pruritum ac per urinam* Gronov. et al. vett.—7 Cod. Dalec. *et quod chalcitin vocant: sudor, &c. coagulatus est.*—8 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier. Hoc genus aluminis siccat, minusque sistit humorem inutilem corporibus* Gronov. et al. vett. *Hoc genus aluminis minus sistit humorem inutilem corporibus* Harduin. 1. 2. 3. et

NOTÆ

. . . . *τήκουσαν δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν βλεφάρων σάρκας, καὶ τὰ ἄλλα ὑπερσαρκώματα. Vim habet excalfaciendi, astringendi . . . palpebrarum carnes, similesque excrescentias, erodendi atque absumendi.*

[s] *Melle admixto*] Diosc. totidem verbis, loc. cit.

[t] *Virus alarum*] Marcellus Empir. c. 18. p. 128. et Diosc. loc. cit.

[u] *Concreti aluminis*] Totidem verbis Diosc. loc. cit. *Ἀρίστη δὲ ὑπάρχει ἡ (στυπτηρία) σχιστὴ ... οὐ πεπιεσμένη βωληδὸν ἢ σχιδακηδὸν, ἀλλ' ἐξασμένη κατὰ μονάδας πολιαῖς θριξὶν ἐμφερῶς· οἵα ἐστὶν ἡ λεγομένη τριχῖτις, γεννωμένη δὲ ἐν Αἰγύπτῳ. Optimum vero alumen scissile . . . . quod nec assulose compactum, sed sigillatim quasi in capillamenta canescentia dehiscens: quale est quod trichites, hoc est, capillare appellatur, et in Ægypto provenit.* Et scissile Celsus appellat, v. 2.

[v] *Hoc fit e lapide*] Nempe ex eo lapide quem chalciten vocant in Cypro, ut dictum est XXXIV. 2. unde et idem alumini nomen hæsit. Salmasius in Solin. p. 1166. contra omnium codicum fidem, contra scriptoris mentem, sola ingenii ductus conjectura, sed nunc maxime fallaci, legi sic suadet: *Hoc fit e lapide gleboso, bolitin vocant, ut sit sudor, &c.*

[w] *Sed auribus*] Marcellus Empir. de Medic. cap. 9. p. 75. 'Alumen cum aceto teres, et simul omnia concoques ad tertias: hoc medicamen tepidum auriculæ infusum pus optime purgat, vermes necat: aquam etiam, si intraverit, educit.' Et p. 81. 'Alumen mulso optime dilutum, et lana instillatum, dolorem aurium sanat.'

[x] *Dentibusque*] Theod. Priscianus I. 14. 'Solo pulvere aluminis scissi

Digitized by Google

mentis inseritur apte, verendisque[z] utriusque sexus. Coquitur in patinis, donec liquari desinat.

Interioris[a] est alterum generis,[9] quod strongylen[b] vocant. Duæ ejus species, fungosum atque omni humore dilui facile: quod in totum damnatur. Melius pumicosum, et foraminum fistulis spongiæ simile, rotundumque natura, candido propius: cum quadam pinguitudine, sine arenis, friabile, nec inficiens nigritia. Hoc coquitur per se carbonibus puris, donec cinis fiat. Optimum ex omnibus quod Melinum vocant ab insula Melo, ut diximus.[c] Nulli vis major neque astringendi, neque denigrandi, neque indurandi. Nullum spissius. Oculorum scabritias extenuat: combustum utilius epiphoris inhibendis. Sic et ad pruritus corporis. Sanguinem quoque sistit in totum,[d] foris illitum. Vulsis pilis[10] ex aceto illitum renascentem mollit lanuginem. Summa omnium generum vis[11] in astringendo: unde nomen Græcis.[e] Ob id oculorum[f] vitiis aptissima sunt. Sanguinis fluxiones inhibet cum adipe. Sic et infantium ulcera. Putrescentia ulcerum compescit[12]

recentt. *siccat minus, minusque sistit, &c.* Vet. Dalec.—9 *Est et alterum genus* cod. Dalec. *Interioris est et alterum genus* Vet. Dalec. 'In codd. Regg. 2. 3. et Editione principe, *Interioris est*. Interius dictum videtur, quod altius in terram abditur.' *Brotier.*—10 *Aufert pilos* cod. Dalec.—11 'Ita codd. Regg. 2. 5. In cod. Reg. 3. Editione principe, aliisque, *lanuginem summam. Omnium generum vis.*' Brotier. *renascentemque mollit lanuginem. Summa omnium, &c.* cod. Dalec. *renascentem mollit lanuginem summam. Omnium, &c.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—12 Vet. Dalec. *hulcera, putrescentiaque compescit.*

NOTÆ

putres dentium cavernas impleas.' Celsus VI. 9. 'Alumen scissile in id foramen conjectum dentem citat,' &c.

[y] *Et oculorum*] Diosc. loc. cit.

[z] *Verendisque*] Καὶ πρὸς αἰδοῖα ἐπίχριστος. Diosc. loc. cit.

[a] *Interioris*] Quod altius in terram abditur.

[b] *Quod strongylen*] Στρογγύλη στυπτηρία, *rotundum alumen*, a forma sic nuncupatum, ab ipso Diosc. loc. cit.

[c] *Ut diximus*] Sub initium hujus capitis.

[d] *Sanguinem . . . sistit in totum*] Hoc est, omnino sistit, unde unde is profluat, sive e naribus, sive ex alvo. Reg. 2. *Sistit intus in totum.*

[e] *Unde nomen Græcis*] Στυπτηρία, quod vim habet στυπτικὴν, *astringentem*. Galenus de Fac. Simp. Med. IX. 3. p. 269.

[f] *Ob id oculorum*] Quæ reliquo deinceps cap. continentur, hæc totidem fere verbis Diosc. loc. cit.

Digitized by Google

cum adipe, et hydropicorum eruptiones[g] siccat. Et aurium vitia[h] cum succo Punici mali: et unguium scabritias, cicatricumque duritias, et pterygia, ac perniones.[13 i] Phagedænas ulcerum ex aceto, aut cum galla, pari pondere cremata: lepras cum succo olerum: cum salis vero duabus partibus, vitia quæ serpunt:[j] lendes et alia capillorum animalia,[14] permixtum aquæ. Sic et ambustis[k] prodest, et furfuribus corporum cum sero picis.[15 l] Infunditur et dysentericis. Uvam quoque[m] in ore comprimit, ac tonsillas. Ad omnia,[n] quæ in ceteris generibus diximus, efficacius intelligitur ex Melo advectum. Nam ad reliquos usus vitæ in coriis lanisque perficiendis quanti sit momenti significatum est.[o]

LIII. (XVI.) Ab his pæne omnia[1] ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus. Samiæ duæ[a] sunt, quæ

Mox, *et papularum eruptiones* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *et pterygia, perniones* Gronov. et vulgg.—14 Cod. Dalec. *capillorum vitia, animaliaque;* Vet. Dalec. *capitum animalia.*—15 Gronov. et al. ante Harduin. *cum sero et pice.*

Cap. LIII. 1 'Ita bene Mss. Reg. 2. 3. 5. Non ita bene in Editione principe aliisque, *Ab his per se omnia.* Nec omnes hic recenset medicas terras, Lemniam, Melitensem, Armenam,' &c. *Brotier.* *Ab his pæne omnia* cod. Dalec. *Ab his per se omnia* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

g *Et hydropicorum eruptiones*] Has ego eruptiones ἐξανθήματα interpretor, hoc est, *pusulas, pustulasve*, quas solet plerumque Plinius pituitæ eruptiones appellare.

h *Et aurium vitia*] Theod. Priscianus I. 8. 'de aurium causatione.' .... 'Si cum illa indignatione doloris etiam derivatio fuerit saniosa, alumen melle et oleo resolutum infundito.'

i *Perniones*] Sic etiam Marcellus Empir. c. 34. p. 232.

j *Vitia quæ serpunt*] Ut ulcera, et erysipelata.

k *Sic et ambustis*] Hoc est, permixtum aquæ. Oleum adhibet Theodorus Priscianus I. 17. 'Alumine scisso cum oleo contrito omnes ustiones ungo.'

l *Cum sero picis*] Hoc est, cum pisselæo, de quo nos alibi diximus. Vide Notas et Emend. num. 22.

m *Uvam quoque*] Hoc pariter Marcellus Empir. c. 14. p. 99. et c. 15. p. 106.

n *Ad omnia*] Quod ex insula Melo alumen advehitur, id esse præstantius ceteris significat, et in usu medicinæ efficacius.

o *Significatum est*] Sub initium hujus capitis.

a *Samiæ duæ*] Genera hæc omnia terrarum, olim in medicinæ usu frequentia, nunc exolevere penitus, neque perferuntur ad nos. Vide Matthiol. in Diosc. v. 137. et Aldrov. de Metall. II. 8. p. 248.

Digitized by Google

collyrium,[2] [b] et quæ aster appellantur. Prioris laus,[c] ut recens sit et lenissima,[3] linguæque glutinosa. Altera glebosior,[4] [d] candida. Utraque[e] uritur, ac lavatur. Sunt qui præferant priorem. Prosunt[f] sanguinem exspuentibus. Emplastrisque[g] quæ siccandi causa componuntur, oculorum[h] quoque medicamentis miscentur.

LIV. Eretria totidem[i] differentias habet. Namque et alba est, et cinerea, quæ præfertur in medicina. Probatur mollitie: et quod si ære[j] perducatur,[1] violaceum reddit

—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *syropicon* Gronov. et al. vett.—3 Ita bene codd. Regg. 2. 3. *et levis* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et lævis* Vet. Dalec. *et lenis* codex ejusdem.—4 *Altera globosior* cod. Dalec.

CAP. LIV. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *si ære perducatur* cod. Dalec. *si æra præducatur* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

[b] *Quæ collyrium*] Sic Reg. 2. Colb. 3. aliique. Sic Pintianus, et alii ante eum. Et quod potissimum videtur, Dioscorides ipse quoque v. 172. qui duo pariter genera Samiæ terræ agnoscit, alterum, quod *κολλύριον*, alterum quod *ἀστὴρ* appelletur. Dioscoridem, ut solet, sequitur Oribasius lib. XIII. p. 226. Priori generi collyrii nomen inditum putamus, quod oculorum medicamentis adderetur, quæ collyria vocitantur. Quanquam et eam dotem ei cum astere Samio communem esse, non ex Plinio modo, verum etiam ex Marcello Empirico discimus c. 8. p. 52. ubi collyrium concinnat inprimis 'ex terra Samia quam astera vocant.'

[c] *Prioris laus*] Diosc. v. 172. *Τῆς δὲ Σαμίας γῆς τὴν ἄγαν λευκὴν προκριτέον, καὶ ἐλαφρὰν, καὶ ἐν τῷ θίγειν τὴν γλῶτταν, κρατουμένην ἐχεκόλλως .... οἷα ἐστὶν ἥν τινες κολλύριον καλοῦσιν.* *E Samia terra præfertur ea quæ maxime candida, levis, et tangenti linguæ glutinis modo adhærescens .... cujusmodi est quam aliqui collyrium vocant.* Totidem id pariter verbis Oribasius Collect. lib. XIII. p. 226.

[d] *Altera glebosior*] Aster nimirum. Diosc. loc. cit. *Ὁ καλούμενος ἀστὴρ, πλακώδης ὢν καὶ πυκνὸς, ὡς ἀκόνη.* *Glebosa, ac densa, in modum cotis.* Vehementer hallucinari eos qui asterem volunt esse Talcum, docet Aldrov. de Metall. IV. 34. p. 686. multoque accuratius Cæsius noster de Miner. II. 2. 6. p. 148.

[e] *Utraque*] Diosc. loc. cit.

[f] *Prosunt*] Diosc. loc. cit. Aëtius II. 6. p. 49. et Oribasius lib. XIII. fol. 225.

[g] *Emplastrisque*] Aëtius loc. cit.

[h] *Oculorum*] Marcellus Empir. c. 8. p. 52.

[i] *Eretria totidem*] De terræ Eretriæ generibus atque facultatibus totidem verba facit Diosc. v. 171.

[j] *Et quod si ære*] Diosc. loc. cit. *Ἀρίστη δὲ ὑπάρχει ἡ τῇ χρόᾳ σποδίζουσα, καὶ μαλακὴ ἄγαν· πρός τε χαλκώματα ἑλκυθεῖσα γραμμὴν ἰώδη ἀποφερομένη.* *Optima vero habetur ad cinereum colorem vergens, et perquam mollis: quæque, si per æramenta tractim ducatur, æruginei seu violacei coloris lineam efficit.*

Digitized by Google

colorem.[a] Vis et ratio ejus in medendo dicta est inter pigmenta.[k]

LV. Lavatur omnis[l] terra (in hoc enim loco dicemus) perfusa aqua siccataque Solibus, iterum ex aqua trita ac reposita,[1] donec considat, et digeri possit in pastillos. Coquitur[m] in calicibus crebro concussis.[2]

LVI. Est in medicaminibus[n] et Chia terra candicans, effectus ejusdem,[1] qui Samiæ. Usus ad mulierum maxime cutem. Idem et Selinusiæ.[o] Lactei coloris hæc, et aqua dilui celerrima. Eademque lacte[2] diluta, et tectoriorum albaria[p] interpolantur. Pnigitis[3][q] Eretriæ simillima est, grandioribus tantum glebis, et glutinosa:[r] cui effectus idem qui Cimoliæ, infirmior tamen.[4] Bitumini simillima est ampelitis.[s] Experimentum[t] ejus, si ceræ modo accepto oleo

[a] *Et quod si in ære linea ducatur ex ea terra, violacei coloris ea linea fit.*

CAP. LV. 1 Vet. Dalec. *deposita*. Mox, *donec sidat* codex ejusdem.—2 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier*. *in calicibus crebro concussu* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. LVI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ejus* edd. vett. et Gronov.—2 *Ea lacte* Vet. Dalec.—3 *Pignitis* Gronov.—4 Cod. Dalec. *tantum*.

NOTÆ

[k] *Vis .... dicta est inter pigmenta*] Cap. 21.

[l] *Lavatur omnis*] Hæc totidem verbis Diosc. loc. cit.

[m] *Coquitur*] Diosc. loc. cit. coqui in fictilibus perforatis jubet, ore obturato, subditis prunis, quæ follibus continenter perflentur. Oribasius similiter, lib. XIII. fol. 225.

[n] *Est in medicaminibus*] Diosc. ad verbum, v. 173. Oribasius lib. XIII. p. 226. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 249.

[o] *Idem et Selinusiæ*] Diosc. totidem verbis, v. 175. Galenus, Oribasius, loc. cit. A Selinunte porro Siciliæ oppido creditur hæc nomen invenisse.

[p] *Et tectoriorum albaria*] Hoc est, tectoria parietum, quibus propter vetustatem color albus induci solitus exolevisset, exalbantur Selinusia terra lacte diluta, renovanturque.

[q] *Pnigitis*] A Pnigeo Libyæ Mareotidis vico nomen accepisse credit Agricola: alii a πνίγω derivant, quod eam terram deglutienti periculum suffocationis affert. Diosc. v. 177. Ἡ δὲ λεγομένη πνιγῖτις γῆ τῇ χρόᾳ ἔοικέ πως τῇ Ἐρετριάδι· ἔστι δὲ ἁδρόβωλος, et cetera totidem verbis cum Plinio, et Galeno de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 252.

[r] *Et glutinosa*] Tactu linguæ usque adeo glutinosa, ut pensilis hæreat, τῇ τε γλώσσῃ μάλιστα κολλᾶται, ὡς ἐκκρεμᾶσθαι.

[s] *Bitumini ... ampelitis*] Ἀμπελῖτις

Digitized by Google

liquescat, et si nigricans colos maneat tostæ. Usus ad molliendum discutiendumque. Ad hæc medicamentis[u] additur, præcipueque[v] in calliblepharis, et inficiendis capillis.

LVII. (XVII.) Cretæ plura genera. Ex iis Cimoliæ[a] duo ad medicos pertinentia, candidum, et ad purpurissum[1] inclinans. Vis utrique[b] ad discutiendos tumores, et sistendas[c] fluxiones aceto assumto. Panos quoque et parotidas cohibet: et lichenas illita, pusulasque. Si vero aphronitrum et cyprus adjiciatur et acetum,[2] et pedum tumores: ita ut in Sole curatio hæc fiat, et post sex[3] horas aqua

CAP. LVII. 1 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *purpureum* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—2 'Ita fuit emendandum e codd. Regg. et Editione principe, in quibus, *et Cyprium*,' &c. Brotier. '*et æs Cyprium admisceatur, et acetum* Vet. *et Cyprium admisceatur, et acetum* Ms. Lego, *alumen Cyprium*.' Dalec. *et nitrum adjiciatur et acetum* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et pedum tumores sanat, ita ut, ... et post sex* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

vocatur, quod *vitibus*, ταῖς ἀμπέλοις, circumlita, vermes qui vitium oculos erodunt odore suo interimit: vel quod in ea vites felicius proveniunt. Auctores, Aëtius II. 9. p. 49. et Oribasius lib. XIII. fol. 226. post Diosc. V. 181. et Galenum de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 251. Jam tum ævo suo ægre reperiri terram ampelitidem scribit Marcellus Empir. c. 7. p. 49. Bitumen verius esse quam terram, Agricola: carbones piceæ parvos referre, Diosc. loc. cit.

[t] *Experimentum*] Sic probat eam Diosc. loc. cit. ut eam anteponat, quæ trita cito liquescat, si olei aliquantulum affundatur.

[u] *Medicamentis*] Et inde alterum ei φαρμακίτιδος nomen, teste Aëtio loc. cit.

[v] *Præcipueque*] Diosc. et Oribasius locis cit.

[a] *Ex iis Cimoliæ*] Hæc totidem verbis Diosc. V. 176. et Oribasius lib. XIII. p. 226. Τῆς δὲ Κιμωλίας ἡ μέν ἐστι λευκή· ἡ δὲ ἐμπόρφυρος. Nomen a Cimolo habet, una e Sporadibus insulis: unde Ovid. Met. VII. 464. cecinit, 'Cretosaque rura Cimoli.'

[b] *Vis utrique*] Aceto nempe diluta. Totidem plane verbis Diosc. loc. cit. Ἑκάτεραι δὲ διαφοροῦσιν ὄξει διειμέναι παρωτίδας, καὶ τὰ ἄλλα φύματα, κ. τ. λ. De parotidibus subscribit et Plinius Valer. I. 13. et Theod. Priscianus I. 8.

[c] *Et sistendas*] Marcellus Empir. c. 5. p. 44. 'Creta Cimolia ex aceto trita, et quam densissime fronti imposita, pituitam sistit.' Et c. 10. p. 87. 'Creta quoque Cimolia, ex aceto tusa, quam densissima fronti ejus imponitur, cui sanguis vel pituita descendit.' Celsus I. 3. 'Creta figularis corpori illita alvum astringit.'

Digitized by Google

salsa abluatur. Testium tumoribus[d] Cypro et cera[e] addita[4] prodest. Et refrigerandi quoque natura[5] cretæ est: sudoresque[f] immodicos sistit illita. Atque ita[6] papulas[g] cohibet ex vino assumta in balineis.[7] Laudatur maxime Thessalica. Nascitur et in Lycia circa Bubonem. Est et alius[h] Cimoliæ usus in vestibus. Nam Sarda, quæ affertur e Sardinia, candidis tantum assumitur, inutilis versicoloribus: et est vilissima omnium Cimoliæ generum: pretiosior Umbrica,[8] et quam vocant saxum. Proprietas saxi,[9] quod crescit in macerando:[a] atque pondere emitur; illa,[10] mensura.[b] Umbrica nonnisi poliendis vestibus assumitur. Neque enim pigebit hanc quoque partem attingere, cum lex Metilia[i] extet fullonibus dicta, quam C. Flaminius,[11] L.

[a] *Proprietas ejus cretæ, quam saxum vocant, quod crescit dum aqua maceratur.*
[b] *Sarda mensura emitur.*

ut mirabilis cur hæc fiat et post, &c. cod. Dalec.—4 ‘ Ms. *Cypro, et cera additis: lego, Cyprino cerato addito.*’ Dalec. *Cypria cera addita* Gronov. et al. vett. ante Harduin.—5 Cod. Dalec. *certa natura.*—6 *Atque etiam* Vet. Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sumpta in balineis* Gronov. et vulgg.—8 Cod. Dalec. *versicoloribus. At est utilissima om. Cim. generum Vimbrica.*—9 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Proprietasque saxi* Gronov. et vulgg.—10 Dalec. *alia*, ‘ sub. creta

NOTÆ

[d] *Testium tumoribus*] Diosc. loc. cit. Theod. Priscianus I. 25. ‘Testes tumentes Cimolia trita frequenter cum aqua perunges,’ &c.

[e] *Cypro et cera*] Ita Mss. non *Cypria cera.* Cyprum autem accipe pro oleo cyprino, ut alibi monuimus, aliove, quod sit optimæ notæ: ceram, pro cerato.

[f] *Sudoresque*] Celsus III. 19. ‘Si sudor vincit, delinendus homo est, vel argenti spuma, vel Cimolia creta.’

[g] *Atque ita papulas*] Pusulas, ἐξανθήματα, quæ jejunæ plerumque salivæ defricatione curantur.

[h] *Est et alius*] In dealbandis nimirum vestibus. Unde ‘cretata ambitio’ Candidatorum a Persio appellatur, hoc est, petitorum in candida toga, in quam album ex creta apud fullones additum fuit. Homines quoque tenuiores, cum copia mutandæ togæ non esset, tamen ut nitidi ac melioris fortunæ apparerent, sub dies Ludorum togulam suam incretabant. Huc illud Plautinum alludit in Aulul. IX. 4. ‘Qui vestitu et creta occultant sese, atque sedent quasi sint frugi.’

[i] *Lex Metilia*] Lata a M. Metilio, qui tertium Tribunus plebis fuit, anno Urbis CCCLIV. Data deinde ad populum ferenda, a C. Flaminio, L. Æmilio Papo Censoribus, qui lustrum fecisse XLIII. dicuntur in Fastis, anno Urbis DXXXV. In libris hactenus editis *Lex Metella* legitur, sane mendose. Est enim Metellus Cæciliorum cognomen: a nomini-

Digitized by Google

Æmilius censores dedere ad populum ferendam. Adeo omnia majoribus curæ fuere. Ergo ordo hic est. Primum abluitur vestis Sarda, dein sulfure suffitur: mox desquamatur Cimolia, quæ est coloris veri. Fucatus[12] enim deprehenditur,[c] nigrescitque, et funditur sulfure. Veros autem et pretiosos colores emollit Cimolia,[13] et quodam nitore exhilarat contristatos sulfure. Candidis vestibus saxum utilius a sulfure, inimicum coloribus.[d] Græcia pro Cimolia Tymphaico[j] utitur gypso.

LVIII. Alia creta argentaria[k] appellatur, nitorem argento[1 l] reddens. Est et vilissima, qua Circum præducere[m] ad victoriæ notam,[2] pedesque venalium[n] trans mare

[c] *Primo vestes abluuntur Sarda creta: deinde sulfure suffumigantur: mox desquamatur Cimolia, cujus color sit sincerus. Fucatus enim deprehenditur, &c.*

[d] *Candidis vestibus creta vulgaris, quæ saxum vocatur, utilior est, postquam sulfure sunt suffitæ: inimica vestibus, quæ sint colore aliquo infectæ.*

emitur.'—11 *M. Flaminius* cod. Dalec.—12 *Fucata* Dalec. i. e. adulterata. Mox, *finditur sulfure* cod. Dalec. *offunditur sulphure* Vet. ejusdem; *effunditur sulphure* Gronov. et al. vett.—13 '*Verus autem et pretiosus colos emollit Cimoliam* Ms. haud recte. Lego: *Verus autem et pretiosus color emollitur Cimolia, et quodam nitore exhilaratur, contristatus sulphure.*' Dalec.

CAP. LVIII. 1 Cod. Dalec. *argenteum.*—2 Idem codex, *circumducere ad*

NOTÆ

bus autem propriis, non ab eorum cognominibus, qui leges tulere, appellationem eæ accepere.—'Latam a M. Metilio, qui tertium Tribunus plebis fuisse dicitur, A. U. CCCLIV. olim alios secuti diximus: nunc timidiores facti, a constanti consensu librorum omnium discedere, religioni ducimus. Itaque legem Metellam reposuimus. Est quidem Metellus Cæciliorum cognomen. A nominibus autem propriis, non ab eorum cognominibus, qui leges tulere, appellationem eas accepisse non diffitemur. Sed transierat Metelli cognomen in proprium nomen familiæ Metellorum.' *Ed. sec.*

[j] *Tymphaico*] Nomen id gypsi genus habet a Tymphæis Ætoliæ populis, de quibus in Geographicis diximus, IV. 3. De gypso Tymphaico rursum inferius, XXXVI. 59.

[k] *Alia creta argentaria*] Diximus de ea dudum, XVII. 4.

[l] *Nitorem argento*] Hoc est argenteis vasis. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 252. Διὸ καὶ ἄνθρωποι λαμπρύνουσιν αὐτῇ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἀργυρωμάτων.

[m] *Circum præducere*] Hoc est, metam in Circo creta signare, ut conspicua sit. Meminit hujus moris obiter Seneca Ep. CVIII. p. 469. 'Hanc quam nunc in Circo cretam vocamus,' &c. Plinius VIII. 65. de cursu equorum in Circo: 'Peracto legitimo cursu ad cretam stetere:' sic enim emendavimus, cum prius

Digitized by Google

advectorum denotare instituerunt majores. Talemque Publium [o] Lucilium [3] mimicæ scenæ conditorem, et astrologiæ [p] consobrinum ejus Manilium [4] Antiochum, item grammaticæ Staberium Erotem,[q] eadem nave advectos [5] videre proavi.[r]

(XVIII.) Sed quid hos refero aliquo literarum honore commendatos? [6] Talem in catasta [s] videre Chrysogonum [t] Syllæ, Amphionem Q. Catuli,[7] [u] Heronem L. Luculli,[v] De-

victoriam nostram.—3 'Ita codd. Regg. 3. 5. Hic videtur esse Publius Syrus mimographus, cujus extant sententiæ.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *Potium* Vet. Dalec. *Lucilium* deest in edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Manlium* Gronov. et vulgg.—5 '*Tiberium E. e. n. advectum* Ms. lego *Staberium*, e Suetonio.' *Dalec.* *Taberium, &c. advectos* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Cod. Dalec. *referat aliquis, quos literarum honor commendat.*—7 'Ms. *rectorem.* Is fortasse, de quo XXVIII. 5.' *Dalec.* Mox, *Petaugenque Demetrii* cod. Dalec. Paulo post, *Hilarium M. Antonii* in eodem co-

NOTÆ

'ad metam' legeretur. Multa in eam rem Vossius in Etymolog. verbo 'Calx.'

[n] *Pedesque venalium*] Mancipiorum, quorum gypsatos pedes appellat Ovidius Amor. I. 8. 64. Tritum illud Juvenalis: 'Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.'

[o] *Publium*] Quis fuerit hic Publius, adhuc inexploratum: neque enim Syrus ille mimographus esse potest, qui temporibus Augusti inclaruit; quem non modo Plinii proavi videre, sed et pater potuit. In Reg. 2. cod. *Publium Lochium.* In Colb. 3. *P. Lucilium* legitur.

[p] *Et astrologiæ*] Subintellige, conditorem. Cave tamen existimes eum esse, cujus Astronomicon libri extant; cum is, quem Plinius nunc appellat, multo sit vetustior, quippe qui Plinii tantum proavis notus fuerit, ac bello Punico tertio, ut mox dicemus. Sed et externum hominem hunc fuisse, ipsum Antiochi nomen declarat.

[q] *Staberium Erotem*] Sic Mss. omnes, non *Taberium.* Suetonius de Illustr. Grammat. cap. 13. 'Laberius Hiera (lege ex Plinio, 'Staberius Eros') suo hero emtus de catasta, et propter literarum studium manumissus, docuit inter ceteros Brutum et Cassium. Sunt qui tradant tanta eum honestate præditum, ut temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, et sine mercede ulla in disciplinam receperit.'

[r] *Eadem nave . . . videre proavi*] Hinc eorum omnium ætas intelligitur in tempus fere devictæ Carthaginis incidisse, hoc est, ante annos circiter CCXX. quam hæc scriberet Plinius: qui libro seq. cap. 4. a nepote ad proavum LX. Olympiadas numerat.

[s] *Talem in catasta*] Catasta locus fuit, in quo servi venales, gypsoque vel creta notati, custodiebantur, et venditioni exponebantur. Vide Thesaurum Linguæ Latinæ.

[t] *Chrysogonum*] Syllæ libertum, sectorem Roscii Amerini, ut est apud Tullium in Orat. pro Roscio.

[u] *Q. Catuli*] Q. Lutatii Catuli, qui

Digitized by Google

metrium [w] Pompeii, Augenque Demetrii, quanquam et ipsa Pompeii credita est: Hipparchum [x] M. Antonii, Menam [y] et Menecratem Sex. Pompeii, aliosque deinceps, quos enumerare jam non est, e sanguine Quiritium et proscriptionum licentia ditatos. Hoc est insigne venalitiis gregibus, opprobriumque insolentis fortunæ: quod et nos [8] adeo potiri rerum vidimus, ut prætoria [z] quoque ornamenta decerni a senatu, jubente Agrippina Cl. Cæsaris, viderimus libertis: tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent.

LIX. (XIX.) Præterea sunt genera terræ proprietatis suæ, de quibus jam diximus: [a] sed et hoc loco reddenda

dice.—8 Vet. Dalec. *quos ad nos.* Mox, *Agrippinæ et Claudii Cæsaris* cod. Dalec.

NOTÆ

post Syllæ obitum Capitolium dedicavit. Egimus de eo sæpius.

[v] *L. Luculli*] Ejus qui contra Mithridatem bellum gessit.

[w] *Demetrium*] Seneca de Tranquill. c. 8. p. 682. 'Feliciorem tu Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio? Numerus illi quotidie servorum, velut Imperatori exercitus, referebatur,' &c. Vide et Plutarchum in Pompeio, p. 604. Fuit hic Gadarensis e Syria, ut ex Josepho monuimus in Nummis antiquis populorum et urbium, quos nuper illustravimus.

[x] *Hipparchum*] Ἵππαρχον, apud Plutarch. in Antonio, p. 950.

[y] *Menam*] De Mena seu Menodoro, Sexti Pompeii liberto, classisque præfecto, ac postea ad Cæsarem transfuga, vide Dionem lib. XLVIII. p. 375. et Suetonium in Augusto, c. 74. De Menecrate ejusdem Sexti liberto idem Dio, p. 385. De utroque Appianus Bell. Civil. lib. V. p. 718.—'Sextus Pompeius Magni filius fuit: is quem Appianus et Dio adeo insaniisse finxere, ut se Neptuni filium diceret; quoniam in ipsius nummis scriptum viderunt NEPTVNI. At est illud pro 'Neptunius,' hoc est, maris dominus: et est ille nummus Sexti, non Magni patris, ut incogitanter olim edidimus.' *Ed. sec.*

[z] *Ut prætoria*] Pallantem Claudii Cæsaris libertum ab ipso curæ rerum impositum, arbitrumque regni factum, Tacitus ait Annal. XIII. p. 200. Agrippinæ Claudii uxori stupro illigatum, idem lib. XII. p. 179. Prætoria ei decreta ornamenta, vetus inscriptio quam Lipsius refert in Tacitum, p. 188.

TI. CLAVDIVS. AVG. L.
PALLAS
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM
PIETATEMQVE. ERGA
PATRONOS. ORNAMENTA
PRAETORIA. DECREVIT
ET. HS. CENTIES. QVINQVAGIES. CVIVS. HONORE
CONTENTVS. FVIT.

Tacitus ipse, pag. 188. 'Pallanti ... Prætoria insignia,' &c.

Digitized by Google

natura. Ex Galata[1] insula et circa Clupeam Africæ scorpiones necat: Balearis et Ebusitana serpentes.

Cap. lix. 1 Cod. Dalec. *reddam. Natura terræ ex Galata.*

NOTÆ

[a] *De quibus jam diximus*] De terra v. 7. De Baleari et Ebusitana III. Galatæ Clupeæque dictum superius 11.

Digitized by Google

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXXV.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. Cap. i. *Nec spatia montis in cubiculo delitentia*] Ita clare Mss. omnes, et editi: quam scripturam nostra quoque, quæ planissima est, interpretatio tuetur ac defendit: nequicquam conjiciente Salmasio, in Hist. Aug. p. 443. *Nec specla* (vel *specula*) *montis in cubiculo nitentia.* De marmore enim solum hic sermo, non de speculari lapide.

2. Cap. ii. *Aliæ foris et circa limina domitarum gentium imagines erant affixis hostium spoliis, ... exprobrantibus tectis quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum*] Prius legebatur, *animorum ingentium imagines.* Pintianus conjiciebat, *alienarum gentium:* alius, *minorum gentium.* In Reg. 2. *amitorum gentium.* In Colb. 3. *damicorum.* Unde haud dubia conjectura *domitarum* fecimus, cum sit mos ille hodieque receptus, qui jam tum in usu fuit, ut hostibus detracta spolia signaque, affixa domibus, domitarum gentium symbola sint et argumenta. Livius lib. x. 'Quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis.' Libro xxiii. 'Qui spolia ex hoste fixa domi haberent.' Suetonius in Nerone, cap. 38. ubi de Urbis incendio: 'Tunc, præter immensum numerum insularum, domus priscorum ducum arserunt, hostilibus adhuc spoliis adornatæ,' &c. Vidit hoc quoque Gronovius.

3. Ibid. *Cum Scipionis Pomponiani transisset atrium*] Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. ceterique: Parmensis quoque editio, et aliæ vetustiores Hermolao. Cur id nomen in *Africani* postea immutarint, incertum. Factum sane temere et imperite. Mox vero ex iisdem Mss. edidimus: *Salutiones* (*hoc enim ei fuerat cognomen*) *Africanorum dedecore irrepentes Scipionum nomini:* cum libri vulgati præ se ferant: *Salutionis* (*hoc enim ei fuerat cognomen*) *Africanorum dedecore notam irrepentem, &c.* At Mss. et ea voce *notam* omnino carent, et *irrepente Scipionum nomini* exhibent.

4. Cap. xii. *Ex omnibus alii nascuntur, alii fiunt. Nascuntur Sinopis, rubrica, Parætonium, Melinum, Eretria, auripigmentum*] Transcripsit hunc locum ex Plinio Isidorus xix. 7. ex

Digitized by Google

Isidoro Papias, in Vocabulario: sed uterque mendose: *Colores autem aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur, ut Sinopis, rubrica, Parætonium, Melinum, fretia,* (Papias, *fretia,*) *auripigmentum.* Ubi nemo non intelligit vocem esse nihili FRETIA, pro ERETRIA amanuensium vitio substitutam.

5. CAP. XXI. *Utilis .... et ad deprehendenda pura*] Terram Eretriam ait, thoraci impositam, utilem esse ad deprehendendum num in thorace pus lateat. Quod cum Dalecampius Medicus non intelligeret, in margine admonuit, *ad deprehendenda obscura* forte legi commodius: hoc est, ut in Notis adjecit, ad ea deprehendenda 'quæ non patent oculis, quæ in calva sub cute latent osse vulnera.' Obstat vero præter omnium exemplarium consensum Hippocrates, a quo Plinius hæc accepit. Ejus hæc verba sunt, de Morbis III. 27. p. 116. *Ἣν δὲ ὑπὸ πάχεος τὸ ὑγρὸν μὴ κλυδάζηται .... μὴ ἐξαπατάτω, ἀλλ' εὖ ἴσθι πλήρη ἐόντα τὸν θώρηκα πύου. Ἐς τὴν Ἐρετριάδα γοῦν ὑγρὴν, καὶ λίην τετριμμένην, καὶ χλιαρὴν ἐπιβάψας ὀθόνιον λεπτὸν, περικάλυψον κύκλῳ τὸν θώρηκα· καὶ ὅκου ἂν πρῶτον ξηραίνηται, ταύτῃ χρὴ τάμνειν, ὡς ἐγγυτάτω τῶν φρενῶν, φυλασσόμενος αὐτῶν τῶν φρενῶν, κ. τ. λ.* *Quod si præ crassitudine humor non fluctuet .... ne te tamen ista decipiant: sed thoracem pure plenum esse probe noris. Proinde in Eretria terra liquida, et valde trita, tepidaque, linteum tenue tingito, eoque thoracem circumcirca integito: et qua parte primum resiccatum fuerit, ea secato aut urito,* (sub ea enim pus delitescit,) *quam proxime ad septum transversum, cavendo tamen ne hoc ipsum lædas, &c.*

6. CAP. XXXIII. *In Maianis hortis*] In edit. Parm. *In Lamianis hortis.* Aliæ quædam, *in Marianis.* Nos *Maianis,* ex Reg. 2. rescripsimus. Apud Gruter. pag. 589. PROC. HORTORVM LAMIANORVM. ET. MAIANORVM. Et pag. 602. VILLICO. HORTORVM. MAIANORVM.

7. CAP. XXXIV. *Olympiumque Athenis ab eo pictum*] In libris ad hunc diem vulgatis, *Clypeumque Athenis.* In Colb. 3. *Olympiumque Jovem.* Hanc vero vocem postremam, *Jovem,* ceteri non agnoscunt. *Olympium* itaque retinuimus, ac de Pericle interpretati, quanquam timide, sumus: fuit enim ejusdem uterque ætatis, Phidias et Pericles: atque hunc quidem hoc signari cognomine dictum est antea a nobis prolixe, XXXIV. 19. quod et alibi cognomen occurrit, non apud Plinium modo, et Plutarchum, ut diximus, sed et apud Diod. Sic. l. XII. Hermogenem de Invent. lib. I. aliosque.—'*Olympium* itaque retinuimus ac de Jove, ut oportuit, interpretati sumus, a Plinio ipsomet admoniti, qui mox subjicit, 'Colotem Phidiæ discipulum et in faciendo Jove Olympio adjutorem fuisse.' Igitur vox ea 'Olympius,' quamvis sola ponatur, Jovem designat: ut in Ps. LXVII. 15. vox illa, 'Cœlestis,' Deum verum denotat: 'Dum discernit cœlestis' reges, hoc est, qui in cœlo habitat.' *Ed. sec.*

8. Ibid. *Panænum fratrem ejus, qui clypeum intus pinxit Elide Minervæ*] Sic libri omnes tum editi, tum manu exarati, Reg. 2. Colb. ceterique: Parm. editio, aliæque, ante Hermolaum, qui sic interpolat: *clypeum intus pinxit: et in Ægide Minervæ.* Ipso refragante Plinio XXXVI. 55. 'In Elide ædes est Minervæ, in qua frater Phidiæ Panænus tectorium induxit,' &c.

9. CAP. XXXVI. *Et hicteria Atheniensium*] Repugnantibus licet omnibus libris, in quibus *et victoria* legitur, nihil veriti reprehensionem eruditorum, *et hicteria* intrepide scripsimus. Cui voci quæ vis subesset, cum haud satis perciperent Pliniani amanuenses, affinem ei maxime alteram

Digitized by Google

obtrusere, *et victoria:* quæ cujusmodi fuerit, ut tandem assequatur, multum laborat Dalecampius, irrito conatu. Est autem ἱκετηρία, contracte ἱκτηρία, olivæ ramus, quem supplices gestabant. Harpocration, pag. 152. Ἱκετηρία καλεῖται ἐλαίας κλάδος. Suidas: Ἱκετηρία, ὁ θαλλὸς τῆς ἐλαίας. Hinc ἱκέσιοι κλάδοι apud Eurip. rami quos supplices porrigunt. Expresserat nimirum in tabella Pamphilus, in Porticu Atheniensium Pœcile appellata, Heraclidas, supplicum ritu ac more, veniam et opem ab Atheniensium populo obsecrantes, ad Eurysthei injurias a se propulsandas. Auctor Aristophanis Scholiastes in Pluto, pag. 42. ad illos Poëtæ versus, II. 3. pag. 41. Ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθεζόμενον Ἱκετήριον ἔχοντα, μετὰ τῶν παιδίων Καὶ τῆς γυναικός. κοὐ διοίσοντ' ἄντικρυς Τῶν Ἡρακλειδῶν οὐδ' ὁτιοῦν, τῶν Παμφίλου. Ubi Frischlinus interpres: *Virum ego mihi videre videor, qui supplicem olivæ ramum gestitans, cum liberis et uxore ad tribunal sedet: et a Pamphili Heraclidis, si quis conferat, ne tantillum quidem ulla in parte differet.* Πάμφιλος, inquit Scholiastes, ζωγράφος ἦν, ὅστις τοὺς Ἡρακλείδας ἔγραψεν, ἱκετεύοντας τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον, κ. τ. λ. Ad hanc videlicet Pamphili picturam, quæ semper ei ante oculos versabatur, civis Atheniensis Aristophanes alludebat: ipsaque illa est, quam nunc Plinius maximo fuisse in loco et pretio ait.—'*Et victoria Atheniensium*] Repugnantibus omnibus libris, in quibus *et victoria* legitur, veremur hic *et hicteria* scribere, quod nobis olim placuerat.' *Ed. sec.*

10. Ibid. *Apelles Cous, Olympiade CXII. picturæ plura solus prope, quam ceteri omnes, contulit*] Ita plane Mss. omnes Reg. 2. Colb. 3. et quem Pintianus vidit, et quos Becichemius Scodrensis secutus est: præterquam quod ii *propinavit* exhibent, non *prope:* haud dubie mendose. At longe corruptius libri ad hunc diem vulgati: *Apelles eousque Olympiade CXII. in pictura provectus, ut plura solus prope, quam ceteri omnes, contulerit.* At ubi hic Apellis patria, qua in assignanda unicuique e reliquis diligentissimus est Plinius? Deinde *in pictura provectus* Plinianam orationem vix resipit: sapit illa maxime, *picturæ plura contulit.* Lib. XXXIV. cap. 19. de Lysippo: 'Statuariæ arti plurimum traditur contulisse.' Lib. XXXV. cap. 35. de Polygnoto: 'Plurimumque picturæ primus contulit.' Cap. 36. de Apollodoro: 'Primusque gloriam penicillo jure contulit.'

11. Ibid. *Consumtam eam priore incendio domus Cæsaris in Palatio audio, spectatam olim, tanto spatio nihil aliud continentem, quam lineas visum effugientes*] Interpolatus hic locus fœdissime in libris vulgatis ad hunc diem sic legitur: *Consumtam eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, avide ante a nobis spectatam, spatiosiore amplitudine nihil aliud continentem, &c.* In Reg. 2. cod. *Consumtam .... in palatio audio, spectatam nobis ante spatiose nihil aliud continentem, &c.* Si prius illud incendium est, ut esse necesse est, quod Octavii principatu contigisse diximus, tabulam eam, quæ tum consumta traditur, spectatam a se Plinius gloriari jure nequit. Quare *spectatam olim* maluimus: *Tanto* autem *spatio* etiam Pintianus approbat.

12. Ibid. *Fecit nobilem Paralum et Hammoniada*] In libris fere hactenus editis, auctore Barbaro, *Hemionida.* At in Reg. *Amoniadam:* Colb. 3. *Hamoniadam:* Parm. edit. *Hammoniadam:* quæ nostræ emendationi omnia egregie favent. Quinque fuere sacræ triremes: ab initio binæ tantum: processu temporis tres additæ sunt: priorum altera Salaminia, vel Delia, altera Paralus vocabatur.

Digitized by Google

Posteriorum alia Antigonis, alia Ptolemais, alia Hammonis. Hæc sic dicta fuit, quod per eam victimas Jovi Hammoni mitterent. Ulpianus, in Comment. ad Midianam Demosthenis: "Ὕστερον δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς ἐγένοντο, Ἀντιγονὶς, Πτολεμαῒς, Ἀμμωνιὰς, ἐπειδὴ τῷ Ἄμμωνι δι' αὐτῆς τὰς θυσίας ἔπεμπον. Τούτων δὲ τῶν ἱερῶν τριήρων αὐτὴ ἡ πόλις ἐπεμελεῖτο, κ. τ. λ. Etymologici auctor: Πάραλος, ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ καὶ Ἀντιγονὶς, καὶ Δημητριὰς, κ. τ. λ. verbo, ἱεραὶ τριήρεις. Meminit hujusce Parali navis Cicero in Verrem IV. 135. Nomen habet ab auctore Paralo, de quo VII. 57.

13. Cap. XXXVII. *Aut etiam vindemiantes, sunt in ejus exemplaribus. Nobiles, palustri accessu villæ, succollatis sponsione mulieribus, labantes trepidique feruntur*] Hunc locum ex fide Regii cod. 2. Colb. 3. aliorumque refinximus; cum prius ita legeretur interpolante Barbaro: *aut etiam vindemiantes. Sunt in ejus exemplaribus nobiles, palustri accessu villæ, succollantium specie mulieres, labentes trepidæque feruntur*. In Reg. 2. Colb. 3. et Parm. edit. *sponsione*. Gronovius *personis* pro *sponsione* scribit. Vox porro *succollare* Latina est, et Tranquillo quoque nota.

14. Cap. XL. *Pinxit et ipse penicillo parietes Thespiis, cum reficerentur quondam a Polygnoto picti*] Sic libri editi: in Mss. *Thepis*. Quid si *Delphis* potius? Nam de Polygnoto Thasio, cujus refici nunc pictura dicitur, Plinius ipse supra, c. 35. 'Hic Delphis ædem pinxit,' cui et Pausaniam astipulari diximus.

15. Ibid. *Dioxippum, qui pancratio Olympia .... aconiti vicit: coniti Nemeæa*] Quam belle sic ludum ludo, victoriæ victoriam opponit! cum Olympiis Nemeæa confert, et facili ac sine pulvere victoriæ alteram laboriosius comparatam. In libris hactenus vulgatis, *Cœnus stemmata*: at neque pictoris nomen est *Cœnus*, nec satis idoneum picturæ, quale hic requiritur, argumentum, stemmata: multo vero minus *scammata*, quæ Salmasius hoc loco obtrudit, in Exerc. ad Solinum, p. 36.

16. Cap. XLV. *M. Varro tradit sibi cognitum Romæ Posim nomine, a quo facta poma et uvas, ut non posses aspectu discernere a veris*] Libri ad hunc diem editi, *a quo factas Romæ uvas*, frigide, cum *Romæ* proxime antecesserit. Mox; *item pisces, ita ut non sit aspectu, &c.* Rectius *esset* sane diceret, cum de remotissimis Varronis temporibus nunc agatur. At Reg. 2. *a quo facta pomet uvas, item poscis aspectu discernere a veris*. Sic et alii pariter codices.

17. Cap. XLVI. *Vel assiduitate satiant figlinarum opera; doliis ad vina excogitatis, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, ad tecta coctilibus, frontatisque. Ob quæ Numa rex, &c.*] Locum hunc ope Regii codicis 2. ita refinximus, nihil illius integerrimi exemplaris discrepante scriptura ab ea quam repræsentamus: præterquam quod *fundamentisque* pro *frontatisque* præfert. Libri vero hactenus editi susdeque omnia vertunt, interpolant, ac pessumdant, hoc scilicet modo: *Vel quæ assiduitate satiant figlinarum opera imbricibus, tubulis tegulisque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatisque, aut quæ rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis, et ad aquas. Propter quæ Numa, &c.*

18. Ibid. *Retinet hanc nobilitatem et Arretium in Italia*] Sic libri omnes editi, et Mss. Turnebus tamen, Advers. XXVI. 10. legi jubet, *et Eretum*, quem vicum Sabinorum esse Stephanus ait, hodie *Monte Rotondo*: Ἠρητος, πόλις Σαβίνων. Unde heminas Ereti Persius commendat Sat. I. At non hic heminæ, sed vasa, ut Samia, sic et Arretina habere nobilitatem

Digitized by Google

dicuntur: neque a Plinio modo, sed et a Martiale non semel. Nam I. 54. 'Sic Arretinæ violant crystallina testæ.' Et XIV. 98. cujus lemma est, 'Vasa Arretina:' 'Arretina nimis ne spernas vasa monemus: Lautus erat Tuscis Porsena fictilibus.' Tusca fictilia vocat, quod sit Etruriæ, seu Tusciæ oppidum Arretium, *Arezzo*, ubi hodieque primæ commendationis figlina sunt Arretina. De calicibus Arretinis extat illud Virgilio carmen ascriptum, inter Epigrammata a Pithœo edita, p. 86. 'Arretine calix, mensis decorate paternis, Ante Maii medici quam bene sanus eras.'

19. Ibid. *Et calicum tantum, Surrentum, Asta, Pollentia: in Hispania Saguntum, &c.*] Libri omnes editi fere, inprimisque Elzevir. editio, hic interpungunt, *et calicum tantum: Surrentum, &c.* Ut ad Arretium, de quo proxime antea, non ad Surrentum pariter, ceteraque quæ sequuntur oppida, calicum dos ista pertineat, et quidem sola. Atqui ad Arretium spectare vasa quæ in esculentis adhibentur, calicesque, superius demonstravimus. Calices Surrentinos, Saguntinosque, et Pollentinos laudari a Martiale audio: vasa escaria non memini usquam me legere. Itaque ille primum XIV. 102. cui titulus, 'Calices Surrentini:' 'Accipe non vili calices de pulvere natos, Sed Surrentinæ læve toreuma rotæ.' Saguntinos deinde libri ejusdem Epigr. 108. cui lemma præfixum, 'Calices Saguntini:' 'Quæ non solicitus teneat, servetque minister, Sume Saguntino pocula ficta luto.' Pollentinos denique XIV. 157. allato a nobis libro octavo, cap. 78. Et de Surrentina, Pollentinaque simul terra, fingendis calicibus potoriis expetita, extat vetus Epigramma Græcum Macedonii, sane non inelegans, in Mss. nostris: *Συῤῥέντου τρηχεῖα, μυρίπνοε, χαῖρε, κονίη, Καὶ Πολλεντίνων γαῖα μελιχροτάτη· Ἐστὲ γὰρ αἱ τριπόθητοι, ἀφ' ὧν βρομιώδεα πηλὸν Φύρησαν Βάκχῳ τριζυγέες χάριτες.* *Unguentum redolens Surrenti asperrime pulvis, Et Pollentinæ mellea gleba plagæ: Vos ego semper amo, de quis sibi sumere limum Miscendum Bromio Gratia trina solet.*

20. Cap. XLIX. *Pitanæ in Asia, et in ulterioris Hispaniæ civitatibus, Maxilua et Calento, fiunt lateres, qui siccati non merguntur in aqua*] Ita Reg. 2. ceterique codices, totidem apicibus. In libris hactenus editis, *Massia et Calento*, mendose. Sed multo corruptiorem Vitruvii locum ex Pliniano emendabis: Maxiluam enim in Galliæ civitatem Massiliam interpolatores ejus libri transformarunt: 'Est autem in Hispania ulteriore Calentum, et in Galliis Massilia, in Asia Pitane, ubi lateres cum sunt ducti, et arefacti, projecti natant in aqua. Natare autem eos posse ideo videtur, quod terra est, de quo ducuntur, pumicosa.' Lege, 'Calentum et Maxilua:' deme cetera.

21. Ibid. *Patris, ædes Jovis et Herculis*] Sic libri editi omnes, et manu exarati: quorum ex fide alterum Vitruvii locum sanamus, II. 8. pag. 29. 'De lateritiis vero, dummodo ad perpendiculum sint stantes, nihil deducitur: sed quanti fuerint olim facti, tanti esse semper æstimantur. Itaque nonnullis civitatibus et publica opera, et privatas domos, etiam regias, e latere structas licet videre. Et primum Athenis murum, qui spectat ad Hymettum montem; et Pentelensem. Item parietes in æde Jovis et Herculis lateritias cellas, cum circa lapidea in æde epistylia sint, et columnæ.' Lege 'Item Patris.' Sic enim apposite oppidum oppido, Athenis Patræ opponuntur.

22. Cap. LII. *Sic et ambustis prodest, et furfuribus corporum cum sero picis*] Ita hunc locum restituimus, ex fide Reg. 2. codicis, cum prius le-

Digitized by Google

geretur, *cum sero et pice.* Neque modo ejus exemplaris auctoritas ad id impulit. Sed et Serapionis Medici calculus: namque illius interpres cap. 420. de alumine, 'Quando linitur,' inquit, 'cum aqua picis caput, cum eo aufert furfures capitis:' ut legisse plane videatur in Græco, *σὺν ὀῤῥῷ πίσσης*, hoc est, *cum pisselæo*, sive sero picis. Neque me movet quod apud Dioscoridem legatur in libris nunc vulgatis, *σὺν ὀρόβῳ καὶ πίσσῃ.* Quis enim aut illos ab omni culpa præstet, aut pisselæum neget cum alumine simul permixtum ad pityriasin prodesse, quod et Plinii codices Mss. et Serapion asseverat?

Digitized by Google

Digitized by Google

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXXVI.

Lapidum natura.

I. (I.) LAPIDUM natura restat, hoc est, præcipua morum insania, etiam ut gemmæ cum succinis, atque crystallinis, murrhinisque[1] sileantur. Omnia namque, quæ usque ad hoc volumen tractavimus, hominum causa genita[2] videri possunt. Montes natura sibi fecerat ad quasdam compages telluris[3] visceribus densandas,[a] simul ad impetus fluminum domandos, fluctusque frangendos, ac minime quietas partes coërcendas durissima sui materia. Cædimus hos, trahimusque,[4] nulla alia, quam deliciarum, causa, quos transcendisse quoque mirum fuit. In portento prope majores habuere Alpes ab Hannibale exsuperatas, et postea a Cimbris: nunc ipsæ cæduntur in mille genera marmorum: promontoria aperiuntur mari, et rerum natura agitur in planum. Evehimus ea, quæ separandis gentibus pro terminis constituta erant: navesque marmorum causa fiunt, ac per fluctus, sævissimam rerum naturæ partem, huc illuc por-

[a] *Ad quasdam terræ partes, quibus ceteræ compaginantur, in telluris visceribus comprimendas ac densandas.*

CAP. I. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *crystalli cum murrhinis* Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. *homini aliqua ex causa genita.*—3 Vet. Dalec. *in telluris.* Mox, *frangendos fluctusque domandos* cod. Dalec.—4 Vet.

Digitized by Google

tantur juga, majore etiamnum venia,[5] quam cum ad frigidos potus vas petitur in nubila,[a] cœloque proximæ rupes cavantur, ut bibatur glacie. Secum quisque cogitet, cum pretia horum audiat, cum vehi trahique moles videat, quam sine his fuerit beatior vita:[6] ad quam multorum neces[7] sit necesse ista facere, verius pati[8] mortales. Quos ob usus,[9] quasve ad voluptates alias, nisi ut inter maculas lapidum jaceant? ceu vero non tenebris noctium dimidiæ parti vitæ cujusque gaudia hæc auferentibus.[b]

II. (II.) Ingens ista reputantem subit etiam antiquitatis rubor. Extant censoriæ leges,[b] glandia in cœnis,[c] gliresque,[d] et alia dictu minora[1] apponi vetantes. Marmora in-

[b] *Cubent, dormiantque? perinde quasi non detrahat hæc gaudia nox dimidiæ parti vitæ uniuscujusque nostrum.*

Dalec. *extrahimus.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *huc illucque portantur juga montium, majore etiamnum vesania* edd. vett. et Gronov. Mox, *ad frangendos potus* cod. Dalec. Deinde, *portatur* pro *petitur* in Vet. ejusdem.—6 ‘*Quam sine his beatior fuerit vita*] Ita fuit emendandum ex codd. Regg. 2. 3. 5. et Editione principe.’ *Brotier.*—7 ‘*Ad quam multorum neces*] Ita cod. Reg. 5. et Editio princeps.’ *Idem.* *quæ precia h. a. quas vehi t. m. videat. Sed et quam sine his multorum fuerit beatior vita, ad quam multorum neces, sit necesse ista, &c.* Gronov. et vulgg. *cum pretia h. a. cum vehi t. m. v. quam sine his multorum fuerit beatior vita: ista, &c.* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *horum, &c. videt* Vet. Dalec.—8 ‘Ita codd. Regg. et Editio princeps.’ *Brotier.* *immo verius pati* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 ‘Ita cod. Reg. 5.’ *Brotier.* *mortales, quos ob usus* cod. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *mortales, quos ad usus* edd. vett. et Gronov. Paulo post, *seu vero* Gronov.

NOTÆ

[a] *Vas petitur in nubila*] Quæritur vas crystallinum, in montium jugis, quæ nubila contingunt. Usus ea forma loquendi sæpenumero Plinius. Lib. IX. cap. 54. margaritas ait ‘in insulas peti.’ Lib. XIV. cap. 5. ‘in Rubrum littus Indicumve merces petitas.’ Lib. XXX. cap. 21. ‘voluminibus Dardani in sepulcrum ejus petitis.’ Et exempla alia Index suppeditabit. Crystallum aliud nihil esse quam glaciem concretam longo annorum spatio credidit.

[b] *Extant censoriæ leges*] Jam supra laudatæ a Plinio VIII. 82.

[c] *Glandia in cœnis*] Glandium Priscianus partem esse intestinorum putat. Verius alii tubera in carne, ceu glandulas, præsertim in apro circa cervicem, ubi sunt glandulæ. Hæc enim hujus vocis acceptio est apud Plinium XVI. 73. Plautus in Capt. IV. 4. ‘Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium. Arripuit gladium, prætruncavit tribus tergoribus glandia.’ Et in Curcul. II. 2. 44. ‘Pernam, abdomen, sumen, suis glandium.’

[d] *Gliresque*] Inter convivales delicias glirium usus celebris olim fuit.

Digitized by Google

vehi, et maria hujus rei causa transiri, quæ vetaret, lex nulla lata est. Dicat fortassis aliquis: non enim invehebantur. Id quidem falso. Trecentas LX. columnas M. Scauri ædilitate[e] ad scenam theatri temporarii, et vix uno mense futuri in usu,[2] viderunt portari silentio legum.[c] Sed publicis nimirum[3] indulgentes voluptatibus. Idipsum cur? aut qua magis via irrepunt vitia, quam publica? Quo enim alio[4] modo in privatos usus illa venere, ebora, aurum, gemmæ? aut quid omnino Diis relinquimus? Verum esto, indulserint publicis voluptatibus: etiamne tacuerunt maximas earum, atque adeo duodequadragenum[f] pedum, Lucullei marmoris[g] in atrio Scauri collocari? nec clam illud occulteque factum est. Satisdari[h] sibi damni infecti coëgit[5] redemtor cloacarum, cum in Palatium[i] extraherentur.[d] Non ergo in tam malo exemplo moribus cavere utilius fuerat? Tacuere[6] tantas moles in privatam domum trahi præter fictilia Deorum fastigia.[e] [7] [j]

[c] *Nulla interim lege in contrarium lata.*

[d] *Promitti sibi per vadem coëgit is, qui cloacas reficiendas locarat, damnum sarciendum quod cloacis inferrent plaustra, dum eæ columnæ veherentur in Palatium.*

[e] *Et tacuere illi tamen, cum videre tantas moles trahi in privatas domos, præter oculos Deorum, quorum templis fictilia sunt fastigia.*

CAP. II. 1 Cod. Dalec. *delicatiora.*—2 Vet. Dalec. *in usum.*—3 *Sed publicis nimium* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Enimvero non alio* Gronov. et vulgg. Mox, *et quid om. D. relinquimus rerum? Esto* cod. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *egit* Gronov. et vulgg.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quam tacere* Gronov. et vulgg. *Par ergo*

NOTÆ

Petronius in Sat. p. 101. 'Ponticuli ferruminati sustinebant glires melle et papavere sparsos.' Ammianus Marcell. lib. XXVIII. p. 371. 'Ponuntur etiam in conviviis trutinæ, ut appositi pisces, et volucres ponderentur, et glires.' De eorum saginatione videndus Apicius VIII. 9.

[e] *M. Scauri ædilitate*] De qua inferius c. 24.

[f] *Atque adeo duodequadragenum*] Dicetur de iis loco proxime citato.

[g] *Lucullei marmoris*] De quo c. 8.

[h] *Satisdari*] Satisdare dicimur adversario nostro, cum pro eo, quod a nobis petit, ita cavemus, ut eum hoc nomine securum faciamus, datis fidejussoribus. Damnum infectum est damnum nondum factum, quod futurum veremur. Glossæ: *Damni infecti, ἀγωγὴ ζημίας μελλούσης.*

[i] *Cum in Palatium*] Ubi Scauri domus fuit, decima Urbis regione.

[j] *Fictilia Deorum fastigia*] Superio-

Digitized by Google

III. (III.) Nec potest videri Scaurus rudi et hujus mali improvidæ civitati obrepsisse quodam vitii rudimento.[1 k] Jam L. Crassum[l] oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem Palatio,[2] Hymettias tamen nec plures sex, aut longiores duodenum pedum, M. Brutus in jurgiis ob id 'Venerem Palatinam' appellaverat. Nimirum ista omisere, moribus victis: frustraque interdicta quæ vetuerant cernentes, nullas potius, quam irritas, esse leges maluerunt.[3] Hæc et quæ sequentur, meliores esse nos probabunt.[4] Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet? Sed prius, quam de marmoribus dicamus, hominum in iis proferenda judicamus[5 m] pretia. Ante igitur artifices[6] percensebimus.

IV. (IV.) Marmore scalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus et Scylis,[1 n] geniti in Creta insula, etiamnum Medis imperantibus,[o] priusque quam Cyrus in Persis reg-

fuerat vitam malo exemplo cavere, nec alias tacere cod. Dalec.—7 Vet. Dalec. *fastidia;* cod. Dalec. *simulachra.*

CAP. III. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *uti rudimento* cod. Dalec. *vitæ rudimento* Gronov. et vulgg.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in eodem atrio.* Mox, *tamen* deest in cod. Dalec. Deinde in eodem cod. *sexaginta* pro *sex.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *omisere: et moribus ac vitiis frustra interdicta quæ vetuerant cernentes, nullas potius quam irritas leges esse maluerunt.*—4 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier.* *Qui nos sequentur, meliores non esse probabunt* Gronov. et vulgg. *Sed et qui sequentur, meliores esse nos probabunt* ex codd. Harduinus et recentt.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *proferenda indicemus* Vet. Dalec. *præferenda dicemus* edd. vett. et Gronov.—6 Cod. Dalec. *eos.*

CAP. IV. 1 'Ita cod. Reg. 5.' *Brotier.* *et Scyllis* Gronov. Harduin. 1. 2. 3.

NOTÆ

re lib. cap. 45. 'Fictilem Jovem fuisse....fictiles in fastigio templi ejus quadrigas.' Et cap. 43. ubi de plastice: 'Hinc et fastigia templorum orta.'

[k] *Quodam vitii rudimento*] Quasi tum primum irrepente in urbem eo vitio. Ita rectius visum est, quam quod prius legebatur, *quodam vitæ.* In Reg. 2. et Colb. 3. *uti.*

[l] *Jam L. Crassum*] Vide XVII. 1.

[m] *Proferenda judicamus*] Sic Mss. Editi, *præferenda dicemus.*

[n] *Dipœnus et Scylis* [*Scyllis*] Δίποινος καὶ Σκύλλις. Hos alii Dædali discipulos, filios alii fuisse volunt, inquit Pausanias l. II. p. 111. Σκύλλης καὶ Δίποινος, Κρητικὼ, οἶμαι, ἀνδριαντοποιὼ, inquit Clemens Alex. in Protrept. p. 31.

[o] *Medis imperantibus*] Astyage ultimo Medorum rege, cui Cyrus deinde, ejus ex filia nepos, ex patre Cambyse Persa, successit.

Digitized by Google

nare inciperet, hoc est, Olympiade circiter L. Ii Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria. Deorum quorundam simulacra publice locaverant Sicyonii, quæ prius quam absolverentur, artifices injuriam questi abierunt in Ætolos. Protinus Sicyonem fames invasit ac sterilitas,[2] mœrorque dirus. Remedium petentibus Apollo Pythius respondit,[3] 'Si Dipœnus et Scylis Deorum simulacra perfecissent.' Quod magnis mercedibus obsequiisque impetratum est. Fuere autem simulacra ea Apollinis,[p] Dianæ,[q] Herculis, Minervæ, quod e cœlo postea tactum est.

(V.) Cum ii essent, jam fuerat * in Chio insula Malas sculptor: dein filius ejus Micciades, ac deinde nepos Archermus, cujus filii[4] Bupalus et Athenis[5] [r] clarissimi in ea scientia fuere, Hipponactis[s] poëtæ ætate, quem certum est LX. Olympiade fuisse. Quod si quis horum familiam ad

et recentt.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sicyonios infanda invasit sterilitas* cod. Dalec. *S. fames invasit ac sterilitas* Gronov. et vulgg.—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier*. *Apollo Pythius affuturum respondit* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—*Al. *fuerant*.—4 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier*. *Anthermus Chius, cujus filii* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 'Ita bene eruditus Harduinus in priore sua editione. Male in altera, *et Anthernus*. Id patet ex Scholiaste Aristophanis in Aves, ubi Bupalum et Athenim, *καὶ Ἄθηνιν*, memorat.' *Brotier*. *Bupalus et*

NOTÆ.

[p] *Apollinis*] Id simulacrum ab Scyllidis Dipœnique discipulis absolutum tradit Pausanias lib. cit. p. 146.

[q] *Dianæ*] De his operibus Clemens Alex. loc. cit. *Σκύλλης καὶ Δίποινος ὠνομαζέσθην. Τούτω δὲ τὰ ἐν Ἄργει τοῖν Διοσκούροιν ἀγάλματα κατεσκεύασαν, καὶ τὸν ἐν Τίρυνθι Ἡρακλέους ἀνδριάντα, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ξόανον ἐν Σικυῶνι. Scyles et Dipœnus vocabantur: qui et imagines Castoris et Pollucis quæ sunt Argis, et effigiem Herculis quæ est Tirynthe, et Munychiæ Dianæ in Sicyone statuam fecerunt.*

[r] *Bupalus et Athenis*] Vide Notas et Emend. num. 1. Bupali meminit Pausanias in Messeniacis, p. 274. et in Bœoticis, p. 596. Athenidis Suidas, verbo Ἱππώναξ.—'Sic enim appellat pro Anthermo. Horatius Epod. VI. Hipponax, 'acer hostis Bupalo.'' *Ed. sec.*

[s] *Hipponactis*] Ephesius fuit, Iamborum carminum scriptor. Vide Suidam. Meminit ejus et Athenæus lib. XII. p. 552. Hac ipsa Olympiade, quæ hic notatur, natus est vates Æschylus. At Proclus in Chrestomathia, ut Photius refert, in Bibl. cod. CCXXXIX. p. 984. Hipponactem ait Darii temporibus floruisse, hoc est, Olympiade LXV. Ὁ δ' Ἱππώναξ κατὰ Δαρεῖον ἤκμαζεν.

Digitized by Google

proavum usque retro agat, inveniet artis ejus originem cum Olympiadum origine cœpisse. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat: quamobrem [t] imaginem ejus lascivia jocorum ii proposuere [6] ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum [u] destrinxit in tantum,[7] ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse: quod falsum est. Complura enim in finitimis insulis simulacra postea [8] fecere, sicut in Delo, quibus subjecerunt carmen, 'Non vitibus tantum [v] censeri Chium, sed et operibus Archermi filiorum.' Ostendunt et Iasii [w] Dianam manibus eorum factam. Et in ipsa Chio narrata est operis eorum Dianæ facies in sublimi posita, cujus vultum intrantes tristem, exeuntes hilaratum [9] putant. Romæ signa eorum sunt in Palatina [x] æde, Apollinis in fastigio, et in omnibus fere quæ Divus Augustus fecit. Patris quoque eorum et Deli fuere opera, et in Lesbo insula. Dipœni quidem Ambracia, Argos,[y] Cleonæ operibus refertæ fuere. Omnes autem tantum candido marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem cœpere lychniten [z] appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis cæderetur, ut auctor est Varro, multis postea candidioribus repertis, nuper etiam in Lunensium [a]

Anthermus Gronov. al. vett. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *B. et Athenis* Harduin. 1. et Bipont.—6 Cod. Dalec. *jocorum in promptu fecere.* Mox, *oculis,* pro *circulis,* Hadr. Jun. Animadv. I. 16.—7 Cod. Dalec. *amaritudine carminum distrinxit eos in tantum.* Mox, *aliquos ex iis ad laqueum* Vet. Dalec. *aliquos eorum ad laqueos* cod. Dalec.—8 Cod. Dalec. *simulacra Deorum postea.*—9 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *exhilaratum*

NOTÆ

[t] *Quamobrem*] Refert hoc quoque Suidas loco cit.

[u] *Amaritudinem carminum*] Quæ illi pro telo fuit. Vide Notas et Emend. num. 1.

[v] *Non vitibus tantum*] Laudatissima enim ex Chio vina, ut diximus XIV. 9.

[w] *Ostendunt et Iasii*] Urbs est Cariæ Iasus, de qua v. 29.

[x] *In Palatina*] In æde quam Apollini dedicavit Augustus in Palatio, decima Urbis regione.

[y] *Argos*] Ibi sane Castoris et Pollucis statua a Dipœno facta visebatur, ut ex Clemente Alex. paulo ante diximus.

[z] *Lychniten*] Λυχνίτην, quasi lucernarium. Idcirco et λίθον λυχνέα appellat Callixenus Rhodius apud Athen. lib. v. p. 205.

[a] *In Lunensium*] In Italia. Gruteri Inscriptio, pag. 593. TABVLARIVS. MARMORVM. LVNENSIVM.

Digitized by Google

lapicidinis. Sed in Pariorum[b] mirabile proditur, gleba lapidis unius cuneis dividentium soluta imaginem Sileni[c] extitisse.

Non omittendum, hanc artem tanto vetustiorem fuisse, quam picturam, aut statuariam, quarum utraque cum Phidia cœpit, LXXXII.[10] Olympiade, post annos circiter trecentos triginta duos.[d] Et ipsum Phidiam tradunt scalpsisse marmora, Veneremque[e] ejus esse Romæ in Octaviæ operibus[f] eximiæ pulchritudinis.[11] Alcamenem[g] Atheniensem (quod certum est) docuit inprimis nobilem, cujus sunt opera Athenis complura in ædibus sacris, præclaraque Venus[h] extra muros, quæ appellatur Aphrodite ἐν Κήποις.[12] [i] Huic

Gronov. et al. vett.—10 Gronov. et al. vett. *octuagesima tertia;* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *LXXXIIII.* Mox, *Ludorum Olympiade* cod. Dalec.—11 'Lege: *in Octaviæ* (sc. porticu,) *opus egregiæ pulchritudinis:* immo et *τὸ opus* possit pro glossemate haberi.' *Toll. ad Auson.* p. 603. Mox, *Alcmanem Atheniensem . . . . cujus opera Athenienses complura in æ. sacris posuere, præclaramque Veneris imaginem extra, &c.* cod. Dalec.—12 'Vet. ἐξώπολις. Nihil muto;

NOTÆ

[b] *Sed in Pariorum*] Subintellige, lapicidinis. Simile est, quod Cicero narrat, de Divin. I. 23. ex Carneade, 'in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput extitisse Panisci.'

[c] *Imaginem Sileni*] Quem Bacchi nutritium fuisse, vel pædagogum ferunt.

[d] *Trecentos triginta duos*] Ab institutis Olympiadibus. Nam uti Plinius hoc capite dixit, 'Si quis Bupali et Athenidis familiam ad proavum usque retro agat, inveniet artis ejus originem cum Olympiadum origine cœpisse.' Et sane Olympiades octoginta tres completæ annos plane totidem efficiunt, hoc est, CCCXXXII. Hunc locum præpostere accepit Marsilius Cagnatus Var. Observ. IV. 8. pag. 267. perinde quasi Plinius voluisset Olympiadem LXXXIV. in annum Urbis incidere trecentesimum XXXII.

[e] *Veneremque*] Ex Pario lapide. Pausanias lib. I. p. 27.

[f] *In Octaviæ operibus*] Hoc est, in Octaviæ porticibus et scholis, ut diximus XXXV. 37. et 40.

[g] *Alcamenem*] Ἀλκαμένης, de quo multa idem Pausanias in Eliac. prior. p. 305. in Bœot. p. 559. et alibi passim. Diximus de eo jam antea XXXIV. 19.

[h] *Præclaraque Venus*] Pausanias in Atticis, p. 33. Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀφροδίτης ἐν τοῖς Κήποις, ἔργον ἐστὶν Ἀλκαμένους, καὶ τῶν Ἀθήνῃσιν ἐν λόγοις θέας ἄξιον. *Quod in hortis Veneris signum cernitur, Alcamenis opus fuit, et inter ea quæ Athenis cum admiratione spectantur, suum obtinet locum.* Meminit et Lucianus in Imaginibus.

[i] Ἐν Κήποις] *In hortis.* Regiuncula hæc Athenis fuit, proxime templum Apollinis, ubi et ædes Veneris Οὐρανίας, sive *Cælestis*.—'Est autem

Digitized by Google

summam manum ipse Phidias imposuisse dicitur. Ejusdem[13] discipulus[j] fuit Agoracritus Parius, et ætate gratus.[14 k] Itaque e suis[l] operibus pleraque nomini ejus donasse fertur. Certavere autem inter se ambo[m] discipuli Venere facienda. Vicitque Alcamenes non opere,[a] sed civitatis suffragiis, contra peregrinum suo[b 15] faventis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, et appellasse Nemesin.[n] Id positum est

[a] *Non operis præstantia.* [b] *Civi suo.*

ita vocat Pausanias.' *Dalec.*—13 *Ipsius* Vet. Dalec.—14 Ita ex codd. Regg. 2. 5. *Brotier.* *ei ætate gratus* Gronov. et vulgg. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

appellata Græce Ἀφροδίτη Venus, ut quidem arbitramur, non διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν, eo quod e maris spuma sit enata, neque enim id Etymologiæ leges ferunt: sed ex ἀπὸ et ῥοδίτης: mutata in ἀπὸ tenui in aspiratam, ob sequentem literam ῥ: ita ut sit Ἀφροδίτη pro ἀφροδῖτις, *rosei coloris similis*, ob venustatem: unde et *auream*, Χρυσῆν Ἀφροδίτην, vocat Hesiod. in Ἔργοις, vs. 65.' *Ed. sec.*

[j] *Ejusdem discipulus*] Phidiæ scilicet. Pausanias in Bœot. p. 593. Τέχνη Ἀγορακρίτου, μαθητοῦ δὲ καὶ ἐρωμένου Φειδίου.

[k] *Et ætate gratus*] Hoc est, Phidiæ amasius. Vide Notas et Emend. num. 2.

[l] *Itaque e suis*] Tzetzes Chil. VII. Hist. 154. Suidas item, et Hesychius, verbo Ῥαμνουσίαν Νέμεσιν.

[m] *Certavere ... ambo*] Alcamenes Atheniensis, et Agoracritus Parius.

[n] *Nemesin*] Officii monitricem, et facinorosorum ultricem Deam, ut alibi diximus. Effigies ejus quæ fuerit, disces ex gemino Epigrammate, quod in Anthologia extat IV. 12. de statua Nemeseos, εἰς στήλην Νεμέσεως. Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχεϊ τῷ τε χαλινῷ, Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν. Grotio interprete: *Hæc Nemesis frænum gestans normamque monebit, Nil effræne loqui, nil facere absque modo.* Ejusdem argumenti alterum: Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω. τίνος οὕνεκα; λέξεις. Πᾶσι παραγγέλλω, μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. *Normam gesto manu Nemesis: cur, quæris, opinor: Absque modo cunctis suadeo ne quid agant.* Fuit et alia Atheniensium Nemesis, in quam Theæteti Scholastici epigramma ibidem legitur: Θεαιτήτου Σχολαστικοῦ εἰς τὴν Ἀθηναίων Νέμεσιν. Χιονέην με λίθον παλιναυξέος ἐκ περιωπῆς Λαοτύπος τμήξας πετροτόμοις ἀκίσι Μῆδος ἐποντοπόρευσεν, ὅπως ἀνδρείκελα τεύξῃ Τῆς κατ' Ἀθηναίων σύμβολα καμμονίης. Ὡς δὲ δαϊζομένοις Μαραθὼν ἀντέκτυπε Πέρσαις, Καὶ νέες ὑγροπόρουν χεύμασιν αἱμαλέοις, Ἔξεσαν Ἀδρήστειαν ἀριστώδινες Ἀθῆναι, Δαίμον' ὑπερφιάλοις ἀντίπαλον μερόπων. Ἀντιταλαντεύω τὰς ἐλπίδας· εἰμὶ δὲ καὶ νῦν Νίκη Ἐρεχθείδαις, Ἀσσυρίοις Νέμεσις. *Me niveum viva lapidem de rupe cecidit, Marmoream rumpens cuspide duritiem, Persa daret cum vela Notis, ut fingeret ex me De Cecropis victrix gente tropæa manus. Cladibus at Marathon postquam resonavit Eois, Perque cruore rubens æquor iere rates,*

Digitized by Google

Rhamnunte[o] pago Atticæ, quod M. Varro omnibus signis prætulit. Est et in Matris Magnæ[p] delubro in eadem civitate Agoracriti opus.

Phidiam[q] clarissimum esse per omnes gentes, quæ Jovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat: sed ut[16] merito laudari sciant, etiam qui opera ejus non viderunt, proferemus argumenta parva, et ingenii tantum. Neque ad hoc Jovis Olympii pulchritudine utemur, non Minervæ Athenis factæ amplitudine, cum sit ea cubitorum viginti sex; ebore hæc et auro constat: sed scuto ejus, in quo Amazonum[r] prælium cælavit intumescente ambitu parmæ: ejusdem concava parte Deorum et gigantum dimicationem:[s] in soleis vero Lapitharum[t] et Centaurorum: adeo momenta omnia capacia artis[u] illi[17] fuere.[e] In basi autem[18] [v] quod

[e] *Adeo partes quæque minimæ in ea statua capaces ei visæ sunt alicujus artis et figuræ recipiendæ.*

—15 Vet. Dalec. *civi suo.*—16 'Ms. *sed et ut;* et mox, *et qui op.*' Dalec.—17 Vet. Dalec. *comperta arti illius;* Gronov. et vulgg. *compacta artis illius;*

NOTÆ

Fecit Adrasteam de me gens fortis Athenæ, Ulcisci solitam facta superba Deam. Spes ego libratas teneo: Victoria nam sum Cecropidis: Nemesis nec minus Assyriis.—'*Nemesin*] Appellari signum illud artifex Agoracritus voluit pro Venere Nemesin, subscripto eo nomine, hoc est, Ultricem Deam. Id vero de industria fecit, ut si quis illud loco movere aut transferre vellet Athenas, vindictam a Dea metueret. Nemesis alterius, hoc est, Deæ officiorum monitricis, effigies quæ fuerit, disces ex gemino Epigrammate,' &c. *Ed. sec.*

[o] *Id positum est Rhamnunte*] De Rhamnunte diximus IV. 11. Mela lib. III. p. 33. 'Rhamnus parva, illustris tamen, quod in ea est Phidiaca Nemesis.' Hesychius, p. 811. 'Ραμνουσίαν Νέμεσιν. Ἐν Ῥαμνοῦντι Νεμέσεως ἵδρυτο ἄγαλμα δεκαπῆχυ, ὁλόλιθον, ἔργον Φειδίου, ἔχον ἐν τῇ χειρὶ μηλέας κλάδον. *Simulacrum denum cubitorum, e solido lapide, ramum manu gestans arboris mali.* Ex eo ramo tabellam pependisse, Zenobius auctor est, Cent. v. Prov. 82. πτύχιόν τι μικρὸν, in qua scriptum, ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟC. ΠΑΡΙΟC. ΕΠΟΙΗCΕΝ.

[p] *Est et in Matris Magnæ*] Cybeles.—'Hoc est, Naturæ magnorum animorum genitricis.' *Ed. sec.*

[q] *Phidiam*] De eo diximus XXXIV. 19. sub initium. De Jove Olympio Valerius Maximus eleganter, III. 7. p. 181.

[r] *In quo Amazonum*] Tradit hoc ipsum Pausanias lib. I. sive in Attic. p. 29. et 43. Amazones aliquando assumtis Scytharum auxiliis in Atticam incursarunt, ut auctor est Justinus lib. II. victas tum esse a Theseo Pausanias idem ait in Atticis.

[s] *Deorum et gigantum dimicationem*] Quam describit Ovid. Met. I. 151.

[t] *Lapitharum*] De hoc certamine ob raptum matronarum inito, vide

Digitized by Google

cælatum est, Pandoras genesin appellavit: ibi [w] Dii sunt xx.[19] numero nascentes, Victoria [x] præcipue mirabili. Periti mirantur et serpentem,[20] [y] ac sub ipsa cuspide [z] æream sphingem. Hæc sunt [21] obiter dicta de artifice nunquam satis laudato: simul ut noscatur illam magnificentiam æqualem fuisse et in parvis.

Praxitelis ætatem inter statuarios diximus,[a] qui marmoris gloria superavit etiam semet. Opera ejus sunt Athenis in Ceramico: sed ante omnia, et non solum Praxitelis, verum et in toto orbe terrarum, Venus,[b] quam ut viderent

al. vett. ap. Dalec. *comperta artis illi.*—18 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *In base autem* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—19 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ibi Dii sunt XXX.* Gronov. et vulgg.—20 Vet. Dalec. *septem.*—

NOTÆ

Hyginum. Fab. xxxiii. et Ovid. Met. xii. 240.

[u] *Adeo momenta omnia capacia artis*] In libris hactenus editis, *compacta artis.* In Reg. 2. *catacia.* Nos cum Gronovio *capacia* scripsimus. In Colb. 3. hoc tantum: *adeo momenta omnis artis illi fuere.*

[v] *In basi autem*] Pausanias, loco cit. p. 43. et 44. Ἔστι δὲ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματος ἐπειργασμένη Πανδώρας γένεσις. De Pandora Hesiodum vide, ceterosque mythologos. Mulierem fuisse fabulantur, Vulcani opus e luto, cui Dii singuli sua dona dederint: Pallas sapientiam, Venus decorem, Apollo musicam. Unde Pandora dicitur, quasi omnium donum, vel ab omnibus donata, vel omnis generis rebus pollens.

[w] *Ibi*] In eadem basi.

[x] *Victoria*] Fuit hæc altitudine cubitorum fere quaternum, Καὶ Νίκη τε ὅσον τεσσάρων πηχῶν, ex ebore. Pausan. lib. i. p. 43.

[y] *Et serpentem*] Pausanias loc. cit. Καί οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν ἀσπίς τε κεῖται, καὶ πλησίον τοῦ δόρατος Δράκων ἐστίν· εἴη δ' ἂν Ἐριχθόνιος οὗτος ὁ δράκων. *Jacet ad pedes scutum: ad imam hastam draco, quem Erichthonium esse existimare possis.*

[z] *Ac sub ipsa cuspide*] Alteram præterea Sphingis effigiem in casside cælatam fuisse auctor est Pausanias loc. cit. Μέσῳ μὲν οὖν ἐπίκειταί οἱ τῷ κράνει Σφιγγὸς εἰκών.

[a] *Praxitelis ætatem .... diximus*] Lib. xxxiv. c. 19.

[b] *Venus*] In illud simulacrum extant Epigrammata perelegantia in Anthol. iv. 12. quorum illud primum Antipatri: Τίς λίθον ἐψύχωσε; τίς ἐν χθονὶ Κύπριν ἐσεῖδεν; Ἵμερον ἐν πέτρῃ τίς τόσον εἰργάσατο; Πραξιτέλους χειρῶν ὅδε που πόνος· ἢ τάχ' Ὄλυμπος Χηρεύει, Παφίης εἰς Κνίδον ἐρχομένης. *Quis lapidi spirare dedit? quis Cyprida vidit In terris? quantum marmor amoris habet! Praxitelis manus est: Venere, ut puto, regia cæli Jam caret: ad Cnidios venit ut ipsa Venus.* Et sextum ab isto, Eveni: Πάλλας καὶ Κρονίδαο συνευνέτις εἶπον ἰδοῦσαι Τὴν Κνιδίην, ἀδίκως τὸν Φρύγα μεμφόμεθα. *Ut Cnidiam videre Jovis soror atque Mi-*

Digitized by Google

multi navigaverunt Gnidum. Duas fecerat, simulque vendebat, alteram velata specie, quam ob id quidem prætulerunt,[22] quorum conditio[c] erat, Coi, cum alteram etiam eodem pretio detulisset, severum id ac pudicum arbitrantes: rejectam Gnidii emerunt, immensa differentia famæ. Voluit etiam postea a Gnidiis mercari rex Nicomedes,[d] totum æs civitatis alienum, quod erat ingens, dissoluturum se promittens.[23] Omnia perpeti maluere, nec immerito: illo enim signo Praxiteles nobilitavit[24] Gnidum. Ædicula ejus tota aperitur, ut conspici possit undique effigies Deæ, favente ipsa, ut creditur facto. Nec minor ex quacumque parte admiratio est. Ferunt amore[e] captum quendam, cum delituisset noctu, simulacro cohæsisse, ejusque[25] cupiditatis esse indicem maculam. Sunt in Gnido et alia signa marmorea illustrium artificum: Liber pater Bryaxidis:[f] et alter Scopæ, et Minerva: nec majus aliud Veneris Praxiteliæ specimen,[26] quam quod inter hæc sola memoratur.[d] Ejusdem est et Cupido objectus a Cicerone[g] Verri, ille propter

[d] *Nec major commendatio esse potest Veneris illius Praxiteliæ, quam quod sola inter tot signa, quæ Cnidos habet, memoratur.*

21 *Hæc licet sint* cod. Dalec.—22 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *prætulerunt optione* Gronov. et vulgg.—23 Codd. Dalec. et Vet. ejusdem, *repromittens.*—24 Cod. Dalec. *nobilitaverat.*—25 Cod. Dalec. *ejusdemque.*—26 Cod. Dalec. *nec majus Veneris Praxiteliæ aliud specimen;* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

nerva, Dixerunt: querimur non bene de Paride.

[c] *Quorum conditio*] Hoc est, optio. Cicero pro Cluent. num. 14. 'Sed cum esset hæc illi proposita conditio, ut aut juste pieque accusaret, aut acerbe indigneque moreretur,' &c.

[d] *Nicomedes*] Bithyniæ rex, Mithridaticis temporibus.

[e] *Ferunt amore*] Vide Valerium Max. VIII. 11. pag. 400. Ex Posidippo historico refert hoc ipsum Clemens Alex. in Protrept. pag. 38. Ἀφροδίτη δὲ ἄλλη ἐν Κνίδῳ λίθος ἦν, καὶ καλὴ ἦν· ἕτερος ἠράσθη ταύτης καὶ μίγνυται τῇ λίθῳ· Ποσίδιππος ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ Κνίδου.

[f] *Bryaxidis*] Βρύαξις statuarius a Pausania laudatur, lib. I. pag. 73. et alibi passim. Σκόπας ab eodem in Atticis, &c.

[g] *A Cicerone*] Orat. VI. in Verrem, de signis, num. 4. 'Idem, opinor, artifex, Praxiteles, ejusdemmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiæ visuntur: nam alia visendi causa nulla est. Itaque ille L. Mummius, cum Thespiis ea, quæ ad ædem Felicitatis sunt, ceteraque profana ex illo op-

Digitized by Google

quem Thespiæ visebantur,[27] nunc in Octaviæ scholis [h] positus. Ejusdem et alter [i] nudus in Pario colonia Propontidis, par Veneri Gnidiæ nobilitate, et injuria. Adamavit enim eum Alchidas Rhodius, atque in eo quoque simile amoris vestigium reliquit. Romæ Praxitelis opera sunt, Flora,[28] [j] Triptolemus,[k] Ceres [l] in hortis Servilii:[29] [m] Boni Eventus,[n] et Bonæ Fortunæ [o] simulacra in Capitolio: item et Mænades,[p] et quas Thyadas [q] vocant, et Caryatidas: [r] et Sileni,[s] in Pollionis Asinii [t] monumentis,[30] et Apollo, et Neptunus.

Praxitelicæ.—27 *Verri illi graviter, qui Thespiis visebatur* cod. Dalec.—28 *Chloris* Vet. Dalec.—29 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in hortis Servilianis* Gronov. et vulgg. Mox, *item Mænades, quas et Thyadas* Vet. Dalec. *item et Mænadum, quas Thyados* alii vett. ap. Dalec. Paulo post, *et Caryatides* Vet. Dalec. *Caryatidas* cod. Dalec.—30 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Asinii Pollionis* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

pido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit.' Deportatum nihilominus postea Romam non Plinius modo, sed et Pausanias lib. IX. p. 581. edocet: ait a Caio Cæsare primo sublatum, Thespiensibus deinde a Claudio redditum, demum a Nerone Romam advectum, igni postea conflagrasse. Erat is e marmore Pentelico.

[h] *In Octaviæ scholis*] De his egimus XXXV. 37.

[i] *Ejusdem et alter*] Pausanias loc. cit. etsi id obscure.

[j] *Flora*] Ita etiam Mss. Eadem Chloris appellata. Ovidius: 'Chloris eram, quæ Flora vocor.'

[k] *Triptolemus*] Cereris alumnus, ab ipsa frugum sationem edoctus.

[l] *Ceres*] Praxiteliæ Cereris Pausanias meminit, lib. I. p. 4.

[m] *In hortis Servilii*] Ab eo Servilio nomen hi horti habent, opinor, qui Tribunus plebis fuit, Cicerone Consule.

[n] *Boni Eventus*] Diximus de hujus simulacri forma XXXIV. 19.

[o] *Et Bonæ Fortunæ*] Fortunæ simulacrum a Praxitele elaboratum Pausanias laudat lib. I. p. 81.

[p] *Mænades*] Μαινάδες mulieres eæ dicebantur, quæ Bacchi sacra capillis sparsis cursitantes hinc inde celebrabant: παρὰ τὸ μαίνεσθαι, quod insanire significat.

[q] *Thyadas*] Θυὰς Bacchi pariter sacrificula. Horat. III. Od. 15. 'Pulso Thyas uti concita tympano.'

[r] *Caryatidas*] Τὰς ἐν Καρύαις παρθένους appellat Pausanias lib. IV. pag. 247. Idem porro lib. III. pag. 178. Caryas ait vicum esse haud procul Lacedæmone, Dianæ sacrum, ubi ejus Deæ Caryatidis appellatæ signum, τῆς Καρυάτιδος: quo in loco Lacedæmoniorum virgines, id pariter nomen sortitæ, anniversarium festum obirent, patrioque ritu saltarent.

[s] *Et Sileni*] Bacchi comites, ut diximus XXXV. 36. De hoc Praxitelis opere extat Æmiliani Epigramma pervenustum in Anthol. IV. 6. Τέχνας εἵνεκα σεῖο καὶ ἁ λίθος ἅδε βρυάζει, Πραξίτελες· λῦσον, καὶ πάλι κωμάσεται.

Digitized by Google

Praxitelis filius Cephissodorus et artis hæres fuit.[31] Cujus laudatum est Pergami symplegma,[u] signum nobile, digitis corpori verius,[v] quam marmori, impressis. Romæ ejus opera sunt: Latona in Palatii delubro: Venus in Pollionis Asinii monumentis: et intra Octaviæ porticus in Junonis æde Æsculapius, ac Diana.

Scopæ laus cum his certat. Is fecit Venerem,[w] et Pothon, et Phaëthontem,[32 x] qui Samothrace sanctissimis[33] cærimoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum,[y] Vestam sedentem[z] laudatam in Servilianis hortis, duasque chametæras[a] circa eam, quarum pares in Asinii monumentis sunt, ubi et Canephoros[34 b] ejusdem. Sed in maxima dignatione

—31 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *rei et artis hæres fuit* Gronov. et vulgg. Mox, *Hujus laudatum est* Vet. Dalec.—32 *Scopas cum his certans fecit Venerem et Phaëthontem* cod. Dalec. *Scopæ laus cum his certantis fecit Venerem, &c.* Vet. Dalec.—33 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Samothrace sanctis* cod. Dalec. *Samothraciæ sanctissimis* Gronov. et vulgg.—34 *Canephorus*

NOTÆ

Νῦν δ' ὑμῖν οὐ γῆρας ἐτ' ἀδρανές· ἀλλ' ὁ πεδητὴς Σειληνοῖς κώμων, βάσκανός ἐστι λίθος. *Praxiteles, lapis ipse tua lascivit ab arte: Et mox saltabo: tu modo solve basi. Nunc nos Silenos numerorum lege moveri Non senium, saxi sed vetat invidia.*

[t] *Asinii*] Hujus monumenta qua Urbis regione sita fuerint, inexploratum. De ipso Pollione dicemus in Auctorum Indice. De Silenis proxime antea.

[u] *Symplegma*] Σύμπλεγμα, *complexus* duorum puellorum, vel sese mutuo osculantium, vel colluctantium, ut infra.

[v] *Corpori verius*] Carnem credas, non marmor, intueri.

[w] *Is fecit Venerem*] Pausanias lib. I. p. 81. Σκόπα δὲ Ἔρως, καὶ Ἵμερος, καὶ Πόθος. *Scopæ Cupido, Appetitus, et Pothos, seu Desiderium.*

[x] *Et Phaëthontem*] Revocat in memoriam effigies ea picturam ejusdem Phaëthontis inscite factam, in quam Lucilius vates facete lusit, in Anthol. II. 19. Γράψας Δευκαλίωνα, Μενέστρατε, καὶ Φαέθοντα· Ζητεῖς τίς τούτων ἄξιός ἐστι τίνος; Τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς τιμήσομεν· ἄξιος ὄντως Ἔστι πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ' ὕδατος. *Pictus Deucalion, Phaëthonque, Menestrate, pictus Est tibi: quo dignus, quæris, uterque labor? Ut quod cuique suum est, illis tribuatur: habento Et flammas Phaëthon, et mare Deucalion.*

[y] *Apollinem Palatinum*] Diversus hic est a Capitolino, de quo Plinius XIII. 27. et XXXIV. 18. etsi unicum Dalecampius conflat ex duobus.

[z] *Vestam sedentem*] Sic fere et in nummis antiquis pingitur: altera manu facem, discum altera seu libatoriam pateram præfert. Fax ad ignem pertinet, discus ad sacrificia solenni ritu perpetuoque oblata.

[a] *Chametæras*] Χαμεταιρὶς Hesychio πόρνη dicitur, *scortum*. At ἑταίρα *sociam* et *amicam* magis severo ac pudico nomine etiam sonat. Quare χαμεταίρας *socias humi sedentes* interpretor.

[b] *Canephoros*] Ita Reg. 2. recte,

Digitized by Google

delubro Cn. Domitii[35][c] in Circo Flaminio Neptunus ipse, et Thetis, atque Achilles, Nereides supra delphinos et cete et hippocampos[d] sedentes. Item Tritones,[e] chorusque Phorci, et pristes, ac multa alia marina, omnia ejusdem manus, præclarum opus,[36] etiam si totius vitæ fuisset. Nunc vero præter supra dicta, quæque nescimus,[f] Mars est etiamnum sedens colosseus[37] ejusdem,[g] in templo Bruti

Gronov. et al. vett.—35 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. P. Victor: 'In IX. Urbis regione prope theatrum Marcelli fuit delubrum Cn. Domitii.'' *Brotier.* *Cn. Domitii delubro* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—36 Cod. Dalec. *marina ejusdem omnia, magnum et p. opus;* Vet. Dalec. *marina, ejusdem manus omnia, magnum et p. opus.*—37 Cod. Dalec. *sedens Colossus.* Mox, *apud Circum eundem ad Labicanam portam eunti* edd. vett. Gronov.

NOTÆ

non *Canephorus.* Duas e virginibus illis intelligit, quas Athenienses *Cistiferas* vocabant, Κανηφόρους, quæ Minervæ dona capite ferrent, cistis seu sportulis inclusa. Pausan. lib. I. pag. 49. Vide Hesychium, verbo Κανηφόροι. Fecit et Canephoros Polycletus, Tullio teste, sub initium lib. IV. in Verrem, sed ex ære: 'Erant,' inquit, 'ænea præterea duo signa non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædam, more Atheniensium virginum, reposita in capitibus sustinebant. Canephoræ ipsæ vocabantur: sed earum artificem, quem? quemnam? recte admones: Polycletum esse dicebant.'

c *Delubro Cn. Domitii*] P. Victor, in Descript. Romæ, regione nona, in qua Circus Flaminius, prope Theatrum Marcelli, 'Delubrum Cn. Domitii.' Ædes hæc fuit Neptuno sacra, unde mox Plinius subjicit, 'Neptunus ipse,' cujus nempe hoc delubrum fuit, conditum a Cn. Domitio, ex Ahenobarborum familia. Livius lib. XXVIII. pag. 323. 'Ara Neptuni multo sudore manasse in Circo Flaminio dicebatur,' &c. Inscriptio Gruteri, p. 318. ABASCANTO. AVG. LIB. AEDITVO AEDIS. NEPTVNI. QVAE. IN. CIRCO FLAMIN.

d *Et hippocampos*] *Des chevaux marins.* Monstra immania ex genere cetaceo: nam κήτεα Græci *cete* vocabant. Hippopotamis quoque vehi Neptunum Statius prodidit in Thebaide: sed diversi hi ab hippocampis. Nonius: 'Hippocampi, equi marini, a flexu caudarum, quæ piscosæ sunt,' &c. Idemque ex Ægistho Nævii inducit 'Sirenes citis Delphino junctis vehiculis, hippocampisque asperis.'

e *Item Tritones*] Sic Maro Æneid. v. 824. 'Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.' Phorcus, Neptuni F. marinum numen a poëtis fingitur.

f *Quæque nescimus*] Ut Baccham seu Mænadem laudatam in Anthol. IV. 3. 4. Græca, quæ sunt obvia, prætermittimus: Latine Grotio interprete reddimus: 'Quis astat ista? Baccha. Quis sculpsit? Scopas. Quis entheavit? Bacchus, an Scopas? Scopas.' Et paulo ante: 'Baccha quod insanit, non hoc natura, sed ars est: Vivit enim lapidi mixtus ab arte furor.'

g *Ejusdem*] Hoc est, Scopæ. Martis scilicet in æde, a Decimo Junio Bruto Callaico exstructa ac dedicata.

Digitized by Google

Callaici apud Circum eundem.[h] Præterea Venus in eodem loco nuda Praxiteliam illam antecedens,[38] et quemcumque alium locum nobilitatura.

Romæ quidem magnitudo operum eam obliterat, ac magni officiorum negotiorumque acervi omnes a contemplatione talium abducunt,[39] quoniam otiosorum et in magno loci silentio apta admiratio talis est. Qua de causa ignoratur artifex ejus quoque Veneris, quam Vespasianus imperator in operibus Pacis suæ[i] dicavit, antiquorum[40] dignam fama. Par hæsitatio est in templo Apollinis Sosiani,[j] Nioben cum liberis[k] morientem Scopas an Praxiteles[l] fecerit:

et al. ante Harduin.—38 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Praxitelicam illam Gnidiam antecedens* Gronov. et vulgg. Mox, *quacunque al. loc. nobilitat* cod. Dalec.—39 Vet. Dalec. *operum est jam obliterata a magnis officiorum negotiorumque acervis, quæ omnes a contemplatione talium abducit;* cod. Dalec. *operum est jam obliterata a magistris officiorum et negotiorum, qui acervatim omnes ad contemplationem ducunt.*—40 Cod. Dalec. *antiqua-*

NOTÆ

P. Victor loco cit. prope delubrum Cn. Domitii, 'Templum Bruti Callaici.' De Bruto diximus IV. 35. Callaici cognomen tulit a Gallæcis devictis Hispaniæ populis. Vide Livii Epitomen, l. LVI.

[h] *Apud Circum eundem*] In libris ad hunc diem editis subnectuntur his vocibus hæ quæ sequuntur, *ad Labicanam portam eunti*, quas nec codices nostri Mss. nec Pintiani agnoscunt: nec viarum Urbis ratio patitur, Lavicana porta a Circo Flaminio ingenti intervallo sejuncta, ut animadvertit Alexander Donatus noster de Urbe Roma III. 14. p. 261.

[i] *In operibus Pacis suæ*] Pacis Templum intelligit conditum a Vespasiano, ut alibi diximus: multis simul ædificiis additis, ut in Octaviæ operibus dictum est XXXV. 37. Scholis videlicet, et Bibliotheca. Bibliothecæ certe Templi Pacis meminit Gellius XVI. 8.

[j] *Apollinis Sosiani*] Hujus appellationis origo nobis satis, ut remur, explorata: at templi ipsius situs obscurus. Facta jam illius antea mentio XIII. 'Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia advectus,' a C. Sosio scilicet, M. Lepidi Quæstore, qui sub Gabinio in Syria et Ægypto militavit, ac post cædem Cæsaris adhæsit Antonio: quo devicto, quanquam ægre, veniam impetravit ab Augusto. Hujus nummus extat in Cimelio Regio, expressus a Seguino, pag. 83. SOSIVS. IMP.

[k] *Nioben cum liberis*] Niobe liberos septem procrearat, totidemque filias: idcirco se numero filiorum Latonam superare gloriabatur. Ob id Apollo filios ejus in sylva venantes sagittis interfecit in monte Sipylo. Diana filias sagittis interemit, præter Chloridem. Genitrix, liberis orba, flendo lapidea facta esse dicitur. Auctor Hyginus Fab. IX. Ovid. Met. VI. 301. Inde lepidum in Nioben epigramma Anthol. III. 7. 'Ο τύμβος οὗτος ἔνδον

item Janus pater in suo templo[m] dicatus ab Augusto, ex Ægypto advectus, utrius manus sit,[n] jam quidem et auro occultatur.[41] [o] Similiter in Curia Octaviæ[p] quæritur de Cupidine fulmen tenente. Id demum affirmatur, Alcibiadem esse principem forma in ea ætate.[e] [42]

Multa in eadem schola sine auctoribus placent.[f] Satyri quatuor: ex quibus unus Liberum patrem palla velatum Veneris[q] præfert,[43] alter Liberam similiter:[r] tertius plora-

[e] *Alcibiadem sub ejus Dei effigie repræsentatum, forma eximia.*
[f] *Quanquam auctorum nomina incomperta.*

rum.—41 Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier.* *et auro occultatus* edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—42 Cod. Dalec. *forma et ætate.*—43 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Liberum palla velatum præfert*

NOTÆ

οὐκ ἔχει νεκρόν. Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον. Ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ νεκρός ἐστι καὶ τάφος. Vides sepulcrum quod caret cadavere: Simul cadaver insepultum conspicis: Sed quod sepulcrum est, quod cadaver, est idem. Versa nempe in lapidem Niobe ipsa est sibi sepulcri vice. At morientem cum liberis hic lapis exhibuit, adeoque et dolentem liberorum vicem, quo habitu in Epigrammate amatorio describitur Macedonii Consulis, Anthol. lib. VII. *Τὴν Νιόβην κλαίουσαν ἰδών ποτε βουκόλος ἀνὴρ, Θάμβεεν εἰ λείβειν δάκρυον οἶδε λίθος. Αὐτὰρ ἐμὲ στενάχοντα τόσης κατὰ νυκτὸς ὀμίχλην Ἔμπνοος Εὐίππης οὐκ ἐλέαιρε λίθος. Αἴτιος ἀμφοτέροισιν ἔρως, ὀχετηγὸς ἀνίης, Τῇ Νιόβῃ τεκέων, αὐτὰρ ἐμοὶ παθέων. Ad Nioben pastor plorantem substitit olim, Miratus posset si lacrymare lapis. At nihil Euhippe tota me nocte gemente Flectitur: Euhippe quid nisi viva silex? Causa amor est utrique: fluunt hoc fonte dolores, Quos Niobe proles fecit, amica mihi.*

[l] *An Praxiteles*] Praxiteli tanto post Plinium temporis intervallo intrepide ascribit Ausonius in Epitaphiis, num. 28. p. 61. 'Vivebam: sum facta silex, quæ deinde polita Praxitelis manibus, vivo iterum Niobe. Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu: Hunc ego cum læsi numina, non habui.' Item auctor incertus Epigrammatis in statuam Niobes, in Anthol. IV. 9. *Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο. Ex viva lapidem me Di fecere: sed ecce Praxiteles vivam me facit ex lapide.* Sunt ibi pervenusta alia de eodem argumento epigrammata, quæ consule.

[m] *In suo templo*] Templum Jani, teste P. Victore, in regione Urbis octava fuit, in qua et forum Romanum.

[n] *Utrius manus sit*] Praxitelis, an Scopæ.

[o] *Et auro occultatur*] Celat aurum, quo marmor integitur, indicia vestigiaque, quibus internosci commode posset auctor.

[p] *In Curia Octaviæ*] Porticus Octaviæ, de qua XXXV. 37. ædificia multa complectebatur, Scholam, Curiam, Bibliothecam, templa Junonis et Apollinis.

[q] *Palla velatum Veneris*] Sic Reg. 2. aliique, et quos Barbarus vidit. Item Parmensis editio, aliæque, ante Gelenium, qui maluit, *palla velatus humeris.* Palla vestimentum honesta-

tum infantis cohibet: quartus cratere alterius sitim sedat: duæque Auræ velificantes sua veste. Nec minor quæstio est in Septis,[s] Olympum et Pana,[t] Chironemque[u] cum Achille, qui[44] fecerint: præsertim cum capitali satisdatione fama judicet dignos.[g]

Scopas habuit æmulos eadem ætate, Bryaxin,[v] et Timotheum, et Leocharem, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter cælavere, Mausolo[w] Cariæ regulo,[45] qui obiit Olympiadis centesimæ[x] anno secundo.[46] Opus id ut esset

[g] *Cum fama publica judicet dignos qui asserventur, cum obstrictione capitis eorum, quibus hæc tutela committitur.*

Vet. Dalec. *L. p. palla velatus humeris præfert* Gronov. et vulgg.—44 *Olympum, Chironem cum Achille, et Pana, qui* cod. Dalec.—45 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pariter cælavere Mausoleum. Sepulchrum hoc est ab uxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo* Gronov. et vulgg.—46 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. et Editio princeps.' *Brotier. Olympiadis centesimæ anno secundo* Gronov. et vulgg. *O. centesimæ sextæ anno secundo* Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

rum mulierum, inquit Nonius. An satius *Veneri* legi?

[r] *Alter Liberam similiter*] Sic libri omnes tum Mss. tum editi, ante Hermolaum, qui *Liberum similiter*, vel *Liberum Semeles* jussit reponi. Liberum Liberamque simul appellant passim auctores antiqui: Livius lib. XXXIII. pag. 398. 'Cereri, Liberoque et Liberæ tria signa ænea posuerunt.' Cicero de Nat. Deor. II. 62. 'Hinc Liber etiam: hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt ... Idcirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera.' Apud Livium l. III. p. 60. 'Ædes Cereris, Liberi Liberæque.'

[s] *In Septis*] In Campo Martio fuere Septa: locus nimirum, quo populus conveniebat ad ferenda suffragia in Comitiis, qui primo ligneis cancellis, mox et marmoreis septus est. Quare propter similitudinem caularum, et Ovile dictum.

[t] *Olympum et Pana*] Olympum Apollinis discipulum, tibiis victorem, ut refert Hyginus cap. 273. Pana, qui fistulæ cantum primus invenit, ut idem ait cap. 274. 'qui primus calamos cera conjungere plures Instituit,' ut cecinit Maro Ecl. II.

[u] *Chironemque*] Chironem scilicet præbentem Achilli hastam illam suam medendi vi præditam, qua Telephum sanasse dicitur, cui vulnus intulerat. Hyginus Fab. CI.

[v] *Bryaxin*] Βρύαξιν Pausanias laudat l. I. p. 75. Τιμόθεον lib. II. p. 146. Λεωχάρη denique l. V. p. 327.

[w] *Pariter cælavere, Mausolo*] Inseruere his ista interpolatores, *cælavere Mausoleum. Sepulcrum hoc est ab uxore Artemisia factum, Mausolo, &c.* quæ Mss. nulli agnoscunt: cum satis intelligatur ex subsequente oratione, *regina Artemisia, quæ mariti memoriæ id opus exstrui jusserat.*

[x] *Centesimæ* [*sextæ*] Sic Reg. 2. et

Digitized by Google

inter septem miracula,[y] ii maxime artifices fecere. Patet ab austro et septemtrione sexagenos ternos pedes, brevius a frontibus,[z] toto circuitu[a] pedes quadringentos undecim: attollitur in altitudinem viginti quinque cubitis: cingitur columnis[b] triginta sex. Pteron vocavere.[c] Ab oriente[47] [d] cælavit Scopas, a septemtrione Bryaxis, a meridie Timotheus, ab occasu Leochares. Priusque quam peragerent, regina Artemisia, quæ mariti memoriæ id opus exstrui jusserat, obiit. Non tamen recesserunt nisi absoluto jam, id gloriæ ipsorum artisque monumentum judicantes: hodieque[e] certant manus. Accessit et quintus artifex. Namque supra pteron, pyramis altitudine inferiorem[48] æquavit,

centt. Mox, *Opus idem inter s. m. quod hi maxime, &c.* cod. Dalec.—47 Ita ex vett. Turneb. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *triginta sex. Ab Oriente* Gronov. et vulgg.—48 *Namque pteron superioris pyramidis, altitudinem inferiorem* cod. Dalec. *Nam quæ supra ptera pyramis altitudinem inferiorum* Vet. Da-

NOTÆ

alii. Typi *centesimæ* tantum, mendose. Quid quod et Diodorus non ad Olympiadis CVI. annum alterum Mausoli obitum, sed ad quartum refert, lib. XVI. vs. 435.—'Vide quæ dicemus inferius, cap. 6.' *Ed. sec.*

y *Inter septem miracula*] Hæc vulgo censentur: 1. Muri Babylonici. 2. Dianæ Ephesiæ templum. 3. Jovis Olympii simulacrum. 4. Pyramides Ægyptiæ. 5. Mausoleum. 6. Colossus Rhodius. 7. Cyri regia.

z *A frontibus*] Ab oriente Sole, et ab occidente.

a *Toto circuitu*] Opus ipsum circuibat cingebatque vel fossa, vel murus exterior, aliquantum ab ipso opere dissitus: quare totus Mausolei ambitus pedum fuit CCCCXI.

b *Cingitur columnis*] Quarum altitudo cum minime sit expressa, existimare licet fuisse tantam, quanta Ephesii templi columnæ fuere, ipso Plinio teste, cap. 21. libri hujus, hoc est, LX. pedum, aut fortassis etiam plurium.

c *Pteron vocavere*] Has voces typi hactenus vulgati prætermisere: quas et in vetustis codicibus Turnebus ante nos vidit. Πτερὰ, in re ædificatoria, muri duo sunt in altitudinem consurgentes, alarum instar. Vide Strab. lib. XVII. p. 805. Itaque pteri, seu alarum vice, columnæ eæ fuere, quibus imposita deinde pyramis altera, uti mox dicetur, inferiori operi altitudine par.

d *Ab oriente*] Vitruvius in Præfatione libri septimi, p. 125. 'Namque singulis frontibus (Mausolei) singuli artifices sumserunt certatim partes ad ornandum: Leochares, Bryaxes, Scopas, Praxiteles: nonnulli etiam putant Timotheum: quorum artis eminens excellentia coëgit ad septem miraculorum ejus operis pervenire famam.' Libro vero II. cap. 8. cave credas ab eo scriptore Mausoleum describi, quod viros eruditos in fraudem impulit.

e *Hodieque*] Hodieque contentio est, quæ cujus artificis manus in eo opere primas obtineat.

Digitized by Google

vigintiquatuor gradibus[f] in metæ cacumen se contrahens. In summo est quadriga marmorea, quam fecit Pythis.[g] Hæc adjecta centum quadraginta pedum[h] altitudine totum opus includit.

Timothei manu Diana Romæ est in Palatio, Apollinis delubro, cui signo caput reposuit Aulanius Evander. In magna admiratione est et Hercules Menestrati:[i] et Hecate[j] Ephesi in templo Dianæ post ædem, in cujus contemplatione admonent æditui parcere oculis, tanta marmoris radiatio est. Non postferuntur et Charites[a] in propylæo[b] 49 Atheniensium, quas Socrates fecit, alius ille quam pictor,[k] idem ut aliqui putant. Nam Myronis illius,[l]

[a] *Gratiæ.* [b] *Arcis vestibulo.*

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

lec. *altitudine inferiora* al. vett. Mox, cod. Dalec. *summum cacumen se contrahens.*—49 *Peiræo* cod. Dalec. *proplyæis* Vet. ejusdem. Mox, *ut quidem*

NOTÆ

[f] *Vigintiquatuor gradibus*] Errant Dalecampius et Allatius, qui hos XXIV. gradus ad basin pyramidis fuisse autumant: nulli enim gradus ad pyramidis basin fuere: ipsa pyramis gradibus XXIV. constabat, quibus ipsa ascendebatur, ut satis perspicue ex Plinii verbis liquet.

[g] *Pythis*] Πύθις statuarius.

[h] *Hæc adjecta CXL. pedum*] Columnis primum, quibus opus inferius cingebatur includebaturque, altitudo fuit, uti conjecimus, pedum ut minimum LX. Operi deinde his imposito, seu pyramidi superiori, altitudo inferiori par, hoc est, XXV. cubitorum, seu, quod idem est, pedum VII. et XXX. cum semisse; nam cubitus pedem cum semisse obtinet. Sunt hi pedes ferme centum. Quare quadrageni quadrigæ cum triumphali curru ut plurimum tribuentur. Nihil hic Allatius vidit, in librum Philonis de Septem Orbis Miraculis: nihil Dalecampius, qui præivit Allatio.

[i] *Menestrati*] Μενέστρατον hunc laudat Tatianus in Orat. contra Græcos, p. 182.

[j] *Hecate*] Sic poëtæ, Lunam, Proserpinam, Dianam ipsam vocant.

[k] *Alius ille quam pictor*] Ita libri omnes, etiam Mss. Qui alium existimarunt Socratem hunc esse, quam pictorem, de quo XXV. 40. Philosophum eum esse censerunt, Platonis magistrum. Ex horum numero Pausanias extitit, tum lib. IX. pag. 596. Σωκράτης δὲ ὁ Σωφρονίσκου πρὸ τῆς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐσόδου Χαρίτων εἰργάσατο ἀγάλματα Ἀθηναίοις, κ. τ. λ. *Socrates ante arcis vestibulum Gratiarum Atheniensibus e marmore signa fecit:* paulo etiam distinctius lib. I. pag. 40. Ἑρμῆν, ὃν προπύλαιον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας Σωκράτην ποιῆσαι τὸν Σωφρονίσκου λέγουσιν, ᾧ σοφῷ γενέσθαι μάλιστα ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ Πυθία μάρτυς. *In ipso introitu arcis, Mercurium, quem Propylæum vocant, Gratiasque Socratem fecisse ferunt, Sophronisci filium, quem inter homines maxime sapientem fuisse, Pythia testis.* Annotat Laërtius, in

qui in ære laudatur, anus ebria est Smyrnæ inprimis inclyta. Pollio Asinius, ut fuit acris vehementiæ, sic quoque spectari monumenta sua voluit. In iis sunt Centauri Nymphas gerentes Archesitæ,[50] [m] Thespiades [n] Cleomenis, Oceanus et Jupiter Entochi, Hippiades Stephani,[51] [o] Hermerotes [p] Taurisci, non cælatoris illius,[q] sed Tralliani.

alii putant. N. M. i. qui ære laudatur cod. Dalec.—50 *Archesilaus* cod. Dalec.—51 '*Hippiades Stephani*] Hæc desunt in Mss. Reg. et Editione principe; nec reperit Pintianus in suis Mss. codicibus. Unde forte sunt delenda. Hippiades, si fuere, videntur esse statuæ equestres fœminarum, forte Amazonum.' *Brotier.* *Entochi: Hippiades: Hemerotes Taur. &c.* Vet. Dalec.

NOTÆ

Socratis Vita, lib. II. pag. 37. cum nudæ alias Gratiæ fingerentur, eas Socratem veste amictas posuisse. Vide et Suidam, in Σωκράτης· *Πρότερον γενόμενος λιθοξόος, ὥστε καί φασιν αὐτῷ εἶναι τὰς Ἀθήνησιν ἐνδεδυμένας Χάριτας, κ. τ. λ.* Nudas nummi duo exhibent, alter ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, alter COL. FL. PAC. DEVLT. Describuntur a Seneca oratione satis quidem compta, de Benef. I. 3. Fuere eæ omnino tres: quare quam pulchritudinis dote pollere mulierem veteres volebant significare, hanc quartam esse Charitem dicebant: Venerem quoque Paphiam alteram, decimamque Musam. Rufini epigramma, in Anthol. l. VII. *Τέσσαρες αἱ Χάριτες, Πάφιαι δύο, καὶ δέκα Μοῦσαι· Δερκυλλὶς ἐν πάσαις, Μοῦσα, Χάρις, Παφίη. Bina Venus, Musæque decem, bis Gratia bina: Dercylis est etenim Gratia, Musa, Venus.*

[l] *Nam Myronis illius*] De quo dictum est XXXIV. 19.

[m] *Archesitæ*] Sic libri omnes, etiam Mss. Mallem *Arcesilæ*, vel *Arcesilai*: quo nomine appellatum superiore libro pictorem memini: cælatorem e marmore alterum inferius.

[n] *Thespiades*] Musæ Thespias (est id Bœotiæ oppidum) incolentes.

[o] *Hippiades Stephani*] Caret his verbis et Regius 2. codex, et Pintiani. Hippiades videntur esse statuæ equestres, verbi gratia Amazonum.

[p] *Hermerotes*] Sic libri omnes. Mercurii et Cupidinis simul juncta in uno lapide simulacra vox ea sonat. Sic Hermathena, de qua nos alibi, Mercurium et Minervam indicat. In uno lapide tria interdum numina copulata esse Philodemi de Panos effigie epigramma testatur, in Anthol. IV. 12. *Φιλοδήμου εἰς ἕτερον ἄγαλμα Πανός. Τρισσοὺς ἀθανάτους χωρεῖ λίθος· ἁ κεφαλὰ γὰρ Μανύει τρανῶς Πᾶνα τὸν αἰγόκερων. Στέρνα δὲ καὶ νηδὺς, Ἡρακλέα· λοιπὰ δὲ μηρῶν Καὶ κνήμης Ἑρμῆς ὁ πτερόπους ἔλαχεν. Θύειν ἀρνήσῃ, ξένε, μηκέτι· Τοῦ γὰρ ἑνός σοι Θύματος οἱ τρισσοὶ δαίμονες ἁπτόμεθα. Ne sperne hunc lapidem: tria numina continet unus: Nam Pan cornigero nascitur ex capite: Herculis est pectus validi, cum ventre: quod infra est In femore et suris, penniger Arcas habet. Hic igitur nunquam parcas adolere, viator: Victima nam ternos obligat una Deos.* Alias in Hermetis seu Mercurii statuis solum caput eminebat, reliquum corpus erat rude et informe, et sine manibus. Unde apud Juvenalem Sat. VIII. 53. 'Truncoque simillimus Hermæ,' de inerti dicitur.

[q] *Cælatoris illius*] Cyziceni, de quo XXXIII. 55.

Digitized by Google

Jupiter hospitalis[r] Pamphili Praxitelis discipuli. Zethus et Amphion[s] ac Dirce[52] et taurus, vinculumque, ex eodem lapide,[t] Rhodo advecta opera Apollonii et Taurisci. Parentum ii[u] certamen de se fecere: Menecratem videri professi, sed esse naturalem Artemidorum. Eodem loco Liber pater Eutychidis[53][v] laudatur. Ad Octaviæ vero porticum Apollo Philisci Rhodii in delubro suo.[w] Item Latona et Diana, et Musæ novem, et alter Apollo nudus. Eum, qui citharam in eodem templo tenet, Timarchides[x] fecit. Intra Octaviæ vero porticus, in æde Junonis, ipsam Deam[y] Di-

Chiron, Hippiades Stephani, Merops Sol, non cælatoris cod. Dalec.—52 Margo

NOTÆ

[r] *Jupiter hospitalis*] Ξένιος Ζεὺς, Jovis epithetum, apud Homer. Odyss. Ξ. 283. et alibi passim. Hinc Maro: 'Jupiter: hospitibus nam te dare jura loquuntur,' &c.

[s] *Zethus et Amphion*] Ζῆθος et Ἀμφίων fratres, a quibus Thebas esse conditas auctor est ex Homero Pausanias lib. II. p. 96. 'Hi Dircen ad taurum indomitum deligatam vita privarunt,' inquit Hyginus Fab. VII. Vide et Suidam, verbo Ἀντιόπη, et Apollod. de Diis lib. III. pag. 179. et Propert. III. 13. Floruere ambo anno mundi 3412. Debora Judæis imperitante. Hodieque id simulacrum visitur in Palatio Farnesiorum: unde et illi Romanorum vulgus nomen indidit, *Il Toro Farnese*, hoc est, Taurum Farnesianum.

[t] *Ex eodem lapide*] Id vero inprimis singulare est: quod et in alio opere pariter Plato demiratur hoc versiculo, Anthol. IV. 18. Εἷς λίθος, ἅρμ', ἐλατὴρ, ἵπποι, ζυγὸν, ἡνία, μάστιξ. *Flagrum, currus, equi, frænum, juga, vir, lapis unus.*

[u] *Parentum ii*] Fecere ii ut certarent inter se duo, uter verius parens ipsorum diceretur; cum professi sunt in statuarum inscriptionibus videri quidem esse Menecratem, sed naturalem Artemidorum esse. Incertum sic reliquere uter parens verius foret; cum alteri amborum artem, alteri lucem deberent.

[v] *Eutychidis*] Sic libri etiam Mss. Eutychides Sicyonius, Lysippi statuarii discipulus, laudatur a Pausania l. VI. pag. 346. Ille nimirum, quem inter fictores ex ære Plinius ante annumeraverit XXXIV. 19. At hic ab eo diversus: nam Milesius appellatur in Epigrammate sat venusto apud Gruterum, pag. 1147. Πραξιτέλους ἦν θουν λαοξόος οὔτι χερείων, Ἐς δ' ἐτέων δισσὰς ἤλυθον ὀγδοάδας. Οὔνομα δ' Εὐτυχίδης· ψευδώνυμον ἀλλά με δαίμων Θῆκεν ἀφαρπάξας ὠκύτατ' εἰς ἄϊδα. *Par ego Praxiteli formare in marmore vultus: Tota sed annorum vita bis octo fuit. Eutychides mihi nomen erat: sed fecit ut esset Hoc falsum rapiens me cito Parca nimis.*

[w] *In delubro suo*] Inter Octaviæ opera, ut sæpius diximus, cum porticu fuere ædes Apollinis et Junonis.

[x] *Timarchides*] Τιμαρχίδης statuarius a Pausania laudatur inprimis l. XVIII. p. 675.

[y] *Ipsam Deam*] Junonem.

Digitized by Google

onysius, et Polycles[z] aliam: Venerem eodem loco Philiscus: cetera signa Praxiteles. Timarchidis filii[a] Jovem, qui est in proxima æde,[b] fecerunt.[54] Pana et Olympum[c] luctantes eodem loco Heliodorus, quod est alterum in terris symplegma[55][d] nobile. Venerem lavantem sese: Dædalum stantem[56] Polycharmus. Ex honore apparet in magna auctoritate habitum Lysiæ opus, quod in Palatio super arcum Divus Augustus honori Octavii patris sui dicavit, in ædicula columnis adornata. Id est quadriga currusque, et Apollo ac Diana ex uno lapide. In hortis Servilianis reperio laudatos, Calamidis Apollinem illius cælatoris,[e] Dercylidis pyctas,[57][f] Amphistrati[g] Callisthenem[h] historiarum scriptorem.

edd. Dalec. et Gronov. *et Dirce.*—53 *Euthycratis* cod. Dalec.—54 *Cætera signa Praxitelis filii in Jovis æde, quæ proxima est, fecerunt* cod. Dalec. *Cetera signa Praxiteles. Item Polycles et Dionysius Timarchidis f. Jovem, &c.* edd. vett. et Gronov.—55 Cod. Dalec. *sympegma.*—56 Cod. Dalec. *adstantem.* Mox, *Polycharmus, ex quo apparet in magni honoris auctoritate habitum Lysiæ*

NOTÆ

[z] *Polycles*] Πολυκλῆς, idem, opinor, quem inter fictores ex ære appellatum superius vidimus XXXIV. 19.

[a] *Timarchidis filii*] In libris hactenus editis: *Item Polycles et Dionysius Timarchidis filii.* At priora verba inserta huc temere, repetitaque ex antecedentibus, quis non intelligit? Desunt ea certe in nostris codicibus: et deesse in suis sensit Pintianus. Quod si iis nominibus Timarchidis filii fuere, dici id prius oportuit, non in istum locum conjici.

[b] *In proxima æde*] Jovis. In fragmentis vestigii veteris Romæ, Tabula II. ædes Jovis et Junonis in Octaviæ porticibus exhibentur, hoc modo: PORTICVS. OCTAVIAE. AEDIS. IOVIS AEDIS. HERCVLIS. MVSARVM. Cognomen adhuc retinet ædes S. Mariæ in Porticu, nunc sanctæ Gallæ, quæ fuit Junonis ædes: altera proxima S. Nicolai, quæ Jovis fuisse dicitur.—'Sed sunt hi spurii tituli: Numinum nomina inscribi delubris, moris antiqui sane fuit: at adjici verbum AEDES, ab omni prorsus fuit usu alienum. Deinde unde confictus fuerit Hercules Musarum superius ostendimus.' *Ed. sec.*

[c] *Pana et Olympum*] De quibus jam antea.

[d] *Symplegma*] De ea voce superius hoc capite.

[e] *Calamidis . . . . . illius cælatoris*] De quo XXXIV. 19. Pausan. in Atticis, pag. 6. Ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον Ἀπόλλωνα, Κάλαμις ἐποίησε. *Apollinem cognomento Averruncum Calamis fecit.* Causam hujus appellationis disce ex ipso, si vacat.

[f] *Dercylidis pyctas*] Hoc est, pugiles. Usum ea voce Plinium haud semel, ex Indice intelliges. Ita porro scripsimus, ex fide Regii 2. cod. et Pintiani quoque admonitu, cum prius legeretur, *Dactylidis Pythias.* Alias Dercylis fœminæ nomen est, ut paulo antea hoc cap. vidimus.

[g] *Amphistrati*] Ἀμφίστρατον statua-

Digitized by Google

Nec multo plurium fama est,[j] [58] quorumdam claritati in operibus eximiis obstante numero artificum, quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter nuncupari possunt, sicut in Laocoonte,[i] qui est in Titi imperatoris domo,[j] opus omnibus et picturæ et statuariæ artis præponendum.[59] Ex uno lapide eum et liberos[60] draconumque mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices, Agesander et Polydorus et Athenodorus Rhodii. Similiter Palatinas domos[k] Cæsarum replevere probatissimis signis Craterus cum Pythodoro,[l] Polydectes cum Hermolao, Pythodorus alius cum Artemone, et singularis Aphrodisius Trallianus. Agrippæ Pantheum decoravit Diogenes Atheniensis: et Caryatides[m] in columnis templi ejus probantur inter pauca operum: sicut in fastigio posita signa, sed propter altitudinem loci minus celebrata.

Inhonorus est, nec in templo ullo[61] Hercules,[n] ad quem

j *Nec multo plures pervenere ad famam.*

Vet. Dalec.—57 *Decertilis Pythiam* cod. Dalec. *Dactylidis Pythias* Gronov. et al. ante Harduin.—58 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Deinde multorum obscurior fama est* Gronov. et vulgg.—59 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *præferendum* Gronov. et vulgg.—60 Cod. Dalec. *ac liberos.*—61 Ita

NOTÆ

rium laudat et Tatianus, in orat. contra Græcos, p. 182.

h *Callisthenem*] De quo nos in Auctorum Indice. Hunc Alexander Magnus interemit. Vide Senecam Natur. Quæst. VI. 23. p. 911.

i *Sicut in Laocoonte*] Historia, quam simulacrum id exhibet, ex Marone repetenda, Æneid. II. Nunc in hortis Vaticani Pontificiis asservatur.—'Negat tamen Triultius quidam in Actis Erud. Lips. a. 1697. p. 144. ex uno lapide confectam statuam illam esse: 'plus minus quatuor compaginibus occulte ferruminatam circumlitamque esse contendit.'' *Ed. sec.*

j *In Titi .... domo*] Titi Thermas in regione Urbis tertia a P. Victore video collocari: num procul inde domus abfuerit, adhuc inexploratum.

k *Palatinas domos*] Ædibus Cæsarum nomen dedit Palatinus mons, in quo illæ ædificatæ, decima regione Urbis. Ibi domus Augustana, et Tiberiana a P. Victore statuitur: accessere Caii deinde ædes, ac Domitiani, aliæque.

l *Craterus cum Pythodoro*] Κράτερος, Πυθόδωρος, Πολυδέκτης, Ἑρμόλαος, Ἀφροδίσιος. Ex his unum Pythodorum novimus, Thebanum statuarium, cujus mentio apud Pausaniam lib. IX. pag. 594. nisi forte Artemon idem, qui fuit in pictorum albo supra recensitus, XXXV. 40.

m *Et Caryatides*] De his supra.

n *Inhonorus est, nec in templo ullo Hercules*] Vide Notas et Emend. num. 3.

Digitized by Google

Pœni[o] omnibus annis humana sacrificaverunt victima, humi stans, ante aditum porticus ad Nationes.[p] Sitæ fuere et Thespiades[q] ad ædem Felicitatis, quarum unam adamavit[62] eques Romanus Junius Pisciculus, ut tradit Varro: admiratur et Pasiteles,[r] qui et quinque volumina scripsit nobilium operum in toto orbe. Natus hic in Græcia[63][s] Italiæ ora, et civitate Romana donatus cum iis oppidis,[t] Jovem fecit eboreum[64][u] in Metelli æde,[v] qua Campus petitur.[w] Accidit ei,[65] cum in navalibus,[x] ubi feræ Africanæ erant, per caveam intuens leonem cælaret, ut ex alia cavea panthera erumperet, non levi periculo diligen-

ex codd. Harduinus et recentt. *In honore est et in templo illo* Vet. Beroald. *Inhonorus est, nec in templo illo* Gronov et al. vett. Mox, *victima ante aditum porticus ad nationes sitæ humi stans. Fuere, &c.* cod. Dalec.—62 Cod. Dalec. *amavit.* Mox, *qui etiam quinque* in eodem codice.—63 Ita cod. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *in Græciæ* Vet. Dalec. edd. vett. Gronov. et Franz. Mox, *donatus cum suis oppidanis* Vet. Dalec.—64 Gronov. et al. vett. *eburneum.* Mox, *in Vitellii æde* cod. Dalec.—65 *Accidit vero* cod. Dalec.

NOTÆ

o *Ad quem Pœni*] Saturno quoque mactari infantes a Carthaginiensibus solitos, auctores sunt Lactantius, Arnobius, Silius, Diodorus.

p *Porticus ad Nationes*] Servius ad illud Maronis Æneid. VIII. 'Aptatque superbis Postibus:' 'Porticum enim,' inquit, 'Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium collocaverat, quæ Porticus appellabatur Ad Nationes.'

q *Thespiades*] De his supra hoc capite, et XXXIV. 19. Signa hæc Tullius intellexit, sub initium libri IV. in Verrem: 'Itaque ille L. Mummius Achaicus, cum Thespiis ea quæ ad ædem Felicitatis sunt, ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret,' &c.

r *Pasiteles*] Quem idem Varro superius quoque laudat XXXV. 45. Agemus de eo in Auctorum Indice.

s *Natus hic in Græcia*] In Magna Græcia, quæ Italiæ ora, ut dictum est III. 15.

t *Cum iis oppidis*] Quæ scilicet Magna Græcia continentur: quibus civitatem jam tum Varronis ævo donatam innuit.

u *Jovem fecit eboreum*] Sic Mss. omnes, non *eburneum*. Plautus 'eburatum' dixit, nec semel.

v *In Metelli æde*] Macedonici nimirum, 'qui primus omnium Romæ ædem ex marmore molitus, vel magnificentiæ, vel luxuriæ princeps fuit,' inquit Velleius lib. I. p. 5.

w *Qua Campus petitur*] Campus Martius.

x *Cum in navalibus*] In tertiadecima Urbis regione ad Aventinum et prima Urbis mœnia navale fuit, τὸ νεώριον Plutarcho in Catone minore. Livius lib. III. p. 51. 'L. Quintius trans Tiberim, contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, colebat agrum,' &c.

Digitized by Google

tissimi artificis. Fecisse opera complura dicitur: sed quæ fecerit, nominatim non refertur.

Arcesilaum[y] quoque magnificat Varro, cujus se marmoream habuisse leænam tradit, aligerosque[66] ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calcearent soccis,[67] omnes ex uno lapide. Idem et a Coponio XIV. nationes,[z] quæ sunt circa Pompeii theatrum,[68] factas auctor est.

Invenio et Canachum, laudatum[a] inter statuarios, fecisse marmorea. Nec Sauram[69] atque Batrachum obliterari convenit, qui fecere templa[b] Octaviæ porticibus inclusa, natione ipsi[70] Lacones. Quidam et opibus præpotentes fuisse eos putant, ac sua impensa construxisse, inscriptionem sperantes. Qua negata, hoc tamen alio modo[71] usurpasse. Sunt etiamnum in columnarum spiris[c] inscalpta[72] nominum eorum argumenta, lacerta atque rana.[73] [d] In

—66 Cod. Dalec. *puerosque.*—67 Cod. Dalec. *soccos.*—68 'In codd. Regg. et Editione principe, *circa Pompeium.* In recentt. *circa Pompeii.* Emendandum fuit, *Pompeii theatrum;* ut patet e Suetonio in Ner. cap. 46. ubi agit de 'simulacris gentium ad Pompeii theatrum dedicatarum.'' *Brotier.* Voc. *theatrum* deest in edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *a Q. Punió XIV. n. quæ sunt circa Pompeia* cod. Dalec.—69 Ita cod. Dalec. *Nec Sauron* edd. vett. Gronov. Harduin. 2. 3. et al. ante Brotier. *Nec Sauran* Harduin. 1.—70 Cod. Dalec. *ipsos;* Vet. Dalec. *et ipsi.*—71 Ita cod. Dalec. et Harduin. 1. *alio loco et modo* edd. vett. Gronov. Harduin. 2. 3. et recentt.—72 Alii ap. Dalec. *epistyliis inscalpta.* 'Cl. Winckelmann, *Monumenti antichi inediti,* Tom. II. pag. 269. exhibet num. 206. capitellum Ionicum columnæ quod adhuc extat Romæ in templo Divi Laurentii extra muros. In ejus volutis videre est ex una partè ranam inversam, ex altera lacertam. Sic nominum suorum argumenta insculpsere: nam σαῦρα est *lacerta,* et βάτραχος est *rana.* Male ergo Ms. Reg. 5. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus habent *epistyliis insculpta.* Epistylia enim sunt *les Architraves* non ipsa columnarum capitella.' *Brotier.*—73 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd.

NOTÆ

[y] *Arcesilaum*] Plasten illum videlicet, quem idem Varro superius laudavit XXXV. 45.

[z] *XIV. nationes*] Gentium imagines et simulacra intelligit, de quibus Suetonius in Claudio, cap. 46. 'A simulacris gentium ad Pompeii theatrum dedicatarum,' &c. In regione Urbis nona. De his et Servius egit, loco a nobis superius laudato.

[a] *Canachum laudatum*] Lib. XXXIV. cap. 19.

[b] *Qui fecere templa*] Junonis et Apollinis, ut alibi diximus.

[c] *In columnarum spiris*] Dicemus de his cap. 56.

[d] *Lacerta atque rana*] Nempe lacertam Græci σαῦρον et σαῦραν vocant: βάτραχον, *ranam.*

Digitized by Google

Jovis æde extitisse picturam, cultusque reliquos omnes fœmineis argumentis constat.[k] Etenim facta Junonis æde cum inferrentur signa, permutasse geruli traduntur:[l] et id religione[74] custoditum, velut ipsis Diis sedem ita partitis. Ergo et in Junonis æde cultus est, qui Jovis esse debuit.

Sunt et in parvis marmoreis famam consecuti, Myrmecides,[e] cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca: et Callicrates, cujus formicarum pedes atque alia membra pervidere non est.

v. (vi.) Hæc sint dicta de marmorum scalptoribus, summaque claritate artificum: quo in tractatu subit mentem non fuisse[1] tum auctoritatem maculoso marmori. Fecere[f] e Thasio Cycladum insularum, æque et e Lesbio: lividius hoc paulo. Versicolores quidem maculas, et in totum marmorum apparatum Menander[g] etiam diligentissimus luxuriæ interpres,[2] primus et raro attigit. Columnis demum utebantur in templis, nec lautitiæ causa, (nondum enim ista intelligebantur,) sed quia firmiores[3] aliter statui non poterant. Sic est inchoatum[h] Athenis tem-

[k] *Signa et ararum ornatus, quæ sacris Dearum cærimoniis magis congruerent.*
[l] *Quæ Jovis templo destinata erant, in Junonis æde posuisse: et vice versa.*

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *argumento, rana et lacerta* Gronov. et vulgg. —74 Cod. Dalec. *religioni.* Mox, in eodem: *Diis sedentibus. Apparet ergo quid in J. æ. c. est, qui in Jovis esse debuit;* Gronov. et al. ante Harduin. etiam, *debuit;* Vet. Dalec. *qui Jovis esse debebat.*

Cap. v. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ubi tamen sciendum fuisse.* Mox, *marmori, quam fecere Paros Cycladum insularum una, æque et Lesbos. Lividius hoc versicoloresque maculas habens. In totum* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *di-*

NOTÆ

[e] *Myrmecides*] Et aliam ex ebore, præter hanc marmoream, quadrigam is fecit, de qua dictum est vii. 21. ut et Callicrates, cujus artificio delectatum Periclem inprimis scribit Plutarchus in Pericle, pag. 159.

[f] *Fecere*] Statuas. Thasii lapidis apud Senecam mentio Epist. lxxxvi. cujus initium, 'In ipsa Scipionis Africani villa.' Lesbii marmoris, apud Isidorum Orig. xvi. 5. quod et lividius esse confitetur.

[g] *Menander*] Comicus, qui luxuriæ genus omne pulchre callebat. Phædrus lib. v. 'In quis Menander nobilis comœdiis, Unguento delibutus, vestitu affluens, Veniebat gressu delicato et languido,' &c.

[h] *Sic est inchoatum*] Inchoatum pariter ait Tranquillus in Augusto, cap.

Digitized by Google

plum Jovis Olympii, ex quo Sylla Capitolinis ædibus advexerat columnas. Fuit tamen inter lapidem atque marmor differentia jam et apud Homerum. Dicit enim[i] 'marmoreo[4] saxo percussum:' sed hactenus.[a] Regias quoque domos cum laudatissime[5] præter æs, aurum, electrum, argentum, ebore tantum[j] adornans. Primum (ut arbitror) versicolores istas maculas Chiorum lapicidinæ ostenderunt, cum exstruerent muros, faceto in id[6] M. Ciceronis sale: omnibus enim ostentabant, ut magnificum. 'Multo, inquit, magis mirarer,[7] si Tiburtino lapide[k] fecissetis.' Et, hercules, non fuisset picturæ honos ullus, non modo tantus, in aliqua marmorum auctoritate.

VI. Secandi marmor in crustas nescio an Cariæ[l] fuerit[1] inventum. Antiquissima, quod equidem inveniam, Halicarnassi Mausoli domus[m] Proconnesio marmore exculta est, lateritiis parietibus. Is obiit Olympiadis C.[n] anno secundo, Urbis Romæ anno CCCLXXV.[2 o]

[a] *Sed non ultra marmoris mentionem fecit.*

ligentissimæ luxuriæ inter tres.—3 Vet. Dalec. *firmius.*—4 Cod. Dalec. *Paridem os;* Gronov. et al. ante Harduin. *dicit enim Paridis os marmoreo.*—5 Vet. Dalec. *cum lautissime;* al. vett. *domos cum laudatissimo, tum præter æs, &c.*—6 Cod. Dalec. *in his.*—7 Cod. Dalec. *mirum esset;* Vet. Dalec. *mira res esset.*

CAP. VI. 1 Cod. Dalec. *an hac arte fuerit.*—2 '*Olympiadis c. anno secun-*

NOTÆ

60. Perfectum vero dedicatumque ab Hadriano, Spartianus, in ejus Vita, et Pausanias in Atticis.

[i] *Dicit enim*] Addunt libri editi, *Dicit enim Paridisos marmoreo, &c.* At has voces duas *Paridis os* Mss. nulli agnoscunt: nec de Paride id usquam, quod quidem meminerim, Homerus prodidit, sed de Cebrione Hectoris auriga, Iliad. Π. 735.

[j] *Ebore tantum*] Nulla marmoris facta mentione. Locum Homeri attulimus XXXIII. 23.

[k] *Si Tiburtino lapide*] Qui Romæ vulgaris, in eam advectus insulam, accepisset fortassis ab loci, unde peteretur, intercapedine pretium.

[l] *An Cariæ*] Cui Mausolus regulus jura dabat.

[m] *Mausoli domus*] Hæc Plinius a Vitruvio II. 8. pag. 29. 'Item Halicarnassi,' inquit ille, 'potentissimi regis Mausoli domus cum Proconnesio marmore omnia haberet ornata, parietes habet latere structos, qui ad hoc tempus egregiam præstant firmitatem, ita tectoriis operibus expoliti, ut vitri perluciditatem videantur habere.'

[n] *Olympiadis C.* [*CVI.*] Sic Reg. 2. et in Colb. 3. *centesimæ sextæ*, sine ullis compendiorum notis. Vide quæ

Digitized by Google

VII. Primum Romæ parietes crusta marmoris[p] operuisse totius domus suæ in Cælio[1] monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, præfectum fabrum[2q] C. Cæsaris in Gallia. Neque indignatio sit tali auctore inventa re. Hic namque est Mamurra Catulli[r] Veronensis carminibus proscissus, quem, ut



do, Urbis Romæ anno CCCLXXV.] Ita emendandum vidimus supra cap. 4. ex Mss. Reg. 2. 3. 5. et Editione principe. Id quoque postulat Scopæ ætas. Is enim floruit, ut dictum est supra XXXIV. 19. Olympiade LXXXVII. Tunc certe natus erat Scopas annos circiter 30. Si mortuus est Mausolus anno secundo Olympiadis CVI. ut habent recentiores editiones, Scopas habuit annos circiter 100. cum, defuncto Mausolo, ejus mausoleum cælavit. Pars vero quam cælandam suscepit patebat pedes 36. latitudine, et altitudine 28. Talesne et tam diuturnos labores sustinere potest senectus effœta?' *Brotier. Olympiadis CVI. anno II. urbis Romæ anno CCCCIIII.* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Olympiadis C. anno II. u. R. a. CCCII.* Gronov. et vulgg.

CAP. VII. 1 *Romæ marmoris frustis operuisse totius domus suæ parietes in Cælio* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *fabrorum* Gronov. et vulgg. Mox, *Neque ideo desinimus, indignati de tali auctore inventi* cod.

NOTÆ

superiore cap. diximus. Libri editi, *Olympiadis C.* mendose.

[o] *Anno CCCLXXV.* [*CCCCII.*] Ita Colb. 3. et vetus codex Dalec. In Reg. 2. *CCCCIIII.* In libris hactenus editis, *CCCII.* errore minime obscuro. Quid quod nec annus CCCCII. plane cum eo Olympiadis anno congruit, quem fuisse potius Urbis CCCXCVIII. Chronologicæ tabulæ profitentur? Sed est eorum temporum apud vetustos auctores intricatior ratio, quam ut expediri nunc a nobis aut possit, aut vero debeat.—' *Anno CCCCIIII.*] Ita codices R. quatuor, et Vaticani duo. In Colb. 3. et vet. codice Dalecampii *CCCCII.* Lege, *Olympiadis CX. anno secundo, Urbis Romæ anno CCCCIV.* et omnia ad Plinii mentem veritatemque congruent. Est hic annus 350. ante Christum. In libris hactenus editis, *CCCII.* errore minime obscuro.' *Ed. sec.*

[p] *Crusta marmoris*] Id non aliud fuit, quam marmor in tenues crustas varii coloris sectum parieti scite imponere, et pro tectorio ei dare. Lucanus X. 114. 'Nec summis crustata domus, sectisque nitebat Marmoribus.' Declamator apud Senecam patrem: 'In hos ergo exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat.' Has marmorum crustas Græci πλάκας vocabant, et μαρμάρου πλακώσεις.

[q] *Præfectum fabrum*] Habebat unaquæque legio fabros tignarios, carpentarios, ferrarios, structores, reliquosque artifices ad hybernorum ædificia, ad machinas, turresque ligneas, ceteraque. Horum judex proprius erat præfectus fabrum. Sic 'Præfectus fabrum Cn. Pompeii,' apud Cicer. ad Attic. IX. 8.

[r] *Mamurra Catulli*] Carm. XXX. in Cæsarem: 'Quis hoc potest videre? quis potest pati, Nisi impudicus, et vorax, et aleo? Mamurram habere quod Comata Gallia Habebat unctum, et ultima Britannia? Cinæde Romu-

Digitized by Google

res est,[b] [s] domus ipsius[3] clarius, quam Catullus, dixit habere, quicquid habuisset Comata Gallia. Namque adjecit idem Nepos, eum primum totis ædibus nullam nisi e marmore columnam habuisse, omnes solidas e Carystio[4] [t] aut Lunensi.

VIII. M. Lepidus Catuli[1] in consulatu collega, primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit magna reprehensione. Is fuit consul anno Urbis DCLXXVI.[2] [a] Hoc primum invecti Numidici marmoris vestigium invenio, non in columnis tamen,[b] crustisve: ut supra Carystii: sed[3] in massa ac vilissimo liminum usu.[c] Post hunc Lepidum

[b] *Quem et res familiaris, sive opes.*

Dalec. *Itaque indignatio sit tali auctore ac inventore* Vet. Dalec.—3 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. et Editio princeps. Male eruditus Harduinus, *quem et res, et domus ipsius.* Nihil tale habent codd. quos laudat.' *Brotier.* Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz. *quem Metrodorus Scepsius clarius quam, &c. Namque adjecit, eum primum, &c.* Scaliger. *quem, ut res est Domus ipsius, &c.* Gronov. et vulgg. *addiditque eum primum, &c.* cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *a Carysto.*

CAP. VIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Denique M. Lepidus Catuli* Gronov. et vulgg. *Lepidus Catuli* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *DCLXV.* —3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *non in columnis tantum crustisve: ut Mamurra Carystium posuit, sed* Gronov. et al. vett. Mox, *in mensas ac vilissimum usum* Vet. Dalec. *sed in mensa* al.

NOTÆ

le, hæc videbis et feres?' De Mamurræ divitiis Tullium vide ad Attic. VII. 7.

[s] *Quem, ut res est*] Vide Notas et Emend. num. 4.

[t] *E Carystio*] De Carysto IV. 21. Carystiarum columnarum meminere Stephanus, Strabo, alii. Tibullus III. 3. 'Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis? Tænare, sive tuis, sive, Caryste, tuis?' De Lunensi supra diximus cap. 4.

[a] *A. U. DCLXXVI.* [*CCLXXVII.*] Ita Reg. 2. quod et temporum ratio, Fastique Consulares postulant. In libris hactenus editis, *DCLXVI.*

[b] *Non in columnis tamen*] Sic Mss. Reg. 2. et alii, non vero *tantum.* Favet Isidorus Orig. XVI. 5. 'Numidicum marmor Numidia mittit, ad cutem succum dimittit croco similem: non crustis, sed in massa, et liminum usu aptum.' Ævo tamen subsequente, Neronis scilicet principatu, et crustas e marmore Numidico inductas legimus. Seneca Epist. LXXXVI. pag. 372. 'Alexandrina,' inquit, 'marmora, Numidicis crustis distincta.' Et Sidonius Epist. II. 2. balneolum suum describens: 'Non illic Paros,' inquit, 'Carystos, Phryges, Numidæ, rupium variarum posuere crustas.'

[c] *Vilissimo liminum usu*] Limen inferum portarum ut hoc loco intelligatur, vilissimus qui nunc dicitur usus admonet.

Digitized by Google

ferme quadriennio L. Lucullus consul[d] fuit, qui nomen (ut apparet ex re)[4] Lucullea marmori dedit, admodum delectatus illo: primusque Romam invexit, atrum alioqui, cum cetera maculis aut coloribus commendentur. Nascitur autem in Chio insula,[5][e] solumque pæne horum marmorum ab amatore[f] nomen accepit. Inter hos[g] primum, ut arbitror, marmoreos parietes habuit scena[h] M. Scauri, non facile dixerim sectos, an solidis glebis[a] positos,[6] sicuti est hodie Jovis Tonantis ædes in Capitolio.[i] Nondum enim secti marmoris vestigia invenio in Italia.[7]

IX. Sed quisquis primum invenit secare, luxuriamque dividere, importuni ingenii fuit. Arena hoc fit, et ferro videtur fieri, serra[1] in prætenui linea premente arenas, versandoque, tractu ipso secante.[b] Æthiopica ad hæc[2] max-

[a] *Molibus.*
[b] *Dum trahitur serra, secat, premendo arenas prætenui acie sua.*

vett. *quo vocabulo Vitruvius utitur margo* edd. Dalec. et Gronov.—4 Cod. Dalec. *ex se.*—5 'Male Mss. Reg. *in Nilo insula.* Nulla insula Nilus: nec Nilus Ægyptusve tum fuere dominationis Romanæ. Male editio princeps, *in Milo insula.* Recentiores, *in Nili insula.* Emendandum fuit ex Isidoro Origin. XVI. 5. qui hunc locum descripsit, *in Chio insula.* Ipse Plinius supra v. 38. memoravit 'Chium marmor.'' *Brotier.* *in Nili insula* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—6 Cod. Dalec. *glebis politos.*—7 'Ita bene codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *vestigia invenerat Italia* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vestigium erat inventum in Italia* cod. Dalec.

CAP. IX. 1 Cod. Dalec. *et ferro. Videtur enim ferri serra.* Mox, *harenas versando tractuque ipso secante* Vet. Dalec. *harenas, versandoque ipsas tractu secante* alii vett. ap. Dalec. *ipsas secante* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Æ. ad hoc* cod. Dalec. *Æ. hæc* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[d] *Lucullus Consul*] Anno Urbis DCLXXX. Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 5.

[e] *In Chio* [*Nili*] *insula*] Reg. 2. et Colb. 3. *in Nilo insula.* Pintianus conjiciebat *in Melo* legi posse commodius. Nos *in Chio,* Isidoro auctore, qui hunc locum exscripsit.

[f] *Ab amatore*] Lucullo videlicet, qui admodum delectatus illo. Sic Isidorus loc. cit. 'Solumque pæne hoc marmor ab amatore nomen accepit.'

[g] *Inter hos*] Inter Lepidi et Luculli Consulatum. Igitur anno fere DCLXXVIII. ædilitatem gessit M. Scaurus, quam in annum abhinc duodevicesimum ex inani conjectura rejicit Pighius in Annalibus, hoc est, in Consulatum Gabinii et Pisonis, anno Urbis DCXCVI.

[h] *Scena*] Scena theatri pars ea dicitur, quæ inter duo cornua pertenditur.

[i] *In Capitolio*] Ædem Jovis Tonantis in Capitolio exstruxit Augustus. Sueton. cap. 29. 'Marmorare' porro

Digitized by Google

ime probatur. Nam id quoque accessit, ut ad Æthiopas[3] usque peteretur,[j] quod faceret marmora:[k] immo vero in Indos, quo margaritas[4] quoque peti severis moribus indignum erat. Hæc proxime laudatur.[c] Mollior tamen,[5] quæ Æthiopica. Illa nulla[6] scabritie secat. Indica non æque lævigat: sed ea combusta polientes marmora fricare jubentur. Simile et Naxiæ vitium est, et Coptidi,[l] quæ vocatur Ægyptia. Hæc fuere antiqua[7] genera marmoribus secandis. Postea reperta est arena non minus probanda, ex quodam Adriatici maris vado, æstu nudante,[8] observatione non facili. Jam quidem quacumque arena secare e fluviis omnibus fraus artificum ausa est: quod dispendium admodum pauci intelligunt. Crassior enim arena laxioribus segmentis terit, et plus erodit marmoris, majusque opus scabritia[9] polituræ relinquit.[d] Ita sectæ attenuantur crustæ. Rursusque Thebaica polituris accommodatur, et quæ fit e poro lapide,[10] aut e pumice.

X. (VII.) Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis, atque limandis, Naxium diu[1] placuit ante alia: ita vocantur cotes in Cypro[m] insula genitæ. Vicere postea ex Armenia[n] vectæ.

[c] *Indica post Æthiopicam proxime laudatur.*
[d] *Et plus laboris scabritia relinquit polituræ, quæ fit post sectionem marmoris.*

—3 *Ab Æthiopia* cod. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *imo vero etiam in Indos, unde margaritas* Gronov. et vulgg. *in India* cod. Dalec.—5 *Melior tamen* Vet. Dalec. Mox, *ex Æthiopia* cod. Dalec.—6 *Illa enim multa* Vet. Dalec. Mox, *æque lævat: sed ea polientes* cod. Dalec.—7 Vet. Dalec. *antiquis.*—8 Idem Vet. *inundante.*—9 Cod. Dalec. *scabritie.*—10 'Ms. *tenuatæ polituris accommodantur. Æque fit e duro lapide.* Poron intelligo tophum.' *Dalec.*

CAP. X. 1 'In Ms. et Vet. hujus cap. principium est, *Naxum diu, &c.* Alia cap. sup. annectuntur.' *Dalec.*

NOTÆ

dixere veteres, quod nos deinde 'vestire marmore.' In vetusto lapide apud Gruterum, p. 129. AEDEM. MARMORAVIT.

[j] *Ut ad Æthiopas . . . peteretur*] Similes loquendi formulas ex Pliniano Indice pete.

[k] *Quod faceret marmora*] Sic etiam Mss. Forte, *quod secaret.* Vel, *quod laceraret.* Sed et *faceret* quoque satis facit: est enim 'facere marmora,' ex rudibus impolitisque glebis facere polita, et ædibus ornandis idonea.

[l] *Et Coptidi*] E Copto Ægypti oppido.

[m] *Cotes in Cypro*] In Cypro quidem

Digitized by Google

XI. Marmorum genera et colores non attinet dicere in tanta notitia: nec facile est enumerare in tanta multitudine. Quoto cuique enim loco [o] non suum marmor [1] invenitur? Et tamen celeberrimi generis dicta sunt in ambitu terrarum [p] cum gentibus suis. Non omnia tamen [q] in lapicidinis gignuntur, sed multa et sub terra sparsa.[2] Pretiosissimi quædam generis, sicuti Lacedæmonium [r] viride, cunctisque hilarius. Sic et Augusteum, ac deinde Tiberianum,[3] in Ægypto Augusti ac Tiberii primum principatu reperta. Differentiaque eorum est ab ophite, cum sit illud serpentium maculis simile, unde et nomen [s] accepit: quod hæc maculas diverso modo colligunt, Augusteum undatim crispum in vertices,[4] [t] Tiberianum sparsa,[u] non convoluta [5] canitie.

CAP. XI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Quoto enim cuique loco nomen suum marmori* cod. Dalec. *Quoto quoque enim loco non suum marmor* Gronov. et vulgg.—2 Cod. Dalec. *sed multa est sub terra pars. Pretiosissimi,* &c. cod. Dalec. *sparsa, pretiosissimi quidem generis, sicuti Lacedæmonium* alter ejusdem codex; *sparsa. Pretiosissimi quidem generis Lacedæmonium* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita ex codd. Regg. et Editione principe edidit Brotier. *Augustum, ac d. Tiberium* Gronov. Harduin. et recentt. *Tiberianum* habet etiam cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *vortices.*—5 *Tiberium sparsim convoluta* Gronov. et al. vett. *Tiberium sparsa, non convoluta* Harduin. et al.

NOTÆ

genitæ, sed ex oppido Cretæ Naxo, ubi parari eas et concinnari mos erat, Romam advectæ: inde Naxii nomen. Suidas: Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. Sic ficum Cypriam nuncupari in Creta Theophrastus est auctor, quoniam eo e Cypro translata, Hist. Plant. IV. 2.

[n] *Ex Armenia*] Laudat eas Theophr. de Lapidibus, p. 9.

[o] *Quoto cuique enim loco*] Et in Gallia quoque nuper, haud procul regia Fontis Bellaquei basilica, ingens reperta est egregii marmoris fodina.

[p] *In ambitu terrarum*] In libris Geographicis.

[q] *Non omnia tamen*] Transcripsit hæc Isidorus Orig. XVI. 5. totidem plane verbis ac syllabis, usque ad eum locum, 'Neque ex ophite,' &c.

[r] *Lacedæmonium*] Prudentius contra Symmach. II. 246. 'Et quæ saxa Paros secat, et quæ Punica rupes, Quæ viridis Lacedæmon habet, maculosaque Synnas.' Sidonius in Paneg. Majoriani: 'Post caute Laconum Marmoris herbosi radians interviret ordo.'

[s] *Unde et nomen*] Nam ὄφις Græce *serpentem* sonat.

[t] *In vertices*] Sic etiam Mss. At XIII. 30. eodem sensu, 'in vortices parvos.'

[u] *Tiberianum* [*Tiberium*] *sparsa*] Sententia est, in marmore, quod in Tiberii nomen ascitum est, fuisse ma-

Digitized by Google

Neque ex ophite columnæ, nisi parvæ admodum, inveniuntur. Duo ejus genera:[v] molle candidum, nigricans durum. Dicuntur ambo[w] capitis dolores sedare adalligati,[6] et serpentium ictus. Quidam[x] phreneticis ac lethargicis adalligari jubent candicantem.[7] Contra serpentes autem[y] a quibusdam laudatur præcipue ex his, quem tephriam[z] appellant, a colore cineris. Vocatur et Memphites[a] a loco, gemmantis naturæ.[b] Hujus usus[c] conteri, et iis, quæ urenda sint aut secanda, ex aceto illini.[8] Obstupescit ita corpus, nec sentit[9] cruciatum.

Rubet porphyrites[d] in eadem Ægypto: ex eo candidis intervenientibus punctis Leptopsephos[10][e] vocatur.[a] Quan-

[a] *Ex eo marmore genus illud quod punctis candidis distinguitur, ob exiguitatem dicitur Leptopsephon, hoc est, minutus calculus.*

ante Brotier. Mox, pro *canitie*, cod. Dalec. *luce*.—6 Cod. Dalec. *adalligata*.—7 Idem codex, *candicans*.—8 Vet. Dalec. *naturæ: cujus usus convenit iis, &c. ex aceto illiti*.—9 Cod. Dalec. *ut non sentiat*.—10 Gronov. *leucostictos;*

NOTÆ

culas candidas, non convolutas quidem in vortices, ut in Augusteo, sed sparsas. Vide Notas et Emend. num. 5. In Colb. 3. *Augusteum* et *Tiberianum* legitur.

[v] *Duo ejus genera*] Hæc totidem verbis Isidorus, Orig. XVI. 5.

[w] *Dicuntur ambo*] Diosc. v. 162. totidem verbis, et Oribasius lib. XIII. fol. 230.

[x] *Quidam*] Diosc. loc. cit.

[y] *Contra serpentes autem*] Isidorus iisdem verbis, loc. cit.

[z] *Tephriam*] Τεφρίαν, quod genus est ophitis tertium, *σποδοειδὲς τὴν χρόαν, colore cinereo*, a Diosc. appellatum, punctisque distinctum: unde Lucanus IX. 714. 'Quam parvis tinctus maculis Thebanus Ophites.' Nam et *τέφρα* Græcis et *σποδὸς cinerem* significat.

[a] *Vocatur et Memphites*] Novum lapidis seu marmoris genus, ab Ægypti oppido Memphi nominatum: de quo totidem verba faciunt Diosc. v. 158. et Isidorus Orig. XVI. 4.

[b] *Gemmantis naturæ*] Gemmarum magnitudinem ac lucem imitatur. Diosc. loc. cit. Ἔχων ψηφίδων μέγεθος, λιπαρὸς δὲ καὶ ποικίλος, *calculorum magnitudine, pinguis, et versicolor*.

[c] *Hujus usus*] Diosc. loc. cit. Οὗτος ἱστορεῖται καταχρισθεὶς λεῖος ἐπὶ τῶν μελλόντων τέμνεσθαι ἢ καίεσθαι τόπων, ἀναισθησίαν ἀκίνδυνον ἐπιφέρειν. *Hoc tradunt trito et illito partes, quæ urendæ secandæve sunt, citra periculum ita obstupescere, ut non sentiant cruciatum.*

[d] *Rubet porphyrites*] Aliud rursus marmoris genus. Isidorus Orig. XVI. 5. 'Purpurites ex Ægypto, est rubens, candidis intervenientibus punctis.'

[e] *Leptopsephos*] Λεπτόψηφος, quod nempe, ut Memphites, de quo dictum est proxime, calculorum magnitudinem id genus, quod est candidis

Digitized by Google

tislibet molibus[f] cædendis sufficiunt lapicidinæ. Statuas ex eo Claudio Cæsari procurator ejus in Urbem ex Ægypto advexit Vitrasius Pollio,[11 g] non admodum probata novitate. Nemo certe postea imitatus est. Invenit eadem Ægyptus in Æthiopia, quem vocant basalten,[12 h] ferrei coloris atque duritiæ. Unde et nomen ei dedit. Nunquam hic major repertus est, quam in templo Pacis ab imperatore Vespasiano Augusto dicatus: argumento Nili, XVI. liberis[i] circa ludentibus, per quos totidem cubita[13] summi incrementi augentis se amnis intelliguntur.[b] Non absimilis illi nar-

[b] *Argumentum cœlaturæ in lapide, Nilus, et pueri sedecim .... quibus intelligitur summum Nili exundantis incrementum.*

al. *leptostactos;* al. *leucosephos.*—11 Vet. Dalec. *treis Asinius Pollio;* Gronov. et vulgg. *Triarius Pollio.* Mox, cod. Dalec. *probatæ novitatis.*—12 'Ms. *autem;* fortassis, *barzalten;* nam Hebræis *barzel* ferrum dicitur.' *Mitallerius.*

NOTÆ

punctis interstinctum, non superet. Hunc Plinii locum Salmasius præpostere accepit, in Solinum, p. 562. qui a punctorum seu furfurum candore, qui in posteriore illo porphyritis genere spargantur, Leptopsephi cognomen inditum putavit. In libris hactenus editis *leucostictos* ex eruditorum interpolatione legebatur. At Reg. 2. Colb. 3. et Pintiani codex, *Leptosephos*, unde nos *leptopsephos* effecimus.

[f] *Quantislibet molibus*] Id vero de priore porphyritis genere accipiendum est.

[g] *Vitrasius Pollio*] Meminit hujus Dio, uti dicemus in Notis et Emend. num. 6.

[h] *Quem vocant basalten*] Ægyptio ac peregrino vocabulo, non oris Latini Græcive. Ex eo lapide mortaria fieri auctor est Strabo lib. XVII. pag. 818. Locum hunc non bene exscripsit Isidorus loc. cit.

[i] *XVI. liberis*] Visitur hodieque id marmor in Vaticanis hortis. Expressere ejus effigiem Ortelius in ipsa operis Geographici fronte, et Oiselius in calce Thesauri Numismatum. Philostratus: Περὶ τὸν Νεῖλον οἱ πήχεις ἀθύρουσι, παιδία ξύμμετρα τῷ ὀνόματι· καὶ ὁ Νεῖλος αὐτοῖς ὑπεργάνυνται, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι κηρύττουσιν αὐτὸν, ὅσος Αἰγυπτίοις προεχύθη. *Cubiti circa Nilum ludunt, pueri corporis quantitati cognomines, quibus Nilus summopere oblectatur, tum ob alia, tum vel maxime, quod ipsum quantum Ægyptiis profusus sit enuntient.* Libro primo iconum, pag. 737. Reliqua descriptio simili nitet lepore. De Nili incremento vide quæ diximus v. 10. 'Est Hadriani Aug. nummus ex ære magno, in Gaza Parmensi, in quo Nilus decumbens pingitur, cum arundine et Cornucopiæ: infra, hippopotamus. In imo, L. TPICKAIΔ. *Anno* XIII. Hadriani. Supra ιϛ. *Sedecim* cubiti, ad quos eo anno Nilus excrevit. Anno præcedente, sive duodecimo Hadriani, idem notatur, in nummo æreo pariter e Museo nostro: L. ΔΩΔΕΚ. Supra ιϛ.' *Ed. sec.*

Digitized by Google

ratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statuæ[14] dicatus: quem quotidiano Solis ortu contactum radiis crepare dicunt.[j]

XII. Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec usquam aliubi, nasci putavere nostri veteres: Sudines in Carmania.[1] Potoriis primum[a] vasis inde factis, dein pedibus lectorum sellisque: Nepos Cornelius tradit magno fuisse[2] miraculo, cum P. Lentulus[b] Spinter amphoras ex eo Chiorum[c] magnitudine[3] cadorum ostendisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas[4] vidisse se. Variatum[5] in hoc lapide postea est. Namque, pro miraculo insigni, quatuor modicas in Theatro suo[d] Cornelius Balbus posuit. Nos ampliores[6] triginta

—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cubiti* Gronov. et al. vett.—14 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *statua* Gronov. et vulgg.

Cap. XII. 1 'Sic emendandum recte monuit eruditus Salmasius. Male scripti et editi libri, *in Germania.*' Brotier. *veteres, sed et in Germania potoriis* cod. Dalec. *veteres. In Germania tamen apud Sudines reperitur. Potoriis, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov. *in Germania* etiam Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Cornelius Nepos tradit fuisse magno* edd. vett. et Gronov.—3 Cod. Dalec. *ex eo et urceos magnitudine.*—4 Idem codex, *columnam.*—5 *Variatumque* cod. Dalec.—

NOTÆ

[j] *Crepare dicunt*] Vocem fundere, *φθέγξασθαι*, si Philostrato credimus de Vita Apoll. vi. 3. p. 263. Tacitus Annal. ii. p. 61. 'Memnonis saxea effigies, ubi radiis Solis icta est, vocalem sonum reddens.' De simulacris imaginibusque loquentibus multa congessit erudite Grotius, in Explic. Decalogi, pag. 29.— 'Verum *Memnonis* legi hic oportere, non *Memnonis*, fidem faciunt ea quæ diximus ad vi. 35. et x. 37.' *Ed. sec.*

[a] *Potoriis primum*] Hic locus ostendit, ut recte Dalecampius animadvertit, murrhina vasa alia fuisse, quam quæ ex onyche fierent. *Τῶν ὀνυχίνων ποτηρίων* meminit Athenæus lib. xi. p. 494. et *ὀνυχίνων σκύφων*, p. 495. ex Posidonio Philosopho. Cave porro onychem hoc loco putes a Plinio pro gemma ea accipi, quam nostri vocant *Cassidoine*, ut plerisque visum: cum sit onyx modo aliud nihil præter marmorei lapidis genus quoddam, quem et alabastriten prisci appellarunt.

[b] *P. Lentulus*] Qui Ædilis fuit Cicerone Consule.

[c] *Chiorum*] Horat. iii. Od. 19. 'Quo Chium pretio cadum Mercemur.' Romæ cadus quanta mensura fuerit, diximus xiv. 17. *Χίου πίθου* meminit Lucianus Veræ Hist. lib. ii.

[d] *In Theatro suo*] Quod ille, nempe Corn. Balbus minor, anno Urbis DCCXLI. Tiberio Claudio Nerone, P.

Digitized by Google

vidimus in cœnatione,[e] quam Callistus[f] Cæsaris Claudii libertorum potentia notus sibi [7] exædificaverat.

(VIII.) Hunc aliqui[g] lapidem [8] alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime[h] servare incorrupta dicitur. Idem exustus [9][i] emplastris convenit. Nascitur[j] circa Thebas Ægyptias, et Damascum Syriæ. Hic ceteris candidior: probatissimus vero in Carmania, mox in India: jam quidem et in Syria Asiaque. Vilissimus autem et sine ullo nitore in Cappadocia. Probantur [10] quam maxime mellei coloris, in vertices maculosi,[k] atque non translucidi. Vitia in iis, corneus color aut candidus, et quicquid simile vitro est.

XIII. Paulum distare ab eo in unguentorum[a] fide multi existimant Lygdinos in Paro[l] repertos: amplitudine, qua

[a] *In unguentis diu incorruptis servandis.*

6 *Mox ampliores* cod. Dalec.—7 Idem codex, *potentissimus sibi.*—8 *Sic aliqui et lapidem* idem codex. Mox, in eodem, *optime ea servare.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Idemque etiam exustus* Vet. Dalec. *Idem et ustus* Gronov. et vulgg.—10 *Probatur* cod. Dalec. Mox, *in vertice* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

Quintilio Varo Coss. dedicavit, ut auctor est Dio, lib. LIV. p. 539.

[e] *In cœnatione*] Cœnatio, locus est ad cœnandum. Suetonius in Nerone, cap. 31. 'Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores ex fistulis, et unguenta desuper spargerentur. Præcipua cœnationum rotunda,' &c.

[f] *Callistus*] De quo superius XXXIII. 47.

[g] *Hunc aliqui*] Onychem videlicet. Ex horum est numero Diosc. v. 153. Apparet quam imperite divulsa hæc fuerint a pristinis Plinii editoribus, ut novum ab iis verbis caput auspicarentur. Hunc porro locum plane ad verbum exscripsit Isidorus Orig. XVI. 5.

[h] *Quoniam optime*] Plinius XIII. 3. 'Unguenta optime servantur in alabastris.' Horat. IV. Od. 12. 'Nardi parvus onyx eliciet cadum:' hoc est, vasculum ex onyche. Et Martialis VII. 93. de Papilo male olente: 'Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat: Olfecit postquam Papilus, ecce garum est.'

[i] *Idem exustus*] Diosc. v. 153. Λίθος ἀλαβαστρίτης, ὁ καλούμενος ὄνυξ, ἀναληφθεὶς κεκαυμένος ῥητίνῃ ἢ πίσσῃ, διαφορεῖ σκληρίας, κ. τ. λ. *Alabastrites vocatus onyx, exustus, et resina aut pice exceptus, duritias discutit, &c.* Galenus similiter de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 257.

[j] *Nascitur*] Isidorus Orig. XVI. 5.

[k] *In vertices maculosi*] Hoc est, in parvos vortices habentes crispatas maculas. Sic Reg. 2. et alii.

[l] *Lygdinos in Paro*] Vide Notas et Emend. num. 7.

Digitized by Google

lances craterasque non excedant, antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii.[1]

Magnus et duobus[m] contrariæ inter se naturæ honos: Corallitico[n] in Asia reperto, mensuræ non ultra bina cubita, candore proximo ebori, et quadam similitudine. E diverso niger est Alabandicus terræ suæ nomine, quanquam et Mileti nascens, ad purpuram tamen magis aspectu declinante. Idemque liquatur igni, ac funditur ad usum vitri.

Thebaicus[o] interstinctus[2] aureis guttis, invenitur in Africæ parte Ægypto ascriptæ, coticulis[p] ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens.

Circa Syenen vero Thebaidis Syenites, quem ante pyrrhopœcilon[3][q] vocabant.

XIV. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie est, et ita significatur nomine Ægyptio.[b]

Primus omnium id instituit Mestres,[1][a] qui in Solis urbe[b]

[b] *Excogitata obeliscorum effigies est, ad significandos Solis radios: et radium quidem Ægyptii obeliscum vocant.*

Cap. XIII. 1 Cod. Dalec. *distat ab eo ad unguentorum fidem, uti existimant, Lygdinus in Tauro repertus, &c. advehi solitus candoris ejusdem existimatur. Magnus, &c.* Gronov. et vulgg. ante Harduin. *in Tauro repertos, &c.*—2 Ita Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *intercinctus* al. vett. *naturæ alias* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 'Ita bene Cl. Rezzonicus: nec aliter Editio princeps, licet habeat, *pyrrhopocilon*.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. *pyropœcilon* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

Cap. XIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Mitres* Gronov. et vett.

NOTÆ

[m] *Magnus et duobus*] Subintellige, lapidum sive marmorum generibus.

[n] *Corallitico*] De Corallitico Alabandicoque totidem verba facit Isidorus Orig. XVI. 5. Vide et Marbod. de Lapid. Pret. cap. 8. et Aëtium de Re Med. II. 33. p. 53. In Indice, *Corallico*.

[o] *Thebaicus*] Isidorus hæc de Thebaico lapide pariter totidem verbis ac syllabis, loc. cit.

[p] *Coticulis*] Præbet, inquit, hic lapis coticulas, usus eximii, ad terenda collyria. Sic libri omnes, etiam Mss. Sic et Isidorus loco cit. Salmasius tamen in Solin. pag. 1051. *tuticulas* legi mavult. Cotes in poliendo marmore superius commendavit Plinius cap. 10.

[q] *Pyrrhopœcilon* [*pyropœcilon*] Πυροποίκιλον, punctis ignei coloris distinctum et varium.

Digitized by Google

regnabat, somnio jussus: hoc ipsum inscriptum[2] in eo: etenim scalpturæ illæ effigiesque, quas videmus, Ægyptiæ sunt literæ.

Postea et alii regum[c] in supra dicta urbe, Sochis[3][d] quatuor numero,[e] quadragenum octonum cubitorum longitudine: Ramises[4] autem[f] is, quo regnante Ilium captum est, quadraginta cubitorum.[g] Idem digressus inde, ubi fuit Mnevidis regia,[h] posuit alium,[i] longitudine undecentenis pedibus,[5] per latera cubitis quatuor.



—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et hoc ipsum inscriptum est* edd. vett. et Gronov.—3 'Ita cod. Chiffl. et Cl. Rezzonicus. In codd. Regg. 2. 3. et Laurentian. *Efotis.* Alii et Editio princeps, *Ephotis.*' Brotier. *Sochis* Gronov. et al. vett. *Sothis* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 'In codd. Regg. 2. 3. *Ramisesis.* Idem videtur esse quem Tacitus appellavit *Rhamsen.* De eo satis dixi ad Tacit. Annal. II. 60.' *Brotier.* Mox, *unum quadraginta cubitorum* Vet. Dalec.—5 'Male Mss. Reg. et Editio princeps, *undenis.* Male quo-

NOTÆ

[a] *Mestres*] Sic Reg. 2. et Vaticana exemplaria, Kirchero nostro teste, de Origine et Erectione Obeliscorum I. 4. non, ut editi, *Mitres.* Existimat autem Kircherus, *Mestren* eundem esse cum Misraim, ex Chami genere, a quo et Ægyptus ipsa Misraim appellata sit. Vide ibi plura.—'Hunc autem Ægypti regem, atque adeo consequentes, longe post Mosis ætatem imperitasse credimus.' *Ed. sec.*

[b] *In Solis urbe*] Heliopoli, ut diximus v. 11. Obeliscos porro a Mestre conditos, Kircherus loc. cit. c. 8. eos esse suspicatur, qui Romæ etiamnum Mahutæus, Medicæus, et Scauro-Cælius appellantur: minoris quidem formæ, ut prima rerum esse principia solent.

[c] *Postea et alii regum*] Reg. 2. *et alii eorum*, quod eodem recidit.

[d] *Sochis*] Ita Mss. Alias τὸν Σῶθιν Ægyptii Caniculam vocant, ut diximus II. 40. ex Damascio ad Photium. Fuit is porro Menuphtæ filius, quem Amenophin Eusebius, Menophin Josephus, Africanus Amenophten vocant: quique post annos fere centum a Mosis obitu Ægyptum tenuit.

[e] *Quatuor numero*] Tum ex ratione mensuræ, tum ex hieroglyphicorum characterum interpretatione, Kircherus colligit, ex iis quatuor obeliscis eum unum esse, qui Pamphilus appellatus ab Innocenti X. Pontifice, a quo nuper erectus, cum diu prostratus jacuisset: post illud nimirum tempus quo eundem erexerat Antoninus Caracalla, in novo quem ad Prætoriana castra struxerat Circo.

[f] *Ramises autem*] Hunc Tacitus Rhamsen, Annal. II. pag. 61. Ῥέμφιν Diodorus Sic. Bibl. lib. I. p. 55. Josephus Ramphem, Herodotus Rampsinitum vocat, VII. 21. Is Sothi patri successit, anno quinto post mortem Aod, qui quartus post Mosen Israëlitici populi dux extitit.

[g] *Quadraginta cubitorum*] Subintellige, totidem ab illo positos, quot et a patre, hoc est, quatuor, sed cubitorum tantum quadragenum. Ita Kircherus loc. cit.

[h] *Mnevidis regia*] Haud procul Heliopoli: nam apud hujus oppidi cives

Opus id fecisse dicuntur CXX. M. hominum.[6] Ipse rex, cum subrecturus esset, vereretur que ne machinæ ponderi non sufficerent, quo majus[7] periculum curæ artificum denuntiaret, filium suum adalligavit cacumini, ut salus ejus apud molientes prodesset et lapidi.[8] Hac admiratione operis effectum est, ut cum oppidum id expugnaret Cambyses rex, ventumque esset incendio ad crepidines obelisci, extingui ignem juberet molis reverentia, qui urbis nullam habuerat.

Sunt et alii duo, unus a Zmarre[9] [j] positus, alter a Raphio,[10] [k] sine notis,[l] quadragenum octonum cubitorum. Alexandriæ statuit unum octoginta cubitorum Ptolemæus Philadelphus. Exciderat eum[11] Necthebis[12] [m] rex purum:

que recentiores, *undecenis*. Emendandum erat, *undecentenis*, ut recte vidit Cl. Rezzonicus. Ille obeliscus, quem memorat Ammianus Marcellinus XVII. 3. nunc stat Romæ ante Lateranensem Basilicam.' *Brotier*. *undecenis pedibus* edd. Gronov. Harduin. et recentt.—6 *Obeliscus est Thebis, quem fec. dicuntur CXX. M. hominum* cod. Dalec. *Opus id fecisse dicuntur XX. M. hominum* Gronov. et vulgg.—7 Cod. Dalec. *quo maturius*.—8 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *prodesset lapidi* Gronov. et vulgg. *lapidi* deest in cod. Dalec.—9 ' Ita Mss. Reg. Ambrosian. 1. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus. Forte est Psammis, pater regis Apries, de quo mox dicam. Vide et Herodotum II. 161.' *Brotier*. *a Smarre* edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—10 *Alter a Raphio*] Bene Pintianus: nec aliter Mss. Reg. 2. 3. Ambrosian. 2. Raphius ille mihi videtur esse Pharao Ephree, vel Hophra, de quo Jeremias, XLIV. 30. Ab Herodoto, loc. cit. dicitur Apries.' *Brotier*. *alter ab Eraphito* Gronov. et vulgg. *alter ab Eraphio* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd.—11 ' Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier*. *Philadelphus, quem exciderat* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—12 ' Ita codd. Regg.

NOTÆ

Mnevis bos colebatur, apud Memphitas Apis. Testis est Strabo lib. XVII. p. 803.

[i] *Posuit alium*] Hic ille insignis obeliscus, quem Sixtus V. erutum e Circo Maximo, ubi a Constantio Constantini M. F. fuerat olim erectus, teste Ammiano lib. XVII. ante Basilicam Lateranensem ingenti ausu erexit, anno MDLXXXVIII.

[j] *Unus a Zmarre*] Eundem hunc esse existimamus, qui Eusebio in Chron. Ammerres Æthiops appellatur, Tulli Hostilii Romanorum Regis fere coætaneus.

[k] *A Raphio* [*ab Eraphio*] Qui Uaphres ab Eusebio in Chronico appellatur, ut nonnulli putant, circa tempora Servii Tullii regis Romanorum, et Danielis Prophetæ.

[l] *Sine notis*] Forsan, quod erant alienigenæ, Æthiopes nimirum, Ægyptiorum hieroglyphicas notas haud satis edocti.

[m] *Necthebis* [*Nectabis*] Qui Eusebio in Chron. Nectanebis, cujus ætas Alexandri M. tempora vix XL. annis antecessit.

Digitized by Google

majusque opus in devehendo[13] statuendove multo fuit, quam in excidendo. A Satyro[n] architecto aliqui devectum tradunt rate: Callixenus[o] a Phœnice,[14] fossa perducta usque ad jacentem obeliscum e Nilo; navesque duas in latitudinem patulas, pedalibus ex eodem lapide[15] ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas, ita ut subirent obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis utrimque: postea egestis laterculis[16] allevatas naves excepisse onus.[c] Statutum autem in sex talis e monte[17] eodem, et artificem donatum talentis quinquaginta.[p] Hic fuit in Arsinoëo[d] positus ab rege[18] supra dicto,[q] munus

[c] *Pedalibus laterculis ex eodem lapide naves oneratas duplo magis quam esset pondus obelisci: sic æstimato pondere, ut laterculi congererentur in navem, quot obelisci longitudinem bis adæquarent: sic naves eo pondere pressæ subiere obeliscum, qui duabus suis extremitatibus ripæ amnis interfluentis incumbebat. Postea egestis laterculis naves sublevatæ excepere onus.*

[d] *In monumento Arsinoës.*

2. 3. Ambrosian. 2. Politian. et Cl. Rezzonicus.' *Brotier*. *Nectabis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—13 'Ita bene codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' *Brotier*. *opus fuit in devehendo* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 'Ita bene cod. Reg. 5. Vide et Athenæum lib. v. pag. 203. Male eruditus Harduinus, *Callisthenes a Phœnice*. Callisthenem enim occiderat Alexander Magnus, ut testatur Seneca Nat. Quæst. vi. 23. fateturque ipse Harduinus paulo post supra cap. 4.' *Brotier*. *Callixenus a Phœnice* Gronov. et al. ante Harduin.—15 Vet. Dalec. *pedalibus ex eodem marmore lapidibus;* al. vett. *pedalibus spatiis eodem lapide*. Mox, *ac ratione* al. ap. Dalec.—16 Vet. Dalec. *lapillis*.—17 '*Statutum autem in sex talis e monte*] Ita Mss. Reg. 2. 3. 5. Riccardian. Politian. Ambrosian. 2. Aliter recentiores editiones: *excepisse onus statutum. Excisos autem sex tales in monte*. Cl. Rezzonicus, *statutum autem excisis sex talis e monte*.' Brotier.—18 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Riccardian.' *Brotier*. *Hic fuit in Arsinoëo positus a rege* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd. *Hic fuit conditus a rege* cod. Dalec. *Hic autem obeliscus fuit in Arsinoës portu a rege positus, munus, &c.* Vet. Dalec. *Hic autem obeliscus fuit in Arsinoë positus a rege, &c.* Gronov. et

NOTÆ

[n] *A Satyro*] Quem de Mausoleo librum condidisse auctor est Vitruvius in Præfatione libri septimi, p. 125.

[o] *Callixenus* [*Callisthenes*] Sic Mss. non *Callixenus*, ut editi. Agemus de eo in Auctorum Indice.

[p] *Talentis quinquaginta*] Talenta hæc Ægyptia interpretor, quorum singula cum argenti libras octoginta capiant, ut ex Varrone vidimus lib. xxxiii. c. 15. efficient quinquagenas monetæ nostratis libras, ut vocant, seu florenos 134400.

[q] *Ab rege supra dicto*] Ptolemæo Philadelpho, qui uxori eidemque sorori suæ monumentum exstruxit, 'Αρσινόειον appellatum. Sic Iseum Isidis Monumentum vocant.

Digitized by Google

amoris in conjugem, eandemque [r] sororem Arsinoën.[19] [s] Inde eum navalibus incommodum Maximus quidam præ-

vulgg.—19 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et

NOTÆ

[r] '*Eandemque*] Ægyptiorum ille regum mos fuit. Testis insignis præ ceteris in Thesauro regio nummus aureus, cujus pars prior capita duo exhibet, quorum alterum alteri applicitum est: epigraphe, ΘΕΩΝ. Posterior capita duo alia, et alterum similiter applicitum alteri: epigraphe, ΑΔΕΛΦΩΝ. Vidimus et alium pondo aureorum Francicorum trium. Θεὸς nemo Regum Ægypti vel Syriæ dictus est, vel dici potuit, ante Philometorem, vel æqualem ejus Antiochum Θεόν. Nunc pari jure conjux Philometoris Θεὰ appellatur: quæ, nisi soror ejusdem esset, esse Θεὰ, vel omnino Cleopatra dici non potuit. In altera hujus nummi parte sunt utriusque parentes, Ptolemæus Philopator, qui et Tryphon, cum conjuge eademque sorore. Unde et ambo ΑΔΕΛΦΟΙ vocantur. Philometor igitur cum Cleopatra conjuge, et eadem sorore, in hoc nummo pingitur parte una; et ambo ibi ΘΕΟΙ: in altera deinde ΑΔΕΛΦΩΝ, hoc est, fratris et sororis pariter regum (nam sunt omnium capita cincta diademate) filii appellantur. Θεοὶ ἀδελφῶν dicuntur, qua forma et 'Alexander Philippi,' subintellecto filii nomine, nuncupatur. Vidimus ex auro similem pulcherrimum apud D. de Boze: in quo æque atque in aliis et sunt clausis oculis Ptolemæus Philopator et uxor, ut jam fato functi; et majorem præferunt ætatem, quibus nomen ΑΔΕΛΦΩΝ superscriptum est, quam quibus ΘΕΩΝ: quoniam videlicet illi parentes, hi liberi sunt: ideoque hi non clausis oculis, sed apertis, ut vivi, pinguntur. Itaque θεοὶ ἀδελφῶν ii dicuntur: id quod idem valet ac si dicas, orti ambo ex patre, avo, proavo, abavoque regibus; neque hoc tantum, sed et iidem ambo filii filiorum regum, hoc est, ex matre etiam nati ambo, siquidem fratres, quæ ipsa esset ex patre, avo, et proavo regibus orta: *Roi et Reine nés de frère et de sœur issus de trois Rois.* Voces enim ambos ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ conjungi oportere, manifeste docet nummus alter, in quo unicam epigraphen partis anticæ voces eæ duæ efficiunt: tametsi vultus iidem quatuor utramque implent paginam, hoc est, nummi aream. Θεὸς in nummis Ægypti vel Syriæ regum non Divum significat, sive relatum inter Divos, aut consecratum. Neque enim consecrat, aut inter Divos reponit, nisi potestas superior eo qui consecratur. Ea causa est, cur nulli Regum in Græcia, Syria, vel Ægypto consecrati appareant, ne ipse quidem Alexander Magnus; quippe qui sint ipso jure natalium Divi post mortem Reges, hoc est, ut Gallice dicimus: *de glorieuse et triomphante mémoire.* Atque hinc intelliges, id quod aliunde constat argumentis, Imperatores Romanos Senatui fuisse subjectos, a quo utique consecrabantur ii, qui hunc sibi post obitum deferri honorem in vita meruissent. Hoc fuit, acta eorum omnia rata haberi, et publica auctoritate confirmari. Denique hinc quoque disces, falsam illam fictamque inscriptionem esse, ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙ, quæ dicata Ptolemæo Soteri et conjugi dicitur.' *Ed. sec.*

[s] '*Arsinoën*] Nummus tetradrachmæ pondere ex auro eximius, quem vidimus apud D. Clesves, caput vela-

Digitized by Google

fectus Ægypti transtulit in forum, reciso cacumine, dum vult fastigium addere auratum, quod postea omisit.

Et alii duo sunt Alexandriæ ad portum, in Cæsaris templo,[20] quos excidit Mestres rex[t] quadragenum binum cubitorum. Super omnia accessit difficultas mari Romam devehendi,[21] spectatis admodum navibus.[e] Divus Augustus priorem advexerat, miraculique gratia Puteolis navalibus perpetuis dicaverat: sed incendio consumta est. Divus Claudius aliquot per annos asservatam, qua[22] Caius Cæsar[u] importaverat, omnibus quæ unquam in mari visæ sunt mirabiliorem, turribus Puteolano ex pulvere[v] exædificatis, perductam Ostiam, portus gratia mersit: alia ex hoc cura navium, quæ Tiberi subveherent.[f][23] Quo expe-

[e] *Insignibus admodum structis in eam rem navibus.*
[f] *Alia deinde subiit cura naves struendi, quæ Tiberi obeliscum subveherent.*



recentt. *in conjuge eademque sorore Arsinoë* Gronov. et al. vett.—20 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in portu ad Cæsaris templum* Gronov. et al. vett. Mox, *quos e. Mespheës* Gronov. et vulgg.—21 Cod. Dalec. *advehendi.*—22 Cod. Dalec. *eam, qua.*—23 'Ita bene codd. Laurentian. et Dalec.' *Brotier.* *cura fuit navium, quæ Tiberi subveherent* Vet. Dalec. *cura navium, quæ Tiberi subvehant* Gronov. al. vett. Harduin. 1.

NOTÆ

tum ex una parte exhibet, cum loto in vertice: quod velum matronarum insigne est, ut lotus Ægypti: ex altera parte geminum Cornucopiæ, cum hac epigraphe: ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΝ: hinc L. ΑΓ, anno XXXIII. inde ΠΑ: hoc est, Παφίων. Infra literas ΠΑ columba est, quoniam columbæ Cypriæ etiam hodieque celebratissimæ sunt ob cristæ venustatem. Hunc Arsinoë profitetur æque sui principatus ac suæ ditionis Ægyptum esse, atque fratris ejusdemque mariti sui. Notandum in eo nummo præterea est literam L. pro λυκάβαντος ascitam ab Ægyptiis fuisse ex Alphabeto Romano, priusquam in Asia sive Syria.' *Ed. sec.*

[t] *Mestres rex*] Ita codices nostri et Pintiani, ut supra; non, ut editi, *Mespheës.*

[u] *Qua Caius Cæsar*] Navim qua Caius Caligula obeliscum importaverat ex Ægypto. Tranquillus in Claudio, cap. 20. 'Portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra sinistraque brachio, et ad introitum profundo jam solo mole objecta: quam quo stabilius fundaret, navem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Ægypto fuerat advectus: congestisque pilis superposuit altissimam turrim, in exemplum Alexandrinæ Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent.'

[v] *Puteolano ex pulvere*] Quem diximus libro sup. cap. 47. mersum mari fieri lapidem inexpugnabilem undis.

Digitized by Google

rimento palam fit,[24] non minus aquarum huic amni esse, quam Nilo.

Is autem obeliscus,[w] quem Divus Augustus in Circo magno[x] statuit,[25] excisus est a rege Semneserteo,[y] quo regnante Pythagoras[z] in Ægypto fuit, LXXXII. pedum, et dodrantis,[g][26] præter basim ejusdem lapidis: is vero, qui est in Campo Martio, novem pedibus minor,[27] a Sesostride.[a] Inscripti[28] ambo rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum philosophia[b] continent.

[g] *Et pollicum novem.*

2. 3. et recentt.—24 'Ita bene codd. Reg. 5. Ambrosian. I. 2. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *palam fuit* al. ap. eundem; *patuit* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—25 Cod. Dalec. *constituit.*—26 'Optime locum hunc restituit Cl. Boscovich, mathematica laude celeberrimus. Pedes sunt 82¾. Quod quadrat cum ejus obelisci altitudine, quam Mercatus et Kircherus aliique produnt esse palmorum Romanorum CX. Favebant Mss. Reg. 5. Venet. Riccardian. Politian. in quibus legitur, *XXCV. pedum et dodrantis.* Pessime in Mss. Reg. 2. 3. et Editione principe aliisque: *CXXV. pedum et dodrantis.* Nunc stat ille obeliscus, a Sixto v. Pontifice Maximo erectus, in aditu portæ Flaminiæ, ante ædem S. Mariæ *del Popolo.*' Brotier. *centum viginti quinque pedum et dodrantis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *centum viginti quinque pedum est et dodrantis* al. ap. Dalec.—27 '*Novem pedibus minor*] Altus ergo fuit pedes 73¾. Eandem ferme altitudinem habet, et supra laudatam emendationem confirmat P. Victor, de Regionibus Urbis: 'Unus in Campo Martio pedum LXXII. s.' Cum in Mss. Reg. Ambrosian. 1. Riccardian. et Laurentian. sit *novem pedum est;* et in Ms. Voss. *peduminor*, emendavit Cl. Rezzonicus, *novem pedum minor.*' Brotier. Mox codd. Regg. Brotier. 2. 3. *Sesostide.* Editio princeps, *Sesotide.* Cod. Riccardian. et Cl. Rezzonicus, *Sochide.*—28 *Inscriptum* alii

NOTÆ

[w] *Is autem obeliscus*] Eum esse Kircherus existimat, quem e Circo erutum, post alteram ruinam, ante ædem B. Virginis *del Popolo* Sixtus v. erexit.

[x] *In Circo magno*] Quem Circum Maximum fere vocant, regione Urbis undecima.

[y] *Semneserteo*] Psammamirteum verius, et ad Ægyptiacæ linguæ proprietatem affinius, dici scribique Kircherus existimat, loc. cit.

[z] *Quo regnante Pythagoras*] Laërtius tamen, non Semneserteo, sed Amaside regnante, venisse in Ægyptum Pythagoram prodidit in ejus Vita, lib. VIII. p. 214. commendatumque ei per literas a Polycrate Samiorum tyranno. Id quoque testatur Tzetzes Chil. XI. Hist. 366. vs. 71. Igitur Amasidis principatu profectus est Samo Pythagoras: Semneserteo post Amasidis obitum regnante, in Ægypto fuit: Tarquinii Superbi fere temporibus Romanorum regis.—'Numa Pompilio rege Romanorum paulo priorem Pythagoram Plinius facit, XIII. 27.' *Ed. sec.*

[a] *A Sesostride*] Diximus de eo VI. 33. Fuit Saüli coævus, regum Ægypti potentissimus.

[b] *Philosophia*] Ex philosophia Æ-

Digitized by Google

XV. (X.) Ei, qui est in Campo,[c] Divus Augustus addidit mirabilem usum,[d] ad deprehendendas Solis umbras, dierumque ac noctium ita magnitudines, strato lapide ad magnitudinem obelisci,[e] cui par fieret[f] umbra, brumæ confectæ die,[1 g] sexta hora;[h] paulatimque per regulas[i] (quæ sunt ex ære inclusæ) singulis diebus decresceret,[j] ac rursus au-

ap. Dalec. Mox, *interpr. philosophiamque Ægyptiorum ac opera continent* Vet. Dalec. *interpr. Ægyptiorum philosophorum, ac opera continent* al. vett. *interpr. Æ. opera philosophiæ, &c.* Gronov. et vulgg.

CAP. XV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd. *ac noctium magnitudines .... ad obelisci magnitudinem ...... Romæ confecto die* Gronov. et al.

NOTÆ

gyptiorum. In libris editis *philosophiæ* legebatur. Mss. *philosophio.*

[c] *Ei, qui est in Campo*] In Campo Martio. Obelisci hujus vestigia quædam adhuc extare, cernique per cellam quandam cryptamve subterraneam, quo Gothorum immanitate ex loco celsissimo dejectus, temporum diuturnitate terra subrutus, ignobilis vilium ædificiorum fundamentis servire cogitur, testis est *αὐτόπτης* Kircherus, libro cit. cap. 9. In base hujus obelisci, quæ detecta est Julio II. Pontifice, inscriptio hæc continebatur:

CAESAR. DIVI. I. F.
AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV.
AEGYPTO. IN. POTESTATEM
POPVLI. ROMANI. REDACTA
SOLI. DONVM. DEDIT.

[d] *Mirabilem usum*] Nempe, ut esset in horologio solari pro gnomone. In Indice hujus loci: *De eo obelisco, qui pro gnomone in Campo Martio.*

[e] *Ad magnitudinem obelisci*] Ita libri omnes, nequicquam hæc mutante Scaligero ad Manil. p. 250. Stratum illud lapideum pro amusio horario, seu plano, fuit, in quo describerentur horæ: obeliscus pro gnomone, ut diximus.

[f] *Cui par fieret*] Quantam umbram faciebat obeliscus die brumæ in meridie, tantum erat lapideum illud stratum, media sui parte, qua horam illam signabat.

[g] *Brumæ confectæ die*] Ita Reg. 2. aliique codices, et ipse Scaliger, loco cit. non, ut hactenus editi libri, *Romæ confecto die*, quod insulsum. Brumæ confectus dies appellatur is, quo bruma committitur. Sic XVI. 36. 'sidus confectum' Plinius pro perfecto solstitio dixit, quod et alibi ab eo usurpatum ex Indice intelliges.

[h] *Sexta hora*] Quam nos duodecimam, seu meridiem appellamus.

[i] *Per regulas*] Lineolas æreas.

[j] *Decresceret*] A bruma ad solstitium; vicissimque a solstitio ad brumam augesceret. Fuit hæc igitur forma horologii: in prægrandi lapide plano, qui in mille amplius palmorum spatium extendebatur, descripti arcus curvi ab ortu in occasum exhibebant magnitudines dierum ac noctium. Umbra enim obelisci in unum illorum incidens ostendebat horarum, verbi gratia, quindecim diem esse, novemque noctem. Lineæ vero quæ arcus istos intersecabant situm et ordinem horarum antiquarum signabant: ita ut hora prima appellaretur ea quæ Solis ortum prox-

Digitized by Google

gesceret: digna cognitu res et ingenio fœcundo. Manilius mathematicus[k] apici[2] auratam pilam addidit, cujus umbra vertice[l] colligeretur in se ipsa, alias enormiter jaculante apice,[a] ratione (ut ferunt) a capite hominis[m] intellecta. Hæc observatio triginta jam fere annis non congruit, sive Solis ipsius dissono cursu, et cœli aliqua ratione mutato, sive universa tellure a centro suo aliquid emota,[3] ut deprehendi et in aliis locis accipio: sive Urbis tremoribus, ibi tantum gnomone intorto, sive inundationibus Tiberis sedimento molis facto:[b] quanquam ad altitudinem impositi oneris[4] [n] in terram quoque dicantur acta fundamenta.

[a] *Cujus pilæ umbra in verticis modum colligeretur in seipsa: cum alioqui apex obelisci, amplior quam par sit, enormem laxamque nimis jacularetur umbram.*
[b] *Mole subsidente.*

vett.—2 'Ita Ms. Reg. 5. et Editio princeps; tantum pro *fæcundo* habent *facundo*. In Mss. Reg. 2. et 3. *ingenio fœcundi mathematici. Apici.* Emendavit Cl. Bandini, *ingenio Facundini L. mathematici.* At ignotus ille *Facundinus*, ignotus *libertus*.' Brotier. *ingenio fœcundo Mathematicis Apici* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ingenio fœcundo. Manlius Mathematicus apici* Gronov. et vulgg. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *cujus vertice umbra colligeretur in semetipsam, alia atque alia incrementa jaculantem apice.*—3 'Ita codd. Regg. 2. 3. Riccardian. Ambrosian. Politian. et Cl. Rezzonicus.' *Brotier. a centro suo dimota* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 Ita ex codd.

NOTÆ

ime sequeretur; sexta, quæ medium diem signaret; duodecima, quæ Solis occasum. Eo enim horologii genere veteres usi sunt, quod singulos dies ac noctes divideret in duodecim æquales horas, sive eæ longiores fuerint, ut diurnæ æstate, bruma nocturnæ; sive breviores, ut hyeme diurnæ, nocturnæ solstitio. Unde Aug. de Vera Relig. 'Hora,' inquit, 'brumalis æstivæ comparata minor est.' Lineæ porro istæ ex æneis laminis confectæ, horizontali plano insertæ, gratum ex altiore loco spectaculum intuentibus præbebant. Horologii ejus iconem delineavit accurate Jacobus Masus e Societate nostra, Syracusanus.

[k] *Ingenio fœcundo. Manilius math.* [*fœcundo mathematici*] Quis ille Mathematicus fuerit, codices Mss. non indicant. Typi interpolati sic exhibent: *et ingenio fœcundo Manlius Mathematicus apici, &c.* Nobis a vetustorum exemplarium fide desciscere religio est. Vidit hoc et Pintianus.

[l] *Cujus umbra vertice*] In verticis seu vorticis modum. Sic paulo ante cap. 11. 'crispum in vertices' dixit, et cap. 12. 'maculosum in vertices.' Vide Notas et Emend. num. 8.

[m] *A capite hominis*] Cujus umbra colligitur, in pilæ modum, pressiorque est, quam quæ reliquo corpore jactatur umbra.

[n] *Impositi oneris*] Sic Reg. 2. et Pintiani codex, non *impositæ rei:* et mox *acta*, non *jacta*. Altitudinem fundamentorum magnitudini obelisci parem fuisse significat.

Digitized by Google

(XI.) Tertius[o] Romæ in Vaticano Caii[p] et Neronis principum Circo ex omnibus unus omnino factus est imitatione[q] ejus, quem[5] fecerat Sesostridis[6][r] filius Nuncoreus.[s] Ejusdem remanet et alius centum cubitorum, quem, post cæcitatem visu reddito, ex oraculo Soli sacravit.

XVI. (XII.) Dicantur obiter et pyramides in eadem Ægypto, regum pecuniæ otiosa ac stulta ostentatio. Quippe cum faciendi eas causa a plerisque tradatur, ne pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset otiosa. Multa circa hoc vanitas illorum hominum fuit: vestigia complurium[1] inchoatarum extant. Una est in Arsinoite nomo, duæ in Memphite,[2] non procul labyrintho, de quo et ipso dicemus.[a] Totidem,[b] ubi fuit Mœridis lacus,[c] hoc est, fossa grandis. Sed Ægyptus inter mira ac memoranda narrat harum[d] cacumina extrema, quæ

Harduinus et recentt. *impositæ rei* Gronov. et vulgg.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tertius est in Vaticano, &c. ex omnibus unus factus imitatione ejus, quem* cod. Dalec. *Tertius Romæ in V. . . . . fractus est in molitione, quem* Gronov. et vulgg.—6 'In codd. Regg. Vatic. et Editione principe, *Sesosidis.*' Brotier.

CAP. XVI. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier. vestigiaque complurium* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 *Arsinoë urbe,*

NOTÆ

[o] *Tertius*] Hunc Sixtus v. e Circo Vaticano ante S. Petri ædem transtulit, et S. Cruci dedicavit.

[p] *Caii*] Caligulæ. Circum hunc a Caio, ut credimus, cœptum, a Nerone perfectum, Tacitus haud obscure signat, Annal. XIV. 'Clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos Nero regeret haud promiscuo spectaculo.'

[q] *Factus est imitatione*] Vide Notas et Emend. num. 11.

[r] *Sosostridis*] Mss. *Sesosidis*, quod idem est.

[s] *Nuncoreus*] Pheronem appellat Herodotus II. 111. p. 129. Defuncto patre Sesostride, regnum administrasse: luminibus interim captum esse: restituto visu obeliscos duos Soli sacrasse, longitudinis centenum cubitorum, octonum latitudinis. Σεσώστριος δὲ τελευτήσαντος, ἐκδέξασθαι ἔλεγον τὴν βασιληΐην τὸν παῖδα αὐτοῦ Φέρωνα, κ. τ. λ. Eadem refert et Diodorus Sicul. Bibl. lib. I. p. 54. qui hunc Sesostridis filium Sesostrin secundum vocat.

[a] *De quo et ipso dicemus*] Cap. 19.

[b] *Totidem*] Pyramides duæ. A Rege Mœride exstructas ait Herod. II. 101. p. 126. in media palude: passus L. ab aqua extare, &c. Diodorus item Bibl. lib. I. p. 48. ab eo rege duas ibi pyramides positas, alteram sibi, uxori alteram.

[c] *Mœridis lacus*] Diximus de eo V. 9.

[d] *Narrat harum*] Mss. *narrato harum.* Pintianus, *narrat orarum.*

Digitized by Google

eminere dicuntur. Reliquæ tres, quæ orbem terrarum implevere fama, sane conspicuæ undique adnavigantibus, sitæ sunt in parte Africæ, monte saxeo sterilique, inter Memphim oppidum, et quod appellari diximus Delta, a Nilo minus[e] quatuor millia passuum, a Memphi VII. M.D. vico apposito,[3] quem vocant Busirin, in quo sunt assueti scandere illas.

XVII. Ante has est sphinx,[f] vel magis narranda,[a] quasi sylvestre numen accolentium.[1] Amasin regem[g] putant in ea conditum, et volunt invectam videri. Est autem saxo naturali elaborata, et lubrica.[b 2] Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit, longitudo pedum CXLIII. est, altitudo a ventre ad summam apsidem[c] in capite, LXII.[3]

[a] *Ante Pyramidas sphinx occurrit, opere mirabili.*
[b] *Polita, lævigata.* [c] *Curvaturam.*

duæ in Memphi cod. Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sex, vico apposito* Gronov. et vulgg. *septem vico appositæ* cod. Dalec. *septem D. p. a vico apposito* Vet. Dalec. Mox, *in eo sunt assueti* cod. Dalec.

CAP. XVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *vel magis miranda, quasi, &c.* Gronov. et vulgg. *vel magis narranda, qua silvestria sunt accolentium* cod. Dalec.—2 Vet. Dalec. *et rubrica;* alii ap. Dalec. *et obliqua.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ad summum apicem in capite LXII. Sed pyramis, &c.* Gronov. et al. vett. *ad summum apicem CLXX. quos Pyra-*

NOTÆ

[e] *A Nilo minus*] Paululum discrepat Diodorus Bibl. lib. I. p. 57. Nam is a Nilo stadia XLV. *πέντε πρὸς τοῖς τετταράκοντα*, hoc est, passuum amplius quinque millia statuit: a Memphi, CXX. hoc est, XV. mill. pass. De hisce pyramidibus extat epigramma Anthol. IV. 17. *εἰς τὰς ἐν Μέμφει πυραμίδας. Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ καὶ Πήλιον ὕψι τεθέντα Ψευδὴς ἱστορίης ῥῆσις ἀνεπλάσατο. Πυραμίδες δ' ἔτι νῦν Νειλωΐδες, ἄκρα μέτωπα, Κυροῦσι χρυσέοις ἄστρασι Πληϊάδων. Pelion atque Ossam dorso frondentis Olympi Falsa loquens vatum fama superposuit. Pyramides sed adhuc terra Nilotide tangunt Aurea Pleiadum sidera fronte sua.*

[f] *Ante has est sphinx*] Durare adhuc sphingem hanc in Ægypto, auctor est testis oculatus Petrus Bellonius de Admirab. Operum Præstantia, cap. 2. Ausonius de sphinge, in gripho ternarii: 'Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.'

[g] *Amasin regem*] De eo diximus X. 11. Hunc certe in Saite nomo colossos posuisse et *ἀνδρόσφιγγας*, scribit Herodotus II. 175. p. 157. At sepultum in pyramide Lucanus credidit IX. 155. 'Non mihi pyramidum tumulis evulsus Amasis.' Et sane in Mss. Reg. 2. aliisque, non *Amasin* hoc

Digitized by Google

Pyramis[h] amplissima ex Arabicis lapicidinis constat. Trecenta[i] LX. hominum millia[4] annis XX.[j] eam construxisse produntur. Tres vero factæ annis LXXVIII. et mensibus IV. Qui de iis scripserint,[5] sunt Herodotus, Euhemerus,[k] Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander polyhistor, Butorides,[l] Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion. Inter omnes eos[6][m] non constat a quibus factæ sint, justissimo casu obliteratis tantæ vanitatis auctoribus. Aliqui ex his prodiderunt, in raphanos,[7][n] et allium, ac cæpas, mille sexcenta[8] talenta[o] erogata. Amplissima[p] octo jugera[9] obtinet soli, quatuor angulorum paribus intervallis, per septingentos[q] octoginta tres pedes[10]

mis, &c. cod. Dalec.—4 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Sic et Diodorus Siculus I. 63. Frustra in recentioribus editionibus: *trecenta LXVI. hominum millia.* Herodotus II. 124. habet tantum 300,000.' *Brotier.*—5 Vet. Dalec. *scripserunt.*—6 Vet. Dalec. *omnes vero eos.*—7 Vet. Dalec. *in Syrmæam.*—8 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *octingenta* edd. vett. et Gronov.—9 'In Mss. Reg. 2. 3. et Editione principe, *septem jugera.* Pomponius Mela I. 9. habet tantum *quatuor jugera.* Quod non ita recedit ab Herodoto II. 124. ὀκτὼ πλέθρα, id est pedes 800. numerante. Jugeri mensura dicta est supra XVIII. 3.' *Brotier.*—10 'Ita bene cod. Reg. 5. Male Mss.

NOTÆ

loco, sed *Armain* clare legitur: quem in Ægypti regibus Eusebius numerat, eundemque altero nomine Danaum appellatum prodit.

[h] *Pyramis*] Quam excitari jussit Cheops Ægypti rex, ex Arabicis lapidibus, inquit Herod. II. 124.

[i] *Trecenta*] Centum hominum millia solum Herodotus habet, II. 124. p. 137. hoc est, myriades decem. At Diodorus Sic. Bibl. lib. I. p. 57. triginta sex myriades, hoc est, hominum millia CCCLX.

[j] *Annis XX.*] Priore decennio advecta saxa esse narrat Herodotus loc. cit. altero fabricam absolutam. Diodorus loc. cit. Τὸ δὲ πᾶν κατασκεύασμα τέλος ἔσχε μόγις ἐτῶν εἴκοσι διελθόντων.

[k] *Herodotus, Euhemerus*] De his agemus in Auctorum Indice.

[l] *Butorides*] In Mss. *Butoridas.*

[m] *Inter omnes eos*] Discrepantes auctorum sententias refert Diodorus Siculus Bibl. lib. I. pag. 59.

[n] *In raphanos*] Herod. loc. cit. pag. 138. Vide Notas et Emend. num. 10.

[o] *Mille sexcenta talenta*] Ægyptiaca scilicet, quæ ex Varronis æstimatione, quam attulimus XXXIII. 15. monetæ nostratis efficiunt libras, seu florenos, 4300800.

[p] *Amplissima*] E tribus supradictis. Herod. pag. 137. singulas frontes quadratæ pyramidis ait obtinuisse ὀκτὼ πλέθρα μέτωπον ἕκαστον. In Reg. 2. *septem jugera.* Mela I. 9. quatuor tantum jugera, quæ sunt Herodoti πλέθρα ὀκτώ.

[q] *Per septingentos* [*octingentos*] Sic etiam Mss.

Digitized by Google

singulorum laterum, altitudo a cacumine, pedes XV. S.[11] [r] Alterius [s] intervalla singula per quatuor angulos pares DCCXXXVII.[t] comprehendunt.[12] Tertia minor quidem prædictis,[13] sed multo spectatior, Æthiopicis lapidibus,[u] assurgit CCCLXIII. pedibus inter angulos.[v] Vestigia [w] ædifi-

Reg. 2. 3. Editio princeps et recentiores: *per octingentos octoginta tres pedes.* Cl. Greaves, in Pyramidographia, eam mensus est, et reperit pedes Anglicos 693. Cl. le Brun, *Voyages*, cap. 36. eam fune dimensus reperit pedes Gallicos 704. Si quis nunc attendat differentiam pedum, Romani, Anglici, et Gallici, quantumque arenæ a Plinii Herodotique temporibus tempus aggesserit, comperiet mensuras Herodoti et Pomponii Melæ veras esse, et quomodo Plinianæ sint intelligendæ. In Anglico pede sunt pedis Gallici 11. pollices, 3. lineæ, 167. In pede Romano sunt ejusdem pedis Gallici 10. pollices, 10. lineæ, 109.' *Idem.* *per octingentos octoginta tres pedes* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *per septingentos o. tres pedes* cod. Dalec. —11 'Id est, latitudo cacuminis est pedum 15½. Et forte emendandum, *latitudo.* Nihil tamen mutavi ob consensum Mss. codicum, qui habent *altitudo.* Miror eruditum Harduinum id non accepisse de latitudine cacuminis, sed de altitudine totius pyramidis, et prodidisse eam fuisse quindecim millium pedum cum semisse, quod absurdum est. Latitudinem illius cacuminis mensus est Cl. Greaves loc. cit. et reperit pedes Anglicos 13.' *Brotier.* *latitudo a cacumine pedes XXV.* Gronov. et vulgg. *altitudo a cacumine pedes XX.* Harduin. et recentt. *latitudo a c. p. XVII.* cod. Dalec.—12 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque edd. vett. Gronov. et al. præter Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. quæ exhibent, *DCCXXXVII. S. comprehendunt.*—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *minor prædictis* Gronov. et al. vett. Mox, *consurgit CCCLXIII. . . . . ædificationis vestigia nulla, &c.* cod. Dalec. *assurgit CCCLXII. &c.* Harduin. 2. 3. Miller. et

NOTÆ

[r] *Altitudo a cacumine, pedes XV. S.*] Sic Mss. Hoc est, quindecim millia pedum, cum semisse. Prius legebatur, *latitudo . . . . pedes XXV.*

[s] *Alterius*] Secundæ e tribus superius memoratis.

[t] *DCCXXXVII.* [*S.*] Hoc est, pedes DCCXXXVII. cum semisse. Sic Mss.

[u] *Æthiopicis lapidibus*] Æthiopico lapide, ad medium usque, esse conflatam, Herodotus est auctor, II. 134.

[v] *Inter angulos*] Inter pares angulos: erat enim quadrata. Singulis lateribus tria πλέθρα, sive tria semijugera, Herodotus attribuit loc. cit.

[w] *Vestigia*] Totidem verbis hæc Diodorus Siculus Bibl. lib. I. pag. 57. Καὶ τὸ θαυμασιώτατον, τὸ τηλικοῦτον ἔργον κατεσκευασμένον, καὶ τοῦ περιέχοντος τόπου παντὸς ἀμμώδους ὄντος, οὐδὲν ἴχνος, οὔτε τοῦ χώματος, οὔτε τῆς τῶν λίθων ξεστουργίας, ἀπολείπεται· ὥστε δοκεῖν μὴ κατ' ὀλίγον ὑπ' ἀνθρώπων ἐργασίας, ἀλλὰ συλλήβδην καὶ ὁμοῦ, ὥσπερ ὑπὸ θεοῦ τινὸς, τὸ κατασκεύασμα τεθῆναι πᾶν εἰς τὴν περιέχουσαν ἄμμον. *Et quod maximam pariat admirationem, substructio tam insana perfecta est in loco, qui totus circumquaque arenosus est, ut ne vestigium quidem, tum aggeris, tum cæsi et politi lapidis, sit reliquum. Unde non paulatim hominum ope, sed conjunctim et semel, ceu a Deo quopiam, tota illa moles in circumfusis arenis collocata videatur.*

Digitized by Google

cationum nulla extant. Arena late pura circum, lentis similitudine, qualis in majori parte Africæ. Quæstionum summa est, quanam ratione in tantam altitudinem subvecta sint cæmenta.[14] Alii enim nitro[x] ac sale adaggeratis cum crescente opere, ac peracto fluminis irrigatione dilutis:[d] alii lateribus e luto factis, in privatas domos distributis.[15][y] Nilum enim non putant rigare potuisse, multo humiliorem. In pyramide maxima est intus puteus octoginta sex cubitorum: flumen illo admissum arbitrantur. Mensuram altitudinis earum omniumque similium deprehendere invenit Thales Milesius,[z] umbram metiendo, qua hora par esse corpori solet. Hæc sunt pyramidum miracula: supremumque illud, ne quis regum opus,[16] miretur minimam ex his,

[d] *Alii enim aggeribus e nitro et sale, simul ut crescebat opus, factis, subvecta cæmenta aiunt: qui aggeres, opere peracto, diluti sint fluminis per canales immissi irrigatione.*

Franz.—14 Cod. Dalec. *sunt omnia cæmenta.*—15 Ita ex codd. Harduinus et recentt. '*e luto contis extracto* Vet. quo genere locutionis usus est Herodotus.' *Dalec.* *e luto factis extractos pontes, peracto opere in privatas domos distributos* edd. vett. et Gronov.—16 Vet. Dalec. *opes.* Mox, *minimam extitisse laudatissimam* cod. Dalec.

NOTÆ

[x] *Alii enim nitro*] Diodorus Siculus loc. cit. postquam aggerum adminiculo deportatos lapides dixit ad pyramidum structuram, hæc statim subjungit: Ἐπιχείρουσι δέ τινες τῶν Αἰγυπτίων τερατολογεῖν καὶ μυθεύεσθαι ὑπὲρ τούτων, λέγοντες ὡς ἐξ ἁλῶν καὶ νίτρου τῶν χωμάτων γεγονότων, ἐπαφεθεὶς ὁ ποταμὸς ἔτηξεν καὶ διέλυσεν αὐτὰ, καὶ παντελῶς ἠφάνισεν, ἄνευ τῆς χειροποιήτου πραγματείας. *Ægyptiorum nonnulli prodigiose de his loqui, et nescio quas fabulas conantur obtrudere: quod nimirum cum aggeres isti e sale et nitro constarent, fluvius immissus eos liquarit, dissolutosque prorsus aboleverit, intacta operis absoluti structura.*

[y] *In privatas domos distributis*] Peracto opere.

[z] *Thales Milesius*] Apud Plutarchum in Convivio sapientum, p. 147. Thaletem Niloxenus sic compellat: Ἐπεὶ σοῦ τε καὶ τὰ ἄλλα θαυμάζει, καὶ τῆς πυραμίδος τὴν μέτρησιν ὑπερφυῶς ἠγάπησεν, ὅτι πάσης ἄνευ πραγματείας, καὶ μηδενὸς ὀργάνου δεηθεὶς, ἀλλὰ τὴν βακτηρίαν στήσας ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς σκιᾶς, ἣν ἡ πυραμὶς ἐποίει, γενομένων τῇ ἐπαφῇ τῆς ἀκτῖνος δυοῖν τριγώνων, ἔδειξας, ὃν ἡ σκιὰ πρὸς τὴν σκιὰν λόγον εἶχε, τὴν πυραμίδα πρὸς τὴν βακτηρίαν ἔχουσαν. *Nam cum te quoque ob alia quædam suspicit,* (Amasis videlicet Ægypti rex,) *tum vero mirum in modum ei arridet, quod pyramidis altitudinem absque ullo labore, aut instrumento, dimensus es, sed scipione ad umbræ, quam jaciebat pyramis, finem erecto, ac tactu radiorum duobus triangulis constitutis, demonstravisti altitudinem pyramidis ad scipionis altitudinem ea esse proportione, quam umbra illius ad hujus umbram haberet.*

Digitized by Google

sed laudatissimam, a Rhodope[a] meretricula factam. Æsopi fabularum philosophi conserva quondam et contubernalis hæc fuit, majore miraculo tantas opes meretricio esse conquisitas quæstu.

XVIII. Magnificatur et alia turris[1] a rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse octingentis talentis[b] tradunt: magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis,[c] quod in ea permiserit Sostrati Gnidii[d] architecti structuræ ipsius nomen[2] inscribi. Usus ejus, nocturno navium[3] cursu ignes ostendere, ad prænuntianda vada, portusque introitum: quales jam[e] compluribus locis flagrant, ut Ostiæ, ac Ravennæ.[4] Periculum in continuatione[5] ignium ne sidus existimetur, quoniam e longinquo similis flammarum aspectus est. Hic idem architectus primus omnium pensilem ambulationem[f] Gnidi fecisse traditur.

XIX. (XIII.) Dicamus et labyrinthos, vel portentosissi-

CAP. XVIII. 1 Vet. Dalec. *et alta turris.*—2 Cod. Dalec. *structura nomen.*—3 Idem codex, *nautarum.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sicut jam tales compluribus locis flagrant, ut Puteolis ac Ravennæ* Gronov. et vulgg.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *in corrivatione* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[a] *A Rhodope*] Negat hoc esse verum Herodotus II. 134. jactitatum id falso a Græcis ait: conditam eam pyramidem esse a Mycerino Cheopis filio, Ægypti rege. Sed fuere, ut dictum est supra, de pyramidum auctoribus discrepantes sententiæ. Rhodopen hanc factam esse Ægypti reginam, Ælianus affirmat Var. Hist. XIII. 33. et Strabo lib. XVII. pag. 808.

[b] *Octingentis talentis*] Attica hæc ego talenta interpretor, quoniam a Principe e Græcia oriundo persoluta: quæ monetæ nostratis efficiunt libras, seu florenos, 1720000. Si Ægyptiaca magis placet intelligi, libras accipe 2150400. Non alia Plinius talenta laudat toto opere, præter Ægyptia Atticave.

[c] *Ptolemæi regis*] Lagi F. qui primus post Alexandrum Ægypto præfuit.

[d] *Sostrati Gnidii*] Inscriptionem recitat Strabo lib. XVII. p. 791. ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ. ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ. ΚΝΙΔΙΟΣ ΘΕΟΙΣ. ΣΩΤΗΡΣΙΝ. ΥΠΕΡ. ΤΩΝ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. SOSTRATVS. CNIDIVS. DEXIPHANIS. F. DIIS. SERVATORIBVS. PRO. SALVTE. NAVIGANTIVM. Refert et Lucianus lib. Quomodo Historia sit conscribenda, dolumque simul aperit, quo id fuerit peractum a Sostrato.

[e] *Quales jam*] Vide Notas et Emend. num. 11.

[f] *Ambulationem*] Ambulatio locus est ad deambulandum: qua de voce Lexicographos consule.

Digitized by Google

mum humani impendii[g] opus,[1] sed non, ut existimari potest, falsum.

Durat etiam nunc in Ægypto in Heracleopolite[2] nomo, qui primus factus est ante annos, ut tradunt, ter mille sexcentos,[3] a Petesucco[h] rege, sive Tithoë. Quanquam Herodotus[i] totum opus regum esse dicit, novissimique Psammetichi.[4] Causam faciendi varie interpretantur. Demoteles regiam Motherudis fuisse, Lyceas sepulcrum Mœridis: plures Soli sacrum id exstructum, quod maxime[5] creditur.

Hinc utique[j] sumsisse Dædalum exemplar ejus labyrinthi, quem fecit in Creta,[6][k] non est dubium, sed centesimam tantum portionem ejus imitatum, quæ itinerum ambages, occursusque, ac recursus inexplicabiles continet: non (ut in pavimentis,[l] puerorumve[7] ludicris campestribus vi-

Cap. xix. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *humani ingenii opus.* Mox, *ut existimari possit* cod. Dalec.—2 *Heliopolite* margo edd. Dalec. et Gronov. —3 'In cod. Reg. 5. *tria millia;* nec habet, *sexcentos.*' Brotier. *IIIMDC.* Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. edidit, *quater mille sexcentos.* Mox, *Peteseuce* cod. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *dicat novissimeque Psammetichi. Causas, &c.* cod. Dalec. *dicit novissimaque, &c.* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *sacrum. Id extremum maxime.*—6 Cod. Dalec. *fecit Cretæ.*—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *puerumve* Gronov. et al. vett. Mox, *passuum et plura* cod. Dalec.—

NOTÆ

g *Humani impendii*] Profusi sumtus. Ita Reg. 2. non *ingenii*, ut editi et Colb. 3. Favet ipse Plinius in calce hujus capitis: 'Adeo vesana dementia, quæsisse gloriam impendio nulli profuturo.' Vidit hoc et Pintianus.

h *A Petesucco*] Si Diodoro fides, Bibl. lib. I. pag. 55. a Mende potius rege, quem et nonnulli Maron appellant.

i *Herodotus*] Ægyptios Herodotus ait, II. 147. et 148. recuperata libertate, duodecim sibi reges delegisse, in totidem partes Ægypto distributa. Horum unum fuisse Psammetichum, qui ceteris deinde sublatis e medio, novissimus ipse solusque regnarit. Eos communi consilio, in sui nominis monumentum, labyrinthum fecisse. Tarquinii Prisci fere temporibus Psammetichus Ægypti tenuit principatum, ex Eusebii Chron.—'Anno Urbis Romæ 86. Manasse regis Juda temporibus, Psammetichus Ægypti tenuit principatum.' *Ed. sec.*

j *Hinc utique*] Sic Diodorus Siculus Bibl. lib. I. pag. 55.

k *In Creta*] Juxta Gnossum. Pausanias in Atticis, aliique.

l *Ut in pavimentis*] Ut et in hortis fingi e buxo solent: quibus in labyrinthis per limites exiguos, humili buxo vel herba præcinctos, (Plinius laciniam vocat,) millia passuum plura conficiuntur.

Digitized by Google

demus) brevi lacinia[a] millia passuum plura ambulationis continentem; sed crebris foribus inditis, ad fallendos occursus, redeundumque in errores eosdem. Secundus hic fuit ab Ægyptio labyrinthus: tertius in Lemno: quartus in Italia. Omnes lapide polito fornicibus tecti: Ægyptius (quod miror equidem)[m] introitu,[n] lapide e Pario columnis: reliquis[8] e Syenite molibus compositis, quas dissolvere ne sæcula quidem possint: adjuvantibus Heracleopolitis,[9] qui id opus invisum[o] mire infestavere. Positionem operis ejus[p] singulasque partes enarrare non est, cum sit in regiones divisum, atque in præfecturas (quas vocavi[10] nomos)[q] sedecim[r] nominibus earum, totidem vastis domibus attributis: præterea templa omnium Ægypti Deorum contineat, superque Nemeses[s] quindecim ædiculis[11] incluserit, pyramides complures quadragenarum ulnarum, senas radicum oras,[t] obtinentes. Fessi jam eundo perveniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem. Quin et cœnacula

[a] *Humili, instar laciniæ, buxo vel herba.*

8 'In codd. Regg. 2. 3. *lapidis e Pario columnis, &c.* In Editione principe, *lapideis e Paro columnis,' &c.* Brotier. *lapide e Pario columnisque reliquis* Franz. *lapide e Pario: columnis reliquis* Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *introitu columnisque reliquis e mollibus, &c.* Gronov. et vulgg.—9 Vet. Dalec. *etiam Heracleopolitis.*—10 Gronov. et al. ante Harduin. *quas vocant.*—11 *Amasis undecim ædiculas* Vet. Dalec. Mox, in eodem Vet. *senas ad radicem muri;*

NOTÆ

[m] *Quod miror equidem*] Mirari jure subit, cum Ægyptus tot marmorum generibus domi abundet, e Paro quæsiisse, ut introitus labyrinthi columnas ex eo excideret, componeretque structis ex eo lapide molibus.

[n] *Introitu*] Vide Notas et Emend. num. 12.

[o] *Qui id opus invisum*] Mss. *qui id opus in usu.*

[p] *Positionem operis ejus*] Eleganter a Mela describitur, I. 9. pag. 13. 'Psammetichi opus labyrinthus, domos ter mille, et regias duodecim, perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore exstructus ac tectus, unum in se descensum habet, intus pæne innumerabiles vias,' &c.

[q] *Quas vocavi nomos*] Libro quinto scilicet, cap. 9. Sic porro Mss. non, ut editi, *quas vocant.*

[r] *Sedecim*] Plures Strabo, Herodotus pauciores habet.

[s] *Nemeses*] De Nemesi diximus c. 4. libri hujus.

[t] *Senas radicum oras*] Ita clare Mss. omnes. Ad radicem pyramidis intelligi ab eo arbitramur spatiosiora fundamenta, ceu gradus quosdam, per quos introitus pyramidis peteretur. Libri editi, *senos radice muros.*

Digitized by Google

clivis excelsa,[12] porticus quoque [13] descenduntur [14] nonagenis gradibus: [15] intus columnæ de porphyrite lapide, Deorum simulacra, regum statuæ, monstriferæ effigies. Quarundam autem domorum [16] talis est situs, ut adaperientibus fores tonitruum intus terribile existat. Majore autem in parte transitus est per tenebras. Aliæ rursus [17] extra murum labyrinthi ædificiorum moles: itron appellant.[18] [u] Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus. Fecit [19] unus omnino pauca ibi Circummon [20] spado Necthebis regis, ante Alexandrum Magnum annis quinquagenis.[21] Id quoque [22] traditur, fulsisse trabibus spinæ [v] oleo incoctæ,[b] dum fornices quadrati lapidis assurgerent. De Ægyptio et Cretico labyrinthis satis dictum est.

[b] *Dicitur sustentasse id opus trabibus Ægyptiæ spinæ, oleo incoctæ.*

Gronov. et al. ante Harduin. *senos radice muros.*—12 'Ita bene cod. Reg. 2.' *Brotier.* *cœnacula prius excelsa* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—13 'Ita cod. Reg. 5. In cod. Reg. 3. *porticus ejus.*' Brotier. *porticusque* edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Frustra et sine auctoritate in recentioribus editionibus, *ascenduntur.* Sic sunt gradus in cœnaculis et porticibus villarum imperatoris Sinarum.' *Brotier.*—15 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Frustra recentiores edd. addidere, *nonagenis gradibus omnes.*' Brotier.—16 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *monstriferæ imagines. Quarundam domuum* cod. Dalec. *monstrificæ effigies. Q. autem domorum* edd. vett. et Gronov.—17 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5.' *Brotier.* *tenebras: aliæque rursus* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—18 'In Mss. Reg. 2. 3. 5. et Editione principe, *iteron appellant.* In recentioribus editionibus emendatum, *pteron appellant.* Quam vocem jam vidimus supra in hoc libro, cap. 4. sed *pteron*, de quo ibi agitur est omnino diversum: nec potest ullo modo constare cum labyrinthi structura, quam accurate descripsit Plinius. At cum *iteron* sit vox nihili, emendandum duxi *itron.* Ἦτρον autem est *imus venter.* Sic quoque itron, *le bas Labyrinthe, le petit labyrinthe.*' Brotier. *pteron appellant* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—19 'In Mss. Reg. 2. 3. et Editione principe, *facit.* In Ms. Reg. 5. *ficit.* Sic apud Cl. Gori, Inscript. Antiq. Tom. II. pag. 400. FICIT pro *fecit.* Male recentiores editiones, *refecit.*' Brotier. *Reficit* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—20 *Circammon* Gronov. et al. ante Harduin.—21 'Numerus *quinquagenis* in Mss. Reg. omissus est. In Editione principe, *annis d.* Error sane est pro *annis L.* Miror eruditum Harduinum id non deprehendisse; cum ipse paulo supra cap. 14. annotasset: 'Nectabis: qui Eusebio in Chronic. Nectanebis, cujus ætas Alexandri M. tempora vix XL. annis antecessit.' Fuit ultimus

NOTÆ

[u] *Itron* [*pteron*] *appellant*] Πτερὰ sunt in re ædificatoria, ut alibi diximus, muri duo in altitudinem consurgentes, alarum instar.

[v] *Trabibus spinæ*] Spinæ Ægyptiæ sive Arabicæ, de qua XXIV. 65.

Digitized by Google

Lemnius similis illis, columnis tantum centum quinquaginta memorabilior fuit:[23] quarum in officina turbines[w] ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus et Rholus, et Theodorus indigena.[x] Extantque adhuc reliquiæ ejus, cum Cretici Italicique nulla vestigia extent.

Namque et Italicum dici convenit, quem fecit sibi Porsena rex Etruriæ sepulcri causa, simul ut externorum[24] regum vanitas quoque ab Italis superetur. Sed cum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione ejus verbis: 'Sepultus est, inquit, sub urbe Clusio: in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato quadratum:[25] singula latera pedum trecenum,[26] alta quinquagenum: inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet[c] sine glomere lini, exitum invenire nequeat. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio una: in imo latæ pedum quinum septuagenum, altæ centum quinquagenum: ita fastigatæ, ut in summo orbis æneus et petasus[y] unus omnibus sit impositus,[27] ex quo pendeant exapta catenis[z]

[c] *Introire properet.*

regum Ægypti, Pharaonum nomine. Ejus finem memorat Chronicon Alexandrinum sub Olympiade CI.' *Brotier.* *annis quingentis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—22 *Is quoque* Vet. Dalec.—23 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *quadraginta mirabilior fuit* edd. vett. et Gronov. *quinquaginta mirabilior fuit* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—24 Cod. Dalec. *ut et externorum.* Mox, *superaretur* Gronov. et al. ante Harduin.—25 'Ita codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *lapide quadrato: singula, &c.* edd. ante Brotier.—26 'Ita bene codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *pedum lata tricenum* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *quo si quis introire properet* Vet. Dalec.—27 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *latæ pedum quinum: ita fastigiatæ, ut in summo æneus petasus omnibus sit impositus* cod. Dalec. *latæ pedum septuagenum quinum, &c.* Gronov. et vulgg. Mox, *excepta*

NOTÆ

[w] *Quarum . . . turbines*] Quarum cardines et axes in torno ita librati temperatique, ut puero rotam circumagente, cujus illæ erant axi implicitæ, tornarentur ab opifice.

[x] *Theodorus indigena*] Lemnius igitur. Est is fortassis, quem de æde Dorica Junonis, quæ est Sami, commentarium condidisse Vitruvius prodidit, in Præfatione l. VII. p. 124.

[y] *Petasus*] Galeri forma.

[z] *Exapta catenis*] Hoc est, aptata, conjuncta, *συνημμένα, ἐξηρμοσμένα.* Sic Mss. Reg. 2. et alii: non, ut in editis

Digitized by Google

clivis excelsa,[12] porticus quoque [13] descenduntur [14] nonagenis gradibus: [15] intus columnæ de porphyrite lapide, Deorum simulacra, regum statuæ, monstriferæ effigies. Quarundam autem domorum [16] talis est situs, ut adaperientibus fores tonitruum intus terribile existat. Majore autem in parte transitus est per tenebras. Aliæ rursus [17] extra murum labyrinthi ædificiorum moles: itron appellant.[18] [u] Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus. Fecit [19] unus omnino pauca ibi Circummon [20] spado Necthebis regis, ante Alexandrum Magnum annis quinquagenis.[21] Id quoque [22] traditur, fulsisse trabibus spinæ [v] oleo incoctæ,[b] dum fornices quadrati lapidis assurgerent. De Ægyptio et Cretico labyrinthis satis dictum est.

[b] *Dicitur sustentasse id opus trabibus Ægyptiæ spinæ, oleo incoctæ.*

Gronov. et al. ante Harduin. *senos radice muros.*—12 'Ita bene cod. Reg. 2.' *Brotier.* *cœnacula prius excelsa* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—13 'Ita cod. Reg. 5. In cod. Reg. 3. *porticus ejus.*' Brotier. *porticusque* edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Frustra et sine auctoritate in recentioribus editionibus, *ascenduntur.* Sic sunt gradus in cœnaculis et porticibus villarum imperatoris Sinarum.' *Brotier.*—15 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Frustra recentiores edd. addidere, *nonagenis gradibus omnes.*' Brotier.—16 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *monstriferæ imagines. Quarundam domuum* cod. Dalec. *monstrificæ effigies. Q. autem domorum* edd. vett. et Gronov.—17 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5.' *Brotier.* *tenebras: aliæque rursus* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—18 'In Mss. Reg. 2. 3. 5. et Editione principe, *iteron appellant.* In recentioribus editionibus emendatum, *pteron appellant.* Quam vocem jam vidimus supra in hoc libro, cap. 4. sed *pteron*, de quo ibi agitur est omnino diversum: nec potest ullo modo constare cum labyrinthi structura, quam accurate descripsit Plinius. At cum *iteron* sit vox nihili, emendandum duxi *itron.* Ἦτρον autem est *imus venter.* Sic quoque itron, *le bas Labyrinthe, le petit labyrinthe.*' Brotier. *pteron appellant* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—19 'In Mss. Reg. 2. 3. et Editione principe, *facit.* In Ms. Reg. 5. *ficit.* Sic apud Cl. Gori, Inscript. Antiq. Tom. II. pag. 400. FICIT pro *fecit.* Male recentiores editiones, *refecit.*' Brotier. *Reficit* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—20 *Circammon* Gronov. et al. ante Harduin.—21 'Numerus *quinquagenis* in Mss. Reg. omissus est. In Editione principe, *annis d.* Error sane est pro *annis L.* Miror eruditum Harduinum id non deprehendisse; cum ipse paulo supra cap. 14. annotasset: 'Nectabis: qui Eusebio in Chronic. Nectanebis, cujus ætas Alexandri M. tempora vix XL. annis antecessit.' Fuit ultimus

NOTÆ

[u] *Itron* [*pteron*] *appellant*] Πτερὰ sunt in re ædificatoria, ut alibi diximus, muri duo in altitudinem consurgentes, alarum instar.

[v] *Trabibus spinæ*] Spinæ Ægyptiæ sive Arabicæ, de qua XXIV. 65.

Digitized by Google

Lemnius similis illis, columnis tantum centum quinquaginta memorabilior fuit:[23] quarum in officina turbines[w] ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus et Rholus, et Theodorus indigena.[x] Extantque adhuc reliquiæ ejus, cum Cretici Italicique nulla vestigia extent.

Namque et Italicum dici convenit, quem fecit sibi Porsena rex Etruriæ sepulcri causa, simul ut externorum[24] regum vanitas quoque ab Italis superetur. Sed cum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione ejus verbis: 'Sepultus est, inquit, sub urbe Clusio: in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato quadratum:[25] singula latera pedum trecenum,[26] alta quinquagenum: inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet[c] sine glomere lini, exitum invenire nequeat. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio una: in imo latæ pedum quinum septuagenum, altæ centum quinquagenum: ita fastigatæ, ut in summo orbis æneus et petasus[y] unus omnibus sit impositus,[27] ex quo pendeant exapta catenis[z]

[c] *Introire properet.*

regum Ægypti, Pharaonum nomine. Ejus finem memorat Chronicon Alexandrinum sub Olympiade CI.' *Brotier.* *annis quingentis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—22 *Is quoque* Vet. Dalec.—23 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *quadraginta mirabilior fuit* edd. vett. et Gronov. *quinquaginta mirabilior fuit* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—24 Cod. Dalec. *ut et externorum.* Mox, *superaretur* Gronov. et al. ante Harduin.—25 'Ita codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *lapide quadrato: singula, &c.* edd. ante Brotier.—26 'Ita bene codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *pedum lata tricenum* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *quo si quis introire properet* Vet. Dalec.—27 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *latæ pedum quinum: ita fastigiatæ, ut in summo æneus petasus omnibus sit impositus* cod. Dalec. *latæ pedum septuagenum quinum, &c.* Gronov. et vulgg. Mox, *excepta*

NOTÆ

[w] *Quarum . . . turbines*] Quarum cardines et axes in torno ita librati temperatique, ut puero rotam circumagente, cujus illæ erant axi implicitæ, tornarentur ab opifice.

[x] *Theodorus indigena*] Lemnius igitur. Est is fortassis, quem de æde Dorica Junonis, quæ est Sami, commentarium condidisse Vitruvius prodidit, in Præfatione l. VII. p. 124.

[y] *Petasus*] Galeri forma.

[z] *Exapta catenis*] Hoc est, aptata, conjuncta, συνημμένα, ἐξηρμοσμένα. Sic Mss. Reg. 2. et alii: non, ut in editis

Digitized by Google

tintinnabula, quæ vento agitata, longe sonitus referant, ut Dodonæ olim[a] factum. Supra quem orbem[28] quatuor pyramides insuper, singulæ extant altæ pedum centenum.' Supra quas uno solo[d] quinque pyramides,[29] quarum altitudinem Varronem puduit adjicere. Fabulæ Etruscæ tradunt eandem fuisse, quam totius operis: adeo[30] vesana dementia quæsisse gloriam impendio nulli profuturo. Præterea fatigasse regni vires, ut tamen[31] laus major artificis esset.

XX. Legitur et pensilis hortus, immo vero totum oppidum Ægyptiæ[1] Thebæ, exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Etiamnum hoc minus mirum, quam quod flumine medium oppidum interfluente. Quæ si fuissent, non dubium est Homerum dicturum fuisse, cum centum portas[b] ibi prædicaret.

XXI. (XIV.) Magnificentiæ[1] vera admiratio extat templum Ephesiæ[c] Dianæ ducentis viginti annis factum a tota Asia.[d] In solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis[2] ea substra-

[d] *In eadem planitie.*

catenis edd. vett. et Gronov.—28 *Supraque orbem* cod. Dalec.—29 Cod. Dalec. *quinæ pyramides.*—30 Vet. Dalec. *et adeo.*—31 Vet. Dalec. *ut tantum.*

Cap. XX. 1 *Leguntur vero et pensiles hortos imo vero t. o. fecisse Ægyptiæ* Vet. Dalec. et Paris. Mox, *subito educere* cod. Dalec.

Cap. XXI. 1 *Græcæ magnificentiæ* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *ante calca-*

NOTÆ

legitur, *excepta.* Usus ea voce Lucretius IV. 827. 'Brachia tum porro validis exapta lacertis.' Et Lucilius lib. X. 'Pellicula extrema exaptum pendere opus ingens.'

[a] *Ut Dodonæ olim*] Ubi columnæ fuere duæ sublimes, quarum in altera posita pelvis ærea esset; in altera pensile pueri simulacrum, flagellum æreum manu tollentis. Quoties vero vehementior paulo ventus afflaret, impulsa scutica pelvim feriret sæpiuscule, quæ diu post tinnitum referret. Unde parœmia: Δωδωναῖον χαλκεῖον, *Dodonæum æs.*

[b] *Cum centum portas*] Iliad. I. 382.

[c] *Templum Ephesiæ*] Robertus Cenalis Hist. Gall. lib. II. perioche 3. p. 130. subductis accurate calculis splendide demonstrat templum B. Virgini Lutetiæ sacrum majus esse multo ac splendidius, quam fuerit Ephesinum, mensuris utriusque collatis, atque operosius fabricatum.

[d] *A tota Asia*] Livius lib. I. p. 16. 'Jam tum erat inclytum Dianæ Ephesiæ fanum: id communiter a civitatibus Asiæ factum fama ferebat.'

Digitized by Google

vere carbonibus,[e] dein velleribus lanæ. Universo templo longitudo est CCCCXXV. pedum, latitudo ducentorum[3] viginti, columnæ centum viginti septem a singulis regibus factæ, LX. pedum altitudine: ex iis XXXVI. cælatæ, una a Scopa. Operi præfuit Chersiphron[f] architectus. Summa miracula, epistylia[g] tantæ molis attolli potuisse. Id consecutus est ille æronibus[a] [4] [h] arena plenis, molli clivo[5] [i] super capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, ut sensim opus in cubili sederet.[6] [j] Difficillime hoc contigit in limine ipso quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili, anxio artifice, mor-

[a] *Sportulis.*

tis.—3 Cod. Dalec. *centum.*—4 Gronov. et al. ante Harduin. *peronibus.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *molli pulvino* Gronov. et al. vett.—6 Ita Harduin. et recentt. *ut sensim totum insideret* Gronov. et vulgg. '*ut sensim motus in colle sederet* Ms. Lego, *totus clivus*

NOTÆ

[e] *Carbonibus*] August. de Civit. Dei XXXI. 4. 'Quid? in carbonibus nonne miranda est et tanta infirmitas, ut ictu levissimo frangantur, pressu facillimo conterantur, et tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur, usque adeo ut eos substernere soleant.... Quis eos in terra humida effossos, ubi ligna putrescerent, tamdiu durare incorruptibiliter posse, nisi rerum ille corruptor ignis effecit?' Hujus consilii auctorem Theodorum Samium, Rhœci filium fuisse, scribit Diogenes Laërtius lib. II. in Aristippo, p. 58.

[f] *Chersiphron*] Χερσίφρων pariter Straboni lib. XIV. p. 640.

[g] *Epistylia*] Egimus de ea voce lib. sup. cap. 49.

[h] *Æronibus*] Ita Reg. 2. Colb. 3. aliique. In editis perperam legitur *peronibus.* De *æronum* voce et significatu vide Vossium in Etymol. Sententia hujus loci est, arena saccis convecta excitatum collem fuisse, qui summas columnas excederet: per eum clivum epistylia attolli in altum facile potuisse: tum ab imo exinanitum collem fuisse, quamdiu sederet epistylium in columnæ abaco, quod suum erat epistylio cubile.

[i] *Molli clivo*] Sic Mss. supra laudati. Libri vulgati, *molli pulvino.* Apud Quintil. XII. 10. 'Mollietur clivis elatius solum.' Ubi hodie perperam legitur, 'Mollietur dives et lætius solum.' Sunt qui legant, 'Mollietur clivus et elatius solum.'

[j] *Opus in cubili sederet*] Libri hactenus editi, *ut sensim totum insideret.* Reg. 2. *ut sensim motus in colo sederet.* Salmasius in Solin. pag. 818. *moles in cubili sederet.* Forte, quoniam sequitur: 'Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili.' Apud Vitruvium II. 8. pag. 28. 'cubilia lapidum,' et IV. 2. pag. 64. 'tignorum cubilia,' ubi lapides et tigna sedent et conquiescunt.

Digitized by Google

tis destinatione suprema.[b] [7] Tradunt in ea [8] cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse præsentem Deam, cui templum fiebat, hortantem ut viveret: se composuisse lapidem, atque ita postero die apparuit, et pondere ipso correctus videbatur.[c] [9] Cetera ejus operis ornamenta plurium librorum instar obtinent, nihil ad speciem [d] [10] naturæ pertinentia.

XXII. (XV.) Durat et Cyzici delubrum, in quo filum aureum commissuris [e] omnibus politi lapidis subjecit artifex, eboreum [1] Jovem dicaturus intus, coronante eum marmoreo Apolline. Translucet [k] ergo pictura [2] tenuissimis capillamentis, lenique afflatu simulacra refovente, præter ingenium artificis, ipsa materia, quamvis occulta, in pretio operis intelligitur.[f]

XXIII. Eodem in oppido est lapis, fugitivus appellatus: Argonautæ [l] eo pro anchora usi, ibi reliquerant.[1] Hunc e Prytaneo [m] (ita vocatur locus) sæpe profugum vinxere [2] plumbo. Eadem in urbe [n] juxta portam, quæ Thracia [o] vo-

[b] *Cum destinaret sibi necem inferre.*
[c] *Et suo se pondere lapis ad debitum situm statumque revocarat.*
[d] *Ad commendationem.* [e] *Juncturis.*
[f] *Auri fulgore simulacra ea leniter feriente, præter ingenium artificis, ipsa simulacrorum materia, ob repercussum auri, quamvis occulto nitore ex lapidum juncturis, addit operi pretium.*

sideret.' Dalec.—7 Vet. Dalec. *animo artificis mori supremum destinato.*—8 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *Traduntque in ea* al. ante Brotier.—9 Ita Harduin. et recentt. ex codd. *ita ut postero die apparuit, incorruptus videbatur* cod. Dalec. *ita postero die a. pondereque ipso, &c.* Gronov. et vulgg.—10 Cod. Dalec. et al. *specimen.*

CAP. XXII. 1 Ita cod. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eburneum* Gronov. et vulgg.—2 *Collucent ergo juncturæ* Vet. Dalec. *Tralucent ergo juncturæ* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *præter ingenium.* Cod. Dalec. *quamvis occulte.*

CAP. XXIII. 1 Vet. Dalec. *reliquerunt.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec.

NOTÆ

[k] *Translucet*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. &c. In editis, *Tralucent ergo juncturæ.* Parm. editio, Ven. Brix. et aliæ ante Frobenium, *Tralucent ergo picturæ.*

[l] *Argonautæ*] Qui fanum Dindymenes Matris Deorum in ea civitate ædificarunt. Strab. lib. XII. p. 575.

[m] *Hunc e Prytaneo*] Πρυτανεῖον Græcis. Livius lib. XLI. pag. 527. 'Cyzici in Prytaneum, id est, penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur,' &c. Vide Lexicon Constantini.

Digitized by Google

catur,[3] turres septem acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant:[4] nomenque huic miraculo Echo est a Græcis datum. Hoc quidem natura locorum evenit, et plerumque convallium: ibi casu accidit. Olympiæ autem arte, mirabili modo, in porticu, quam ob id heptaphonon[5] [p] appellant, quoniam septies eadem vox redditur. Cyzici et buleuterion[q] vocant ædificium amplum, sine ferreo clavo, ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fulturis,[g] ac reponantur. Quod item Romæ in ponte Sublicio[r] re-

[g] *Sine fulcimento aliquo.*

cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fixere* Gronov. et vulgg.—3 'In codd. Regg. 3. 5. *quæ Tracia vocatur*. In cod. Reg. 2. *quæ Trachia vocatur*.' Brotier. *quæ Trachia vocatur* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ Thracia vocatur* Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *turris est acceptæ vocis nomen numerosiore percussu septies multiplicans*.—5 Idem codex, *quam oppidum heptaphonon*.

NOTÆ

[n] *Eadem in urbe*] Simile est quod de Byzantio Dio refert in Severo, l. LXXIV. p. 847. Ἑπτὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι καθεστηκότες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν· τούτων δ' εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ προσέμιξεν, ἥσυχος ἦν· εἰ δὲ δὴ τῷ πρώτῳ ἐνεβόησέ τινα, ἢ καὶ λίθον ἐνέῤῥιψεν, αὐτός τε μηχανῇ τινι ἐλάλει, καὶ τῷ δευτέρῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παρεδίδου· καὶ οὕτω διὰ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπετάραττον ἀλλήλους, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἕτερος, τήν τε ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν διεδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο. *Ibi septem turres a portis Thraciis ad mare stabant. Harum ad aliam quampiam si quis se contulisset, ea silebat. Sin autem in primam quis voces aliquas emisisset, aut lapidem injecisset, tum ipsa per machinam loquebatur, tum id ipsum alteri faciendum tradebat: atque ita per omnes illud eodem modo pertinebat: neque altera alteram turbabat; sed unaquæque per vices a proxime antecedenti sonum vocemque acceptam ad sequentem transmittebat.*

[o] *Quæ Thracia* [*Trachia*] Τραχεῖα, *aspera*. Sic Mss. non, ut editi, *Thracia*.

[p] *Heptaphonon*] Ἑπτάφωνον, quasi *septies vocalem*. Vide Plutarchum de Placitis Philos. IV. 20. p. 903. Idem de Garrul. p. 502. porticum hanc ipsam commemorat, quæ Olympiæ fuit, ἑπτάφωνον appellatam, quia vocem scilicet septies iteraret. Lucretius l. IV. 'Sex etiam, aut septem loca vidi reddere voces, Unam cum jaceres: ita colles collibus ipsis Verba repulsantes iterabant dicta referre,' &c. Quem in locum Lambinus ait, in Carentonio vico, qui vicus tribus passuum millibus Lutetia Parisiorum abest, auditam a se Echo voces septies regerentem: Ticini in aula magnæ Basilicæ ter et decies vocem referri.

[q] *Buleuterion*] Βουλευτήριον, *Curiam, Senatum, consilii locum.*

[r] *In ponte Sublicio*] Nomen is habet a sublicis, hoc est, a tignis, quibus pons innititur. Sic enim Formiani ea tigna nuncupabant. Auctor Festus. Idem roboreus, a trabium materia dictus Ovidio Fast. v. 622. quare et ξυλίνην γεφύραν Plutarchus appellat in

Digitized by Google

ligiosum est, posteaquam Coclite Horatio[a] defendente ægre revulsus est.

XXIV. Verum et ad Urbis nostræ miracula transire conveniat,[1] octingentorumque annorum[2] dociles scrutari vires,[A] et sic quoque terrarum orbem victum ostendere: quod accidisse toties pæne, quot referentur[3] miracula, apparebit: universitate vero acervata, et in quendam unum cumulum conjecta, non alia magnitudo exsurgit,[4] quam si mundus alius quidam in uno loco narraretur.[5]

Nam ut Circum maximum a Cæsare dictatore[a] exstructum longitudine stadiorum trium,[b] latitudine unius, sed cum ædificiis jugerum quaternum,[c] ad sedem CCL.[6][d] millium, inter magna opera dicamus; nonne inter magnifica basilicam Pauli[e] columnis e Phrygibus[7] mirabilem, forumque

[A] *Scrutari quid potuerit nongentis annis ingenii sui docilitate assequi populus Romanus.*

CAP. XXIV. 1 Vet. Dalec. *convenit.*—2 'Male libri scripti et editi habent *DCCC.* vel *nongentorum annorum.*' Brotier. Mox, *scrutari viros* Vet. Dalec. *ut res ipsa sic, &c. ostenderet* cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *toties, quot referuntur.*—4 Cod. Dalec. *exurgit;* Gronov. et al. vett. *exurget.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *narretur* Gronov. et vulgg.—6 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *ad sedem CCLX.* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—

NOTÆ

Gracchis. 'Æmilius' quoque P. Victori, in Descriptione Romæ: 'Pons Æmilius, qui ante Sublicius.' Dum trabibus sive sublicis sine ære aut ferro stetit, vel clavum ei addere religioni fuit: quare pons sacer tum habitus, et ἱερὰν γεφύραν Græci nominarunt.

[a] *Coclite Horatio*] Vide quæ diximus XXXIV. 11.

[a] *A Cæsare dictatore*] Designatum jam olim a Tarquinio Prisco Romanorum rege, inter Aventinum et Palatium.

[b] *Stadiorum trium*] Hoc est, passuum CCCLXXV. Nam 'stadium,' inquit Plinius II. 21. 'centum viginti quinque nostros efficit passus.'

[c] *Jugerum quaternum*] Singula jugera ex eodem Plinio XVIII. 3. pedes continent CCXL.

[d] *Ad sedem CCL.*] Reg. 2. et Colb. 3. ac vetus Dalec. *CCL.* At P. Victor, in descript. Romæ, regione Urbis undecima, 'Circus Maximus, qui capit loca trecenta octoginta quinque millia.' Certe Trajanus quinque millia locorum adjecit: forte et alii plura.

[e] *Basilicam Pauli*] Fuit hic L. Æmilius Paulus, qui C. Marcelli in Consulatu collega, anno Urbis DCCIII. in medio foro, ut Cicero scribit ad Atticum Epist. IV. 16. basilicam novam magnificentissimam exstruxit. Extat hujus insigne monumentum in nummo vetere gentis Æmiliæ, quem Patinus exhibet de Famil. Rom. p. 7. Memi-

Digitized by Google

Divi Augusti,[f] et templum Pacis[g] Vespasiani[8] imperatoris Augusti, pulcherrima operum, quæ unquam; Pantheon Jovi Ultori[h] ab Agrippa factum, cum theatrum ante texerit Romæ Valerius Ostiensis architectus ludis Libonis?[i]

Pyramidas regum miramur,[9] cum solum tantum foro ex-

7 Vet. Dalec. *columnis Phrygibus.*—8 Cod. Dalec. *divi Vespasiani.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Pyramides regum miramur opera* edd. vett. et Gronov. *miramur. Consulum opera tantum foro extruendo, et quæ Cæsar Dictator emerit, non miramur* alii ap. Dalec. Mox, *captis avaritia animis* Vet. Dalec. Deinde, codex ejusdem: *CCXLVII. talentis emit locum, quo habitavit.*

NOTÆ

nere Plutarchus in Cæsare, Dio lib. XLIX. P. Victor, in Descript. Romæ, regione octava, ubi et Forum Romanum, 'Basilica Pauli cum Phrygiis columnis.'

[f] *Forumque Divi Augusti*] P. Victor loco cit. 'Forum Augusti, cum æde Martis Ultoris.' Vide Sueton. in Aug. cap. 29.

[g] *Templum Pacis*] Foro proximum, ut alibi diximus.

[h] *Pantheum Jovi Ultori*] Nunc ædes est Deiparæ sacra. Rotundam a forma structuræ vocant. Est enim, ut ait Ammianus l. XVI. 'Speciosa celsitudine fornicata.'

[i] *Ludis Libonis*] Scribonii Libonis, qui Ciceronis Consulatu ædilitatem gessit.—'Hujus est nummus argenteus in Museo nostro, et apud Patin. in Fam. pag. 249. Caput Concordiæ velatum exhibet, et nomina Pauli Lepidi, ut jam superius vidimus ad lib. XXXIII. qui 'Paulus' ex patre, 'Lepidus' ex matre fuit, filia Lepidi Triumviri. Ex altera parte in ambitu legitur, PVTEAL. SCRIBON. Infra LIBO, in medio compages lignea quadrata, sertis ac floribus circumdata: hinc inde pendent velut arculæ duæ, vel sacculi forenses duo, in quibus essent instrumenta litium: in imo malleolus, quo signum a Prætore daretur Prætorii dimittendi. Curiæ ea septa sive claustra sunt, cujusmodi apud nos est quod vocant, *le Parquet.* Prætor Urbanus, cum hic nummus cuderetur, Scribonius Libo fuit, et idem primus auctor hæc claustra construendi. Hujus meminit Horat. lib. I. Ep. 19. 8. 'Forum PUTEALque Libonis Mandabo siccis.' Quoniam siccos oportet esse, non madidos, qui coram Libone Prætore perorarent. Et II. Sat. 6. 35. 'Roscius orabat sibi adesses ad PUTEAL cras.' Nimirum ut apud Prætorem causam ipsius actitaret. Claustra illa septave, quod putei crepidinem repræsentarent, Romani Puteal appellarunt. Fuit Prætor Urbanus Scribonius Libo e gente Patricia: cujus e posteris C. Scribonius Consul a Plinio memoratur II. 35. Vidimus et alium pariter ex argento nummum, parte una simili forma putealis: superne, PVTEAL: infra SCRIBON. Parte altera caput Augusti nudum, CAESAR AVGVSTVS. Alius est Statius Libo, cujus est nummus ex ære mediocri, in Thesauro Regio, et apud Patinum, pag. 266. Caput Augusti nudum exhibet: epigraphe, CN. STATI. LIBO. 'Cneius Statius (non 'Statilius') Libo,' Triumvir Monetalis. .X. Clypeus votivus rotundus, dextro latere: sinistro, urceus, insigne sacerdotum: infra, SACERDOS. Sententia est: 'Solidum

mum humani impendii[g] opus,[1] sed non, ut existimari potest, falsum.

Durat etiam nunc in Ægypto in Heracleopolite[2] nomo, qui primus factus est ante annos, ut tradunt, ter mille sexcentos,[3] a Petesucco[h] rege, sive Tithoë. Quanquam Herodotus[i] totum opus regum esse dicit, novissimique Psammetichi.[4] Causam faciendi varie interpretantur. Demoteles regiam Motherudis fuisse, Lyceas sepulcrum Mœridis: plures Soli sacrum id exstructum, quod maxime[5] creditur.

Hinc utique[j] sumsisse Dædalum exemplar ejus labyrinthi, quem fecit in Creta,[6][k] non est dubium, sed centesimam tantum portionem ejus imitatum, quæ itinerum ambages, occursusque, ac recursus inexplicabiles continet: non (ut in pavimentis,[l] puerorumve[7] ludicris campestribus vi-

Cap. xix. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *humani ingenii opus*. Mox, *ut existimari possit* cod. Dalec.—2 *Heliopolite* margo edd. Dalec. et Gronov. —3 'In cod. Reg. 5. *tria millia*; nec habet, *sexcentos*.' Brotier. *IIIMDC*. Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. edidit, *quater mille sexcentos*. Mox, *Peteseuce* cod. Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *dicat novissimeque Psammetichi*. *Causus, &c.* cod. Dalec. *dicit novissimaque, &c.* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *sacrum*. *Id extremum maxime*.—6 Cod. Dalec. *fecit Cretæ*.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *puerumve* Gronov. et al. vett. Mox, *passuum et plura* cod. Dalec.—

NOTÆ

g *Humani impendii*] Profusi sumtus. Ita Reg. 2. non *ingenii*, ut editi et Colb. 3. Favet ipse Plinius in calce hujus capitis: 'Adeo vesana dementia, quæsisse gloriam impendio nulli profuturo.' Vidit hoc et Pintianus.

h *A Petesucco*] Si Diodoro fides, Bibl. lib. I. pag. 55. a Mende potius rege, quem et nonnulli Maron appellant.

i *Herodotus*] Ægyptios Herodotus ait, II. 147. et 148. recuperata libertate, duodecim sibi reges delegisse, in totidem partes Ægypto distributa. Horum unum fuisse Psammetichum, qui ceteris deinde sublatis e medio, novissimus ipse solusque regnarit. Eos communi consilio, in sui nominis monumentum, labyrinthum fecisse. Tarquinii Prisci fere temporibus Psammetichus Ægypti tenuit principatum, ex Eusebii Chron.—'Anno Urbis Romæ 86. Manasse regis Juda temporibus, Psammetichus Ægypti tenuit principatum.' *Ed. sec.*

j *Hinc utique*] Sic Diodorus Siculus Bibl. lib. I. pag. 55.

k *In Creta*] Juxta Gnossum. Pausanias in Atticis, aliique.

l *Ut in pavimentis*] Ut et in hortis fingi e buxo solent: quibus in labyrinthis per limites exiguos, humili buxo vel herba præcinctos, (Plinius laciniam vocat,) millia passuum plura conficiuntur.

Digitized by Google

demus) brevi lacinia[a] millia passuum plura ambulationis continentem; sed crebris foribus inditis, ad fallendos occursus, redeundumque in errores eosdem. Secundus hic fuit ab Ægyptio labyrinthus: tertius in Lemno: quartus in Italia. Omnes lapide polito fornicibus tecti: Ægyptius (quod miror equidem)[m] introitu,[n] lapide e Pario columnis: reliquis[8] e Syenite molibus compositis, quas dissolvere ne sæcula quidem possint: adjuvantibus Heracleopolitis,[9] qui id opus invisum[o] mire infestavere. Positionem operis ejus[p] singulasque partes enarrare non est, cum sit in regiones divisum, atque in præfecturas (quas vocavi[10] nomos)[q] sedecim[r] nominibus earum, totidem vastis domibus attributis: præterea templa omnium Ægypti Deorum contineat, superque Nemeses[s] quindecim ædiculis[11] incluserit, pyramides complures quadragenarum ulnarum, senas radicum oras,[t] obtinentes. Fessi jam eundo perveniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem. Quin et cœnacula

[a] *Humili, instar laciniæ, buxo vel herba.*

8 'In codd. Regg. 2. 3. *lapidis e Pario columnis, &c.* In Editione principe, *lapideis e Paro columnis,' &c.* Brotier. *lapide e Pario columnisque reliquis* Franz. *lapide e Pario: columnis reliquis* Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *introitu columnisque reliquis e mollibus, &c.* Gronov. et vulgg.—9 Vet. Dalec. *etiam Heracleopolitis.*—10 Gronov. et al. ante Harduin. *quas vocant.*—11 *Amasis undecim ædiculas* Vet. Dalec. Mox, in eodem Vet. *senas ad radicem muri;*

NOTÆ

[m] *Quod miror equidem*] Mirari jure subit, cum Ægyptus tot marmorum generibus domi abundet, e Paro quæsiisse, ut introitus labyrinthi columnas ex eo excideret, componeretque structis ex eo lapide molibus.

[n] *Introitu*] Vide Notas et Emend. num. 12.

[o] *Qui id opus invisum*] Mss. *qui id opus in usu.*

[p] *Positionem operis ejus*] Eleganter a Mela describitur, I. 9. pag. 13. 'Psammetichi opus labyrinthus, domos ter mille, et regias duodecim, perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore exstructus ac tectus, unum in se descensum habet, intus pæne innumerabiles vias,' &c.

[q] *Quas vocavi nomos*] Libro quinto scilicet, cap. 9. Sic porro Mss. non, ut editi, *quas vocant.*

[r] *Sedecim*] Plures Strabo, Herodotus pauciores habet.

[s] *Nemeses*] De Nemesi diximus c. 4. libri hujus.

[t] *Senas radicum oras*] Ita clare Mss. omnes. Ad radicem pyramidis intelligi ab eo arbitramur spatiosiora fundamenta, ceu gradus quosdam, per quos introitus pyramidis peteretur. Libri editi, *senos radice muros.*

Digitized by Google

clivis excelsa,[12] porticus quoque [13] descenduntur [14] nonagenis gradibus: [15] intus columnæ de porphyrite lapide, Deorum simulacra, regum statuæ, monstriferæ effigies. Quarundam autem domorum [16] talis est situs, ut adaperientibus fores tonitruum intus terribile existat. Majore autem in parte transitus est per tenebras. Aliæ rursus [17] extra murum labyrinthi ædificiorum moles: itron appellant.[18] [u] Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus. Fecit [19] unus omnino pauca ibi Circummon [20] spado Necthebis regis, ante Alexandrum Magnum annis quinquagenis.[21] Id quoque [22] traditur, fulsisse trabibus spinæ [v] oleo incoctæ,[b] dum fornices quadrati lapidis assurgerent. De Ægyptio et Cretico labyrinthis satis dictum est.

[b] *Dicitur sustentasse id opus trabibus Ægyptiæ spinæ, oleo incoctæ.*

Gronov. et al. ante Harduin. *senos radice muros.*—12 'Ita bene cod. Reg. 2.' *Brotier.* *cœnacula prius excelsa* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—13 'Ita cod. Reg. 5. In cod. Reg. 3. *porticus ejus.*' Brotier. *porticusque* edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Frustra et sine auctoritate in recentioribus editionibus, *ascenduntur.* Sic sunt gradus in cœnaculis et porticibus villarum imperatoris Sinarum.' *Brotier.*—15 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Frustra recentiores edd. addidere, *nonagenis gradibus omnes.*' Brotier.—16 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *monstriferæ imagines. Quarundam domuum* cod. Dalec. *monstrificæ effigies. Q. autem domorum* edd. vett. et Gronov.—17 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5.' *Brotier.* *tenebras: aliæque rursus* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—18 'In Mss. Reg. 2. 3. 5. et Editione principe, *iteron appellant.* In recentioribus editionibus emendatum, *pteron appellant.* Quam vocem jam vidimus supra in hoc libro, cap. 4. sed *pteron*, de quo ibi agitur est omnino diversum: nec potest ullo modo constare cum labyrinthi structura, quam accurate descripsit Plinius. At cum *iteron* sit vox nihili, emendandum duxi *itron.* Ἦτρον autem est *imus venter.* Sic quoque itron, *le bas Labyrinthe, le petit labyrinthe.*' Brotier. *pteron appellant* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—19 'In Mss. Reg. 2. 3. et Editione principe, *facit.* In Ms. Reg. 5. *ficit.* Sic apud Cl. Gori, Inscript. Antiq. Tom. II. pag. 400. FICIT pro *fecit.* Male recentiores editiones, *refecit.*' Brotier. *Reficit* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—20 *Circammon* Gronov. et al. ante Harduin.—21 'Numerus *quinquagenis* in Mss. Reg. omissus est. In Editione principe, *annis d.* Error sane est pro *annis L.* Miror eruditum Harduinum id non deprehendisse; cum ipse paulo supra cap. 14. annotasset: 'Nectabis: qui Eusebio in Chronic. Nectanebis, cujus ætas Alexandri M. tempora vix XL. annis antecessit.' Fuit ultimus

NOTÆ

[u] *Itron* [*pteron*] *appellant*] Πτερὰ sunt in re ædificatoria, ut alibi diximus, muri duo in altitudinem consurgentes, alarum instar.

[v] *Trabibus spinæ*] Spinæ Ægyptiæ sive Arabicæ, de qua XXIV. 65.

Digitized by Google

Lemnius similis illis, columnis tantum centum quinquaginta memorabilior fuit:[23] quarum in officina turbines[w] ita librati pependerunt, ut puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Zmilus et Rholus, et Theodorus indigena.[x] Extantque adhuc reliquiæ ejus, cum Cretici Italicique nulla vestigia extent.

Namque et Italicum dici convenit, quem fecit sibi Porsena rex Etruriæ sepulcri causa, simul ut externorum[24] regum vanitas quoque ab Italis superetur. Sed cum excedat omnia fabulositas, utemur ipsius M. Varronis in expositione ejus verbis: 'Sepultus est, inquit, sub urbe Clusio: in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato quadratum:[25] singula latera pedum trecenum,[26] alta quinquagenum: inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet[c] sine glomere lini, exitum invenire nequeat. Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio una: in imo latæ pedum quinum septuagenum, altæ centum quinquagenum: ita fastigatæ, ut in summo orbis æneus et petasus[y] unus omnibus sit impositus,[27] ex quo pendeant exapta catenis[z]

[c] *Introire properet.*

regum Ægypti, Pharaonum nomine. Ejus finem memorat Chronicon Alexandrinum sub Olympiade CI.' *Brotier.* *annis quingentis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—22 *Is quoque* Vet. Dalec.—23 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *quadraginta mirabilior fuit* edd. vett. et Gronov. *quinquaginta mirabilior fuit* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—24 Cod. Dalec. *ut et externorum.* Mox, *superaretur* Gronov. et al. ante Harduin.—25 'Ita codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *lapide quadrato: singula, &c.* edd. ante Brotier.—26 'Ita bene codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *pedum lata tricenum* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *quo si quis introire properet* Vet. Dalec.—27 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *latæ pedum quinum: ita fastigiatæ, ut in summo æneus petasus omnibus sit impositus* cod. Dalec. *latæ pedum septuagenum quinum, &c.* Gronov. et vulgg. Mox, *excepta*

NOTÆ

[w] *Quarum . . . turbines*] Quarum cardines et axes in torno ita librati temperatique, ut puero rotam circumagente, cujus illæ erant axi implicitæ, tornarentur ab opifice.

[x] *Theodorus indigena*] Lemnius igitur. Est is fortassis, quem de æde Dorica Junonis, quæ est Sami, commentarium condidisse Vitruvius prodidit, in Præfatione l. VII. p. 124.

[y] *Petasus*] Galeri forma.

[z] *Exapta catenis*] Hoc est, aptata, conjuncta, συνημμένα, ἐξηρμοσμένα. Sic Mss. Reg. 2. et alii: non, ut in editis

Digitized by Google

tintinnabula, quæ vento agitata, longe sonitus referant, ut Dodonæ olim[a] factum. Supra quem orbem[28] quatuor pyramides insuper, singulæ extant altæ pedum centenum.[7] Supra quas uno solo[d] quinque pyramides,[29] quarum altitudinem Varronem puduit adjicere. Fabulæ Etruscæ tradunt eandem fuisse, quam totius operis: adeo[30] vesana dementia quæsisse gloriam impendio nulli profuturo. Præterea fatigasse regni vires, ut tamen[31] laus major artificis esset.

XX. Legitur et pensilis hortus, immo vero totum oppidum Ægyptiæ[1] Thebæ, exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Etiamnum hoc minus mirum, quam quod flumine medium oppidum interfluente. Quæ si fuissent, non dubium est Homerum dicturum fuisse, cum centum portas[b] ibi prædicaret.

XXI. (XIV.) Magnificentiæ[1] vera admiratio extat templum Ephesiæ[c] Dianæ ducentis viginti annis factum a tota Asia.[d] In solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis[2] ea substra-

[d] *In eadem planitie.*

catenis edd. vett. et Gronov.—28 *Supraque orbem* cod. Dalec.—29 Cod. Dalec. *quinæ pyramides.*—30 Vet. Dalec. *et adeo.*—31 Vet. Dalec. *ut tantum.*

CAP. XX. 1 *Leguntur vero et pensiles hortos imo vero t. o. fecisse Ægyptiæ* Vet. Dalec. et Paris. Mox, *subito educere* cod. Dalec.

CAP. XXI. 1 *Græcæ magnificentiæ* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *ante calca-*

NOTÆ

legitur, *excepta.* Usus ea voce Lucretius IV. 827. 'Brachia tum porro validis exapta lacertis.' Et Lucilius lib. X. 'Pellicula extrema exaptum pendere opus ingens.'

[a] *Ut Dodonæ olim*] Ubi columnæ fuere duæ sublimes, quarum in altera posita pelvis ærea esset; in altera pensile pueri simulacrum, flagellum æreum manu tollentis. Quoties vero vehementior paulo ventus afflaret, impulsa scutica pelvim feriret sæpiuscule, quæ diu post tinnitum referret. Unde parœmia: Δωδωναῖον χαλκεῖον, *Dodonæum æs.*

[b] *Cum centum portas*] Iliad. I. 382.

[c] *Templum Ephesiæ*] Robertus Cenalis Hist. Gall. lib. II. perioche 3. p. 130. subductis accurate calculis splendide demonstrat templum B. Virgini Lutetiæ sacrum majus esse multo ac splendidius, quam fuerit Ephesinum, mensuris utriusque collatis, atque operosius fabricatum.

[d] *A tota Asia*] Livius lib. I. p. 16. 'Jam tum erat inclytum Dianæ Ephesiæ fanum: id communiter a civitatibus Asiæ factum fama ferebat.'

Digitized by Google

vere carbonibus,[a] dein velleribus lanæ. Universo templo longitudo est CCCCXXV. pedum, latitudo ducentorum[3] viginti, columnæ centum viginti septem a singulis regibus factæ, LX. pedum altitudine: ex iis XXXVI. cælatæ, una a Scopa. Operi præfuit Chersiphron[f] architectus. Summa miracula, epistylia[g] tantæ molis attolli potuisse. Id consecutus est ille æronibus[a 4 h] arena plenis, molli clivo[5 i] super capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, ut sensim opus in cubili sederet.[6 j] Difficillime hoc contigit in limine ipso quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili, anxio artifice, mor-

[a] *Sportulis.*

tis.—3 Cod. Dalec. *centum.*—4 Gronov. et al. ante Harduin. *peronibus.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *molli pulvino* Gronov. et al. vett.—6 Ita Harduin. et recentt. *ut sensim totum insideret* Gronov. et vulgg. '*ut sensim motus in colle sederet* Ms. Lego, *totus clivus*

NOTÆ

[e] *Carbonibus*] August. de Civit. Dei XXXI. 4. 'Quid? in carbonibus nonne miranda est et tanta infirmitas, ut ictu levissimo frangantur, pressu facillimo conterantur, et tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur, usque adeo ut eos substernere soleant.... Quis eos in terra humida effossos, ubi ligna putrescerent, tamdiu durare incorruptibiliter posse, nisi rerum ille corruptor ignis effecit?' Hujus consilii auctorem Theodorum Samium, Rhœci filium fuisse, scribit Diogenes Laërtius lib. II. in Aristippo, p. 58.

[f] *Chersiphron*] Χερσίφρων pariter Straboni lib. XIV. p. 640.

[g] *Epistylia*] Egimus de ea voce lib. sup. cap. 49.

[h] *Æronibus*] Ita Reg. 2. Colb. 3. aliique. In editis perperam legitur *peronibus.* De *æronum* voce et significatu vide Vossium in Etymol. Sententia hujus loci est, arena saccis convecta excitatum collem fuisse, qui summas columnas excederet: per eum clivum epistylia attolli in altum facile potuisse: tum ab imo exinanitum collem fuisse, quamdiu sederet epistylium in columnæ abaco, quod suum erat epistylio cubile.

[i] *Molli clivo*] Sic Mss. supra laudati. Libri vulgati, *molli pulvino.* Apud Quintil. XII. 10. 'Mollietur clivis elatius solum.' Ubi hodie perperam legitur, 'Mollietur dives et lætius solum.' Sunt qui legant, 'Mollietur clivus et elatius solum.'

[j] *Opus in cubili sederet*] Libri hactenus editi, *ut sensim totum insideret.* Reg. 2. *ut sensim motus in colo sederet.* Salmasius in Solin. pag. 818. *moles in cubili sederet.* Forte, quoniam sequitur: 'Etenim ea maxima moles fuit: nec sedit in cubili.' Apud Vitruvium II. 8. pag. 28. 'cubilia lapidum,' et IV. 2. pag. 64. 'tignorum cubilia,' ubi lapides et tigna sedent et conquiescunt.

Digitized by Google

tis destinatione suprema.[b] [7] Tradunt in ea [8] cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse præsentem Deam, cui templum fiebat, hortantem ut viveret: se composuisse lapidem, atque ita postero die apparuit, et pondere ipso correctus videbatur.[c] [9] Cetera ejus operis ornamenta plurium librorum instar obtinent, nihil ad speciem[d] [10] naturæ pertinentia.

XXII. (XV.) Durat et Cyzici delubrum, in quo filum aureum commissuris[e] omnibus politi lapidis subjecit artifex, eboreum [1] Jovem dicaturus intus, coronante eum marmoreo Apolline. Translucet[k] ergo pictura [2] tenuissimis capillamentis, lenique afflatu simulacra refovente, præter ingenium artificis, ipsa materia, quamvis occulta, in pretio operis intelligitur.[f]

XXIII. Eodem in oppido est lapis, fugitivus appellatus: Argonautæ[l] eo pro anchora usi, ibi reliquerant.[1] Hunc e Prytaneo[m] (ita vocatur locus) sæpe profugum vinxere [2] plumbo. Eadem in urbe[n] juxta portam, quæ Thracia[o] vo-

[b] *Cum destinaret sibi necem inferre.*
[c] *Et suo se pondere lapis ad debitum situm statumque revocarat.*
[d] *Ad commendationem.* [e] *Juncturis.*
[f] *Auri fulgore simulacra ea leniter feriente, præter ingenium artificis, ipsa simulacrorum materia, ob repercussum auri, quamvis occulto nitore ex lapidum juncturis, addit operi pretium.*

sideret.' Dalec.—7 Vet. Dalec. *animo artificis mori supremum destinato.*—8 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *Traduntque in ea* al. ante Brotier.—9 Ita Harduin. et recentt. ex codd. *ita ut postero die apparuit, incorruptus videbatur* cod. Dalec. *ita postero die a. pondereque ipso, &c.* Gronov. et vulgg.—10 Cod. Dalec. et al. *specimen.*

CAP. XXII. 1 Ita cod. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eburneum* Gronov. et vulgg.—2 *Collucent ergo juncturæ* Vet. Dalec. *Tralucent ergo juncturæ* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *præter ingenium.* Cod. Dalec. *quamvis occulte.*

CAP. XXIII. 1 Vet. Dalec. *reliquerunt.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec.

NOTÆ

[k] *Translucet*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. &c. In editis, *Tralucent ergo juncturæ.* Parm. editio, Ven. Brix. et aliæ ante Frobenium, *Tralucent ergo picturæ.*

[l] *Argonautæ*] Qui fanum Dindymenes Matris Deorum in ea civitate ædificarunt. Strab. lib. XII. p. 575.

[m] *Hunc e Prytaneo*] Πρυτανεῖον Græcis. Livius lib. XLI. pag. 527. 'Cyzici in Prytaneum, id est, penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur,' &c. Vide Lexicon Constantini.

Digitized by Google

catur,[3] turres septem acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant:[4] nomenque huic miraculo Echo est a Græcis datum. Hoc quidem natura locorum evenit, et plerumque convallium: ibi casu accidit. Olympiæ autem arte, mirabili modo, in porticu, quam ob id heptaphonon[5] [p] appellant, quoniam septies eadem vox redditur. Cyzici et buleuterion [q] vocant ædificium amplum, sine ferreo clavo, ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fulturis,[g] ac reponantur. Quod item Romæ in ponte Sublicio [r] re-

[g] *Sine fulcimento aliquo.*

cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fixere* Gronov. et vulgg.—3 ' In codd. Regg. 3. 5. *quæ Tracia vocatur*. In cod. Reg. 2. *quæ Trachia vocatur*.' Brotier. *quæ Trachia vocatur* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ Thracia vocatur* Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *turris est acceptæ vocis nomen numerosiore percussu septies multiplicans*.—5 Idem codex, *quam oppidum heptaphonon*.

NOTÆ

[n] *Eadem in urbe*] Simile est quod de Byzantio Dio refert in Severo, l. LXXIV. p. 847. Ἑπτὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι καθεστηκότες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν· τούτων δ' εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ προσέμιξεν, ἥσυχος ἦν· εἰ δὲ δὴ τῷ πρώτῳ ἐνεβόησέ τινα, ἢ καὶ λίθον ἐνέῤῥιψεν, αὐτός τε μηχανῇ τινι ἐλάλει, καὶ τῷ δευτέρῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παρεδίδου· καὶ οὕτω διὰ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπετάραττον ἀλλήλους, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἕτερος, τήν τε ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν διεδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο. *Ibi septem turres a portis Thraciis ad mare stabant. Harum ad aliam quampiam si quis se contulisset, ea silebat. Sin autem in primam quis voces aliquas emisisset, aut lapidem injecisset, tum ipsa per machinam loquebatur, tum id ipsum alteri faciendum tradebat: atque ita per omnes illud eodem modo pertinebat: neque altera alteram turbabat; sed unaquæque per vices a proxime antecedenti sonum vocemque acceptam ad sequentem transmittebat.*

[o] *Quæ Thracia* [*Trachia*] Τραχεῖα, *aspera*. Sic Mss. non, ut editi, *Thracia*.

[p] *Heptaphonon*] Ἑπτάφωνον, quasi *septies vocalem*. Vide Plutarchum de Placitis Philos. IV. 20. p. 903. Idem de Garrul. p. 502. porticum hanc ipsam commemorat, quæ Olympiæ fuit, ἑπτάφωνον appellatam, quia vocem scilicet septies iteraret. Lucretius l. IV. ' Sex etiam, aut septem loca vidi reddere voces, Unam cum jaceres: ita colles collibus ipsis Verba repulsantes iterabant dicta referre,' &c. Quem in locum Lambinus ait, in Carentonio vico, qui vicus tribus passuum millibus Lutetia Parisiorum abest, auditam a se Echo voces septies regerentem: Ticini in aula magnæ Basilicæ ter et decies vocem referri.

[q] *Buleuterion*] Βουλευτήριον, *Curiam, Senatum, consilii locum.*

[r] *In ponte Sublicio*] Nomen is habet a sublicis, hoc est, a tignis, quibus pons innititur. Sic enim Formiani ea tigna nuncupabant. Auctor Festus. Idem roboreus, a trabium materia dictus Ovidio Fast. v. 622. quare et ξυλίνην γέφυραν Plutarchus appellat in

Digitized by Google

ligiosum est, posteaquam Coclite Horatio[a] defendente ægre revulsus est.

XXIV. Verum et ad Urbis nostræ miracula transire conveniat,[1] octingentorumque annorum[2] dociles scrutari vires,[A] et sic quoque terrarum orbem victum ostendere: quod accidisse toties pæne, quot referentur[3] miracula, apparebit: universitate vero acervata, et in quendam unum cumulum conjecta, non alia magnitudo exsurgit,[4] quam si mundus alius quidam in uno loco narraretur.[5]

Nam ut Circum maximum a Cæsare dictatore[a] exstructum longitudine stadiorum trium,[b] latitudine unius, sed cum ædificiis jugerum quaternum,[c] ad sedem CCL.[6][d] millium, inter magna opera dicamus; nonne inter magnifica basilicam Pauli[e] columnis e Phrygibus[7] mirabilem, forumque

[A] *Scrutari quid potuerit nongentis annis ingenii sui docilitate assequi populus Romanus.*

CAP. XXIV. 1 Vet. Dalec. *convenit.*—2 'Male libri scripti et editi habent *DCCC.* vel *nongentorum annorum.*' Brotier. Mox, *scrutari viros* Vet. Dalec. *ut res ipsa sic, &c. ostenderet* cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *toties, quot referuntur.*—4 Cod. Dalec. *exurgit;* Gronov. et al. vett. *exurget.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *narretur* Gronov. et vulgg.—6 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *ad sedem CCLX.* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—

NOTÆ

Gracchis. 'Æmilius' quoque P. Victori, in Descriptione Romæ: 'Pons Æmilius, qui ante Sublicius.' Dum trabibus sive sublicis sine ære aut ferro stetit, vel clavum ei addere religioni fuit: quare pons sacer tum habitus, et ἱερὰν γεφύραν Græci nominarunt.

[a] *Coclite Horatio*] Vide quæ diximus XXXIV. 11.

[a] *A Cæsare dictatore*] Designatum jam olim a Tarquinio Prisco Romanorum rege, inter Aventinum et Palatium.

[b] *Stadiorum trium*] Hoc est, passuum CCCLXXV. Nam 'stadium,' inquit Plinius II. 21. 'centum viginti quinque nostros efficit passus.'

[c] *Jugerum quaternum*] Singula jugera ex eodem Plinio XVIII. 3. pedes continent CCXL.

[d] *Ad sedem CCL.*] Reg. 2. et Colb. 3. ac vetus Dalec. *CCL.* At P. Victor, in descript. Romæ, regione Urbis undecima, 'Circus Maximus, qui capit loca trecenta octoginta quinque millia.' Certe Trajanus quinque millia locorum adjecit: forte et alii plura.

[e] *Basilicam Pauli*] Fuit hic L. Æmilius Paulus, qui C. Marcelli in Consulatu collega, anno Urbis DCCIII. in medio foro, ut Cicero scribit ad Atticum Epist. IV. 16. basilicam novam magnificentissimam exstruxit. Extat hujus insigne monumentum in nummo vetere gentis Æmiliæ, quem Patinus exhibet de Famil. Rom. p. 7. Memi-

Digitized by Google

Divi Augusti,[f] et templum Pacis[g] Vespasiani[8] imperatoris Augusti, pulcherrima operum, quæ unquam; Pantheon Jovi Ultori[h] ab Agrippa factum, cum theatrum ante texerit Romæ Valerius Ostiensis architectus ludis Libonis?[i]

Pyramidas regum miramur,[9] cum solum tantum foro ex-

7 Vet. Dalec. *columnis Phrygibus.*—8 Cod. Dalec. *divi Vespasiani.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Pyramides regum miramur opera* edd. vett. et Gronov. *miramur.* *Consulum opera tantum foro extruendo, et quæ Cæsar Dictator emerit, non miramur* alii ap. Dalec. Mox, *captis avaritia animis* Vet. Dalec. Deinde, codex ejusdem: *CCXLVII. talentis emit locum, quo habitavit.*

NOTÆ

nere Plutarchus in Cæsare, Dio lib. XLIX. P. Victor, in Descript. Romæ, regione octava, ubi et Forum Romanum, 'Basilica Pauli cum Phrygiis columnis.'

[f] *Forumque Divi Augusti*] P. Victor loco cit. 'Forum Augusti, cum æde Martis Ultoris.' Vide Sueton. in Aug. cap. 29.

[g] *Templum Pacis*] Foro proximum, ut alibi diximus.

[h] *Pantheum Jovi Ultori*] Nunc ædes est Deiparæ sacra. Rotundam a forma structuræ vocant. Est enim, ut ait Ammianus l. XVI. 'Speciosa celsitudine fornicata.'

[i] *Ludis Libonis*] Scribonii Libonis, qui Ciceronis Consulatu ædilitatem gessit.—'Hujus est nummus argenteus in Museo nostro, et apud Patin. in Fam. pag. 249. Caput Concordiæ velatum exhibet, et nomina Pauli Lepidi, ut jam superius vidimus ad lib. XXXIII. qui 'Paulus' ex patre, 'Lepidus' ex matre fuit, filia Lepidi Triumviri. Ex altera parte in ambitu legitur, PVTEAL. SCRIBON. Infra LIBO, in medio compages lignea quadrata, sertis ac floribus circumdata: hinc inde pendent velut arculæ duæ, vel sacculi forenses duo, in quibus essent instrumenta litium: in imo malleolus, quo signum a Prætore daretur Prætorii dimittendi. Curiæ ea septa sive claustra sunt, cujusmodi apud nos est quod vocant, *le Parquet.* Prætor Urbanus, cum hic nummus cuderetur, Scribonius Libo fuit, et idem primus auctor hæc claustra construendi. Hujus meminit Horat. lib. I. Ep. 19. 8. 'Forum PUTEALque Libonis Mandabo siccis.' Quoniam siccos oportet esse, non madidos, qui coram Libone Prætore perorarent. Et II. Sat. 6. 35. 'Roscius orabat sibi adesses ad PUTEAL cras.' Nimirum ut apud Prætorem causam ipsius actitaret. Claustra illa septave, quod putei crepidinem repræsentarent, Romani Puteal appellarunt. Fuit Prætor Urbanus Scribonius Libo e gente Patricia: cujus e posteris C. Scribonius Consul a Plinio memoratur II. 35. Vidimus et alium pariter ex argento nummum, parte una simili forma putealis: superne, PVTEAL: infra SCRIBON. Parte altera caput Augusti nudum, CAESAR AVGVSTVS. Alius est Statius Libo, cujus est nummus ex ære mediocri, in Thesauro Regio, et apud Patinum, pag. 266. Caput Augusti nudum exhibet: epigraphe, CN. STATI. LIBO. 'Cneius Statius (non 'Statilius') Libo,' Triumvir Monetalis. .X. Clypeus votivus rotundus, dextro latere: sinistro, urceus, insigne sacerdotum: infra, SACERDOS. Sententia est: 'Solidum

struendo H-S. millies[j] Cæsar dictator emerit: et si quidem impensæ movent captos avaritia animos, P. Clodius, quem Milo occidit, H-S. centies[k] et quadragies octies domo emta habitaverit: quod equidem non secus, ac regum insaniam, miror.[10] Itaque et ipsum Milonem sestertium septingenties[l] æris[11] alieni debuisse, inter prodigia animi humani duco. Sed tunc senes aggeris vastum spatium,[m] et substructiones insanas Capitolii[12] mirabantur: præterea cloacas:[n] ope-

—10 Idem codex, *admiror*.—11 Idem codex, *septingenta talenta æris*.—

NOTÆ

Auro Clypeum Eduæ Restitutori Donavit Ordo Sacerdotum.' Cæsari Augusto scilicet, cujus hic vultus est, ut recte agnovit D. Vaillant in Fam. Ab Augusto enimvero Eduæ deinceps cognomen Augustæ fuit, quoniam collapsam restituit.' *Ed. sec.*

[j] *H-S. millies*] Sestertium millies, hoc est, millies centenis millibus sestertium: monetæ nostratis libræ sunt seu floreni 10000000. seu deni milliones. Suetonius in Julio c. 26. 'Forum de manubiis inchoavit, cujus area super HS. millies constitit.'

[k] *H-S. centies*] Sic etiam Mss. omnes, nequicquam obstrepente Gronovio de Sest. III. 16. p. 547. Summa hæc libras nostrates seu florenos efficit 1480000. ipsa digna regum, quæ mox irridetur, insania.

[l] *Sestertium septingenties*] Sic libri omnes, Mss. quoque, Reg. 2. aliique probatiores: etsi Budæus lib. III. fol. 39. talenta pro sestertiis ex corrupto aliquo exemplari reponere nititur. Sunt autem sestertium septingenties centena millia, monetæ Gallicæ libræ 7000000. seu septem omnino milliones.

[m] *Aggeris vastum spatium*] Plinius III. 9. p. 332. de urbe Roma: 'Clauditur ab oriente aggere Tarquinii Superbi, inter prima opere mirabili. Namque eum muris æquavit, qua maxime patebat aditu plano.' Inter portam Esquilinam et Collinam Dionysius Halic. lib. IX. aggerem hunc situm affirmat. Servio Tullio ascribere id opus Strabo videtur lib. V. p. 234.

[n] *Præterea cloacas*] Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. III. p. 200. Ἤρξατο δὲ καὶ τοὺς ὑπονόμους ὀρύττειν, τάφρους δι' ὧν ἐπὶ τὸν Τίβεριν ὀχεύεται πᾶν τὸ συῤῥέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ, κ. τ. λ. 'Cœpit et cloacas Tarquinius Priscus fodere, quibus in Tiberim corrivatur, quicquid aquarum est per vias: dici vix potest quam mirabili opere. Mihi sane tria magnificentissima videntur, ex quibus maxime apparet amplitudo Romani imperii: Aquæductus, Viæ stratæ, et hæ Cloacæ: reputanti non solum utilitatem operum, verum etiam impensarum magnitudinem: quam vel hinc licet conjicere, quod neglectas aliquando cloacas, et non transmittentes aquas, Censores mille talentis purgandas locaverint,' hoc est, monetæ Gallicæ libris seu florenis 2400000. Cloacarum major admiratio est, quod earum fornicibus firmo tanquam solo altissimæ domorum niterentur moles: quod in pontibus Sequanæ impositis mirabiliore, ut credimus, opere, Lutetiæ fit. Has urbis Romæ cloacas, dum refici imperat Italiæ Rex Theo-

Digitized by Google

rum omnium dictu maximum, suffossis montibus, atque (ut paulo ante retulimus)[o] urbe pensili, subterque navigata.

A M. Agrippa in ædilitate, post consulatum, per meatus corrivati septem amnes,[p] cursuque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti, insuper[13] mole imbrium concitati, vada ac latera quatiunt: aliquando Tiberis retro infusi[i] recipiunt fluctus, pugnantque[14] diversi[q] aquarum impetus intus: et tamen obnixa firmitas resistit. Trahuntur moles internæ tantæ,[15] non succumbentibus causis operis:[r] pulsant ruinæ sponte præcipites, aut impactæ incendiis:[j] quatitur solum terræ motibus: durant tamen a Tarquinio Prisco annis prope septingentis[16] inex-

[i] *Tiberis exundantis.*

[j] *Trahuntur intus purgamentorum moles ingentes, nec tamen parietes fornicesque succumbunt, quibus fulcitur opus. Pulsant urbem ruinæ domorum quæ aut sponte aut incendiorum vi cadunt, &c.*

12 Vet. Dalec. *vasti sp. et s. etiam Capitolii.*—13 Cod. Dalec. *navigata. Id M. Agrippa fecit in Ædilitate post consulatum corrivatis VII. amnib. &c. coactis, qui insuper.*—14 Cod. Dalec. *infusus recipitur, pugnantque.*—15 Cod. Dalec. *tamen.*—16 'Ita bene cod. Reg. 5. et eruditus Harduinus in altera sua edi-

NOTÆ

doricus, idem impense prædicat, apud Cassiod. Var. Ep. III. 30. 'Splendidæ Romanæ civitatis cloacæ tantum visentibus conferunt stuporem, ut aliarum civitatum possint miracula superare. Videas illic fluvios, quasi montibus concavis clausos .... Videas structis navibus per aquas rapidas non minima sollicitudine navigari: ne præcipitato torrenti marina possint naufragia sustinere. Hinc, Roma singularis, quanta in te sit potest colligi magnitudo. Quæ enim urbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec ima tua possunt similitudinem reperire?'

[o] *Ut paulo ante retulimus*] Nempe de Thebis Ægyptiis cap. 20.

[q] *Septem amnes*] Rivi septem ex aquis per Urbem fluentibus collectisque corrivati. Nam vis ingens aquarum, quæ per aquæductus in usum civitatis effluxit, receptacula, quo illaberetur, poscebat. Ex his præcipua septem fuere, minutiora plura.

[q] *Pugnantque diversi*] Firmitatem operis commendare aggreditur, causasque quatuor commemorat, quarum vel singulæ firmissima opera evertant, cum universæ non labefactent istud. Nempe, pugna aquarum, et copia intus: moles purgamentorum ac lapidum quas aquæ volvunt: ruinæ variæ et pondera incidentium ædificiorum: denique validi aliquot terræ motus.

[r] *Causis operis*] Ita Mss. omnes, frustra rescribente Reinesio Var. Lect. II. 7. p. 175. *cavis operis:* quanquam et cavas fuisse cloacas per se satis intelligitur, et mox a Plinio cavorum ejusmodi amplitudo describitur.

Digitized by Google

pugnabiles: non omittendo memorabili exemplo, vel eo magis, quoniam celeberrimis[17] rerum[k] conditoribus omissum est: cum id opus Tarquinius Priscus plebis manibus faceret, essetque labor incertum longior an periculosior, passim conscita nece,[s] Quiritibus tædium fugientibus, novum et inexcogitatum ante[18] posteaque remedium invenit[t] ille rex, ut omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora spectanda civibus, simul et feris[19] volucribusque laceranda. Quamobrem pudor Rom. nominis proprius, qui sæpe[20] res perditas servavit in præliis, tunc quoque subvenit: sed illo tempore imposuit, jam erubescens,[21] cum puderet vivos, tanquam puditurum esset extinctos.[l] Amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem fœni[u] large onustam[22] transmitteret.

[k] *Historiarum.*
[l] *Sed imposuit illis pudor, ipse jam erubescens, cum ob eam rem puderet vivos, quod, ut quidem rebantur, puditurum esset extinctos.*

tione.' *Brotier.* *annis DCCC. prope* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Franz. *annis DCC. prope* Harduin. 2. 3. Miller. et Bipont.—17 Cod. Dalec. *a celeberrimis.*—18 Ita cod. Dalec. edd. Harduin. et recentt. *antea* Gronov. et vulgg. Mox, *rex; hominum vita defunctorum figere* cod. Dalec.—19 Cod. Dalec. *simul a feris.*—20 Idem codex, *nominis, qui prius sæpe.*—21 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tum erubescens* Gronov. et vulgg. *sed illis tum erubescentibus tempore imposuit, tanquam puditurum esset extinctos, quia puderet vivos* margo edd. Dalec. et Gronov.—22 Cod. Dalec. *vehiculum fœni large onus-*

NOTÆ

[s] *Conscita nece*] Voluntaria morte quæsita, tædio operis.

[t] *Remedium invenit*] Refert hoc quoque Tarquinii factum ex Cassio Hemina Servius. Simile est quod de Milesiis virginibus Gellius et Plutarchus narrant, omnibus notum.

[u] *Ut vehem fœni*] Prodidit id quoque Strabo lib. v. p. 235. Marlianus, qui dimensus est, pedum sedecim latitudinem se reperisse ait.—'Cum hoc autem opus Tarquinii jam durasse annis DCC. Plinius testatur, cum hæc scriberet, hoc est, anno Urbis DCCCXXX. manifeste indicat, cœptum saltem hoc opus a Tarquinio fuisse anno Urbis CXXX. ac proinde regnare cœpisse eum circiter ineuntem annum Urbis CXXVIII. Non obiit autem ante annum Urbis CLXXXIII. ut diximus ad XV. 1. Igitur regnavit annos LVI. vixit annos LXXXVI. si regnum suscepit annos natus, ut verisimile est, tricenos: vel XCI. si triginta quinque. Inde ei certe 'Prisci' cognomen verius existimamus inditum, quam ex eo quod alterum cognominem Tarquinium præcessit: nam si hæc causa foret, tantum Tarquinius prior, ut Africanus prior, a Plinio, credo, diceretur.' *Ed. sec.*

Digitized by Google

Parva sunt cuncta, quæ diximus, et omnia uni comparanda miraculo, antequam nova attingam. M. Lepido,[v] Q. Catulo coss. ut constat inter diligentissimos auctores, domus pulchrior non fuit Romæ quam Lepidi ipsius. At hercule intra annos XXXV. eadem centesimum locum non obtinuit. Computet in hac æstimatione, qui volet, marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, et cum pulcherrima[w] laudatissimaque certantes centum domos: posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. Profecto incendia puniunt luxum: nec tamen effici potest, ut mores aliquid ipso homine mortalius intelligant.

Sed eas omnes duæ domus vicerunt. Bis vidimus[x] urbem totam cingi domibus principum Caii et Neronis,[y] et hujus quidem (ne quid deesset) aurea. Nimirum[z] sic habitarunt[23] illi, qui hoc imperium fecere, tantas ad vincendas gentes triumphosque referendos ab aratro aut foco[a]

tum.—23 Vet. Dalec. *sic non habitarunt*. Mox, in eodem Vet. *fecere tantum*

NOTÆ

[v] *M. Lepido*] Anno post Syllæ obitum: Urbis DCLXXVI. ut diximus cap. 8.

[w] *Et cum pulcherrima*] Cum M. Lepidi domo.

[x] *Bis vidimus*] Vulgatum illud in eam rem de Nerone carmen recitat Tranquillus in ejus Vita, cap. 39. 'Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites: Si non et Veios occupat ista domus.'

[y] *Caii et Neronis*] Caligulæ et Neronis. Domus illius in Palatio fuit: istius a Colle Palatino, Palatioque Principum, totas ferme Esquilias occupavit: ut non immerito de ea Martialis cecinerit in Spectac. Epigr. 2. 'Unaque jam tota stabat in Urbe domus.' Simile istud Olympiodori, in Bibl. Photii, cod. LXXX. pag. 197. Εἷς δόμος ἄστυ πέλει· πόλις ἄστεα μύρια τεύχει. *Una domus urbs est: urbs oppida plurima claudit.* Suetonius in Nerone, cap. 31. 'Domum a Palatio Esquilias usque fecit, quam primo Transitoriam, mox incendio absumtam, restitutamque, Auream nominavit,' &c. Et in Othone, cap. 7. 'Quingenties sestertium ad peragendam Neronis Auream domum Otho subscripsit.'—'*Caii et Neronis*] Caii Germanici Cæsaris et Neronis.' *Ed. sec.*

[z] *Nimirum*] Dictum εἰρωνικῶς.

[a] *Ab aratro aut foco*] Ab aratro, ut Quintius Cincinnatus, de quo XVIII. 4. A foco, ut Fabricius, de quo Seneca de Provid. cap. 3. 'Infelix est Fabricius, quod rus suum, quantum a repub. vacavit, fodit? quod bellum tam cum Pyrrho, quam cum divitiis gerit? quod ad focum cœnat illas ipsas radices, et herbas, quas in agro repurgando triumphalis senex vulsit?' &c.

Digitized by Google

exeuntes, quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam sellaria istorum.[b]

Subit[24] vero cogitatio, quota portio harum fuerint areæ illæ, quas invictis imperatoribus decernebant publice ad ædificandas[25] domos: summusque illarum honos erat, sicut in P. Valerio[26] [c] Publicola, qui primus consul fuit cum L. Bruto, post tot merita, et fratre ejus,[d] qui bis in eodem magistratu[m] Sabinos devicerat, adjici decreto,[e] 'ut domus eorum fores extra aperirentur, et janua in publicum rejiceretur.' Hoc erat clarissimum insigne inter triumphales quoque domos.[f]

Non patiemur duos Caios, vel duos Nerones, ne hac

[m] *In Consulatu.*

ad vincendas.—24 *Subitque* cod. Dalec.—25 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ad exædificandas* Gronov. et vulgg. Mox, *summusque illorum* cod. Dalec.—26 *L. Valerio* edd. vett. Gronov. Harduin. et al. '*P.* aut *M.* scribi monet Debrius super Sen. Trag. par. I. pag.

NOTÆ

[b] *Quam sellaria istorum*] Loca in quibus sedes disponi solent. Vide Notas et Emend. num. 13. Similis Valerii Maximi sententia, qui Plinio præivit, IV. 4. 'Anguste se habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.'

[c] *Sicut in P. Valerio*] Et Publium appellat Livius lib. II. p. 23. non L. hoc est, Lucium, ut Pliniani libri mendose. Hoc adjutore Junius Brutus Consulum primus, ejus collega, reges ejecit.

[d] *Et fratre ejus*] M. Valerio, de cujus gemina e Sabinis reportata victoria vide Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. VI. p. 349. et 373.

[e] *Adjici decreto*] Respublica M. Valerio aream ad ædificandum donavit in præcipua parte Palatii: sumtus in ædificium præbuit ex ærario: et hujus domus valvæ solæ, inter omnes Urbis et publicas et privatas ædes, dum aperitur janua, revolvuntur in viam publicam. Ita Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. V. pag. 307.

[f] '*Triumphales quoque domos*] Ab his habitatas, qui triumphales, hoc est, dignas triumpho reportassent. In nummo argenteo Constantis Aug. OB VICTORIAM TRIVMPHALEM. Est alius argenteus apud Patinum, pag. 228. num. 4. et in Museo nostro quinarius, exhibens una parte caput Concordiæ; retro, ROM. Infra, M. CATO PROPR. 'Marcus Cato Proprætore.' In altera sedens Victoria dextram extendit, sinistro humero palmam gerit. Infra, VICTRIX. Sententia sub his literis latens hæc est: 'Victoria Imperatoris Cæsaris Triumphalis Nona.' Colligatæ hic sunt literæ duæ, T et R: quoniam eæ ad eandem vocem pertinent. Imp. Cæsar nomen fuit Octavii Cæsaris, post devictum Antonium, præsertim antequam Augustus cognominaretur.' *Ed. sec.*

Digitized by Google

quidem gloria famæ frui: docebimusque etiam insaniam eorum victam privatis operibus M. Scauri, cujus nescio an ædilitas[g] maxime prostraverit mores civiles, majusque sit Syllæ malum, tanta privigni potentia,[h] quam proscriptio tot millium. Hic fecit in ædilitate sua opus maximum omnium, quæ unquam fuere humana manu facta, non temporaria[i] mora, verum etiam æternitatis destinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex[j] in altitudinem[27] CCCLX. columnarum, in ea civitate, quæ sex Hymettias non tulerat sine probro civis amplissimi.[k] Ima pars scenæ e marmore fuit: media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriæ: summa, e tabulis[l] inauratis. Columnæ, ut diximus,[m] imæ[28 n] duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas, ut indicavimus,[o] fuerunt tria millia numero. Cavea ipsa cepit hominum LXXX. millia: cum Pompeiani theatri[29] toties multiplicata Urbe, tantoque majore populo, sufficiat large quadraginta millibus.[30 p] Sed et reliquus apparatus, tantus

161.' *Dalec.* Mox, *postea et fratre ejus* cod. Dalec.—27 *Scena ei triplex altitudine* cod. Dalec.—28 Gronov. et al. ante Harduin. *summæ tabulis inauratis columnæ ut diximus.*—29 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Pompeii amphitheatri* Gronov. *theatri* Vet. Dalec. *amphitheatro* cod. Dalec. Mox, *populo vix sufficiat* Vet. Dalec.—30 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quadrin-*

NOTÆ

[g] *Ædilitas*] In quod illa tempus inciderit, contra Pighium diximus cap. 8.

[h] *Tanta privigni potentia*] Cæciliam M. Æmilii Scauri, ejus qui Princeps Senatus fuit, uxorem, hujus Ædilis Scauri parentem, Sylla duxerat in matrimonium. Plutarchus in Sylla, p. 473.

[i] *Non temporaria*] Etiamsi non modico temporis spatio, sed in omne ævum destinasset animo id opus duraturum. 'Temporarium' pariter Scauri 'euripum' ipse laudat III. 40.

[j] *Scena ei triplex*] Hoc est, triplex columnatio: tergeminus sursum versus columnarum ordo.

[k] *Civis amplissimi*] L. Crassi, ut dictum est XVII. 1. et libri hujus cap. 3.

[l] *Summa, e tabulis*] Vide Notas et Emend. num. 14.

[m] *Ut diximus*] Cap. 2.

[n] *Imæ*] Quæ et maximæ, ut operis et architecturæ ratio postulat.

[o] *Ut indicavimus*] Lib. XXXIV. cap. 17.

[p] *Quadraginta millibus*] Minorem dimidio Pompeiani theatri caveam fuisse indicat, quam Scauriani, etsi majore tum civium numero, quam ævo Scauri fuisset. Vide Notas et Emend. num. 15.

Digitized by Google

Attalica veste, tabulis pictis, ceteroque choragio[n] [q] fuit, ut in Tusculanam villam reportatis quæ superfluebant[31] [r] quotidiani usus deliciis,[o] incensa villa ab iratis servis, concremaretur H-S. millies.[32] [s]

Aufert animum, et a destinato itinere digredi[33] cogit contemplatio tam prodigæ mentis, aliamque connecti majorem insaniam e ligno. C. Curio,[t] qui bello civili in Cæsarianis partibus obiit, funebri patris munere,[p] cum opibus apparatuque non posset superare Scaurum, (unde enim illi[u] vitricus Sylla, et Metella mater proscriptionum sectrix?[34] [v] unde M. Scaurus pater, toties princeps civitatis, et Marianis[w] sodalitiis rapinarum provincialium sinus?)[q] cum jam ne ipse quidem Scaurus comparari sibi posset, quando hoc certe incendii illius præmium habuit, convectis ex orbe

[n] *Apparatu scenæ.*
[o] *Ad delicias quotidianas.*
[p] *Ludis in funere patris exhibitis.*
[q] *Receptaculum.*

gentis millibus Gronov. et vulgg. *ad XL. mill.* Vet. Dalec.—31 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *superfuerant* edd. vett. et Gronov.—32 'Ita bene codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *ad H-S. millies* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *concremarentur bina millia sestertia* cod. Dalec.—33 Cod. Dalec. *decedere.*—34 Idem codex, *proscriptione*

NOTÆ

[q] *Choragio*] Χορήγιον scenicum instrumentum vocant, quo scena instruitur, et apparatur. Dicitur et choragium funeris, pro funebri apparatu.

[r] *Quæ superfluebant*] Quæ redundabant. Sic Mss. At in editis, *quæ superfuerant*: forte, post domum urbanam ex scenico eo instrumento ornatam, quæ supererant, rejecta in villam ut intelligantur.

[s] *H-S.* [*ad H. S.*] *millies*] Mss. *concremaretur H. S. millies.* Ut XXXVII. 6. 'Datum mille talentum.' Sestertium millies centena millia (est enim id semper subintelligendum) monetæ nostratis libras seu florenos efficiunt 10000000. hoc est, decem milliones.

[t] *C. Curio*] Ad quem plurimæ Ciceronis extant epistolæ. A Jubæ Præfecto cum legionibus quatuor cæsus est.

[u] *Unde enim illi*] Non erat, inquit, Curioni, ut Scauro, vitricus Sylla, tot proscriptor civium: non Metella Cæcilia mater, filia Cæcilii Metelli Pii Pontificis, &c.

[v] *Sectrix*] Sectores dicti sunt, inquit Asconius in Verr. III. æstimatores, redemtoresque bonorum damnati, qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum semel auctionabantur. Unde Antonius a Cicerone Philip. II. 75. sector Pompeii appellatur, quoniam in subhastatione bona Cn. Pompeii redemerat.

[w] *Et Marianis*] Marii partes in bello civili foverat. Jugurthæ largitionibus locupletatum, avaritiamque suam callide occultasse, Sallustius est auctor, in Bello Jugurthino.

Digitized by Google

terrarum rebus, ut nemo postea par esset insaniæ illi. Ingenio ergo utendum fuit:[35] operæ pretium est scire quid invenerit, et gaudere moribus nostris, ac nostro[36] modo nos vocare majores.[x] Theatra duo juxta fecit amplissima e ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento,[37] in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter sese aversis,[y] ne invicem obstreperent scenæ,[r] repente circumactis ut contra starent,[s] postremo jam die discedentibus tabulis,[z] et cornibus in se coëuntibus,[38] faciebat amphitheatrum, et gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum[a] populum Rom. circumferens. Quid enim miretur quisque in hoc primum? inventorem, an inventum? artificem, an auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an jubere? Super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida instabilique sede. En hic est ille terrarum victor, et totius domitor[39] orbis,

[r] *Ne se invicem actores in scena exaudirent.*
[s] *Ut utriusque theatri frontes adversæ starent.*

dives. Mox, in eodem, *totius princeps civitatis.*—35 *Ingenio ergo suo utendum Curioni, aliudque excogitandum fuit* Vet. Dalec. *Curionique aliquid excogitandum fuit* cod. Dalec.—36 Cod. Dalec. *nostrorum.*—37 Idem codex, *cardine singulorum versatili ac pensili libramento.* Mox, in eodem codice, *spectaculo munerum fiebat editio.*—38 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et repente ... descendentibus tabulis ... inter se coëuntibus* Gronov. et vulgg. *ut constiterant p. jam die discedentibus tabulis .... inter se coëuntibus* Vet. Dalec. *etiam die sedentibus aliquibus* cod. Dalec. unde Dalecampius conj. *ordinibus.* Mox, *ipsum magistratum et populum* cod. Dalec. *ipsum nugis auctoritatum populum* Vet. ejusdem.—39 Cod. Dalec. *dominator.* Mox, in eodem, *mittit, et quædam munere Deorum immortalium generis humani portio;* Vet. Dalec. *mittit, et maxima quidem munere*

NOTÆ

[x] *Nos vocare majores*] Nos credere majoribus nostris pares, nec minus severis moribus: cum simus Curionis ævo severiores.

[y] *Inter sese aversis*] Ut tergo sese ac posteriore parte theatra contingerent.

[z] *Discedentibus tabulis*] Tota lignea machina, sedilibusque simul a priore situ discedentibus, et circumactis. Huc certe Maro respexit, cum cecinit, Georg. III. 22. 'Jam nunc solennes ducere pompas Ad delubra juvat, cæsosque videre juvencos, Vel scena ut versis discedat frontibus.' Tamen in Reg. 2. legitur, *postremos dies etiam sedentibus aliquis, cornibus in se, &c.*

[a] *Auctoratum*] Mori destinantem, et ad id quasi pretio obligatum. Plinius XIV. 3. 'Vindemitor auctoratus rogum ac tumulum excipit.' Ho-

Digitized by Google

qui gentes et regna diribet,[t] [b] jura externis mittit, Deorum quædam immortalium generi humano [c] portio, in machina pendens, et ad periculum suum [40] plaudens. Quæ vilitas [d] animarum ista! [41] aut quæ querela de Cannis! quantum mali potuit accidere! Hauriri urbes terræ hiatibus, publicus mortalium dolor est. Ecce populus Romanus universus, velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustinetur, et se ipsum depugnantem spectat, periturus momento aliquo luxatis machinis: et per hoc quæritur in tribuniciis [42] concionibus gratia, ut pensiles tribus faceret.[43] Qualis [44] hic in Rostris! [e] Quid non ausurus apud eos, quibus hoc persuaserit! Vera namque confitentibus populus Romanus funebri munere ad tumulum patris ejus depugnavit universus. Variavit hanc suam magnificentiam fessis [u] [45] turbatisque cardinibus, et amphitheatri forma cus-

[t] *Distribuit, dividit.* [u] *Pondere totius machinæ.*

Deorum, &c.—40 ' Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque edd. vett. et Gronov. *pendens, ad p. suum* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. —41 *Quod vile nefas animarum istarum* cod. Dalec.—42 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et per hoc quæritur tribunitiis* Gronov. et al. vett. *laxatis machinis. Fuit Curioni per hoc in tribunitiis* cod. Dalec.—43 ' In Mss. Reg. et Editione principe omissum, *faceret.* Nec nobis placet. Crediderim Plinium scripsisse, *ut pensiles sine tribus.* Cl. Capperonnier, qui hunc Plinii locum recensuit, ut Cl. de Caylus Curionis theatrum illustraret, emendavit, *apud pensiles tribus.* Quæ emendatio paulo audacior est, nec satis accurata. Vide *Mémoires de l'Académie Royale des Inscriptions,* Tom. XXIII. pag. 378.' *Brotier.*

NOTÆ

ratius II. Sat. 7. 58. ' Quid refert, uri virgis, ferroque necari Auctoratus eas?'

[b] ' *Regna diribet*] Ita legimus in nummis Trajani Imp. REGNA ADSIGNATA: et, REX PARTHIS DATVS. In nummis Antonini Pii: REX ARMENIIS DATVS, et REX QVADIS DATVS.' *Ed. sec.*

[c] *Generi humano*] Reg. 2. *genere.* Malim ego, repetita e superiore voce literula *m*, divulsaque, legi, *in genere humano.* Defendi tamen et vulgata lectio potest, ut sit sententia, instar Deorum esse humano generi Senatum populumque Romanum, qui gentes et regna diribet, &c.

[d] *Quæ vilitas*] Adeone vilis populi Rom. vita videatur, ut sic certæ morti objici impune possit! quid de Cannensi clade querimur, cum major hic fieri, luxata machina, potuisset!

[e] *Qualis hic in Rostris*] Unde nimirum concionabantur Tribuni Consulesque ad populum. Qualis, inquit, hic fuit, qui id populo Rom. persuaserit in concione!

Digitized by Google

todita, novissimo die diversis duabus per medium scenis[v] [46] athletas edidit, raptisque e contrario repente pulpitis[w] [f] eodem die victores e gladiatoribus suis produxit. Nec fuit rex Curio, aut gentium imperator, non opibus insignis, ut qui nihil in censu habuerit, præter discordiam principum.

Sed dicantur vera æstimatione invicta miracula, quæ Q. Marcius Rex[g] fecit. Is jussus[47] a senatu aquarum, Appiæ,[h] Anienis,[i] Tepulæ, ductus reficere, novam a nomine

[v] *In medio amphitheatro.*
[w] *Raptimque excitatis contra medium amphitheatri pulpitis duobus, &c.*

—44 *Qualia* Vet. Dalec.—45 Cod. Dalec. *versis*.—46 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Male omissum in recentt. edd. *diversis;* quod merito quoque revocaverat Cl. Capperonnier.' *Brotier.* *die diversis duabus, &c.* margo edd. Dalec. et Gronov.—47 Cod. Dalec. *miracu. Q. Martius rex jussus.*

NOTÆ

[f] *Pulpitis*] Pulpitum locus est ante scenam editior, in quo omnis comœdia recitatur. Plinius Junior IV. 25. 'Inde ista ludibria, scena et pulpito digna.' Ibi actores gerebant partes.

[g] *Q. Marcius Rex*] In Julio Frontino de Aquæduct. lib. I. legimus aquam Marciam a M. Titio Prætore (pro 'Marcio Prætore') perductam anno Urbis DCX. Ser. Sulpicio Galba, L. Aurelio Cotta Coss. Concipi aquam eam idem via Valeria admonet, &c.

[h] *Appiæ*] Appius Claudius Cæcus, Appii Claudii, qui primo Cæcus cognominatus est, abnepos, Censor anno CCCCL. P. Sempronio Sopho, P. Sulpicio Saverrione Coss. aquam adduxit, quam et suo prænomine Appiam, ut scriptores plerique appellant, vel e nomine Claudiam, ut Cassiodorus et alii, nuncupavit. Livium vide, lib. IX. p. 162. Vetus inscriptio apud Gruterum, p. 489.

APPIVS. CLAVDIVS
C. F. CAECVS
VIAM. APPIAM. STRAVIT
ET. AQVAM. IN
VRBEM. ADDVXIT.

Unde aqua ea deducta sit, docet Frontinus de Aquæduct. lib. I.

[i] *Anienis*] Ab Aniene amne deductæ, de quo III. 17. Apud Jul. Frontin. de Aquæduct. extat Senatusconsultum. DE. RIVIS. SPECVBVS. FORNICIBVSQVE. IVLIAE. MARCIAE. APPIAE. TEPVLAE. ANIONIS. REFICIENDIS. Et initio libri primi, Anionem veterem et Anionem novum inter aquas appellat, quæ in Urbem influunt. Anionem veterem a M'. Curio Dentato, qui Censuram cum L. Papirio cursore gessit, ex manubiis de Pyrrho captis, perductum in Urbem. De hoc Plinius agit. Anio novus deinde Claudio Principe consummatus. Tepulam vero ex agro Lucullano, quem quidam Tusculanum credunt, Cn. Servilius Cæpio, et L. Cassius Longinus Censores, anno DCXXIX. M. Plautio Hypsæo, M. Fulvio Flacco Coss. Romam et in Capitolium adducendam curaverunt. 'Concipitur via Latina,' inquit idem Frontinus, &c.

Digitized by Google

suo[j] appellatam cuniculis per montes actis intra præturæ suæ tempus adduxit. Agrippa[k] vero in ædilitate sua, adjecta Virgine aqua, ceteris corrivatis atque emendatis, lacus[l] septingentos fecit: præterea salientes[m] centum sex:[48] castella[n] centum triginta, complura etiam cultu magnifica: operibus iis signa trecenta ærea aut marmorea imposuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo spatio. Adjicit ipse in ædilitatis suæ commemoratione, et ludos undesexaginta diebus factos, et gratuita præbita balinea[o] centum septuaginta, quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum.[49]

Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis inchoati a Caio Cæsare,[p] et peracti a Claudio.[q] Quippe a lapide quadragesimo[r] ad eam excelsitatem, ut

Mox, *et Tepulæ* Vet. Dalec.—48 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5.' *Brotier.* *centum quinque* al. ante Brotier. Mox, *centum viginti .... et operibus .... et colum-*

NOTÆ

[j] *Novam a nomine suo*] Aquam Marciam cognominatam. Vide quæ de ea diximus XXXI. 24.

[k] *Agrippa*] Vide quæ dicta sunt superius a nobis XXXI. 24. Gessit is ædilitatem anno Urbis DCCXXI. Auctor Dio lib. XLIX. p. 417.

[l] *Lacus*] *Des abreuvoirs.*

[m] *Salientes*] Scaturigines aquarum quæ tubulis emittuntur, et fistulis. *Des Fontaines.*

[n] *Castella*] De hac voce diximus XXXI. 31.

[o] *Et gratuita præbita balinea*] Dio Cassius lib. XLIX. pag. 419. de Agrippæ muneribus in Ædilitate agens: *τά τε βαλανεῖα προῖκα δι' ἔτους καὶ τοῖς ἀνδράσι καὶ ταῖς γυναιξὶ λούεσθαι παρέσχε. Et anno toto balneorum lavacra tam viris quam mulieribus gratuito præbuit, &c.*

[p] *A C. Cæsare*] Caligula. Suetonius in Claudio, cap. 20.

[q] *A Claudio*] Suetonius loc. cit. 'Claudiæ aquæ gelidos atque uberes fontes, quorum alteri Cœruleo, alteri Curtio et Albano nomen est, simulque rivum Anienis novi, lapideo opere in Urbem perduxit, divisitque in plurimos et ornatissimos lacus.' Ad Aventini caput esse perductam notat Cassiodorus VII. 6.

[r] *Quippe a lapide quadragesimo*] Frontinus paulo minore intervallo spatium definit, de Aquæduct. num. 20. 'Claudia,' inquit, 'concipitur via Sublacensi ad milliarium XXXVIII. diverticulo sinistrorsus, intra passus CCC. ex fontibus duobus amplissimis, et speciosis, Cœrulo, qui a similitudine appellatus est, et Curtio.' Huc pertinent inscriptiones duæ, quas refert Gruterus, pag. 176. TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX MAXIM. TRIB. POTEST. V. IMP. XV. P. P. COS. DESIG. IV. ARCVS. DVCTVS AQVAE. VIRGINIS. DISTVRBATOS. PER C. CAESAREM. A. FVNDAMENTIS. NOVOS. FECIT. AC. RESTITVIT. Altera,

Digitized by Google

in omnes Urbis montes levarentur, influxere Curtius atque Cœruleus fontes, et Anio novus.[50] Erogatum in id opus sestertium $\overline{\text{LV}}$. $\overline{\text{D}}$.[s] Quod si quis diligentius æstimaverit aquarum abundantiam in publico, balineis, piscinis, domibus, euripis, hortis, suburbanis, villis, spatioque advenientis[*] exstructos[51] arcus, montes perfossos, convalles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum.

Ejusdem Claudii[t] inter maxime memoranda equidem

* *Toto spatio quo aqua advenit in urbem.*

nas cod. Dalec.—49 Cod. Dalec. *quæ ad infinitum numerum auxere.*—50 'Voces illæ, *et Anio novus*, hactenus omissæ sunt, quod nemo potuerit explicare quid significarent in Mss. Reg. *et aut novos:* in Editione principe, *et ante novos.* Manifestum est hic significari Anionem novum, ut passim videre est apud Frontinum, de Aquæductibus, et apud Gruterum, Inscript. antiq. pag. CLXXVI. Sed de his dixi ad Tacitum. Curtius autem atque Cœruleus fontes ducti sunt ab Sublaqueo, nunc *Subiaco*. Anio novus, nunc *Teverone*.' Brotier. *et lavacra inflecteret Curtium atque cœruleum fontes. Erogata in id opus talenta quingenta quinquaginta quinque millibus* cod. Dalec. *sestertium quinquagenties, quinquagies quinquies* Budæus e vet. cod. *levarentur i. C. a. C. fontes. Erogatum . . . sestertium ter millies* edd. vett. et Gronov. *levarentur i. C. a. C. fontes. Erogatum . . . . sestertium LV. D.* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—51 Cod. Dalec. *suburbanis villis venientem exstructos;* Vet. Dalec. *advenien-*

NOTÆ

cui plane similem in Claudii nummo epigraphen vidimus: TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIF. MAXIM. TR. POT. XII. IMP. XVII. S. P. Q. R. P. P. AQVAS CLAVDIAM. EX. FONTIBVS. QVI. VOCABANTVR. CAERVLEVS. ET. CVRTIVS. A. MILLIARIO. XXXXV. ITEM. ANIENEM NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM. PERDVCENDAS CVRAVIT. COS. V. Has deinde, post Plinii obitum, Vespasiani pater et filius restituisse leguntur. Gruterus loc. cit. IMP. CAESAR. VESPASIANVS AVGVST. PONTIF. MAX. AQVAS. CVRTIAM. ET. CAERVLEAM. PERDVCTAS A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA. INTERMISSAS. DILAPSASQVE. PER. ANNOS. NOVEM. SVA. IMPENSA. VRBI RESTITVIT. Similis et Titi inscriptio ibidem.

s *Sestertium $\overline{LV}$. $\overline{D}$.*] Hoc est, sestertium quinquagies quinquies, et quingenties centenis millibus. Monetæ Gallicæ libræ sunt seu floreni, 5550000. Sic Reg. 2. probatioresque ceteri codices. Budæus id quoque in suis codicibus vidit, interpretatusque est, *sestertia quingenta LV. M.* quod et Parmensis editio habet, et Frobenius in sua secutus est. Efficit autem ea Budæi summa monetæ nostratis, libras 55500. Libri alii perperam, *sestertium ter millies.*

t *Ejusdem Claudii*] Tranquillus in Claudio, cap. 20. 'Fucinum lacum aggressus est, non minus compendii spe, quam gloriæ, cum quidam privato sumtu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederen-

Digitized by Google

duxerim, quamvis destitutum successoris odio,[u] montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, et operarum[52] multitudine per tot annos: cum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut silex cæderetur, omniaque intus in tenebris fierent, quæ neque concipi animo,[53] nisi ab iis qui videre, neque humano sermone enarrari possunt.

Nam portus Ostiensis[v] opus prætereo: item vias inter montes excisas: mare Tyrrhenum a Lucrino[w] molibus seclusum: tot pontes tantis impendiis factos. Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapicidinis crescere auctor est Papirius Fabianus, naturæ rerum peritissimus: exemtores quoque affirmant compleri sponte illa montium ulcera. Quæ si vera sunt, spes est nunquam defuturam luxuriam.

XXV. (XVI.) A marmoribus digredienti ad reliquorum lapidum insignes naturas, quis dubitet inprimis magnetem occurrere? quid enim mirabilius? aut qua in parte naturæ major improbitas?[1] Dederat vocem saxis, ut diximus,[a] respondentem homini, immo vero et obloquentem. Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus manusque tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, et patitur mores:* trahitur a magnete lapide,[2] domitrixque illa rerum

* *Et mitiores videtur induere et accipere mores.*

tium.—52 Cod. Dalec. *et operariorum.*—53 Idem codex, *in verticem m. a. s. excluderetur . . . . concipi mente.*

CAP. XXV. 1 Vet. Dalec. *potestas.*—2 'Ita codd. Regg. 2. 3.' *Brotier. tra-*

NOTÆ

tur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absolvit ægre, et post undecim annos, quamvis continuis XXX. hominum millibus sine intermissione laborantibus.'

[u] *Successoris odio*] Neronis. At post Plinii obitum perficiundo operi manum admovit Hadrianus, ut auctor est Spartianus in ejus Vita, pag. 11.

[v] *Nam portus Ostiensis*] Suetonius in Claudio, cap. 20. 'Portum Ostiæ exstruxit,' &c.

[w] *A Lucrino*] A Lucrino lacu, de quo III. 9. pag. 327.

[a] *Ut diximus*] Cap. 28.

Digitized by Google

omnium materia ad inane nescio quid currit:[a] atque ut propius venit, assistit, tenetur, complexuque hæret.[3] Sideritin[b] ob id[4] alio nomine appellant, quidam Heracleon.[c] Magnes appellatus[d] est ab inventore (ut auctor est Nicander) in Ida repertus. Namque et passim invenitur, ut in Hispania quoque. Invenisse autem[e] fertur, clavis crepidarum et baculi cuspide hærentibus, cum armenta pasceret. Quinque genera magnetis Sotacus demonstrat: Æthiopicum: e Magnesia Macedoniæ contermina,[5] Bœbeida lacum petentibus dextra: tertium in Hyrietico Bœotiæ:[f] quartum circa Alexandriam Troadem: quintum in Magnesia[6] Asiæ. Differentia prima, mas sit an fœmina: proxima in colore. Nam qui in Magnesia Macedonica reperiuntur, rufi nigrique sunt. Bœotius vero rufi coloris plus habet, quam nigri. Is qui in Troade[7] invenitur, niger est et fœminei sexus, ideoque sine viribus. Deterrimus autem in Magnesia Asiæ, candidus neque attrahens ferrum, similisque pumici. Compertum[g] tanto meliores esse,

[a] *Ad aliquid quod videri oculis nequit.*

hitur namque a m. lapide edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et patitur amores: trahitur namque, &c.* Vet. Dalec. *et patitur, et morsu trahitur a m. lapide* cod. Dalec. Mox, *ad nescio quid* in eodem codice.—3 'Ita codd. Regg. 2. 3.' *Brotier. teneturque et complexu hæret* edd. vett. et Gronov. *teneturque complexuque hæret* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 'Ita codd. Regg. 2. 3. et Editio princeps.' *Brotier. Sideritin ob hoc* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Alii ap. Dalec. *et Magnesia, cum e Magnesia Macedoniæ contermina.* Mox, *tertium in Echio Bœotiæ* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Gronov. et vulgg. *in Macedonia et Magnesia.*—7 *Qui Troade* cod. Da-

NOTÆ

[b] *Sideritin*] Σιδηρῖτιν Hesychius.

[c] *Heracleon*] Subintellige, lapidem. Hesychius, pag. 427. Ἡράκλεια λιθὸς, ἣν ἔνιοι μαγνῆτιν λέγουσιν... κέκληται δὲ οὕτως ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς Λυδίαν λίθον αὐτὴν καλεῖ, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ Ἡρακλεῶτιν. Ab Heraclea Lydiæ civitate id ei nomen hæsisse significat. Μάγνησσα λίθος et Ἡράκλεια Tzetzæ Chiliad. VI. vs. 627.

[d] *Magnes appellatus*] Isidorus Orig. XVI. 4. Sane Magnes viri proprium nomen est, atque eo nomine Comicus apud Athenæum laudatur lib. IX. pag. 367. Vide Notas et Emend. num. 16.

[e] *Invenisse autem*] Isidorus loc. cit.

[f] *In Hyrietico Bœotiæ*] In agro Hyrien Bœotiæ oppidum circumjacente. De eo oppido IV. 12. Vide Notas et Emend. num. 17.

[g] *Compertum*] Sic Diosc. V. 146.

Digitized by Google

quanto sunt magis cœrulei. Æthiopico laus summa datur, pondusque argento rependitur. Invenitur hic in Æthiopiæ Zimiri: ita vocatur regio arenosa. Ibi et hæmatites[h] magnes sanguinei[8] coloris, sanguinemque reddens, si teratur, sed et crocum. In attrahendo ferro non eadem hæmatitæ natura, quæ magneti.[9] Æthiopici argumentum est, quod magnetem quoque alium ad se trahit. Omnes autem[i] ii oculorum medicamentis prosunt, ad suam quisque portionem: maximeque epiphoras sistunt. Sanant[j] et adusta cremati tritique. Alius rursus in eadem Æthiopia non procul mons gignit lapidem theameden, qui ferrum omne abigit, respuitque. De utraque natura sæpius[10] diximus.[k]

XXVI. Lapidem e Scyro[l] insula integrum fluctuare tradunt,[1] eundem comminutum mergi.

XXVII. (XVII.) In Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur.[1 m] Corpora[n] defunctorum condita in

lec.—8 '*Ibi et præter magnetem hæmatites sanguinei* Vet. Vox *magnes* supervacua est.' *Dalec.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *non eadem, quæ magneti, hæmatitæ natura* edd. vett. et Gronov.—10 Cod. Dalec. *natura ejus sæpius.*

CAP. XXVI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fluctuari tradunt* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

Ἀριστός ἐστιν ὁ τὸν σίδηρον εὐχερῶς ἕλκων, καὶ τὴν χρόαν κυανίζων, πυκνός τε καὶ οὐκ ἄγαν βαρύς.

[h] *Ibi et hæmatites*] Magnetis genus, αἱματίτης, cui a colore sanguineo nomen.

[i] *Omnes autem*] Hoc de hæmatite lapide speciatim tradit et Diosc. v. 144.

[j] *Sanant*] Plinius Valer. III. 36.

[k] *Sæpius diximus*] Inprimis XX. 1. Vide quæ adjecimus in Notis et Emend. ad eum librum, num. 1. Simile est quod Plinius ante retulit, II. 98. 'Duo sunt montes juxta flumen Indum: alteri natura est, ut ferrum omne teneat, alteri ut respuat. Itaque si sint clavi in calceamento, vestigia avelli in altero non posse, in altero sisti non posse.' In Reg. 2. cod. hoc tantum: *Alius rursus in eadem Æthiopia non procul mons ferrum omne abigit, respuitque.*

[l] *Lapidem e Scyro*] Id ante diximus in Notis et Emend. ad lib. II. num. 90. Egimus de ea insula in Geographicis IV. 23. Vide Notas et Emend. num. 18.

[m] *Fissili vena scinditur*] Hoc est, in assulas, seu laminas potius.

[n] *Corpora*] Sic Diosc. v. 142. ex Assio lapide, qui hic ipse est, quem Plinius a re ipsa, seu vi corpora exedendi, σαρκοφάγον vocat, loculos fieri ait, qui defunctorum carnes exedant.

Digitized by Google

eo absumi constat intra XL. diem, exceptis dentibus. Mucianus specula quoque, et strigiles, et vestes, et calceamenta illata mortuis[o] lapidea fieri,[2] auctor est. Ejus generis[p] et in Lycia saxa sunt, et in Oriente, quæ viventibus quoque adalligata, erodunt corpora.

XXVIII. Mitior est autem servandis corporibus, nec absumendis chernites,[q] ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt: Parioque similis[1] candore et duritia, minus tamen ponderosus, qui porus[r] vocatur. Theophrastus[s] auctor est et translucidi lapidis in Ægypto, quem Chio similem ait:[2] quod fortassis tunc fuerit, quoniam et ii desinunt, et novi reperiuntur.[a] Assius[t] gustu salsus

[a] *Quod fortassis tunc fuerit ibi iste lapis: at nunc novi ibi reperiuntur.*

CAP. XXVII. 1 Cod. Dalec. *cingitur.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *illata omnia lapidea fieri* edd. vett. et Gronov.

CAP. XXVIII. 1 *Pario quidem similis* Vet. Dalec.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *translucidos lapides in Ægypto inveniri, quos ophitæ similes ait.* Mox,

NOTÆ

Plinius ipse II. 98. 'At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: sarcophagus vocatur.' Uterque hausit a Theophr. de Igne, pag. 142. Ab his omnibus Albertus M. de Mineral. II. 2. 17.

[o] *Illata mortuis*] Sic Reg. 2. Colb. 3. vetus Dalec. aliique: non, ut editi libri, *illata omnia.* Reculas ejuscemodi, quibus vivi usi fuerant, aut delectati, in eodem sepulcro mortuis inferri solita, tralatitium est. Sic nostra memoria in Tornacensi agro Chilperici Francorum regis inventum monumentum est, annulis, signis, variisque instrumentis refertum, quod in Christianissimi Regis Bibliothecam deinde translatum vidimus.

[p] *Ejus generis*] Isidorus Orig. XVI. 4. Refert auctor libri de Admir. Auscult. Pergami ad metalla Crœsi fugisse quosdam propter hostium metum: clausis vero metallorum ostiis suffocatos ibi esse: mox longo post tempore effossis puteis eorum ossa lapidea reperta esse, vasaque pariter quibus usi in latebris fuissent.

[q] *Chernites*] Theophr. περὶ λίθων, pag. 2. Καὶ ὁ τῷ ἐλέφαντι ὅμοιος, Χερνίτης καλούμενος, ἐν ᾧ φασὶ καὶ Δαρεῖον κεῖσθαι. Καὶ ὁ Πῶρος ὅμοιος τῷ χρώματι καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ πώρου. Quæ sunt Plinianis verbis de chernite poroque plane gemina.

[r] *Qui porus*] Πῶρος. Suidas, Hesychius, aliique.

[s] *Theophrastus*] Vide Notas et Emend. num. 19.

[t] *Assius*] Redit ad Assium lapidem, a quo paulisper discesserat, ut contrariam et in chernite et in poro vim asservandi corpora obiter indicaret: nunc ad Assii lapidis medicinas revertitur, quas in Indice hujus loci ita designat: *De sarcophago, medicinæ*

Digitized by Google

podagras[u] lenit, pedibus in vase[v] ex eo cavato inditis. Præterea omnia crurum vitia in iis lapicidinis sanantur, cum in metallis omnibus crura vitientur.[3] Ejusdem lapidis[w] flos appellatur, in farinam mollis,[§] ad quædam perinde efficax.[4] Est autem similis[x] pumici rufo. Admixtus æri Cyprio mammarum vitia emendat: pici autem[y] resinæve, strumas et panos discutit. Prodest et phthisicis[z] linctu. Cum melle[5] [a] vetera ulcera ad cicatricem perducit: excrescentia erodit. Et ad bestiarum morsus utilis. Repugnantia[b] curationi, ac suppurata siccat. Fit et cataplasma ex eo podagricis,[6] [c] mixto fabæ lomento.

XXIX. (XVIII.) Idem Theophrastus[d] et Mucianus esse

§ *Est ejusdem lapidis quod flos appelletur, nempe farina mollis, &c.*

fuit Vet. Dalec. *fuerat* alii ap. Dalec.—3 Cod. Dalec. *nudentur.*—4 Idem codex, *farina ex eo quædam mollit perinde efficax.*—5 Cod. Dalec. *lincta cum melle. Vetera, &c.* quamvis apud Diosc. sic ut hic legatur.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *podagris* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

X. *De Chernite, de poro. De lapidibus osseis, &c.* Quo ex loco apparet non existimasse Plinium a sarcophago differre Assium lapidem, ut Salmasius in Solin. p. 1203. et Dalecampius censuere.

[u] *Podagras*] Diosc. v. 142. Celsus IV. 24. 'Lapis etiam, qui carnem exedit, quem σαρκοφάγον Græci vocant, excisus sic ut pedes capiat, demissos eos, cum dolent, retentosque ibi, levare consuevit: ex quo in Asia lapidi Asio gratia est.'

[v] *In vase*] Sic etiam Mss. omnes. Solium, loculum, πύελον Dioscorides appellat, loc. cit. Salmasius ἀεροβατεῖ, cum *embasi ex eo cavatæ* legit.

[w] *Ejusdem lapidis*] Vide Notas et Emend. num. 20.

[x] *Est autem similis*] Flos ille lapidis Assii colore pumicem refert. Diosc. loc. cit.

[y] *Pici autem*] Diosc. loc. cit.

[z] *Prodest et phthisicis*] Diosc. loc. cit. 'Εκλειχόμενον δὲ τὸ ἄνθος μετὰ μέλιτος φθισικοὺς ὠφελεῖ.

[a] *Cum melle*] Diosc. loc. cit. Πληροῖ δὲ καὶ τὰ κοῖλα τῶν ἑλκῶν . . . σὺν μέλιτι.

[b] *Repugnantia*] *Vetera, et cicatrici repugnantia ulcera:* τὰ παλαιὰ, καὶ δυσκατούλωτα ἕλκη, Diosc. loc. cit.

[c] *Fit et .... podagricis*] Sic Reg. 2. et alii, non *podagris.* Diosc. loc. cit. Καὶ ποδαγρικοῖς ἐν καταπλάσμασι μετὰ ἐρέγμου.

[d] *Idem Theophrastus*] Adde Democritum apud Albertum M. Miner. I. 1. 4. E recentioribus Cardanum, et alios. Clarius vero Rueus de Gemmis I. 1. ubi relatum sibi ab integerrimæ fidei hominibus ait, duos sibi domi esse ex avita hæreditate adamantes, qui alios subinde gignant, plane ut intuentes congenerem sibi prolem eniti illos putent: aëre fortassis circumfuso, vi quadam adamanti ei ingenita, in aquam primum

Digitized by Google

aliquos lapides qui pariant credunt. Theophrastus auctor est[e] et ebur fossile[1] candido et nigro colore inveniri, et ossa e terra nasci, invenirique lapides osseos. Palmati[c] circa Mundam in Hispania, ubi Cæsar dictator Pompeium[f] vicit, reperiuntur; idque, quoties fregeris. Sunt et nigri, quorum auctoritas venit in marmora,[d 2] sicut Tænarius.[g] Varro nigros ex Africa firmiores[3] esse tradit, quam in Italia. E diverso albos tornis duriores, quam Parios. Idem Lunensem silicem serra secari: at Tusculanum dissilire igni.[h] Sabinum fuscum addito oleo etiam lucere. Item molas versatiles[i] Volsiniis inventas, aliquas et sponte motas invenimus in prodigiis.

XXX. Nusquam hic utilior, quam in Italia, gignitur: lapisque, non saxum, est.[e 1] In quibusdam vero provinciis omnino non invenitur. Sunt quidam in eo genere molliores, qui et cote lævigantur, ut procul intuentibus ophitæ[j] videri possint. Neque est alius firmior: quando et lapidis natura, ut lignum, similiter imbres[2] Solesque aut hyemes non patitur, in aliis atque aliis generibus. Sunt qui et Lunam non tolerent, et qui vetustate rubiginem trahant, coloremve candidum oleo mutent.

[c] *Qui palmæ intus fracti effigiem referant.*
[d] *Tantam habent in ædificiis auctoritatem, quantam ipsa marmora.*
[e] *Nusquam lapis molaris utilior .... lapisque sectilis est, non saxi duritia.*

CAP. XXIX. 1 *Idem T. et Mutianus auctores sunt esse a. l. qui partum reddunt. Theophrastus ebur fossile* cod. Dalec.—2 Vet. Dalec. *inter marmora.*—3 Cod. Dalec. *nigriores.*

CAP. XXX. 1 Cod. Dalec. *autem util. quam Ital. gignitur lapis, qui saxum non est.* Mox, in eodem: *meliores, qui et cote lavantur.*—2 Cod. Dalec. *na-*

NOTÆ

transmutato, mox indurato in adamantem.

[e] *Theophrastus auctor est*] Περὶ λίθων, pag. 8.

[f] *Pompeium*] Cneium Pompeii M. filium, ut diximus III. 3.

[g] *Sicut Tænarius*] De Tænariis lapicidinis vide Strab. lib. VIII. pag. 367.

[h] *At Tusculanum dissilire igni*] Sic in igne crepitat, quem Galli *Ardoësam* appellant, parantque fere ad tegularum usum. Frequens in Aremoricis Britonibus, Andegavisque.

[i] *Item molas versatiles*] Quarum circumactu cultri ac novaculæ acuuntur.

[j] *Ophitæ*] Marmoris genus illud est, de quo superius, cap. 11.

Digitized by Google

(XIX.) Molarem quidam[k] pyriten vocant, quoniam sit[l] plurimus ignis illi: sed est alius[m] etiamnum pyrites similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt, et in metallis, quæ sunt circa Acarnaniam, unum argenteo[n] colore, alterum aureo. Coquuntur varie:[o] ab aliis iterum tertioque in melle, donec consumatur liquor: ab aliis pruna prius, dein melle, et postea lavantur, ut æs. Usus eorum[3] [p] in medicina excalfacere, siccare, discutere, humorem extenuare, duritias nimias mollire. Utuntur et crudis tusisque ad strumas atque furunculos. Pyritarum[q] etiamnum aliqui genus unum faciunt, plurimum habens ignis, quos vivos appellamus, et ponderosissimi[4] sunt. Hi exploratoribus castrorum maxime necessarii, qui clavo vel altero lapide percussi scintillas edunt: quæ exceptæ sulfure aut fungis aridis, vel foliis, dicto celerius ignem trahunt.[5] [r]

tura, ligno similis imbres.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Ususque eorum* Gronov. et vulgg. Mox, *discutere* deest in cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *ii ponderosissimi.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sulphuratis præbent* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

[k] *Molarem quidam*] Plinii editores ab iis verbis novum caput auspicati, titulum præfixere, *De curalio vel pyrite*, quo fingi nihil absurdius potuit. Videre illi in quibusdam exemplaribus, extrita priore litera, *olarem quidam*; mox, aliis permutatis, *curalium* ibi latere commenti sunt. Nihil habet ejusmodi germanus Plinii index: *De molaribus lapidibus*: de quibus nempe dictum est proxime: 'Pyrites, medicinæ ex eo,' &c.

[l] *Quoniam sit*] Πυρίτης λίθος appellatur lapis quilibet, ex quo ignis excutitur.

[m] *Sed est alius*] Diosc. v. 143. Πυρίτης εἶδός ἐστι λίθου, ἀφ' οὗ χαλκὸς μεταλλεύεται· ληπτέον μέντοι τὸν χαλκοειδῆ, κ. τ. λ. *Pyrites lapidis genus est, ex quo æs conflatur: eligi debet æris similitudine, &c.*

[n] *Unum argenteo*] Aëtius II. 20. p. 51. ex Ms. Græco: Ὁ πυρίτης ὀνομαζόμενος, ἐοικὼς ἀργύρῳ τὴν χροιὰν, κ. τ. λ.

[o] *Coquuntur varie*] Hi cocturæ modi latius a Dioscoride exponuntur v. 143.

[p] *Usus eorum*] Diosc. loc. cit. Δύναμιν δὲ ἔχει κεκαυμένος καὶ ὠμὸς θερμαντικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς ὄψεσι, διαφορητικήν τε καὶ πεπτικὴν σκληρωμάτων. *Vis est usti crudique excalfacere, abstergere, offusam oculis caliginem expurgare, duritias et discutere et maturare.* In Mss. *Et duritias inius vertere.* Forte, *intus.* Theod. Priscianus I. 9. ubi de furunculis, strumis, duritiisque maturandis: 'Hoc,' inquit, 'lapis molaris facit, tusus et cribellatus, et resinæ commixtus.'

[q] *Pyritarum*] Isidorus Orig. XVI. 4. Hoc pyritarum genus, seu ignia-

Digitized by Google

XXXI. Ostracitæ[a] similitudinem testæ habent. Usus eorum pro pumice ad lævigandam cutem. Poti sanguinem[b] sistunt: et illiti[c] cum melle ulcera, doloresque mammarum sanant.

Amiantus[d] alumini similis, nihil igni deperdit. Hic veneficiis[e] resistit omnibus, privatim magorum.

XXXII. Geoden[f] ex argumento appellant, quoniam complexus[1] est terram, oculorum medicamentis utilissimum: item mammarum ac testium vitiis.

CAP. XXXII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *amplexus* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

riorum lapidum, *pierres à feu, pierres à fusil*, vulgus vocat. Vide Scaligerum Exercit. XVI. pag. 77.

[1] *Ignem trahunt*] Sic Mss. non *ignem præbent*, ut editi. Ignem trahere, scite dicitur, pro excipere, concipere. Sic XII. 14. ‘ juniperi baccæ piperis vim mire trahere’ ac transferre in se dicuntur. VII. 15. ‘Dentes candorem trahunt.’ XII. 27. celeriter situm trahens,’ hoc est, contrahens. Et XIV. 27. ‘ vinum odorem trahit.’ Iterumque cap. 19. ‘ Mira vitium natura, saporem alienum in se trahendi.’ Plura vide in Indice.

[a] *Ostracitæ*] Totidem verbis Diosc. v. 165. *Λίθος ὀστρακίτης ὁμοιός ἐστιν ὀστράκῳ, πλακώδης καὶ εὔσχιστος, ᾧ χρῶνται ἀντὶ κισσήρεως πρὸς τριχῶν ἄρσιν αἱ γυναῖκες. Ostracites testæ similitudinem habet, crustosus, et in laminas fissilis, quo mulieres ad pilos amovendos pro pumice utuntur.* Ὄστρακον Græcis testa dicitur.

[b] *Poti sanguinem*] Potu eo sisti menses fœminarum ait Diosc. loc. cit.

[c] *Et illiti*] Totidem verbis Diosc. loc. cit.

[d] *Amiantus*] Diosc. v. 156. *Ἀμίαντος λίθος γεννᾶται μὲν ἐν Κύπρῳ, στυπτηρίᾳ σχιστῇ ἐοικώς· ὃν ἐργαζόμενοι ὑφάσματα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ ὄντος ἱμαντώδους πρὸς θέαν· ἃ βληθέντα εἰς πῦρ, φλογοῦνται μὲν, λαμπρότερα δὲ ἐξέρχονται, μὴ κατακαιόμενα. Amiantus lapis in Cypro nascitur, scissili alumini similis, e quo elaborato, utpote flexili, telas spectaculi gratia texunt: quæ ignibus injectæ ardent quidem, sed flammis invictæ splendidiores exeunt.* Et hinc efficta quondam ellychnia crediderim, quæ nihil igne deperderent. Anastasius in S. Sylvestro, pag. 19. ‘Ubi candela est, ... nixum vero ex stipa amianti.’ Lege, ‘ myxum vero ex stupa amianti.’ Rob. Constantinus, v. Στυπτηρία, putat esse alumen plumosum officinarum. *Alun de plume.*

[e] *Hic veneficiis*] Isidorus Orig. XVI. 4.

[f] *Geoden*] Habet is ex re ipsa nomen, nempe ex *terra.* Græci γῆν vocant, quam intra se complectitur. Diosc. v. 169. *Λίθος γεώδης στύφει, ξηραίνει, ἀποκαθαίρει τὰ ἐπισκοτοῦντα τοῖς ὀφθαλμοῖς· καταχρισθεῖσα δὲ μεθ' ὕδατος μαστῶν καὶ ὄρχεων παύει φλεγμονάς.* Hujus icones varias exhibet Aldrovandus de Metall. IV. 5. pag. 591.

Digitized by Google

XXXIII. Melitites[g] lapis succum remittit dulcem mellitumque. Tusus et ceræ mixtus,[1] eruptionibus pituitæ, maculisque corporis medetur, et faucium exulcerationi. Epinyctidas tollit, et vulvarum dolores impositus velleri.

XXXIV. Gagates lapis[h] nomen habet loci et amnis Gagis Lyciæ. Aiunt et in Leucolla[i] expelli mari, atque intra[1] XII. stadia[j] colligi. Niger est,[k] planus, pumicosus, non multum a ligno differens, levis, fragilis: odore, si teratur, gravis. Fictilia[l] ex eo inscripta non delentur. Cum uritur,[m] odorem sulfureum reddit. Mirumque,[n] accenditur aqua, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita,[2][o] recreatque vulvæ[p] strangulationes. Deprehendit sonti-

CAP. XXXIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *mellitumque tusus. Et ceræ mistus* Gronov. et al. vett.

CAP. XXXIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *infra* Gronov. et

NOTÆ

g *Melitites*] Μελιτίτης λίθος Diosc. v. 151. Locum hunc Isidorus exscripsit, Orig. XVI. 4. Sed apud eum mendose *melantes* pro *melitites*.

h *Gagates lapis*] Nomen habet a Gage urbe Lyciæ, de qua v. 28. et ab amne præterfluente. Diosc. v. 146. Καλεῖται δὲ ὁ τόπος καὶ ὁ ποταμὸς Γάγας, παρ' οὗ τῷ στόματι εὑρίσκονται οὗτοι οἱ λίθοι. *Vocatur autem Gagas et locus et amnis, ad cujus ostium id genus lapidum invenitur.* Ambram nigram esse censet Aldrovandus de Metall. III. 19. pag. 418. Cardanum et alios secutus. Paleas eo attrahi auctor est Marbod. de Lapid. Pret. cap. 29. 'Vicinas paleas trahit attritu calefactus.' Sic et Albertus M. de Miner. II. 2. 7. de gagate: 'Confricatum autem trahit paleas, et incensum ardet sicut thus.'

i *Aiunt et in Leucolla*] Promontorium id, oppidumque Pamphyliæ, de quo v. 26.

j *Intra XII. stadia*] M. D. pass.

k *Niger est*] Diosc. loc. cit. Μέλας δὲ κοινῶς ὑπάρχει καὶ αὐχμηρὸς, ἔτι δὲ πλακώδης καὶ κοῦφος ἄγαν. *Est autem niger plerumque, et squalidus, prætereaque crustosus, et perquam levis.*

l *Fictilia*] Isidorus Orig. XVI. 4.

m *Cum uritur*] Diosc. loc. cit. odorem bituminis accenso eo reddi ait. Sulfureum, auctor libri de Simp. Med. ad Patern. tom. XIII. operum Galeni, pag. 993.

n *Mirumque*] Solinus c. 22. p. 43. Isidorus loc. cit. Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 29. de gagate: 'Ardet aqua lotus, restinguitur unctus olivo. Per suffumigium muliebria menstrua reddit. Accensus prodit fumi nidore caducos,' &c.

o *Fugat serpentes ita*] Hoc est, cum uritur, nidore suo. Isidorus loc. cit. et Diosc. v. 146. Item auctor Kiranidum lib. II. p. 75. Hausere a Nicandro omnes, in Theriac. pag. 3. Vide et ejus Scholiasten, pag. 7.

p *Recreatque vulvæ*] Diosc. v. 146.

Digitized by Google

cum[q] morbum, et virginitatem[r] suffitus. Idem ex vino decoctus dentibus medetur,[s] strumisque[t] ceræ permixtus.[3] Hoc dicuntur uti magi in ea, quam vocant axinomantiam:[u] et peruri negant,[v] si eventurum sit, quod aliquis optet.

XXXV. Spongiæ[a] lapides inveniuntur in spongiis, et sunt nativi. Quidam eos tecolithos[b] vocant, quoniam vesicæ medentur: calculos[1] rumpunt in vino poti.

XXXVI. Phrygius lapis[c] gentis nomen habet. Est autem gleba pumicosa.[d] Uritur[e] ante[1] vino perfusus, flaturque

vulgg.—2 Vox *ita* deest in cod. Dalec. *serpentes nidore* Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *cum cera perimit.*

CAP. XXXV. 1 Vet. Dalec. *medentur et calculos.*

NOTÆ

[q] *Sonticum*] Hoc est, epilepticum, seu comitialem. Nam suffitu prodit eos qui sunt ei morbo obnoxii: statim enim correpti eo cadunt. Diosc. loc. cit. *Ἔστι δὲ καὶ ἐπιληπτικῶν ἔλεγχος ὑποθυμιαθεὶς, κ. τ. λ.* Aëtius item, II. 34. pag. 53. Isidorus loc. cit. Apuleius in Apologia. Theodorus Priscianus lib. IV. 'Latentes epilepticos gagatis lapidis admotum fumigium semper repentinis casibus publicavit.'

[r] *Et virginitatem*] Isidorus loc. cit. Albertus M. de Mineral. II. 2. 7. pag. 231. de Gagate: 'Aiunt autem de expertis esse, quod si colatura, et ejus lotura, cum rasura, detur virgini, bibita retinebit eam, quod non minget. Si autem non est virgo, statim minget: et sic debet probari an aliqua sit virgo.' Hoc ipsum recentiores de ambra nigra prædicant.'

[s] *Dentibus medetur*] 'Fluidos firmat dentes, ut aiunt,' inquit Albertus loc. cit. Marbod. item loc. cit. 'Et dilutus aqua dentes firmat labefactos.'

[t] *Strumisque*] Aëtius loc. cit.

[u] *Axinomantiam*] Sic libri omnes etiam Mss. *Ἀξινομαντεία divinatio* est, quæ fit *securibus*, ut dictum est XXX. 5. Salmasius in Solin. pag. 252. inauditum Magis divinationis genus comminiscitur, quod in hunc Plinii locum obtrudat, spreta lectione vetere, *καυσιμομαντείαν*.

[v] *Et peruri negant*] Alio scilicet a superiore illo divinationis genere, quocumque id demum nomine appellari oporteat.

[a] *Spongiæ*] Diosc. v. 153. *Λίθοι οἱ ἐν τοῖς σπόγγοις εὑρισκόμενοι, σὺν οἴνῳ ποθέντες, τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτουσιν.*

[b] *Quidam eos tecolithos*] Τηκολίθους, quod lapides in vesica rumpunt, et atterunt, ut ex Diosc. diximus. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 258. non vesicæ, sed renum calculos rumpi eo ait.

[c] *Phrygius lapis*] Isidorus Orig. XVI. 4. 'Phrygius lapis ex loco traxit vocabulum: nascitur enim in Phrygia,' &c. Et in Cappadocia nasci tradit Diosc. v. 41.

[d] *Est autem gleba pumicosa*] Pumicum instar, *modice ponderosus, corporis compage minime solida, μέσως βαρὺς, οὐκ εὔτονος τῇ συγκρίσει τοῦ σώματος,* Diosc. loc. cit.

[e] *Uritur*] Totidem verbis hæc Diosc. et Isidorus locis cit.

Digitized by Google

follibus, donec rubescat, ac rursus dulci vino extinguitur, et hoc ternis[1] vicibus, tingendis vestibus[f] tantum utilis.

XXXVII. (XX.) Schistos et hæmatites cognationem habent.[g] Hæmatites invenitur in metallis: ustus minii[h] colorem imitatur. Uritur,[i] ut Phrygius, sed non restinguitur vino. Adulteratum schisto hæmatiten discernunt venæ rubentes, et friabilis natura.[1] Oculis[j] cruore suffusis mire convenit.[2] Sistit[k] profluvium mulierum potus. Bibunt eum[l] et qui sanguinem rejecerunt, cum succo Punici mali. Et in vesicæ[m] vitiis efficax.[3] Bibitur[n] et in vino contra serpentium ictus. Infirmior[o] ad omnia hæc eadem est, quem schiston appellant. Sed in iis[p] commodior[4] croco

CAP. XXXVI. 1 Cod. Dalec. *autem.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et hoc trinis* Gronov. et vulgg.

CAP. XXXVII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Adulteratur schisto. Hæmatiten discernunt .... friabilis est natura* Gronov. et vulgg. *est* deest in cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *congruit.*—3 *Sanguinis rejectionibus cum succo Punici mali, vesicæ vitiis efficax* cod. Dalec.—4 *In iis commendatior* cod. Dalec. Mox, *clarius splendet* Vet. Dalec.

NOTÆ

[f] *Tingendis vestibus*] Diosc. loc. cit. *Λίθος Φρύγιος, ᾧ οἱ βαφεῖς ἐν Φρυγίᾳ χρῶνται. Phrygius lapis, quo infectores in Phrygia utuntur.* Sed et ad alios usus Græci Medici lapidem eum asciscunt: Diosc. loc. cit. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. IX. pag. 256. et alii.

[g] *Cognationem habent*] Quare et hæmatites schisto adulteratur. Diosc. v. 144. moxque ipse Plinius. A colore sanguineo, quem reddit is cum teritur, nomen accepit, teste Aëtio II. 13. p. 50. Nec schiston recentiorum ulli, nec hæmatiten norunt.

[h] *Ustus minii*] Diosc. loc. cit. *τοῦ κινναβάρεως.*

[i] *Uritur*] Diosc. loc. cit.

[j] *Oculis*] Diosc. loc. cit. totidem verbis: Galenus de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 254. et 255. et Marbod. de Lap. Pret. I. 36. de hæmatite.

[k] *Sistit*] Diosc. et Morbod. locis cit.

[l] *Bibunt eum*] Diosc. et Galenus locis cit. et Marbodeus: 'Ejus ramentis si glarea mixta sit ovi, Succo dilutus quem Punica mala remittunt, Vel resolutus aqua, juvat hos qui sanguinis ore Grumos emittunt,' &c.

[m] *Et in vesicæ*] Diosc. et Marbod. locis cit.

[n] *Bibitur et*] Marbodeus: 'Vino dilutus veteri, bibitusque frequenter, Serpentis morsus, vel quod fit ab aspide vulnus, Egregie curat.'

[o] *Infirmior*] Totidem verbis Diosc. v. 145. et Aëtius II. 14. p. 50. Galenus item loc. cit.

[p] *Sed in iis*] Sed e schistis lapidibus, inquit, ille probatior multo est, qui croci colorem æmulatur. Diosc. loc. cit. *Σχιστὸς δὲ λίθος...ἄριστος εἶναι δοκεῖ ὁ παρακροκίζων τῇ χρόᾳ, κ. τ. λ.*

Digitized by Google

similis, peculiarius splendet. Proficit[q] oculorum lacrymis in lacte muliebri: procidentesque oculos præclare cohibet. Hæc est sententia eorum, qui nuperrime scripsere.

XXXVIII. Sotacus[1] e vetustissimis auctoribus quinque genera hæmatitarum tradit, præter magnetem.[a] Principatum[2] dat ex iis Æthiopico, oculorum medicamentis utilissimo, et iis quæ panchresta[b] appellant:[3] item ambustis. Alterum androdamanta[c] dicit vocari, colore nigro, pondere ac duritia insignem, et inde nomen[d] traxisse, præcipueque in Africa repertum. Trahere autem in se[e] argentum, æs, ferrum. Experimentum ejus esse in cote ex lapide basanite.[f] Reddere enim succum[4] sanguineum, et esse ad jocineris vitia præcipui remedii. Tertium genus Arabici facit, simili duritie, vix reddentis succum ad cotem aquariam,[5][g] aliquando croco similem. Quarti generis elatiten[h] vocari, quamdiu crudus sit: coctum vero miltiten, utilem ambustis, ad omnia utiliorem rubrica.[i] Quinti generis

Cap. XXXVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sed Sotacus* Gronov. et vulgg.—2 *Principatumque* Vet. Dalec.—3 Idem Vet. *polychresta appellant.*—4 Cod. Dalec. *colorem.*—5 Voc. *aquariam* deest in cod. Dalec.—

NOTÆ

Idemque commodior, mitior, in usu jucundior, πραότερος, inquit Galenus loc. cit. p. 255.

[q] *Proficit*] Diosc. loc. cit.

[a] *Præter magnetem*] Præter id magnetis genus, quod hæmatiten pariter appellari superius dictum est cap. 25.

[b] *Quæ panchresta*] Πάγχρηστα, perbenigna, prorsus utilia.

[c] *Alterum androdamanta*] Locum hunc plane ad verbum exscripsit Isidorus Orig. XVI. 4.

[d] *Et inde nomen*] Quod hominum conatus in frangendo domet, ἀνδροδάμας.

[e] *Trahere autem in se*] Ut ferrum a magnete trahitur. Isidorus loc. cit.

[f] *In cote ex basanite*] Qui lapis nullum ex se succum aut colorem remittit. Pro cote mortarium dicere Plinium debuisse, contendit Salmasius in Solin. p. 1333. Frustra: tum quod ex attrito ad cotem lapide haud secus reddi succus intelligatur, quam ex eodem, si teratur in mortariis: tum quod ipsa mortaria cotes appellari recte possint, quod ex cote fiunt. Unde XXXVII. 54. de achate: 'Medici coticulas inde faciunt.'

[g] *Ad cotem aquariam*] Quæ aqua aspergitur.

[h] *Elatiten*] Qui colorem habet ἐλάτης, hoc est, *abietis:* ut miltites, μίλτου, hoc est, *rubricæ.*

[i] *Utiliorem rubrica*] Cujus vires in medicina superius proditæ XXXV. 14.

Digitized by Google

schiston,[6] hæmorrhoidas reprimentem. In totum autem hæmatitas omnes tritos in oleo trium drachmarum pondere a jejunis sumendos, ad vitia sanguinis. Idem auctor schiston alterius generis quam hæmatiten[j] tradit, quem vocant[7] anthraciten.[k] Nasci in Africa nigrum, attritum[8] aquariis cotibus reddere ab ea parte, quæ fuerit ab radice,[*] nigrum colorem; ab altera, croci. Ipsum utilem esse oculorum medicamentis.

XXXIX. (XXI.) Aëtitæ[1] lapides ex argumento nominis magnam famam habent. Reperiuntur[l] in nidis aquilarum, sicut in decimo[m] volumine diximus. Aiunt binos inveniri, marem et fœminam. Nec sine iis parere, quas diximus,[n] aquilas: et ideo binos tantum.[o] Genera eorum quatuor.[p] In Africa nascentem pusillum ac mollem, intra se et velut in alvo habentem argillam suavem, candidam: ipsum friabilem, quem fœminei sexus putant. Marem autem, qui in Arabia nascitur, durum, gallæ similem, aut subrutilum, in alvo habentem durum lapidem.[2] Tertius in Cypro invenitur, colore illis in Africa nascentibus similis, amplior tamen atque dilatatus: ceteris enim globosa facies. Habet in

[*] *Ab humo cui lapis hæret.*

6 Cod. Dalec. *schistos.* Mox, *reprimit.* *Ejus in totum vis omnis strumas sanare. Tritus in oleo trium drachmarum pondere, et a jejunis bibitus sanat vitia sanguinis. Idem a. s. et alterius, &c.* in eodem codice.—7 Vet. Dalec. *quem vocat.*—8 Cod. Dalec. *tritum.*

CAP. XXXIX. 1 *Ætites lapis etiam argumento, &c. habet.* *Reperitur* cod. Dalec. *Ætites lapides, &c.* edd. vett. et Gronov.—2 Cod. Dalec. *duritiam*

NOTÆ

[j] *Quam hæmatiten*] Supra dictum cap. 37. nam et ipse suo modo σχιστὸς, hoc est, *scissilis* est, quod per venarum longiusculos ductus diffringitur. Diosc. v. 144.

[k] *Anthraciten*] Qui *carbonum*, ἀνθράκων, colorem imitatur.

[l] *Aëtitæ*] Totidem verbis hæc Isidorus Orig. XVI. 4. Nomen habet ab ἀετοῖς, hoc est, ab *aquilis*, quarum in nido reperitur.

[m] *Sicut in decimo*] Lib. X. cap. 4.

[n] *Quas diximus*] Loco proxime citato, his verbis: 'Tribus primis, et quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis aëtites,' &c. Vide Philostr. de Vita Apollonii II. 7. p. 74.

[o] *Et ideo binos tantum*] Lib. X. c. 4. 'Excludunt pullos binos: visi sunt et tres aliquando.'

[p] *Genera eorum quatuor*] Duo priora Isidorus agnoscit, Orig. XVI. 4.

Digitized by Google

alvo arenam jucundam et lapillos: ipse tam mollis, ut etiam digitis frietur. Quarti generis Taphiusius appellatur, nascens juxta Leucadem, ubi est mons[q] Taphius, qui locatus est dextra navigantibus ad Leucadem.[3] Invenitur in fluminibus candidus et rotundus.[4] Huic est in alvo lapis, qui vocatur callimus,[r] nec quicquam tenerius. Aëtitæ omnes[s] gravidis adalligati mulieribus, vel quadrupedibus, in pelliculis, sacrificatorum[5] animalium, continent partus,[t] non, nisi parturiant,[u] removendi: alioqui vulvæ excidium fit.[6][v] Sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt.

XL. Est lapis Samius[a] in eadem insula, ubi terram laudavimus,[b] poliendo auro utilis. Utilis[c] et in medicina ocu-

lapideam.—3 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in Taphiusa, qui locus est dextra navigantibus ex hac ad Leucadem* Gronov. et vulgg. *ubi mons Taphius, qui locatus est dextra n. ex hac ad Leucadem* cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *ac rubicundus.*—5 Vet. Dalec. *pelliculis uteri sacrificatorum.*—6 Gronov. et vulgg. *excidunt.*

NOTÆ

[q] *Ubi est mons*] Taphiassus collis, de quo diximus in Geographicis, IV. 3. Hunc locum ex fide codicis Colb. 3. repræsentamus: cum libri hactenus editi insulse hunc locum ita referant: *juxta Leucadem, in Taphiusa, qui locus est dextra navigantibus ex hac ad Leucadem.*

[r] *Callimus*] Κάλλιμος, *pulcherrimus*, a nomine κάλλος. Ita Reg. 2. probatioresque codices. Tamen in Colb. 3. *calainus:* sed, ut remur, mendose: quanquam lectionem eam avide Salmasius arripit, in Solin. pag. 713.

[s] *Aëtitæ omnes*] Aëtius II. 32. p. 53. post Diosc. V. 161.

[t] *Continent partus*] Solini paraphrasis, c. 37. p. 67. 'Spem uteri defendit a fluxibus abortivis.'

[u] *Non, nisi parturiant*] Nonnisi cum parturiunt removendi: tum vero maxime auferendi, alioqui vulva corrumpitur, retento diutius partu.

[v] *Vulvæ excidium fit*] Ita Reg. 2. non, ut vulgo, *vulvæ excidunt*, quanquam ita Isidorus Orig. XVI. 4. aliudque vulvæ vitium, quam procidentiam ejusdem, esse hoc intelligimus; cum et contineri partus adalligato lapide proxime dictum sit, tantaque vis in continendo statim significetur, ut, nisi parturientibus auferatur, omnino non pariant. Qui hunc locum ante nos intelligeret, ut alia plurima, vidimus neminem: qui trajectione, aut simili vitio laborare dicerent, sed desperatione ad id adacti, complures. Rem tamen ita se habere comprobatamque multis recentiorum Medicorum experimentis hanc lapidis aëtitæ vim, discere ex Schenckio possis, Observ. Medic. lib. IV. p. 647.

[a] *Est lapis Samius*] Isidorus Orig. XVI. 4. Diosc. V. 173. Εὑρίσκεται δέ τις ἐν τῇ Σαμίᾳ γῇ λίθος, ᾧ οἱ χρυσοχόοι χρῶνται πρὸς τὸ λεαίνειν καὶ στιλβοῦν.

[b] *Ubi terram laudavimus*] Lib. XXXV. cap. 53.

[c] *Utilis*] Diosc. loc. cit.

Digitized by Google

lorum ulceribus cum lacte, quo supra dictum est modo,[d] contra veteres lacrymationes. Prodest et contra[e] vitia stomachi potus: vertigines[1 f] sedat: mentes commotas restituit. Quidam et morbis comitialibus utiliter dari putant, et ad urinæ difficultates. Acopis etiam miscetur. Probatur gravitate[g] et candore. Vulvas[h] et partus contineri adalligato eo tradunt.

XLI. Arabus lapis,[i] ebori similis, dentifriciis accommodatur crematus. Privatim hæmorrhoidas sanat cum lanugine[j] linteorum, linteolis insuper impositis.

XLII. Non prætermittenda est et pumicum natura. Appellantur quidem ita et erosa saxa, in ædificiis, quæ musea vocant,[k] dependentia, ad imaginem specus arte reddendam: sed et ii pumices, qui sunt in usu corporum[l] lævigandorum

CAP. XL. 1 Cod. Dalec. *vertiginem.*

NOTÆ

[d] *Quo supra dictum est modo*] Hoc est, cum lacte muliebri: uti de schisto proxime dictum est, c. 37. 'Proficit oculorum lacrymis in lacte muliebri.'

[e] *Prodest et contra*] Diosc. loc. cit.

[f] *Vertigines*] Dioscorides hæc paulo obscurius, loc. cit. cum ait hanc inesse vim Samio lapidi, ut instrumenta sensuum adjuvet, et ab injuria vindicet.

[g] *Probatur gravitate, &c.*] Diosc. loc. cit. Διαφέρει δὲ ὁ λευκὸς, καὶ στιβαρός.

[h] *Vulvas*] Diosc. loc. cit. *Δοκεῖ δὲ καὶ ὠκυτόκιον εἶναι καὶ φυλακτήριος τῶν συνειληφυιῶν, περιαπτόμενος. Creditur et adalligatus accelerare partus, et conceptus fœminarum custodire.*

[i] *Arabus lapis*] Sic Mss. omnes, tum hoc loco, tum in Indice. Arabium Galenus vocat de Fac. Simp. Med. l. IX. p. 257. *Ὅ γε μὴν Ἀράβιος καλούμενος λίθος, ἐοικὼς ἐλέφαντι, ξηραντικῆς καὶ ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως.* Diosc. v. 149. *Ἀραβικόν.* Isidorus item XVI. 4. Arabum pro Arabico antiqui dixere: Ovidius in Epist. Sapphus, vs. 76. 'Non Arabo noster rore capillus olet:' hoc est, myrrha Arabica. Quæ porro de viribus Arabi lapidis produntur a Plinio, hæc verbis fere totidem Diosc. loc. cit. Qui porro sit lapis Arabicus, non satis constat.

[j] *Cum lanugine*] Hoc est, ut alibi dixit, cum linteolis concerptis. *Charpie.*

[k] *Quæ musea vocant*] Μουσεῖα, hoc est, *diversoria eruditorum.* Plinius Junior Epist. I. 9. 'O mare! o littus! verumque secretumque *μουσεῖον,* quam multa invenitis! quam multa dictatis!' Aliud longe est, quod Mosaicum opus appellamus, de quo nos alibi dicturi sumus: etsi placuisse aliter intelligo viris eruditis.

[l] *In usu corporum*] Pullulantem in corporibus pubertatem pumicibus eradebant. Martialis XIV. 205. 'Sit nobis ætate puer, non pumice, lævis.'

Digitized by Google

fœminis,[1] jam quidem et viris, atque (ut ait Catullus)[m] libris, laudatissimi sunt in Melo,[2] Nisyro,[n] et Æoliis insulis. Probatio[o] in candore minimoque[3] pondere, et ut quam maxime spongiosi aridique sint, ac teri faciles, nec arenosi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, siccare, tertia[4] ustione,[p] ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino restinguantur albo. Lavantur deinde, ut cadmia,[q] et siccati conduntur, quam minime[5] uliginoso loco. Usus farinæ[r] ejus oculorum maxime medicamentis: ulcera purgat eorum leniter,[6] expletque cicatrices, et emendat. Quidam tertia ustione refrigeratos[7] potius, quam restinctos,[s] terere malunt ex vino. Adduntur etiam ad malagmata, capitum verendorumque ulceribus. Utilissima[t] fiunt ex his dentifricia. Theophrastus auctor est potores in certamine

CAP. XLII. 1 Cod. Dalec. *sed et qui inopum turbis sunt in usu corp. lavandorum, et fœminis.* Mox, in eodem: *viris, ut invenio in Catulli libris.*—2 *Scyro* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *et in minimo.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *trina* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *minimum.*—6 Vet. Da-

NOTÆ

Hinc apud Plinium Juniorem II. 11. 'Homo comtus, et pumicatus.' Nam eo mollitiei, non dicam elegantiæ, devoluti erant, ut et manus, et alias corporis partes pumice sibi lævigarent. Ovid. Art. Am. I. 507. 'Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos, Nec tua mordaci pumice crura teras.' Martialis V. 42. 'Et pumicata pauperes manu monstras.'

[m] *Ut ait Catullus*] Carm. I. 'Quoi dono lepidum novum libellum, Arida modo pumice expolitum?' Quem in locum Muretus: 'Pellibus,' inquit, 'ut nunc fit, libri etiam olim integebantur: eæque pumice poliri ac lævigari solebant.' Lepide Martialis de bibliopola, apud quem libri ejus prostabant venales, I. 118. 'De primo dabit alterove nido Rasum pumice purpuraque cultum Denariis tibi quinque Martialem.'

[n] *In Melo, Nisyro*] Vide Notas et Emend. num. 21.

[o] *Probatio*] Totidem verbis Diosc. V. 125. et Oribasius lib. XIII. pag. 228.

[p] *Tertia ustione*] Post tertiam ustionem. Diosc. et Oribas. locis cit.

[q] *Ut cadmia*] De cujus lotione dictum est XXXIV. 22.

[r] *Usus farinæ*] Pumicis in tenuissimam farinam triti. Adhibetur a Diosc. ad purganda ea quæ pupillis offundunt caliginem: et ad explenda ulcera, perducendaque ad cicatricem.

[s] *Quidam .... refrigeratos*] Per se scilicet ac sponte refrigeratos potius, quam vino restinctos. In horum est numero Dioscorides loc. cit. et qui Dioscoridem fere sequitur, Oribasius.

[t] *Utilissima*] E farina pumicis. Κίσσηρις σμηκτικὴ ὀδόντων λεία. Diosc. loc. cit.

Digitized by Google

bibendi præsumere farinam eam,[8] sed nisi immenso potu impleantur, periclitari: tantamque[u] refrigerandi naturam esse, ut musta fervere desinant pumice addito.

XLIII. (XXII.) Auctoribus curæ fuere lapides mortariorum quoque, nec[1] medicinalium[a] tantum, aut ad pigmenta[b] pertinentium. Etesium[2][c] lapidem in iis prætulere ceteris, mox et Thebaicum, quem pyrrhopœcilon appellavimus:[d] aliqui psaronium[e] vocant. Tertium ex chalazio chrysiten.[f] Medici autem et basaniten. Hic enim lapis nihil ex sese remittit.[a] Ii autem lapides, qui succum reddunt, oculorum medicamentis utiles existimantur: ideoque Æthiopici maxime ad ea probantur. Tænarium vero lapidem et Pœnicum,[g] et hæmatiten iis medicamentis prodesse tradunt, quæ ex croco componantur: ex alio Tænario,[h] qui niger est, et ex Pario lapide, non æque medicis utilem: potiorem ex alabastrite Ægyptio, vel ex ophite albo.[3] Est enim hoc genus opitis, ex quo vasa etiam et cados faciunt.

XLIV. In Siphno[i] lapis est, qui cavatur, tornaturque in

[a] *Nullum succum ex sese remittit, cum teritur.*

lec. *leviter.*—7 Cod. Dalec. *extinctos.*—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ejus* Gronov. et al. vett.

CAP. XLIII. 1 *Nec* deest in cod. Dalec.—2 *Ephesiumque* Gronov. et al. ante Harduin.—3 *Alium vero Tænarium, qui niger est, et Parium lapidem non æque med. utilem: potiorem autem alabastriten Ægyptium, vel ophiten album* cod. Dalec.

NOTÆ

[u] *Tantamque*] Hoc pariter Diosc. loc. cit. totidem verbis ex Theophrasto, cujus ex Historiæ Plantarum libro nono, c. 18. hæc sunt repetita.

[a] *Nec medicinalium*] In quibus medicamenta pistillo teruntur.

[b] *Aut ad pigmenta*] Ad colores terendos. *Ζωγράφων θυΐαι.*

[c] *Etesium*] Ἐτήσιον. Vide Notas et Emend. num. 22.

[d] *Pyrrhopœcilon* [*pyropœcilon*] *appellavimus*] Sic Mss. recte, non *pyrrhopœcilon*. Egimus de ea voce cum Plinio cap. 13.

[e] *Aliqui psaronium*] Ψαρώνιον, hoc est, *variegati coloris*, a ψαρός. Hesychius: ψαροὶ, ποικίλοι, εἶδος χρώματος. ψάρον, ποικίλον, σποδοειδές.

[f] *Ex chalazio chrysiten*] Qui grandinum colorem imitatur aureis intervenientibus punctis. In Indice similiter, *Etesius lapis, Thebaicus, Chalazius.* Χάλαζα *grandinem*, χρυσὸς *aurum* sonat.

[g] *Et Pœnicum*] Punicum, Carthaginiensem.

[h] *Ex alio Tænario*] Succum subintellige, ex alio Tænario lapide, qui niger est.

[i] *In Siphno*] Σίφνιον ποτήριον Stephano, verbo Σίφνος.

Digitized by Google

vasa coquendis cibis utilia, vel ad esculentorum usus: quod in Comensi Italiæ lapide viridi accidere scimus. Sed in Siphnio[j] singulare, quod excalfactus oleo nigrescit, durescitque, natura mollissimus. Tanta qualitatum differentia est. Nam mollitiæ et trans Alpes præcipua sunt exempla. In Belgica provincia candidum lapidem[k] serra, qua lignum, faciliusque etiam, secant, ad tegularum et imbricum vicem: vel si libeat, ad quæ vocant pavonacea[l] tegendi genera: et hi quidem sectiles sunt.[1]

XLV. Specularis vero[m] (quoniam et hic lapis nomen obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues crustas. Hispania[n] hunc olim citerior tantum dabat, nec tota, sed intra centum millia passuum circa Segobricam urbem: jam et Cypros, et Cappadocia,[o] et Sicilia, et nuper[1] inventum Africa: postferendos omnes tamen Hispaniæ, et Cappadociæ,[p] mollissimis et amplissimæ magnitudinis, sed

CAP. XLIV. 1 *Et iidem sectiles sunt* cod. Dalec. *et igne quidem durati iidem sectiles sunt* Vet. Dalec. et Paris.

NOTÆ

j *Sed in Siphnio*] Isidorus totidem verbis Orig. XVI. 4. Plinium secutus, ut Plinius Theophrastum *περὶ λίθων*, pag. 9.

k *In Belgica... candidum lapidem*] In Picardia *Pierre franche* vulgus appellat.

l *Pavonacea*] Tecta scilicet e lapide fissili, in squamam secto et composito, in pavonum caudæ similitudinem picto: quem morem et in viridi lapide, qui sectilis est, (ardoësam vocant, de qua nos egimus XVI. 15.) observant etiam nostrates. Pannum pavonatilem dixit ætas sequior, pro variegato in pavonum caudæ speciem. Vide D. Du Cange, in Glossario.

m *Specularis vero*] Nomen hic lapis invenit a natura tralucente. Quadræ ex eo fiebant, sive orbes, fenestris inserti, ad immittendam lucem, ad ventos excludendos, ad vicem et usum vitreorum. Nunc sitne in notitia, nescio: in usu certe non est: at olim in frequenti, qui Augusti fere temporibus cœpit. Seneca Epist. LX. 'Quædam nostra demum prodiisse memoria scimus, ut speculariorum usum perlucente testa clarum transmittente lumen.' Λίθος σπεκλάριος a Basilio dicitur, Homil. III. in Hex. pag. 34. Vide Licetum de Quæsitis per Epist. lib. I. pag. 117. Adi, si lubet, et Matthæum Sylvaticum, cap. 479.

n *Hispania*] Hæc pariter Isidorus Orig. XVI. 4.

o *Et Cappadocia*] De speculari lapide Cappadocio vide Strabonem lib. XII. pag. 540.

p *Et Cappadociæ*] Subintellige, lapidibus. Locum hunc uti edidimus, sic typi omnes, manuscriptique pro-

Digitized by Google

obscuris.[2] Sunt et in Bononiensi[q] Italiæ parte breves, maculosi, complexu silicis alligati, quorum tamen appareat[3] natura similis eis, qui in Hispania puteis effodiuntur profunda altitudine. Necnon et saxo inclusus sub terra invenitur, extrahiturque, aut exciditur. Sed majori parte fossili natura, absolutus segmenti modo,[a] nunquam adhuc quinque pedum longitudine amplior.[4] Humorem hunc terræ quidam autumant crystalli modo glaciari. Et in lapidem concrescere manifesto[5] apparet, quod cum feræ decidere in puteos tales, medullæ in ossibus earum post unam hyemem in eandem lapidis naturam figurantur.[6] Invenitur et niger aliquando. Sed candido natura mira, cum sit mollitia nota, perpetiendi Soles rigoresque:[7] nec senescit, si modo injuria, non arsit,[8] cum hoc etiam in cæmentis multorum generum accidat. Invenere et alium usum in ramentis quoque, Circum maximum[9] ludis Circensibus sternendi, ut sit in commendatione candor.

XLVI. Nerone principe in Cappadocia repertus est[a] lapis duritia marmoris, candidus atque translucens, etiam qua parte fulvæ inciderant venæ, ex argumento phengites[b]

[a] *A saxo terraque tenui vena seu rima divisus, et tanquam resectus.*

CAP. XLV. 1 Vet. Dalec. *et quod nuper.*—2 Cod. Dalec. *præferendum tamen omnibus ex Hispania et Cappadocia mollissimum et maximum, sed obscurum;* al. ap. eundem, *et maximis, sed obscuris.*—3 Cod. Dalec. *maculoso complexu, &c. apparet.*—4 Cod. Dalec. *inclusi sub ter. inveniuntur, extrahunturque aut exciduntur, sed m. p. f. n. absoluti, &c. longitudine ampliores.*—5 Cod. Dalec. *glaciari et in lap. concrescere. Hoc manifesto.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tales, medullæ in ossibus earum apparent in eandem l. naturam, &c. figuratæ* cod. Dalec. *tales, et medullæ ex ossibus earum in e. l. n. post unam hiemem figurantur* Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *solis rigorisque* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *injuria absit* Gronov. et vulgg. Mox, *cæmenti multis generibus accidat* Vet. Dalec.—9 Voc. *maximum* deest in Vet. Dalec. *maxime, &c. ut sit commendatione hac carior. Sub Nerone, &c.* cod. Dalec.

NOTÆ

batissimi repræsentant, Reg. 2. et alii. In quibusdam tamen, sed sane mendose, legas: *Præferendum tamen omnibus Hispania.... sed obscurum.* Qua, quæso, dote specularis lapis commendari possit, si sit obscurus, nec idem tamen mollis aut amplus?

[q] *Sunt et in Bononiensi*] Hunc esse quem Talcum appellant, credimus.

[a] *In Cappadocia repertus est*] Isidorus Orig. XVI. 4.

[b] *Ex argumento phengites*] Ex re

Digitized by Google

appellatus. Hoc construxerat [1][c] ædem Fortunæ, quam Seiam [d] appellant,[2] a Servio rege [e] sacratam, aurea domo [f] complexus. Quare etiam foribus opertis [3][g] interdiu claritas ibi diurna erat, alio [4] quam specularium modo,[h] tanquam inclusa luce, non transmissa.

In Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo utuntur pro specularibus, Juba auctor est.

XLVII. Nunc ad operarios lapides transisse conveniat,[1] primumque cotes ferro acuendo. Multa earum genera: Creticæ diu [i] maximam laudem habuere: secundam Laconicæ ex Taygeto monte, utræque oleo indigentes. Inter aquarias [j] Naxiæ laus maxima fuit, mox Armeniacæ, de quibus diximus.[k] Ex oleo et aqua Ciliciæ pollent, ex

Cap. XLVI. 1 *Hoc construxit* cod. Dalec.—2 *Sejani appellatione dicebat* cod. Dalec. *Seiam appellatione dicebat* Lil. Gyr. Syntag. pag. 414.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Lil. Gyrald. l. l. *non opertis* Vet. Dalec. *apertis* Gronov. et vulgg.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *haud alios* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

ipsa. Nam φέγγος splendorem sonat. Meminit hujus lapidis Tranquillus in Domitiano, cap. 14. his nempe verbis: 'Tempore quoque suspecti periculi appropinquante, solicitior in dies porticuum, in quibus spatiari consueverat, parietes phengite lapide distinxit, e cujus splendore per imagines quicquid a tergo fieret provideret.'

[c] *Hoc construxerat*] Nero scilicet, quo principe is inventus est lapis, quique aurea sua domo hanc ædem complexus dicitur, hoc lapide ædem construxit.

[d] *Quam Seiam*] Sic libri omnes, etiam Mss. Gruteri inscriptio, pag. 79. SIEIAE. FORTVNAE. mendose, credo, pro *Seiæ*. Seiam Deam a serendo dictam vidimus supra XVIII. 2.

[e] *A Servio rege*] De hac æde Fortunæ a Servio Tullio dedicata Livius sub finem lib. x. pag. 187. Fortunæ Brevi sacratam ait Plutarchus in Quæst. Rom. pag. 281. Διὰ τί Μικρᾶς Τύχης ἱερὸν ἱδρύσατο Σερούϊος Τύλλιος ὁ βασιλεὺς, ἣν Βρέβεμ καλοῦσιν;

[f] *Aurea domo*] Hanc Fortunæ ædem aurea Neronis domo, de qua cap. 24. inclusam significat.

[g] *Quare etiam foribus opertis*] Vide Notas et Emend. num. 23.

[h] *Alio quam specularium modo*] Nam speculares lucem transmittunt, non includunt, transmissaque luce domum illuminant: Phengites lapis lucem in æde includit, et ex se fundit.

[i] *Creticæ diu*] Alfenus in l. Cæsar, 15. Dig. de Publicanis: 'Cæsar cum insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat: Ne quis præter redemtorem post Idus Martias cotem ex insula Creta fodito, neve eximito, neve avellito. Cujusdam navis onusta cotibus,' &c.

[j] *Inter aquarias*] Quæ aqua indigent, quæ asperguntur aqua.

[k] *De quibus diximus*] Cap. 10.

Digitized by Google

aqua Arsinoëticæ.[1] Repertæ sunt et in Italia aqua trahentes aciem[m] acerrimo effectu.[a 2] Necnon et trans Alpes, quas passernices[n] vocant. Quarta ratio est saliva hominis proficientium, in tonstrinarum officinis, inutilis fragili mollitia.[b] Flaminitanæ[3 o] ex Hispania citeriore in eo genere præcipue.

XLVIII. E reliqua[p] multitudine lapidum, tophus ædificiis inutilis est[1] mortalitate mollitiæ.[c] Quædam tamen loca non alium[2] habent, sicut Carthago in Africa. Exercetur halitu maris, fricatur vento, et verberatur imbri.[3 q] Sed cura tuentur picando parietes, quoniam et tectorii calce roditur.[4] Sciteque dictum est, 'ad tecta eos pice, ad vina calce uti,' quoniam sic musta condiunt.[r] Alia mollitia[s]

[a] *Acutam reddentes aciem cultrorum, ut quam acerrime postea secent.*
[b] *Quartum obtinent locum eæ cotes quæ saliva asperguntur et molliores fiunt.*
[c] *Ob mollitiem minime durabilis.*

CAP. XLVII. 1 Vet. Dalec. *conveniit;* codex ejusdem, *conveniet.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *aquæ trahentes aciem acerrimo affectu* Gronov. et vulgg. *effectu* Vet. Dalec.—3 Vet. Dalec. *inutili et frag. mollitia. Laminitanæ.*

CAP. XLVIII. 1 *Reliqua multitudo lapidum in totum ædificiis inutilis est* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *mortali mollitie* Vet. Dalec. *morositate. Quædam* Paris.—2 Cod. Dalec. *loca morem alium.*—3 Vet. Dalec. *et verberata imbri.*—4 Idem codex, *calx roditur.*

NOTÆ

[1] *Arsinoëticæ*] Vel ex oppido Cypri Arsinoë, de quo v. 35. Nam et Cypriis cotibus commendatio præcipua fuit, ut dictum est c. 10. Vel, quod similius veri arbitror, ex Arsinoë Ciliciæ oppido, de quo v. 22. quod hujus regionis cotes proxime pollere ex oleo et aqua dictum est, uti has ex aqua.

[m] *Trahentes aciem*] Vide quæ de hac voce diximus cap. 30. Isidorus Orig. XVI. 3. 'E cotibus aliæ aquariæ sunt, aliæ oleo indigent in acuendo: sed oleum lenem; aquariæ aciem acerrimam reddunt.'

[n] *Passernices*] Vox Celtica.

[o] *Flaminitanæ*] Sic etiam Mss. Forte *Flaminianæ* a Flaminio quopiam Redemtore, seu Publicano, ut a metallorum dominis Livianum æs, et Sallustianum, appellatum esse meminimus, XXXIV. 2. Vel *Damanitanæ* a Damania, Hispaniæ citerioris oppido, de quo diximus III. 4.

[p] *E reliqua*] Vide Notas et Emend. num. 24. Tophum nostrates vocant, *du Tuf.* Laquearibus olim cum pumice expetitus. Ovid. Fast. II. 'Antra subit tophis laqueata et pumice vivo: Garrulus in primo limine rivus erat.'

[q] *Et verberatur imbri*] Non insueta Plinio locutio. Vide XIV. 27. extremo.

[r] *Sic musta condiunt*] Plinius XIV. 24. 'Africa gypso mitigat asperitatem vini, necnon aliquibus sui partibus calce.'

Digitized by Google

circa Romam Fidenati, et Albano. In Liguria quoque, Umbria[t] et Venetia, albus lapis dentata serra secatur. Hi tractabiles in opere, laborem[d] quoque tolerant, sub tecto duntaxat.[u] Aspergine et gelu pruinisque rumpuntur in testas: nec contra humores et auram maris robusti. Tiburtini ad reliqua fortes, vapore[e] dissiliunt.[v]

XLIX. Nigri silices optimi: quibusdam in locis et rubentes. Nonnusquam[1] vero[a] et albi, sicut in Tarquiniensi Anicianis[b] lapicidinis circa lacum Volsiniensem. Et in Statoniensi[2] sunt, quibus ne ignis quidem nocet. Iidem et in monumentis scalpti,[3] contra vetustatem quoque in-

[d] *Onera tectorum.* [e] *Calore.*

CAP. XLIX. 1 *Nonnunquam* cod. Dalec.—2 *Stratonensi* cod. Dalec.—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et in monumenta scalpti* Gronov. et vulgg. *et in*

NOTÆ

[s] *Alia mollitia*] Vitruvius II. 7. p. 26. de lapicidinis: 'Sunt enim,' inquit, 'aliæ molles, uti sunt circa Urbem rubræ, Pallienses, Fidenates, Albanæ,' &c.

[t] *Umbria*] Vitruvius loc. cit. 'In Umbria, et Piceno, et Venetia, tophus albus, qui etiam serra dentata, uti lignum, secatur.'

[u] *Sub tecto duntaxat*] Vitruvius loc. cit. 'Si sunt in apertis et patentibus locis, gelicidiis et pruinis congesta, friantur et dissolvuntur: item secundum oras maritimas ab salsugine exesa diffluunt, neque perferunt æstus.'

[v] *Vapore dissiliunt*] Vitruvius: 'Tiburtina vero, et quæ eodem genere sunt omnia, sufferunt et ab oneribus, et a tempestatibus injurias: sed ab igni non possunt esse tuta: simulque ut sunt ab eo tacta, dissiliunt et dissipantur: ideo quod temperatura naturali parvo sunt humore,' &c.

[a] *Nonnusquam vero*] Quæ contractiore paulo oratione Plinius, hæc fusiore et explanatiore multo Vitruvius II. 7. p. 27. 'Sunt vero,' inquit, 'lapicidinæ complures in finibus Tarquiniensium, quæ dicuntur Anicianæ: colore quidem, quemadmodum Albanæ, quarum officinæ maxime sunt circa lacum Vulsiniensem: item præfectura Statoniensi. Eæ autem habent infinitas virtutes: neque enim his gelicidiorum tempestas, neque tactus ignis potest nocere: sed sunt firmæ, et ad vetustatem permanentes .... Id autem maxime judicare licet e monumentis quæ sunt circa municipium Ferentis ex his facta lapicidinis: namque habent et statuas amplas factas egregie, et minora sigilla, floresque, et acanthos eleganter scalptos: quæ cum sint vetusta, sic apparent recentia, uti sint modo facta. Non minus etiam fabri ærarii de his lapicidinis in æris flatura formas habent comparatas, et ex his ad æs fundendum maximas utilitates,' &c. Hunc Plinii locum exscripsit Isidorus Orig. XIX. 10.

[b] *Anicianis*] Sive ex aliquo Etruriæ loco, ut suspicabamur ad lib. III. c. 8. seu, quod nunc verius remur, ab Ani-

Digitized by Google

corrupti permanent. Ex iis formæ[d] fiunt, in quibus æra funduntur. Est et viridis silex,[4] [e] vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: et ubi invenitur, lapis, non saxum, est.[f] E reliquis[5] pallidus in cæmento raro utilis. Globosus,[g] contra injurias fortis, sed ad structuram infidelis, nisi multa suffrænatione[6] [h] devinctus. Nec certior fluviatilis,[i] semper veluti madens.

L. Remedium est in lapide rubro,[j] [1] æstate eum eximere, nec ante biennium eum inserere tecto, domitum tempestatibus. Quæ ex eo[k] læsa fuerint,[f] in subterranea structura aptantur utilius. Quæ restiterint, tutum est vel cœlo committere.[l]

[f] *A tempestatibus.*

monumentis locati cod. Dalec.—4 *Est et v. lapis* Gronov. et al. ante Harduin. —5 *In reliquis* cod. Dalec.—6 Cod. Dalec. *suffarcinatione.*

CAP. L. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *in lapide dubio.*

NOTÆ

cia familia, penes quam ejus loci possessio fuerit, nomen id tractum sit. Nam Boëtius, qui ex ea familia fuit, sibi prædia villasque in montibus Aureliæ fuisse testatur.

[c] *Et in Statoniensi*] Vulgo, *Lago di Mezzano.* Est et lapis Gabinus pariter igni impervius, Tacito teste, Annal. xv. p. 254.

[d] *Ex iis formæ*] Gallis, *des moules,* in quibus nummi, staticulæ, aliaque ejusmodi, ex ære, argento, auro, plumbo. Trebellius Pollio in Victoria, p. 200. 'Cusi sunt ejus nummi ærei, aurei, et argentei: quorum hodieque forma extat apud Treviros.' Prius enim nummi fundebantur, tum deinde ad summam perfectionem atque absolutionem feriebantur. Unde Triumviri monetales æri, auro, argentove flando simul ac feriundo præfici dicebantur.

[e] *Est et viridis silex*] Vide Notas et Emend. num. 25.

[f] *Non saxum est*] Quod majus, asperius, duriusque, quam lapis, est.

[g] *Globosus*] Sic etiam Mss. omnes, Reg. Colb. alii. Isidorus Orig. xix. 10. *globus.* Quid si *gilvus,* vel *giluus* legas? nam de silicum coloribus, nigro, rubro, albo, viridi, pallido, est ei sermo. Nec *globosus* tamen omnino displicet, ob ea quæ sequuntur: et quod cap. 62. extremo globosi lapidis mentio fit.

[h] *Suffrænatione*] Colligatione, arctaque structura, quæ lapidem veluti fræno retineat. Sic Isidorus Orig. xix. 10. 'Globus contra injurias fortis, sed in structuris infidus: nisi fuerit multa suffrænatione devinctus.'

[i] *Nec certior fluviatilis*] Silex nimirum. Isidorus loc. cit. 'Fluviatilis silex semper veluti madens est.'

[j] *Remedium est in lapide rubro*] Contra nimiam lapidis rubri mollitiam remedium est, eum biennio sub dio linquere, ut dometur tempestatibus, antequam in ædificiis adhibeatur. Vide Notas et Emend. num. 26.

[k] *Quæ ex eo*] Vitruvius II. 7. p. 27.

[l] *Vel cœlo committere*] Ex eo lapide supra terram ædificare. Vitruvius loc. cit.

Digitized by Google

LI. Græci e lapide[m] duro, aut silice[1] æquato[g] construunt veluti lateritios parietes. Cum ita fecerint, isodomon vocant[n] genus structuræ. At cum inæquali crassitudine structa sunt,[2] pseudisodomon. Tertium est emplecton,[o] tantummodo frontibus politis: reliqua fortuito collocant. Alternas[p] coagmentationes fieri, ut commissuras antecedentium medii lapides[3] obtineant, necessarium est in medio quoque pariete, si res patitur: si minus, utique a lateribus. Medios[4] parietes farcire fractis cæmentis, diamicton vocant.[q] Reticulata[r] structura, qua frequentissime Romæ struunt, rimis opportuna est.[5] Structuram ad normam[s] et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet.

[g] *Æqualis crassitudinis ac latitudinis.*

CAP. LI. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vel silice* cod. Dalec. *ac silice* Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *structi sunt.* —3 Vet. Dalec. *antecedentium lapidum medii lateres.*—4 Vet. Dalec. *et medio.*—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Dictyotheron vocant reticulatam structuram, quam f. R. s. rimis opportunam* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[m] *Græci e lapide*] Hæc totidem verbis Vitruvius II. 8. p. 28.

[n] *Isodomon vocant*] Ἰσόδομον, cum omnes lapidum ordines in structura æquales sunt: cum vero sunt inæquales, ita ut versus inferior exempli causa sit lapidum sesquipedalium, pedalium vero superior, tunc ψευδισόδομον Græci vocant.

[o] *Tertium est emplecton*] Vitruvius loc. cit. 'Altera structura est, quam ἔμπλεκτον appellant, qua etiam nostri rustici utuntur: cum frontes poliuntur, reliqua, ita ut sunt nata, cum materia collocata, alternis alligant coagmentis. Sed nostri celeritati studentes, erecta coria locantes, frontibus serviunt, et in medio farciunt... Ita tres suscitantur in structura crustæ: duæ frontium, et una media farcturæ.'

[p] *Alternas*] Tum fiunt alternæ coagmentationes, cum majores lapides minoribus inseruntur, vicibus alternis.

[q] *Diamicton vocant*] Διὰ μικτῶν, ob immixta, sive injecta inter medios parietes cæmenta. Vide Notas et Emend. num. 27.

[r] *Reticulata*] Reticulatum opus dicitur, cum lapides in quadrum secti, non jacentes, sed in latus stantes collocantur, instar scutariarum tessellarum, *en losange*. Nostri vocant, *Massonnerie maillée*. Vitruvius II. 8. pag. 27. 'Structurarum genera sunt hæc. Reticulatum, quo nunc omnes utuntur, et antiquum, quod incertum dicitur. Ex his venustius est reticulatum: sed ad ruinas (an *rimas?*) faciendas ideo paratum, quod in omnes partes dissoluta habet cubicula et coagmenta.'

[s] *Structuram ad normam*] Norma, *l'équerre*. Libella, *le niveau*. Perpendiculum, *le plomb*.

Digitized by Google

LII. (XXIII.) Et cisternas arenæ puræ et asperæ quinque partibus,[1] calcis quam vehementissimæ duabus construi convenit, fragmentis silicis non excedentibus libras. Ita[2] ferratis vectibus calcari solum, parietesque similiter. Utilius geminas esse, ut in priore vitia considant aquæ, atque per colum in proximam transeat maxime pura aqua.

LIII. Calcem e vario lapide Cato censorius[t] improbat. Ex albo melior.[u] Quæ ex duro, structuræ utilior:[1] quæ ex fistuloso, tectoriis. Ad utrumque[v] damnatur ex silice. Utilior eadem[w] ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecto. Utilior e molari, quia est quædam pinguior natura ejus. Mirum, aliquid, postquam arserit, accendi aquis.

LIV. Arenæ tria genera. Fossitia,[a] cui quarta pars calcis addi debet: fluviatili aut marinæ, tertia. Si et[1] testæ[b] tusæ tertia pars addatur, melior materia erit. Ab Apennino[c] ad Padum non invenitur fossitia, nec trans maria.[2]

LV. Ruinarum Urbis ea maxime causa, quod furto calcis[d] sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Intrita

CAP. LII. 1 *Oportet et cisternas fieri harenæ puræ quinque partibus* cod. Dalec. Mox, al. ap. Dalec. *constitui convenit*, eo, quod sequitur, expuncto. —2 *Præterea* Vet. Dalec.

CAP. LIII. 1 *Ex albo melior quam ex duro, et structuræ utilior* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. LIV. 1 Vet. Dalec. *fluviatilis, et marina, cui tertia. Si vero et.* Mox, *pars calci addatur* al. ap. Dalec.—2 Cod. Dalec. *nec marina.*

NOTÆ

[t] *Cato censorius*] De Re Rust. cap. 38. pag. 33. 'Lapidem bonum in fornacem, quam candidissimum, quam minime varium indito.'

[u] *Ex albo melior*] Vide Notas et Emend. num. 28.

[v] *Ad utrumque*] Sentire contra Vitruvius videtur II. 5. p. 24.

[w] *Utilior eadem*] Ita Vitruvius II. 4. p. 23.

[a] *Fossitia*] Hæc pariter ex Vitruvio II. 5. pag. 24. Sic et Palladius I. 10. p. 14. apud quem 'testæ cretæ,' pro 'tritæ,' perperam legi credimus.

[b] *Si et testæ*] Vitruvius loc. cit.

[c] *Ab Apennino*] Vitruvium sequitur, II. 6. p. 26. 'Maxime vero licet considerare, quod qua mons Apenninus regiones Italiæ Etruriæque circumcingit, prope omnibus locis non desunt fossitia arenaria; trans Apenninum vero, quæ pars est ad Adriaticum mare, nulla inveniuntur: item Achaia, Asia, et omnino trans mare, ne nominantur quidem.' Sed Philandri notas ad eum locum consule.

Digitized by Google

quoque[e] quo vetustior, eo melior. In antiquarum[1] ædium legibus invenitur, 'ne recentiore trima uteretur redemtor.'[f] Ideo nulla[2] tectoria eorum rimæ fœdavere. Tectorium quidem,[3][g] nisi ter arenato,[h] et bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Uliginosa, et ubi salsugo vitiat, testaceo[i] sublini utilius.[a] In Græcia tectoriis etiam arenatum,[4] quod inducturi sunt, prius in mortario[j] ligneis vectibus subigunt. Experimentum[k] marmorati

[a] *Loca humida, et salsugine infecta, tectorio sublini debent quod fiat e testis tusis.*

CAP. LV. 1 *In antiquis* Vet. Dalec.—2 *Ideo nullæ* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tectorium-*

NOTÆ

[d] *Quod furto calcis*] Ut pingentium furtum in minio, XXXIII. 40. sic modo in calce tectorum rapinam coarguere, plane videtur. Ferrumen, id quod alligat, glutinatque, Latini vocant: unde ferruminare, pro glutinare, tralatitium est. In tectoriis calx ferruminis vicem præbet, quod cæmenta ligat, ut dicetur c. 68. Eo destituta, rimas fere agere, ac dissolvi necesse est. Huc Caius Caligula alludebat, cum teste Tranquillo, c. 53. 'Senecam, tum maxime placentem, commissiones meras componere, et arenam esse sine calce diceret.'

[e] *Intrita quoque*] Intritam calcem vocat, ut cum Hermolao aliisque credimus, quæ longo tempore macerata sit ac fermentata. Vitruvium lege toto capite secundo libri septimi, p. 129.

[f] *Redemtor*] Redemtores proprie et ex antiqua consuetudine dicebantur, qui certo pretio conducebant universum aliquod opus faciendum.

[g] *Tectorium quidem*] Vitruvius VII. 3. p. 132. et Palladius I. 15. tria arenæ coria, tria marmoris desiderant, ut sit opus et solidum, et adeo nitens, ut etiam expressas imagines aspicientibus remittat. Tectorium, illinimentum est, et quasi incrustatio parietis, quæ fit gypso, calce, &c. Constat pluribus coriis, *plusieurs couches de chaux et de plastre.* 'Calicata ædificia' Festus appellat, quæ sunt 'calce polita.'

[h] *Arenato*] Hodie 'mortarium' appellamus, quod fit ex arena et calce. Marmoratum, quod e marmore trito et calce: nam cæmenta marmorea, sive assulæ, quas marmorarii ex operibus dejiciunt, pilis ferreis contunduntur, cribrisque excernuntur. Eæ autem exeretæ calci miscentur. Vitruvium vide VII. 6. p. 138. et Diosc. V. 133. Galli marmoratum vocant, *du Stuc.*

[i] *Testaceo*] Vitruvius VII. 4. de politionibus in humidis locis, p. 134. 'Pro arenato testa trullissetur.'

[j] *Prius in mortario*] Mortarium dicit pro alveo, loco, conceptaculo, ubi annitente certatim hominum multitudine materia pinsitur ac subigitur. Vitruvius VII. 3. p. 133. 'Græcorum vero tectores non solum his rationibus utendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce et arena ibi confusa, decuria hominum inducta ligneis vectibus pinsunt materiam: et ita ad certamen subacta tunc utuntur.'

[k] *Experimentum*] Vitruvius quasi

Digitized by Google

est in subigendo, donec rutro non cohæreat. Contra in albario opere,[l] ut macerata calx ceu glutinum[m] hæreat. Macerari[n] nonnisi ex gleba[b 5] oportet. In Elide ædes est Minervæ, in qua frater Phidiæ Panænus tectorium induxit lacte et croco subactum, ut ferunt: ideoque si teratur in ea hodieque saliva pollice,[6] odorem croci saporemque reddit.[7]

LVI. Columnæ[1] in æde densius positæ[o] crassiores videntur. Genera earum quatuor.[p] Quæ sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent, Doricæ vocantur: quæ nonam, Ionicæ: quæ septimam, Tuscanicæ.[q] Corinthiis eadem ratio, quæ Ionicis. Et[2] differentia,[r] quoniam

[b] *Cum in gleba est.*

que cod. Dalec.—4 Alii ap. Dalec. *harenarum.*—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. ita quoque cod. Dalec. *Sed macerari non nisi a gleba* Gronov. et vulgg. Mox, *Panneus* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Alii ap. Dalec. *teratur ea hodieque salivato pollice.*—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *saporemque reddere traditur* Gronov. et vulgg.

CAP. LVI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque Vet. Dalec. *Columellæ* edd. vett. et Gronov. Mox, *densæ positæ* cod. Dalec.—2 *Sed* Vet.

NOTÆ

paraphrastes esto, loc. cit. p. 132. 'Marmorati ita materies temperetur, uti, cum subigitur, non hæreat ad rutrum, sed purum ferrum e mortario libretur.' Rutrum instrumentum est, quo structores utuntur, ad inducenda parietibus tectoria: *une Truelle.*

[l] *Contra in albario opere*] Albarium opus fit ex calce sola, vel solo gypso: eaque re a ceteris tectorii generibus discriminatur, quæ arenam aut marmor asciscunt. Opifices in eo genere ALBARII in vetusto lapide appellantur, apud Gruterum, p. 642.

[m] *Ceu glutinum*] Ita Vitruvius VII. 2. p. 130. et post eum Palladius I. 14. p. 15. 'Opus quoque albarium sæpe delectat, cui calcem debebimus adhibere, cum multo tempore fuerit macerata. Ergo ut utilem probes, ascia calcem quasi lignum dolabis. Si nusquam acies ejus offenderit, et si quod asciæ adhæret fuerit molle atque viscosum, constat albariis operibus convenire.'

[n] *Macerari*] Vitruvius loc. cit. pag. 129. 'Erit albarium opus recte, si glebæ calcis optimæ ante multo tempore, quam opus fuerit, macerabuntur,' &c.

[o] *Densius positæ*] Cum angustius est inter columnas spatium. Tullius 'intercolumnium' nuncupat: Galli, *l'espacement des colomnes.*

[p] *Genera earum quatuor*] Totidem Vitruvius enumerat, IV. 6. extremo, p. 73. Nostrates vocant, *l'ordre Dorique, l'Ionique, l'ordre Toscan, l'ordre Corinthien.* Quintum adjiciunt, ex Ionico Corinthioque compositum, *l'ordre composite.*

[q] *Tuscanicæ*] Vitruvius IV. c. 7. p. 75. de Tuscanica ratione: 'Columnæ,' inquit, 'sint ima crassitudine, altitudinis parte septima.'

[r] *Et differentia*] Vitruvius IV. 1.

Digitized by Google

capitulis Corinthiarum eadem est altitudo, quæ colligitur crassitudine ima: ideoque graciliores videntur: Ionici enim capituli altitudo tertia pars est crassitudinis. Antiqua ratio[s] erat columnarum altitudinis, tertia pars latitudinum[3] delubri. In Ephesiæ Dianæ æde, de qua prius fuit sermo,[t] primum columnis spiræ subditæ,[u] et capitula[4 v] addita. Placuitque altitudinis octava pars in crassitudine, et ut spiræ haberent crassitudinis dimidium, septimæque partes detraherentur[5] summarum crassitudini.[e] Præter has sunt, quæ vocantur Atticæ columnæ, quaternis angulis, pari laterum intervallo.

LVII. (XXIV.) Calcis et in medicina magnus usus. Eligitur[a] recens, nec aspersa aquis: urit, discutit, extrahit, incipientesque[b] serpere ulcerum impetus coërcet. Aceto[c] et rosaceo temperata perducit ad cicatricem. Luxatis quoque cum adipe suillo aut liquida resina ex melle medetur: eadem compositione[d] et strumis.

LVIII. Maltha e calce[e] fit recenti. Gleba[f] vino re-

[e] *Et ut basis in altitudine haberet dimidium crassitudinis columnarum: et ei dimidiæ crassitudini pars septima detraheretur, ut fieret justa mensura crassitudinis summæ columnæ, sive capituli.*

Dalec.—3 Cod. Dalec. *altitudinem.*—4 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *capitella* Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. *septimam ejus partis detrahentibus.*

NOTÆ

p. 59. ' Ionici capituli altitudo tertia pars est crassitudinis columnæ: Corinthii, tota crassitudo scapi.' Scapum nostrates vocant, *le vif de la colomne.*

[s] *Antiqua ratio*] De qua Vitruvius IV. 7. p. 75.

[t] *De qua prius fuit sermo*] Cap. 21.

[u] *Spiræ subditæ*] Spiræ sunt tori sive annuli basium, qui serpentium seu funis convoluti similitudinem referunt: *les rondeaux, anelets, astragales, ou tondins, le tore ou le baton, qui composent la base de la colomne.* Ex his et basis ipsa spira nuncupatur. Festus: ' Spira dicitur basis columnæ, unius tori, aut duorum.'

[v] *Et capitula*] *Le chapiteau de la colomne.*

[a] *Eligitur, &c.*] Hæc totidem verbis Diosc. v. 133.

[b] *Incipientesque*] Diosc. loc. cit. Marcellus Empir. c. 4. p. 42. et Plinius Valer. III. 22.

[c] *Aceto*] Auctores iidem proxime appellati.

[d] *Eadem compositione*] Plinius Valer. III. 29.

[e] *Maltha e calce*] Palladius I. 17. p. 16. ' Hoc genus malthæ adhibebimus... Picis liquidæ quantum volueris, et tantundem sumes unguinis,

Digitized by Google

stinguitur: mox tunditur cum adipe suillo et ficu, duplici liniamento:[1 g] quæ res omnium tenacissima, et duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur ante.

LIX. Cognata calci res gypsum est. Plura ejus genera. Nam et e lapide[h] coquitur, ut in Syria ac Thuriis: et e terra foditur, ut in Cyprio, ac Perrhæbis:[i] e summa[1] tellure et Tymphaicum est. Qui coquitur lapis, non dissimilis alabastritæ esse debet, aut marmoroso.[j] In Syria durissimos ad id eligunt, coquuntque fimo bubulo, ut celerius urantur. Omnium autem[k] optimum fieri compertum est e lapide speculari, squamamve talem habente. Gypso madido statim utendum est, quoniam celerrime coit:[2] tamen rursus tundi et in farinam resolvi patitur. Usus gypsi in

CAP. LVIII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *duplici liniamento* Vet. Dalec. *duplici linamento* Gronov. Harduin. et recentt.

CAP. LIX. 1 Cod. Dalec. *ac Thebis: summa.*—2 'Ita optime Ms. Reg. 2. Male Mss. Reg. 3. 5. et Editio princeps, *siccatur:* male quoque in recentioribus editionibus, *celerrime coit ac siccatur.* Gypsum, cum optimum est, tam celeriter coit, ut paulo lentiores operarum manus eo captas viderim. At licet gypsum celeriter coëat, non celeriter siccatur. Diu enim sudat.' *Brotier.* *celerrime coit ac siccatur* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

quod vocamus axungiam, vel sevum. Tunc in olla utrumque miscebis, et coques, donec spumet: deinde ab igne removebis. Cum fuerit eadem refrigerata permixtio, calcem minutim superadjicies, et ad unum corpus omnia mixta revocabis.' Et c. 41. p. 35. 'Malthæ calidariæ compositio talis est: Hammoniacum remissum, ficum, stupam, picem liquidam ....item sevum liquefactum,' &c. Aliter Festus: 'Maltha dicitur a Græcis pix cum cera mixta.'

f *Gleba*] Gleba calcis.

g *Duplici liniamento* [*linamento*] Sic typi omnes. Mss. *liniamento.* Forte, *linimento;* ut sit sententia, duplici corio malthæ, si tectoria parietum inducantur, nihil fore tenacius.

h *Nam et e lapide*] Quæ deinceps sequuntur, usque ad ea verba, 'Usus gypsi,' &c. hausta totidem verbis ex Theoprasto περὶ λίθων, p. 13. et 14.

i *Ac Perrhæbis*] Περὶ Τυμφαίαν, καὶ περὶ Πεῤῥαιβίαν, inquit Theophr. loc. cit. De his utrisque Ætoliæ populis Plinius IV. 3.

j *Aut marmoroso*] Lapidi marmoreo, hoc est, marmori. Theophr. loc. cit. Καίουσι μαρμάρους, κ. τ. λ.

k *Omnium autem*] Isidorus Orig. XVI. 3. 'Gypsi plura genera: omnium autem optimum, lapis specularis: est enim signis ædificiorum, et coronis gratissimus.'

Digitized by Google

albariis, sigillis[1] ædificiorum, et coronis[3] [m] gratissimus. Exemplum illustre, C. Proculeium,[n] Augusti Cæsaris familiaritate subnixum, in maximo[4] stomachi dolore gypso poto,[o] conscivisse sibi mortem.

LX. (XXV.) Pavimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota[p] expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami stravit[1] quem vocant asaroton œcon,[q] quoniam purgamenta[r] cœnæ in pavimento, quæque verri solent,[2] velut relicta,[3] fecerat parvis e tesserulis,[4] tinctisque in varios

celerrime siccatur cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *et coriis.*—4 Idem codex, *familiarem in maximo.*

CAP. LX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *statuit* Gronov. et al. vett.—2 'Ita cod. Reg. 2.' *Brotier.* *everri solent* al. ante Brotier.—3 'Ita codd. Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' *Brotier.* *veluti relicta* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 'Corrupte Ms. Reg. *paru-*

NOTÆ

l *Sigillis*] Parvis signis, seu statuis et simulacris.

m *Et coronis*] Coronicem nostrates vocant, *la corniche.* Vide Baldum de Signific. Vocabulorum Vitruvian. verbo 'Corona.' Coronides eæ sunt in contignationibus, ornamenti magis causa, quam necessitatis.

n *C. Proculeium*] Egimus de eo, VII. 46.

o *Gypso poto*] Gypsum epotum strangulare, scribit pariter Diosc. V. 134. Ποθεῖσα δὲ πνίγει τῷ κατὰ πνιγμὸν τρόπῳ.

p *Donec lithostrota*] Λιθόστρωτα, *lapidibus strata*, significat. Pavimenti genus, teste Isidoro Orig. XV. 8. e parvulis crustis, tessellisque tinctis in varios colores. Sic modo et e latere coctili, atque adeo e ligno fiunt variis figuris sectilia pavimenta. Nunc vulgo Musaica nuncupant.

q *Asaroton œcon*] 'Ασάρωτος οἶκος domum sonat *quam verrere scopis omiserint*, ab α et σαίρω: nam in iis pavimentis, quasi purgamenta cœnæ remansissent humi, sic erant depicta. Usi hac voce Sidonius aliique. Papinius inprimis Sylv. I. ubi sic canit: 'Dum vagor aspectu, visusque per omnia duco, Calcabam nec opinus opes: Nam splendor ab alto Defluus, et nitidum referentes aëra testæ Monstravère solum, varias ubi picta per artes Gaudet humus, superantque novis asarota figuris.' Hoc poëta significat: tam solum marmoreis tessellis pictum ac variegatum fuisse, quam tectum ipsum ac fornicem pellucidis ac splendidissimis testis obductum: a quibus lux splendorque longe lateque quodammodo deflueret. Eas porro nitidissimi speculi more modoque pavimenti figuras atque asarota repræsentasse. Cum igitur eo pervenisset Statius, atque oculos huc illucque circumduceret, necdum ad solum oculos adjecisset, non ante quid calcaret animadvertisse, quam sublatis oculis pavimentum per testulas illas transpiceret. Ita Petavius in Notis ad Orat. Themistii XVIII. p. 486.

r *Quoniam purgamenta*] Inerant et

Digitized by Google

colores.[a] Mirabilis ibi columba bibens, et aquam umbra capitis infuscans. Apricantur aliæ scabentes sese[s] in canthari labro.[5]

LXI. Pavimenta credo primum facta, quæ nunc vocamus[1] barbarica, atque subtegulanea,[t] in Italia fistucis pavita:[u] hoc certe[2] ex nomine ipso[v] intelligi potest. Romæ scalpturatum[b] in Jovis Capitolini æde primum factum est post tertium Punicum bellum initum. Frequentata vero pavimenta ante Cimbricum magna gratia animorum, indicio est Lucilianus[w] ille versus:

Arte pavimento atque emblemate vermiculato.[3]

LXII. Subdialia[c][a] Græci invenere, talibus domos contegentes tractu tepente:[d] sed fallax, ubicumque imbres

[a] *Quasi relicta ibi fuissent, in pavimento erant elaborata e testulis, tinctis in varios colores.*
[b] *Variis scalpturis elegantius factum.*
[c] *Quæ sunt sub dio.*
[d] *Calidiore cæli tractu.*

isset ee utilis, vel *eet utilis*. Editio princeps alixque *parvis e testulis*. At ex corrupta Mss. codicum scriptura emendandum, *parvis tesserulis*. Tesserulæ enim sunt, quibus facta musiva opera: quam plurimas passim videre est.' *Brotier*. *parvis e testiculis* Gronov. et vulgg. *parvis e testulis* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Vet. Dalec. et Paris. *infuscans, abripiente alia escam. Ludentes videres in canthari labro. Apricantur aliæ scabentes sese. Pavimenta, &c.* cod. Dalec. *lavantes sese*.

Cap. LXI. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *revocamus* Gronov. et al. vett.—2 Cod. Dalec. *fistucata hoc aperte*.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Ante pavimenta, atque emblemata vermiculata* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

aliæ figuræ ibi pictæ, ut ex sequentibus intelligetur: 'Mirabilis ibi,' &c.

[s] *Scabentes sese*] Sic omnes editi, cum Reg. 2. In Colb. 3. *lavantes*.

[t] *Subtegulanea*] Quæ sunt sub tegulis, in cavis ædium, ὑπόστεγα, quibus subdialia opponuntur, ὕπαιθρα.

[u] *Fistucis pavita*] De fistuca diximus jamdudum. Machina est vulgo nota, qua pavitores utuntur ad complananda pavimenta, et est utrimque ansata: *belier, hie, demoiselle*.

[v] *Ex nomine ipso*] Nam pavimenta a paviendo dicta, id est, feriendo: ut ipsum instrumentum pavicula appellatur.

[w] *Lucilianus*] Versus Lucilii hi sunt: 'Lexes compostæ, ut tesserulæ omnes Arte pavimento atque emblemate vermiculato.' Hoc est, dictiones compositæ, quemadmodum sunt tesserulæ in pavimento ex arte et emblemate picto tinctove.

[a] *Subdialia*] Vitruvius lib. VII. pag. 128. 'Sub dio vero maxime idonea facienda sunt pavimenta,' &c. Ὕπαιθρα Græci vocant: nostri, *des terrasses*: in ædificiorum scilicet summa parte detectas ambulationes, auræ captandæ gratia relictas, præsertim in calidioribus regionibus.

Digitized by Google

gelant. Necessarium [b] binas per diversum coassationes substerni, capita earum [c] præfigi ne torqueantur,[e] et ruderi novo [d] tertiam partem testæ tusæ addi: deinde rudus, in quo duæ quintæ [e] calcis misceantur,[2] pedali crassitudine fistucari.[f] Tunc nucleo [g] crasso sex digitos induci,[f] et ex tessera [h] grandi non minus alta duos digitos strui. Fastigium vero servari in pedes denos sescunciæ:[3] ac diligen-

[e] *Duplex substerni debet tabularum ordo contrario situ, directus scilicet atque transversus: extremitates earum clavis figendi, ne torqueantur.*

[f] *Tunc alterum corium ruderis alterius crassum sex digitis inducatur.*

CAP. LXII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *facile tractu repente* Gronov. et vulgg. *quod quidem facile tractu repente* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. *addere: rudus in quo duæ quintæ partes calcis, &c.* Vet. Dalec. *in quo duæ calcis, quinque misceantur.*—3 'Ita Ms. Reg. 2. In Mss. Reg. 3. 5. et Editio principe, *sescunce*, vel *sexunce:* unde et emendari posset *sescunce*, si sescunx certioris esset Latinitatis. Male recentiores editiones, *sescuncem.* Sescuncia est uncia cum semisse, et, ut vulgo loquimur, *un pouce six lignes.* Pes Romanus dividebatur in uncias duodecim, vel in digitos

NOTÆ

[b] *Necessarium*] Vitruvius VII. 1. p. 128. 'Cum coassatum fuerit, super altera coassatio transversa sternatur, clavisque fixa duplicem præbeat contignationis loricationem. Deinde ruderi novo tertia pars testæ tusæ admisceatur: calcisque duæ partes ad quinque mortarii mixtionibus præstent responsum. Statuminatione facta rudus inducatur, idque pinsum absolutum, ne minus pede sit crassum. Tunc autem nucleo inducto, uti supra scriptum est, pavimentum e tessera grandi circiter binum digitum cæsa struatur, fastigium habens in pedes denos, digitos binos.' Sic etiam Palladius I. 9.

[c] *Capita earum*] Vitruvius p. 127. 'In singulis tignis, extremis partibus axis, bini clavi figantur, uti nulla ex parte possint se torquendo anguli excitare.'

[d] *Ruderi novo*] Rudus novum est materia pavimenti, hoc est, saxa recens contusa, seu testæ confractæ cum calce ad pavimentum faciendum. Vitruvius loc. cit. mortarium vocat. Ruderationem facere Galli, *hourder.*

[e] *In quo duæ quintæ*] Legendum ex Vitruvii loco allato videtur, permutatis voculis duabus, *in quo quintæ duæ calcis misceantur;* hoc est, in quo quintæ parti ruderis sive mortarii duæ calcis partes misceantur: nam ille, 'calcisque duæ partes ad quinque mortarii,' &c.

[f] *Fistucari*] Fistucationibus magna cura solidari, inquit Vitruvius, pag. 126. hoc est, fistuca exæquari. De fistuca diximus c. sup.

[g] *Tunc nucleo*] Vitruvius, pag. 127. 'Insuper ex testa nucleus inducatur, mixtionem habens ad tres partes unam calcis, uti ne minore sit crassitudine pavimentum, digitorum senum. Supra nucleum, ad regulam et libellam exacta, pavimenta struantur, sive sectilibus, seu tesseris.'

[h] *Et ex tessera*] Tesseras sive scutulas in pavimento vocant frusta quadrata et rotunda.

Digitized by Google

ter cote despumare:[g][i] quernisque axibus[4] contabulare.[j] Quæ torquentur, inutilia putant: immo et filicem[k] aut paleam substerni[5] melius esse, quo minor vis calcis perveniat. Necessarium[l] et globosum lapidem subjici. Similiter fiunt spicata testacea.[m]

LXIII. Non negligendum est etiam nunc[1] unum genus Græcanici.[n] Solo fistucato[2] injicitur rudus aut testaceum pavimentum: dein spisse calcatis carbonibus inducitur, sa-

g Fastigium pavimenti sic paulisper attolli debet, ut in singulos denos pedes attollatur pollice uno cum dimidio: tum cote lævigandum est. E quercu tabulæ sive asseres eligendi.

sedecim. Minor erat pede Gallico, ut jam dixi supra.' *Brotier.*—4 Vet. Dalec. *despumari, quernisque asseribus contabulari.*—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *immo silicem, aut paleam substerni* cod. Dalec. *immo et filice aut palea substerni* Vet. Dalec. et sic Vitruv. *immo et silice aut palea substerni* Gronov. et vulgg.

Cap. LXIII. 1 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *etiamnum* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *Græcanicum. S. festucato* Gronov. et al.

NOTÆ

[i] *Despumare*] Polire, abstergere, fricare, uti nulli gradus sint in scutulis aut quadratis. Vitruv. loc. cit. qui et ea despumandi voce usus VII. 4. p. 135.

[j] *Quernisque axibus*] Quernis esculinos Vitruvius anteponit, loc. cit. nisi querni tenuiores secti sint. Sic et Palladius I. 9.

[k] *Et filicem*] Sic Reg. 2. non, ut editi, *silice.* Vitruvius VII. 1. p. 127. 'Coassationibus factis, si erit, filex, si non, palea substernatur, uti materies ab calcis vitiis defendatur.' Palladius item, loc. cit.

[l] *Necessarium*] Vitruvius loc. cit. 'Tunc insuper statuminetur, nec minore saxo, quam quod possit manum implere: statuminibus inductis, ruderetur,' &c. Statumen, pavimentorum imum stratum est.

[m] *Spicata testacea*] Hoc est, pavimenta e testis seu laterculis, in formam spicæ dispositis. Vitruvius VII. 1. pag. 128. 'Item testacea spicata Tiburtina sunt diligenter exigenda,' &c. Spicati operis iconem Philander exhibet ad eum Vitruvii locum, p. 129.

[n] *Græcanici*] Subintellige, pavimenti. Vitruvius VII. 4. pag. 135. 'Græcorum hybernaculorum usus, qui minime sumtuosus est, sed utilis apparatus. Foditur enim intra libramentum triclinii altitudo circiter pedum binum: et solo fistucato inducitur aut rudus, aut testaceum pavimentum . . . . . Deinde congestis et spisse calcatis carbonibus, inducitur ex sabulone, et calce, et favilla mixta materies, crassitudine semipedali, ad regulam et libellam: et summo libramento cote dispumato, redditur species nigri pavimenti. Ita conviviis eorum, et quod poculis et sputismatis effunditur, simul atque cadit, siccescit: quique versantur ibi ministrantes, etsi nudis pedibus fuerint, non recipiunt frigus ab ejusmodi genere pavimenti.'

Digitized by Google

bulo, calce, ac favilla mixtis: materia crassitudine semipedali ad regulam et libellam exigitur,[3] et est forma terrena. Si vero cote politum[o] est,[4] nigri pavimenti visum obtinet.

LXIV. Lithostrota acceptavere[1][p] jam sub Sylla: parvulis certe crustis extat[q] hodieque,[2] quod in Fortunæ delubro Præneste fecit. Pulsa deinde[r] ex humo pavimenta in cameras transiere, e vitro: novitium et hoc inventum. Agrippa certe in Thermis,[s] quas Romæ fecit, figlinum opus[t] encausto[u] pinxit: in reliquis albaria adornavit: non dubie[3] vitreas facturus cameras, si prius inventum id fuisset, aut a parietibus scenæ, ut diximus,[v] Scauri pervenisset in cameras. Quamobrem et vitri natura indicanda est.[4]

vett.—3 Cod. Dalec. *materiæ crassitudine . . . extruitur.*—4 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *cote depolitum est* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *politum est cote* cod. Dalec.

CAP. LXIV. 1 'Ita quidem Mss. Reg. 3. 5. et Editio princeps. In Ms. Reg. 2. *accepta vere.* Unde forte scripserat Plinius, *accepta fuere;* ni potius sit emendandum, *lithostrota cœptavere.* *Ac* e superiore et sequenti voce compositum videtur.' *Brotier.*—2 Vet. Dalec. et Paris. *extatque hodie.*—3 Cod. Dalec. *et hoc certe inventum Agrippa in thermis, quas, &c. pinxit, adornavitque non dubie.*—4 'In cod. Regg. 3. 4. et Editione principe, *Quamobrem originem vitri dicemus.*' Brotier. *Quamobrem et originem vitri dicemus* cod. Dalec.

NOTÆ

[o] *Si vero cote politum* [*depolitum*] Plane perpolitum. Festus: 'Depolitum, perfectum,' &c.

[p] *Lithostrota acceptavere*] Sic Mss. non *cœptavere.* Subintellige, Romani, sive Latini, seu prisci.

[q] *Extat*] Pavimentum scilicet, λιθόστρωτον.

[r] *Pulsa deinde*] Hoc est, ut prius pavimenta, ita postea et cameræ tessellato opere contexi cœptæ sunt: et quidem ex vitro, seu vitri partibus quadratis, aut trigonis, aut hexagonis: ex quibus quoddam quasi tessellatum, ac musivum, sive mosaicum, e vitro opus fiebat. Glossæ Mss. 'Musivum, quod fit de vitro in parietibus.' Vita S. Laurentii Ep. Sipontini, cap. 2. 'Ex minutis vitreis lapidibus,' &c. Paulinus Epist. XII. 'Camera musivo illusa.' Ex Leone Ostiensi III. 27. intelligitur musivi operis artifices appellatos, 'qui absidas et arcus musivo componerent: quadratarios vero, qui pavimentum lapideum pulchra varietate consternerent.' Plura de hoc argumento V. Cl. Du-Cangius congessit in Glossario, verbo 'Musivum opus,' unde hæc fere delibavimus. Parmensis editio: *Pulsa deinde . . . . in cameras transiere, ut pronum vitium: Et hoc inventum Agrippæ. Certe, &c.* penitus aspernanda lectione.

[s] *In Thermis*] Thermæ Agrippæ in regione Urbis nona a P. Victore collocantur, in descript. Romæ.

[t] *Figlinum opus*] Parietes lateritios. Sic Mss. omnes, Reg. 2. aliique. Colb. 3. *figulinum.* Nullus *Signinum,* ut Salmasius interpolat, in Solin. pag. 1215. Nec jam de pavimentis sermo.

Digitized by Google

LXV. (XXVI.) Pars est Syriæ,[a] quæ Phœnice vocatur, finitima Judææ, intra[1] montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Cendevia. Ex ea creditur nasci Belus amnis, quinque M. passuum spatio in mare perfluens, juxta Ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit, insalubri potu, sed cærimoniis[2] sacer, limosus, vado profundus. Nonnisi refuso[3][b] mari arenas fatetur: fluctibus enim volutatæ nitescunt, detritis sordibus. Tunc et marino[c] creduntur astringi morsu,[4] non prius utiles. Quingentorum est passuum non amplius littoris spatium, idque tantum[d] multa per sæcula gignendo fuit vitro. Fama est,[e] appulsa nave mercatorum nitri, cum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis[f] attollendis lapidum occasio, glebas nitri[g] e nave subdidisse. Quibus accensis permixta arena littoris, translucentes novi[5] liquoris[h] fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri.

CAP. LXV. 1 Cod. Dalec. *infra.*—2 *Lentus, sed ceremoniis* cod. Dalec.—3 Idem codex, *repulso.*—4 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier. Nunc et a marino c. a. morsu* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Tunc et marino c. a. meatu* cod. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nobilis* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[u] *Encausto*] Hoc est, ceris coloratis, et igne resolutis. Vide quæ diximus XXXV. 41.

[v] *Ut diximus*] Cap. 24. 'Ima pars scenæ e marmore fuit, media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriæ,' &c.

[a] *Pars est Syriæ*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 15. Vide quæ diximus V. 17.

[b] *Nonnisi refuso*] Belus amnis, cum limosus sit natura, infusi maris vi arenas fateri et agnoscere quasi cogitur. Sic et Tacitus refert, Hist. V. et Josephus Belli Jud. II. 9.

[c] *Tunc et marino*] Salis acrimonia ac mordacitate vim eam vitri conflandi creduntur accipere, non prius utiles.

[d] *Idque tantum*] Ex tam exiguo spatio cum arenas convehant quotannis onustæ naves plurimæ, sufficiunt tamen semper recentes, quibus ille locus impellente vento impletur. Josephus loc. cit. Tacitus Hist. V. pag. 117. 'Et Belus amnis Judaico mari illabitur: circa cujus os collectæ arenæ, admixto nitro, in vitrum excoquuntur. Modicum id littus, sed egerentibus inexhaustum.'

[e] *Fama est*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 15.

[f] *Cortinis*] Isidorus, *vasis.*

[g] *Glebas nitri*] E succis concretis, qui cum lapidibus liquescentibus ad vitrum conficiendum naturali cognatione junguntur, primæ nitro deferuntur, secundæ sali, &c. Vide Agricolam de Re Metall. lib. XII. p. 470.

[h] *Novi liquoris*] Sic Mss. omnes, et Isidorus: non, ut typi, *nobilis liquoris.*

Digitized by Google

LXVI. Mox, ut est ingeniosa solertia,[1] non fuit contenta nitrum miscuisse: cœptus addi et magnes lapis: quoniam in se liquorem vitri quoque, ut ferrum, trahere creditur. Simili modo et calculi splendentes multifariam cœpti uri: deinde conchæ, et fossiles arenæ. Auctores sunt, in India e crystallo fracta fieri, et ob id nullum comparari Indico. Levibus autem aridisque lignis coquitur, addito Cyprio,[2] [j] ac nitro, maxime Ophirio.[3] [k] Continuis [l] fornacibus, ut æs, liquatur, massæque fiunt colore pingui nigricantes.[4] Acies tanta est quacumque,[m] ut citra ullum sensum ad ossa consecet, quicquid afflaverit[5] corporis. Ex massis [n] rursus funditur in officinis, tinguiturque. Et aliud flatu [o] figuratur, aliud torno [p] teritur, aliud argenti [q] modo cælatur, Sidone

CAP. LXVI. 1 'Ita bene cod. Reg. 2. nec aliter Isidorus Orig. XVI. 15.' *Brotier.* *ut est astuta et ingeniosa solertia* al. ante Brotier.—2 'Ita Editio princeps aliæque. In Mss. Reg. *addito Cypro.* Isidorus *cupro.* Certe intelligendum est, *addito ære Cyprio.*' Brotier. *addito ære Cyprio* Vet. Dalec.—3 '*Maxime Ophirio*] Hæc redundare videntur. Certe ea non habet Isidorus. Tentabat eruditus Harduinus, *maxime aphronitro,* vel *Ophrynio,* ab oppido Troadis, cujus meminit Strabo lib. XIII. pag. 595.' *Brotier.* *nitro ac maxime Ophirio* cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *colore nigricantes pingues.*—5 Vet. Da-

NOTÆ

i *Levibus autem*] Isidorus Orig. XVI. 15.

j *Addito Cyprio*] Hoc est, ære Cyprio. Isidorus, *addito cupro.*

k *Maxime Ophirio*] Mss. *Ofirio* et *Offirio.* Quid si *Ophrynio,* ab oppido Troadis cognomine, cujus meminere Strabo lib. XIII. pag. 595. Harpocration, aliique? Quid si potius *aphronitro?*

l *Continuis*] Sic Isidorus totidem verbis. Vitrariis aliis hodie tres sunt fornaces, aliis duæ, aliis una. Quibus tres, hi in prima coquunt materiam, in secunda recoquunt, in tertia refrigerant vitrea vasa, ceteraque opera candentia. Agricola de Re Metall. p. 471.

m *Quacumque*] Quocumque quid massæ vitri ferventis inciderit.

n *Ex massis*] Isidorus loc. cit.

o *Et aliud flatu*] Uti nunc moris est in vitrariis.

p *Aliud torno*] Hoc olim: nunc obmutuit. Torno formati calices e vitro, audaces dicebantur, et plebeii tamen erant, et parvo venibant. Martialis XIV. 94. cujus lemma, 'Calices audaces:' 'Nos sumus audacis plebeia toreumata vitri, Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.'

q *Aliud argenti*] Achillis Tatius de Amoribus Clitophontis et Leucippes, lib. II. poculum e vitro cælato describit: Κρατῆρα παρέθηκεν μετὰ τὸν Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον· ὑάλου μέντοι πᾶν ἔργον ὀρωρυγμένης, κ. τ. λ. In scalpendo porro cælandove, ne frangerentur vitra, magna cautio fuit: nam, ut cecinit Martialis XIV. 115. cujus lemma, 'Calices vitrei:' 'Quibus addere plura Dum cupit, ah quo-

Digitized by Google

quondam iis officinis nobili; siquidem etiam specula excogitaverat. Hæc fuit antiqua ratio vitri. Jam vero et in Vulturno,[6] mari[r] Italiæ, arena alba nascens, sex M. passuum littore, inter Cumas atque Liternum,[s] quæ mollissima[t] est,[7] pila molaque teritur. Dein miscetur tribus partibus nitri pondere vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit massa, quæ vocatur ammonitrum:[u] atque hæc recoquitur, et fit vitrum purum, ac massa vitri candidi. Jam vero[v] per Gallias Hispaniasque simili modo arenæ temperantur. Ferunt, Tiberio principe, excogitato vitri temperamento,[8] ut flexibile esset,[w] totam officinam artificis ejus abolitam, ne æris, argenti, auri metallis pretia detraherentur: eaque fama crebrior diu, quam certior fuit. Sed quid refert? Neronis principatu reperta vitri arte, quæ modicos calices duos, quos appellabant[9] pterotos,[x] H-S. sex millibus[y] venderet.

LXVII. In genere vitri et Obsidiana[a] numerantur, ad si-

lec. *attigerit.*—6 *Et flatu figuratur, et aliquod argen. m. cælatur. S. q. iis o. nobilis, quas etiam excogitaverat. Huc f. a. r. vitri tantum. Est vero in Vulturno* cod. Dalec.—7 Verbum *est* deest in cod. Dalec. *Lucrinum quæ m. est* Gronov. et al. ante Harduin.—8 'Ita bene cod. Reg. 2.' *Brotier. excogitatum vitri temperamentum* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—9 Cod. Dalec. *quos appellabat.*

NOTÆ

ties perdidit auctor opus?'

[r] *Vulturno mari*] Quod circa ostium Vulturni amnis, quo de amne diximus III. 9. appellatione maris quod eam oram alluit, nulli alteri scriptori, quod quidem sciam, usurpata.

[s] *Atque Liternum*] Vide Notas et Emend. num. 29.

[t] *Quæ mollissima*] Hæc deinceps totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 15.

[u] *Ammonitrum*] Ἀμμόνιτρον, voce conflata ab ἄμμος, *arena*, et νίτρον, *nitrum*. Hodie opifices *Fritta* nuncupant, teste Cæsalpino.

[v] *Jam vero*] Isidorus loc. cit.

[w] *Ut flexibile esset*] Et flecti sane, si debite incalescat, potest: malleo duci in tenues laminas, quemadmodum visum est Isidoro Orig. XVI. 15. non potest: quantumlibet suffragari ei Dio videatur, qui hoc Tiberiani artificis factum amplificat lib. LIX. pag. 617. multo minus caute quam Plinius, qui ne flectendi quidem excogitatam ab eo rationem liquido asseverat, sed crebriore id modo prodit, quam certiore fama pervulgatum.

[x] *Pterotos*] Πτερωτοὺς, quasi pinnatos, duabus ansis appositis. In Reg. 2. et Colb. 3. *petrotos.*

[y] *H-S. sex millibus*] Sestertium sex millia monetæ nostratis libras efficiunt, sive florenos, 600.

Digitized by Google

militudinem lapidis, quem in Æthiopia invenit Obsidius,[b] nigerrimi coloris,[c] aliquando et translucidi, crassiore visu,[d] atque in speculis[1] parietum pro imagine umbras reddente. Gemmas multi[e] ex eo faciunt: vidimusque et solidas imagines Divi Augusti, capti materiæ hujus crassitudine:[2] dicavitque ipse pro miraculo in templo Concordiæ[f] Obsidianos quatuor elephantos. Remisit et Tiberius Cæsar Heliopolitarum cærimoniis repertam ibi in hæreditate ejus qui præfuerat Ægypto Obsidianam imaginem Menelai.[g] Ex quo apparet antiquior materiæ origo, nunc vitri similitudine interpolata.[3] Xenocrates Obsidianum lapidem in India, et in Samnio[h] Italiæ, et ad Oceanum in Hispania[i] nasci tradit. Fit et tincturæ[j] genere Obsidianum, ad escaria vasa, et totum rubens vitrum,[*] atque non translucens, hæmatinon[k]

[*] *Fit etiam certo quodam tincturæ genere ut lapidem Obsidianum rubens vitrum æmuletur.*

CAP. LVII. 1 Cod. Dalec. *in speluncis.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Ita quoque cod. Dalec. *materia hujus crassitudinis* Gronov. et vulgg.—

NOTÆ

[a] *Et Obsidiana*] Pocula fuere ista factitia, ad similitudinem Obsidiani ex Æthiopia lapidis.

[b] *Obsidius*] Gruteri inscriptio, pag. 72. OBSIDIVS. RVFVS.

[c] *Nigerrimi coloris*] Isidorus Orig. XVI. 15. 'Est autem niger interdum, et virens aliquando, et translucidus, crassiore visu, et in speculis parietum pro imagine umbras reddente.' Et cap. 4. 'Obsidius lapis niger est, translucidus, et vitri habens similitudinem. Ponitur in speculis parietum, propter imaginum umbras reddendas.'

[d] *Crassiore visu*] Crassius multo, quam vitrum, lucem transmittit.

[e] *Gemmas multi*] Isidorus locis cit. Gemmas lapides annulorum vocat.

[f] *In templo Concordiæ*] Regione Urbis octava. Hoc loco *Obsidianos* etiam scribit Reg. 2. alibi *Obsianos* et *Obsianum*: sed mendose. Index, *De Obsidianis.* Tamen Arriano, Ὀψιανὸς λίθος. Et Isidoro, 'Obsius lapis.' In Pandectis, 'Obsianus lapis.' Forte ἀπὸ τῆς ὄψεως, *a visu*, seu translucente natura.

[g] *Menelai*] Helenæ mariti, qui Græciam repetens in Ægyptum est tempestate delatus. Vide Hygin. Fab. CXVIII.

[h] *Et in Samnio*] Isidorum hinc emendabis, qui locis cit. 'in Samo Italiæ' dixit.

[i] *In Hispania*] In Lusitania certe reperiri, visamque a se ollam ex eo lapide perpolitam, scribit Vasconcellius.

[j] *Fit et tincturæ*] Sic typi omnes, et Mss. nequicquam immutante Salmasio, in Solin. pag. 91. *Fit et tinctura ex genere Obsidiani, &c.*

[k] *Hæmatinon*] Αἱμάτινον, *sanguineum.*

Digitized by Google

appellatum. Fit et album, et murrhinum,[l] aut hyacinthos sapphirosque imitatum, et omnibus aliis coloribus. Nec est alia nunc materia sequacior,[m] aut etiam picturæ accommodatior. Maximus tamen honos candido translucentibus,[4] quam proxima crystalli similitudine. Usus vero ad potandum argenti metalla et auri pepulit. Est autem caloris impatiens, ni præcedat frigidus liquor; cum addita aqua vitreæ pilæ[n] Sole adverso, in tantum excandescant,[b] ut vestes exurant. Fragmenta teporata agglutinantur tantum: rursus tota fundi non queunt,[5] præterquam abrupta sibimet. Tinguit ars,[o] veluti cum calculi[6] fiunt, quos quidam abaculos[p] appellant, aliquos[7] etiam pluribus modis versicolores. Vitrum sulfuri concoctum ferruminatur in lapidem.[c]

[b] *Calorem ferre vitreus calix non potest, sed igni applicitus frangitur, nisi aqua interveniat ; cum tamen orbes vitrei aqua pleni Solis radiis sic excandescant, &c.*
[c] *In lapidis modum induratur.*

3 Cod. Dalec. *origo, vitri similitudine. Xenocrates, &c.*—4 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.' *Brotier. in candido translucentibus* aliæ edd. ante Brotier. *in candido translucente* cod. Dalec.—5 Cod. Dalec. *liquor aut addita aqua vitrea pila s. a. in t. excandescit, ut vestes exurat. F. temperata a. rursus tota fundi nequeunt.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *rursus affundi . . . . abrupta sibimet : veluti c. calculi* Gronov. et al. vett. *rursus affundi . . . abrupta sibi nec tingi, veluti cum calculi* Vet. Paris.—7 Vet. Dalec. *aliqui.*

NOTÆ

[l] *Fit et album, et murrhinum*] Quod murrhinos calices imitetur, aut hyacinthi sapphirive colorem. Isidorus Orig. XVI. 15.

[m] *Nec est alia nunc materia sequacior*] Dum flatu figuratur. Isidorus hunc locum legisse aliter videtur: 'Neque est alia,' inquit loc. cit. 'speculis aptior materia, vel picturæ accommodatior. Maximus tamen honor in candido vitro,' &c.

[n] *Vitreæ pilæ*] Lactantius de Ira Dei, cap. 10. pag. 508. 'Orbem vitreum plenum aquæ si tenueris in Sole, de lumine, quod ab aqua refulget, ignis accenditur, etiam in durissimo frigore.' Plinius XXXVII. 10. 'Invenio Medicos, quæ sunt urenda corporum, non aliter utilius id fieri putare, quam crystallina pila adversis posita Solis radiis.'

[o] *Tinguit ars*] Vitra scilicet. Non habent has voces libri hactenus editi. Reg. 2. *Tinguit has.* Colb. 3. *tingui.* Quid propius vero videretur, nihil occurrit aliud, quam *tinguit ars.* Cum præsertim sequenti proxime sectione legatur: 'Peractis omnibus quæ constant ingenio, artem natura faciente.'

[p] *Calculi . . . quos . . . abaculos*] Scrupos, opinor, lusorios intelligit, qui versicolores erant. *Des dames.* Alii calculos intelligunt, quibus in supputatione nummorum utimur. *Des jettons.*

Digitized by Google

LXVIII. (XXVII.) At peractis omnibus, quæ constant ingenio, artem natura faciente,[1] succurrit mirari, nihil pæne non igne perfici.[2] Ignis accipit arenas, ex quibus alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit. Igne lapides[q] in æs solvuntur, igne ferrum gignitur, ac domatur, igne cremato lapide[r] cæmenta in tectis ligantur.[3] Alia sæpius uri prodest. Eademque materia[s] aliud gignit primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis. Quando ipse carbo vires habere incipit restinctus, atque interiisse creditus, majoris fit virtutis. Immensa et improba rerum naturæ portio: et in qua dubium sit plura absumat, an pariat.

LXIX. Est et ipsis ignibus medica vis. Pestilentiæ, quæ Solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter[1] auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id demonstravere[2] diversis locis. Ad convulsa viscera, aut contusa, ut M. Varro: ipsis enim[3] verbis ejus utar: 'Lix cinis est,' inquit, 'foci. Inde enim cinis lixivius[4][a] potus medetur: ut licet videre gladiatores, cum deluserunt,[5][b] hac

CAP. LVIII. 1 Cod. Dalec. *quæ constat ingenio, natura fieri.*—2 'Ita cod. Reg. 2.' *Brotier.* *igni perfici* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, *ex quibus alibi plumbum, alibi pigmenta, &c.* cod. Dalec. quæ inter hæc leguntur non habet.—3 Idem codex, *cæmentum tectis alligatur.*

CAP. LXIX. 1 Vet. Dalec. *ignis suffitum multiformiter;* cod. Dalec. *ignes, si fiant multiformiter.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *monstravere* Gronov. et vulgg.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *aut contusa. M. Varro: ipsis enim, &c.* cod. Dalec. *aut contusa, ut M. Varro auctor est: ipsis enim* Gronov. et vulgg.—4 Ita Harduin. 1. et Bipont. *lixivus* Harduin. 1. in annotatione, Gronov. et vulgg. *luxatis* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. ita quoque Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *convulsi*

NOTÆ

q *Igne lapides*] Lib. XXXIV. 2.

r *Igne cremato lapide*] Ex quo calx efficitur.

s *Eademque materia*] Ut de plumbo dictum est XXXIII. 47. 'Ejus qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum,' &c.

a *Cinis lixivius*] Sic Mss. omnes, non, ut quidam typi, *cinis luxatis potus medetur.* Cinis lixivius dicitur, non cinis ipse modo qui aqua est percolatus, sed ipsum lixivium liquidum. Sic enim accepit et Scribonius Largus cap. 216. 'Hoc teritur ex cinere lixivia, donec læve factum habeat mellis spissitudinem.' Iterum: 'Hoc terere oportet ex cinere lixivia e caprifico vel sarmentis, donec lævia habeant temperamentum.' A Plinio tamen, ut ex sequentibus liquet, pro cinere ipso accipitur.

Digitized by Google

juvari potione.' Quin et carbunculum genus morbi, quo duos consulares nuper absumtos indicavimus,[c] querneus carbo tritus cum melle sanat. Adeo in rebus damnatis quoque, ac jam nullis,[d] sunt aliqua remedia, ut in carbone ecce et cinere.[6]

LXX. Non præteribo et unum foci exemplum, Romanis literis clarum. Tarquinio[e] Prisco regnante tradunt repente in foco ejus comparuisse[1] genitale e cinere masculini sexus, eamque, quæ insederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocrisiam captivam, consurrexisse gravidam. Ita Servium Tullium natum, qui regno successit. Inde et in regia[f] cubanti puero[2] caput arsisse visum, creditumque Laris familiaris filium. Ob id Compitalia[3][g] et ludos Laribus primum instituisse.

sunt ; Gronov. *deluserint.*—6 Cod. Dalec. *ac jam nulli incognitis, sunt .... fece et cinere.*

Cap. LXX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recenti. *in foco comparuisse* cod. Dalec. *in foco ejus apparuisse* Gronov. et vulgg. Mox, *ibi* deest in cod. Dalec. —2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et regi accubanti et puero.*—3 Conjunctio *et* deest in cod. Dalec.

NOTÆ

[b] *Cum deluserunt*] Delusisse gladiatores dicuntur, cum, ut in digladiando fit, aliquod membrum luxarunt, aut læserunt, ut jam ludere non possint. Turnebus Advers. XXII. 5. pag. 709. Vel potius deludere est, ita infeliciter ludere, ut vel nimio æstu, vel causa simili morbum aliquem, dolorem verbi gratia lateris, contrahas : cui morbo cinerem adhiberi commode docet inscriptio vetus, Antonino Principe concinnata, apud Gruterum, pag. 71. ΛΟΥΚΙΩ ΠΛΕΥΡΕΙΤΙΚΩ ΚΑΙ ΑΦΗΛΠΙΣΜΕΝΩ ΥΠΟ ΠΑΝΤΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΕΧΡΗΜΑΤΙΣΕΝ Ο ΘΕΟΣ ΕΛΘΕΙΝ ΚΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΙΒΩΜΟΥ ΑΡΑΙ ΤΕΦΡΑΝ ΚΑΙ ΜΕΤ' ΟΙΝΟΥ ΑΝΑΦΥΡΑΣΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ ΕΠΙ ΤΟ ΠΛΕΥΡΟΝ ΚΑΙ ΕΣΩΘΗ ΚΑΙ ΔΗΜΟΣΙΑ ΗΥΧΑΡΙΣΤΗΣΕΝ ΤΩ ΘΕΩ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΣΥΝΕΧΑΡΗ ΑΥΤΩ. *Lucio lateris dolore affecto, et desperato ab omnibus hominibus, oraculum Deus reddidit: Veniret, et ex ara tolleret cinerem, et cum vino misceret, imponeretque lateri. Et convaluit, et publice gratias egit, et gratulatus ei populus est.*

[c] *Indicavimus*] Lib. XXVI. cap. 4.

[d] *Ac jam nullis*] Igne consumtis. Sic II. 63. mortuos *jam nullos* vocat.

[e] *Tarquinio*] Narrat hoc et Dionys. Halic. fabulisque accenset Antiq. Rom. lib. IV. pag. 207. Arnobius adversus Gentes pag. 169. 'Sed et Deos Conserentes .... taceamus, quos cum ceteris scribit Flaccus in humani penis similitudinem versos obruisse se cineri, qui sub ollula fuerat factus extorum : quem cum Tanaquil dimoveret, Etruriæ disciplinarum perita, surrexisse se Deos, et nervis obduruisse divinis,' &c.

[f] *Inde et in regia*] Sic Dionys. loc. cit. Livius lib. I. pag. 15. Florus I. 6. pag. 17. Vide quæ diximus II. 111. pag. 259.

[g] *Ob id Compitalia*] De his egimus in Notis et Emend. ad lib. III. n. 46.

Digitized by Google

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXXVI.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. Cap. iv. *Anthermus Chius, cujus filii Bupalus et Athenis clarissimi in ea scientia fuere, Hipponactis poëtæ ætate*] Sic rescripsimus, auctore Suida, cum prius perperam legeretur, *Bupalus et Anthermus.* Sic enim verbo Ἱππῶναξ, Γράφει δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἄθηνιν ἀγαλματοποιούς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. *Scripsit Hipponax in Bupalum et Athenidem statuarios, quod suas imagines in ipsius contumeliam fecissent.* Quam porro carminum amaritudinem distrinxisse in Bupalum aliosque adversarios Hipponax a Plinio hoc loco dicitur, ea egregie sugillatur quibusdam Epigrammatis in Anthol. III. 26. inprimisque illo, Mimnermi, sive Philippi: Ὦ ξεῖνε, φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον, Τὸν φρικτὸν, Ἱππώνακτος· οὗ τε χὰ τέφρα Ἰαμβιάζει Βουπάλειον εἰς στύγος· Μήπως ἐγείρῃς σφῆκα τὸν κοιμώμενον, Ὃς οὐδ' ἐν ᾅδῃ νῦν κεκοίμηκεν χόλον, Σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη. *Hunc grandinantem, si sapis, tumulum fuge, Viator, Hipponactis: hostis Bupali Atrox iambis stridet ipse etiam cinis. Vide crabronem ne cubantem suscites: Nondum quiescit ejus apud orcum furor, Sed recta vibrat tela claudo carmine.* Alterum Leonidæ, huic simile: Ἀτρέμα τὸν τύμβον παραμείβετε, μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ Πικρὸν ἐγείρητε σφῆκ' ἀναπαυόμενον. Ἄρτι γὰρ Ἱππώνακτος, ὁ καὶ τοκέων ἐσβαΰξας, Ἄρτι κεκοίμηται θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ. Ἀλλὰ προμηθήσασθε· τὰ γὰρ πεπυρωμένα κείνου Ῥήματα πημαίνειν οἶδε καὶ εἰν ἀΐδῃ. *Quam potes hac tacitus transi, ne forte crabronem Expergefacias, quem sopor altus habet. Hipponactis enim quæ natos sæva latravit Ira suos multa nunc cubat in requie. Sed cave nunc etiam, sodes: ex ipsius aula Ditis adhuc lædunt ignea dicta viri.* Mollius paulo istud Theocriti: Ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται· Εἰ μὲν πονηρὸς, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ. Εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε, καὶ παρὰ χρηστῶν, Θαρσέων καθίζευ, κὰν θέλῃς ἀπόβριξον. *Vates sepultus hic quiescit Hipponax: Abscede busto si quis es mala mente: Quod si bonus sis ipse de bonis natus, Tutus sedeto: si libebit, et dormi.* Quartum, quod Alcæi est, haud ægre omittimus; quod non æque ac superiora arrideat.—' *Anthermus Chius . . . et Anthermus*] Sic libri omnes tum manu exarati, tum editi, a vetustissimis ad recentissimos: qui-

Digitized by Google

bus proinde tutius credas, quam Suidæ, qui pro Anthermo habet Athenidem.' *Ed. sec.*

2. Ibid. *Ejusdem discipulus fuit Agoracritus Parius, ei ætate gratus. Itaque e suis operibus pleraque nomini ejus donasse fertur*] Sic libri omnes, etiam Mss. quibus invitis corrigit Pintianus, *par ei arte, sed gratus.* At inferiorem arte fuisse, gratum tamen, Phidiæ, amatumque ab ipso ob florem ætatis 'more Græcorum,' ut in Alcibiade loquitur Cornelius Nepos, testatur et Tzetzes Chiliad. VII. Hist. 154. vs. 90. Φειδίας ὁ περίθρυλλος ὁ Ἀττικὸς ὁ πλάστης, Ἀγορακρίτῳ χάριτας ποιῶν τῷ ἐρωμένῳ, Ἀνθρώπῳ κἂν οὐκ εὔχαρι περὶ τὴν πλαστουργίαν, Ἀγαλματώσας κάλλιστα Φειδιακῇ τῇ τέχνῃ Τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι ἄγαλμα Νεμέσεως, Διός τε, Ἐκείνῳ ἀνατίθησιν ἐπιγραφὴν χαράξας, Ἀγορακρίτου ἄγαλμα τοῦτό ἐστι Παρίου. *Phidias celebratus Atticus fictor, Agoracrito gratiam faciens sibi dilecto, Homini licet manu non apto ad statuariam, Cum fecisset statuam optime Phidiaca arte, Quæ in Rhamnunte est statua Nemesis, Jovisque, Illi attribuit, titulum scalpens, Agoracriti statua hæc est Parii.*

3. Ibid. *Inhonorus est, nec in templo ullo Hercules, ad quem Pœni ... humi stans, ante aditum Porticus ad Nationes*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. ceterique omnes, atque adeo probatiores editiones, ut Elzeviriana et Gronoviana. At sunt aliæ non paucæ, in quibus, auctore ac suasore, ut credimus, Beroaldo, contraria plane sententia legitur, *In honore et in templo illo*: quod sane ineptum est: nam si in Templo, non igitur ante aditum porticus fuit, quem tamen ejus simulacri situm fuisse verbis conceptis Plinius asseverat.

4. CAP. VII. *Quem et res, et domus ipsius, clarius, quam Catullus, dixit habere, quicquid habuisset Comata Gallia*] Sic totidem fere apicibus libri manu exarati: cum in editis ad hunc diem libris edatur: *Quem, ut res est, domus ipsius*, vel nulla, vel implicata nimis sententia. Legebat olim Scaliger ex conjectura, *Metrodorus Scepsius*, horum verborum vice, *ut res est domus ipsius.* Acute magis quam solide excogitatum. Quid enim apertius, quam quod illis verbis significatur? Rem familiarem, seu opes Mamurræ, domumque ejus, clarius illum ipsum declarasse, quod Catullus exprobrarat, quam hunc ipsum poëtam suis carminibus: corrasum scilicet ab illo, congestumque in illam domum, quicquid opum foret in Comata Gallia. *Rem* dici de pecunia opibusque, tralatitium est. Hinc apud Tullium, aliosque idoneos Latinitatis auctores, passim offendas, 'Augere rem,' 'Habere rem,' 'Facere rem,' &c.

5. CAP. XI. *Augustum undatim crispum in vertices, Tiberium sparsa, non convoluta canitie*] Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. et Pintiani. In editis ad hanc diem libris, contraria plane sententia, vel potius nulla, legebatur, *Tiberium sparsum convoluta canitie.* Nos et conditivorum exemplarium auctoritatem secuti sumus, ipsamque loci sententiam, et Isidori fidem, qui hunc locum totidem verbis exscripsit, Orig. XVI. 5.

6. Ibid. *Statuas ex eo Claudio Cæsari .... ex Ægypto advexit Vitrasius Pollio*] Libri hactenus fere editi, *Trarius Pollio.* Parm. editio, *Tris Asinius Pollio.* At Reg. 2. et Colb. 3. *Vitrasius Pollio.* Nos tum ex Dione, tum ex antiquis monumentis Vitrasium scripsimus. Dio lib. LVIII. pag. 633. Κἂν τούτῳ Οὐητρασίου Πωλίωνος τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντος τελευτήσαντος, κ. τ. λ. *Interim Vitrasio Pollione Ægypti præfecto vita functo, &c.* Et Gruterus, p. 302. VITRASIVS. POLIO. Et p. 192. DEDICATA. VI. IDVS. AVG. T. VITRASIO. POLLIONE. II. M. FLAVIO ARGO. Et alibi Vitrasiæ gentis frequens occurrit mentio.

7. CAP. XIII. *Lygdinos in Paro repertos, amplitudine, qua lances craterasque non excedant*] Libri omnes editi,

Digitized by Google

in Tauro. Reg. 2. *in Taro.* Nos ex Isidoro Orig. xvi. 5. 'in Paro:' 'Parius lapis,' inquit, 'Lygdinus cognomento: hic apud Paron insulam nascitur: unde et Parius nuncupatus. Magnitudo ejus, quæ lances craterasque non excedat: unguentis et ipse aptus.' Hesychius: Λύγδος λίθος .... ὁ Πάριος.

8. Cap. xv. *Cujus umbra vertice colligeretur in se ipsa, alias enormiter jaculante apice*] Sic totidem plane apicibus syllabisque, Reg. 2. codex, et Pintiani, nisi quod *in ipsa*, non *in se ipsa* habent. Sic et Mss. alii omnes, probatioris notæ. At in editis ad hunc diem libris prodigiose hæc corrupta: *Cujus vertice umbra colligeretur in semetipsum, alia atque alia incrementa jaculantem apice.* Quam sunt porro hæc corrupta, tam sunt obscura quæ Salmasius affert in Solinum, pag. 640. ad interpretationem hujus loci, quem ex suis quoque codicibus restituit, æque ac Pintianus.

9. Ibid. *Tertius .... ex omnibus unus omnino factus est imitatione ejus quem fecerat Sesostridis filius*] Locum hunc integerrima fide repræsentamus, qualem exhibent Mss. codices, Colb. 3. vetus Dalecampii, et Vaticana quoque exemplaria, teste Mattio Orig. ii. 14. et Kirchero nostro de Orig. Obeliscorum i. 9. Ceteri, nempe editi, cum Reg. 2. *fractus est in molitione, quem.* Haud dubie mutile ac falso. Nam qui videre, ac diligenter exploravere, integrum adhuc esse renuntiant.

10. Cap. xvii. *In raphanos ..... mille sexcenta talenta*] Sic Reg. 2. ceterique codices manu exarati. In editis perperam *mille octingenta.* Manuscriptis favet Herodotus ii. 125. pag. 138. Ἔς τε σμυρναίην, καὶ κρόμμυα, καὶ σκόροδα .... ἑξακόσια καὶ χίλια τάλαντα ἀργυρίου τετελέσθαι. *In raphanos, cæpas, et allia ... mille et sexcenta talenta pecuniæ esse insumta.* Diodorus Siculus similiter Bibl. lib. i. pag. 58. τάλαντα πλείω τῶν χιλίων καὶ ἑξακοσίων.

11. Cap. xviii. *Quales jam compluribus locis flagrant, ut Ostiæ ac Ravennæ*] E nostra id conjectatione est. Nam in editis hactenus libris: *Sicut jam tales compluribus locis flagrant, ut Puteolis ac Ravennæ.* At Reg. 2. *Quales jam compluribus locis flagrant cueositæ ac Ravennæ.* Unde haud pœnitenda emendatio, *ut Ostiæ.* Nam Ostiæ certe a Claudio Imperatore erectam esse 'altissimam turrim, in exemplum Alexandrinæ Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia dirigerent,' auctor est Tranquillus in ejus Vita, cap. 20.

12. Cap. xix. *Introitu lapide e Pario, columnis reliquis e Syenite, molibus compositis, &c.*] Prius legebatur, *Introitu lapidis columnisque reliquis, e molibus compositis.* Adjuvit promovitque emendationem Regius 2. codex, in quo sic legitur, *Introitu lapidis e Paro, columnis reliquæ Syenitæ molibus compositis.* Sic etiam Colb. 3. aliique probatioris notæ.

13. Cap. xxiv. *Quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam sellariæ istorum*] Prius *cellaria* legebatur. In Reg. 2. *sellaria.* In Colb. 3. *sellariæ,* optime. Sellaria locus est, in quo sedes disponuntur. Plinius supra xxxiv. 19. 'Violentia Neronis in Urbem convecta, et in sellariis domus aureæ disposita.' De hac aurea domo nunc agitur. Suetonius in Tiberio, cap. 43. 'Secessu vero Capreensi etiam sellariam excogitavit, sedem arcanarum libidinum,' &c.

14. Ibid. *Ima pars scenæ e marmore fuit, media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriæ: summa e tabulis inauratis. Columnæ, ut diximus, imæ duodequadragenum pedum*] Vel unius literulæ immutatio quantas sententiarum varietates afferat, ex hoc loco intelligere licet, quam libri vulgati hactenus sic repræsentant: *Summæ ta-*

Digitized by Google

bulis inauratis columnæ, ut diximus: imæ duodequadragenum pedum. Atqui summas tabulis inauratis columnas nusquam dixit: columnas imas, quæ fuere eædem maximæ, duodequadragenum pedum fuisse superius admonuit, cap. 2. 'Etiamne tacuerunt,' inquit, 'maximas earum columnarum, atque adeo duodequadragenum pedum Lucullei marmoris in atrio Scauri collocari,' translatas e scena scilicet. Denique cum scena triplex extiterit, imaque dicatur e marmore, e vitro media, quæ summæ materia fuerit, cur non illico aperitur?

15. Ibid. *Cavea ipsa cepit hominum LXXX. millia: cum Pompeiani theatri toties multiplicata urbe, ... sufficiat large quadraginta millibus*] Sic totidem plane literis apicibusque Regius 2. codex, cum in libris ad hunc diem editis, *Pompeii amphitheatri*, et mox, *quadringentis millibus* legatur, gemino errore: nam, ut a posteriore incipiam, cum ei consilium sit amplitudinem theatri, quod Scaurus edidit, tanto majorem ostendere, quam fuerit Pompeii, etsi multiplicata numero civium urbe, non potuit quadringenta millia Pompeianum capere, si fuit illud alterum LXXX. tantum millium capax. Quod ad alterum attinet, Pompeiani certe theatri, (quod et ex suo exemplari Pintianus vidit scribi hoc loco oportere,) meminere omnes: amphitheatri, nemo. P. Victor in Descript. Romæ, regione octava, 'Theatrum Pompeii.' Tacitus Annal. lib. XIV. 'Quippe erant, qui Cn. quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset. Nam antea subitariis gradibus, et scena ad tempus structa, (ut temporario Scauri theatro,) ludos edi solitos, vel si vetustiora repetantur, stantem populum spectavisse.' Theatrum hemicycli specie constructum fuit: amphitheatri forma rotunda, et veluti ex duobus constans theatris: unde et nomen.

16. Cap. XXV. *Magnes appellatus est ab inventore .... in Ida repertus*] Sic libri omnes, etiam Mss. Nec tantum Isidoro tribuendum putamus, ut quidquam moveamus hoc loco, quanquam ille Pliniana hæc ex more transcribens, Orig. XVI. 4. *in India* legisse videatur, ut et Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 43. fol. 41. 'Magnetes lapis est inventus apud Troglodytas, Quem lapidum genitrix nihilominus India mittit.' Inventoris certe, a quo magneti ea indita appellatio est, viri proprium apud Græcos nomen esse docuimus.

17. Ibid. *Tertium in Hyrietico Bæotiæ*] Libri hactenus editi, *in Echio Bæotiæ*. Reg. 2. et Pintiani, *in Hyrtio*. Colb. 3. *in Hyetico.* Nihil visum est veræ lectioni propius, quam *Hyrietico*, ab oppido Bœotiæ, ut diximus, de quo IV. 12.

18. Cap. XXVI. *Lapidem e Scyro insula, &c.*] *E Syro*, non *e Scyro*, libri quidam Mss. præferunt. Ego vero de Scyro ut hæc potius accipienda putem, faveamque vulgatæ hactenus lectioni, facit Eustathii inprimis auctoritas, qui ad Dionys. vs. 521. p. 71. Σκῦρον Scyrum insulam sic esse appellatam prodidit, quod sit petrosa, σκυρώδης: aitque e lapicidinis erui variegatos lapides, qui Scyrii appellentur: μέταλλα δέ εἰσι ποικίλης λίθου, Σκυρίας λεγομένης. Et in Proverbiis Zenobii, Centur. I. 32. Πετρώδης καὶ λυπηρά ἐστιν ἡ Σκύρος. Ac Suidas idem habet, et Apostolius Suidam secutus. De Syro nihil legas usquam ejuscemodi. Isidorus incaute, locum hunc exscribens Orig. XVI. 4. 'Syrius lapis,' inquit, 'a Syria, ubi reperitur, appellatur: hic integer fluctuari traditur, comminutus mergi.' Isidori errorem sequitur Albertus de Miner. II. 2. 17.

19. Cap. XXVIII. *Theophrastus auctor est et translucidi lapidis in Ægypto, quem Chio similem ait*] Sic Reg. 2. Colb. 3.

Digitized by Google

et Pintiani codex, excepto quod *Phio*, non *Chio*, sed mendose, legunt. Theophrastus, a quo hæc Plinius, de Lapid. p. 2. Μέλας αὐτόθι (ἐν Αἰγύπτῳ) διαφανὴς ὁμοίως τῷ Χίῳ. Nec latuit hoc Pintiano et Hermolao. In libris hactenus editis, *et translucidos lapides in Ægypto inveniri, quos ophitæ similes ait*, interpolantium manu.

20. Ibid. *Ejusdem lapis flos appellatur, in farinam mollis, ad quædam perinde efficax*] Sic libri omnes editi: sic Reg. 2. totidem syllabis apicibusque. Salmasius tamen in Solinum, p. 1204. ex nescio quibus codicibus, corruptis certe et interpolatis, sic emendat: *Ejusdem lapidis flos appellatur, farina ex eo quædam perinde efficax.* Ut videatur esse sententia, in farinam, seu tenuissimum pulverem teri hunc lapidem, qui pulvis flos appelletur. Id vero quam longe et a scriptoris mente, et a rei veritate abhorreat, testis Aëtius de Re Med. II. 23. p. 52. ubi de lapide Asio: 'Huic,' inquit, 'quiddam agnascitur, pulviculo farinæ pistrinorum parietibus insidenti simile, quod florem Asiæ petræ vocant.' Græcus Ms. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λίθος,... ὃν δὲ καλοῦσιν Ἄσιον πυῤῥοειδὴς κατὰ τὴν χροιὰν καὶ τὴν σύστασιν ... Ἐπιτρέφεται δὲ αὐτῷ τι παραπλήσιον ἀλεύρῳ λεπτοτάτῳ τῷ προσιζάνοντι τοῖς τοίχοις τῶν μυλώνων. Insidet itaque flos ille lapidi, non ex eodem comminuto, aut friato, tritove fit. Sic Oribasius lib. XIII. p. 229. 'Lapidis Assii flos est salsugo summo lapidi insidens,' &c. post Diosc. v. 142. et Galenum de Fac. Simp. Med. lib. IX. p. 257.

21. CAP. XL. *Laudatissimi sunt in Melo, Nisyro, et Æoliis insulis*] De pumicibus agitur. Prius, *in Melo, Scyro*, legebatur. Ex suis exemplaribus *in Syro* Pintianus rescribere nitebatur. Atque ita sane in Reg. 2. At Colb. 3. *in Melonis Syro.* Nos, *in Melo, Nisyro*, indubitata conjectura reponimus. Auctor ita emendandi, præter vestigia codicum omnium, Theophrastus, qui libro περὶ λίθων, p. 5. pumices laudat inprimis eos, qui et ἐν Νισύρῳ et ἐν Μήλῳ reperiuntur. Eustathius item, in Dionys. vs. 526. p. 76. molares lapides e Nisyro commendat, Νίσυρος πετρώδης ἐστὶ λίθου μυλίου.

22. Ibid. *Etesium lapidem in iis prætulere ceteris*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. aliique. Sic et Plinius ipse in Indice libri hujus. In libris hactenus editis, *Ephesium*, mendose. Isidorus Orig. XVI. 4. 'Lapides quoque medicinalium mortariorum, et pigmentorum usibus apti, Edesius præcipuus, et inde colaticus: Thebaicus quoque, et balanites lapides, vel ex sese remittentes.' Lege, ex Plinio: 'Etesius præcipuus, et inde chalazius: Thebaicus quoque, et basanites lapides, nil ex sese remittentes.' Lexicon Chymiæ: Βοτρυχίτης, πυρίτης, καὶ ἐτήσιος.

23. CAP. XLVI. *Quare etiam foribus opertis interdiu claritas ibi diurna erat, alio quam specularium modo, tanquam inclusa luce, non transmissa*] Sic Reg. 2. et Pintiani codex, rectissime. Prius legebatur insulse, *foribus apertis*: et mox, *haud alio quam specularium modo*, quod verbis statim sequentibus adversatur. Emendationem nostram Isidori calculo comprobamus: 'Phengites,' inquit ille Orig. XVI. 4. 'Cappàdociæ lapis, duritia marmoris, candidus atque translucidus: ex quo quondam templum constructum est a quodam rege foribus aureis, quibus clausis claritas diurna erat.'—'Pliniana hæc narratio, quæ fidem excedere quibusdam videtur, non paucis comprobatur exemplis. Notum inter alia Florentiæ in ecclesia S. Miniatis fenestras esse, in quibus pro vitro tabulæ sunt ex alabastrite, quindecim pedes altæ: et ecclesia tamen, foribus quamvis opertis, luce perfunditur.' *Ed. sec.*

24. CAP. XLVIII. *In eo genere præ-*

Digitized by Google

cipuæ. E reliqua multitudine lapidum, tofus ædificiis inutilis est, mortalitate mollitiæ] In libris hactenus editis, *Reliqua multitudo lapidum in totum ædificiis inutilis est*, quod abhorret sane a similitudine veri longissime. Regius 2. codex, *Reliqua multitudine lapidum totus ædificiis, &c.* Nos e superiore voce literula repetita, *E reliqua multitudine*, et mox indubitata emendatione *tofus* scripsimus. Emendandi auctor Isidorus Orig. XIX. 10. ubi hunc locum exscribit: 'Tofus,' inquit, 'ædificiis inutilis est, fundamentis aptus, mortalitate mollitiæ. Ex æstu enim et halitu maris fricatur, et verberatur imbribus.' Et Plinianus Index: XLVII. *De cotibus.* XLVIII. *De tophis.* XLIX. *De silicum naturis.* Tophum alii, alii tofum scribunt. Vossium vide in Etymol.

25. CAP. XLIX. *Est et viridis silex, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: et ubi invenitur, lapis, non saxum est. E reliquis pallidus in cæmento raro utilis. Globosus, &c.*] Libri hactenus editi, etiam et Mss. quidam, *est et viridis lapis.* At de silicum universo genere nunc esse sermonem, non antecedentia modo suadent, sed et ea quoque quæ subsequuntur. De nigris hactenus, rubentibusque, et albis: nunc de viridi, pallido, globoso, fluviatilique silice agit. Admonuit erroris Isidorus, qui locum hunc integerrima fide descripsit Orig. XIX. 10. 'Viridis silex,' inquit, 'vehementer et ipse igni resistens, sed nusquam copiosus, et ubi invenitur, lapis, non saxum est. Pallidus in cæmento raro utilis. Globus contra injurias fortis,' &c.

26. Ibid. *Remedium est in lapide rubro, æstate eum eximere, nec ante biennium eum inserere tecto, domitum tempestatibus*] Vidit Pintianus locum hunc in mendo cubare, cum legeretur, *Remedium est in lapide dubio:* itaque, *udo*, vel *humido* potius, legi censuit oportere. Nos *rubro*, auctore Vitruvio, quem Plinius hoc maxime libro sequitur, ac describit. Sic enim ille, II. 7. p. 27. 'Cum ergo propter propinquitatem necessitas cogat ex rubris lapicidinis, et quæ sunt Urbi proximæ copiis uti; si qui voluerint sine vitiis perficere, ita erit præparandum. Cum ædificandum fuerit, ante biennium ea saxa non hyeme, sed æstate eximantur, et jacentia permaneant in locis patentibus. Quæ autem a tempestabus eo biennio tacta læsa fuerint, ea in fundamenta conjiciantur: cetera quæ non erunt vitiata, ab natura rerum probata, durare poterunt supra terram ædificata.' Vitruvium Plinius, ut perspicuum est, imitatur: 'Remedium,' inquit, 'in rubro lapide, qui circa Urbem eruitur, et mollior est,' &c. Nam molliorem esse eum, ipse prius admonuit superiore cap. 'Alia mollitia,' inquit, 'circa Romam:' quod ex Vitruvio pariter hauserat ita scribente: 'Sunt enim aliæ lapicidinæ molles, uti sunt circa Urbem rubræ,' &c. ut suo loco indicavimus.

27. CAP. LI. *Si minus, utique a lateribus. Medios parietes farcire fractis cæmentis, diamicton vocant. Reticulata structura, qua frequentissime Romæ struunt, rimis opportuna est*] Locum hunc interpolatores hactenus corrupere insigniter, et præpostera interpunctione, et totius perturbatione sententiæ, in hunc modum: *Si minus utique a lateribus medios parietes farcire fractis cæmentis. Dictyotheton vocant reticulatam structuram, quam frequentissime Romæ struunt, rimis opportunam.* Nos conditivorum librorum fidem integerrime secuti suo nitori locum restituimus. Et Pintianus in suo codice *Diamicton* legit. Διὰ μικτῶν architecti genus illud structuræ nuncupavere scilicet, ut medici sua medicamenta διὰ κωδειῶν, aliaque similia nuncuparunt.

28. CAP. LIII. *Ex albo melior. Quæ ex duro, structuræ utilior: quæ ex fistu-*

loso, tectoriis] Prius legebatur, *ex albo melior quam ex duro, et structuræ utilior.* Erroris admonuit, non Pintiani modo codex, sed et Vitruvius certior haud paulo sane auctor, II. 5. p. 24. 'De calce,' inquit, 'diligentia est adhibenda, uti de albo saxo aut silice coquatur: et quæ erit ex spisso et duriore, erit utilior in structura: quæ autem e fistuloso, in tectoriis.' Sic etiam Palladius de Re Rust. I. 10. p. 14. 'Calcem quoque ex albo saxo duro, vel Tiburtino... coquemus... Quæ erit ex spisso et duro saxo, structuris convenit: ex fistuloso vero, aut molliori lapide, tectoriis adhibetur utilius.'

29. CAP. LXVI. *Vulturno mari Italiæ... sex M. pass. littore inter Cumas atque Liternum*] In libris hactenus vulgatis, *Cumas atque Lucrinum.* In Reg. 2. et Colb. 3. *atque littorum.* Indubitata emendatio est, *atque Liternum.* Tum ex Antonino, sive Æthico, qui in itinere a Tarracina Neapolim, Literno Cumas tanto distare intervallo docet, quantum illud modo littus esse dicitur, quo Vulturnum mare nuncupatur, hoc est, VI. M. P. Tum ex Plinio ipso, qui III. 9. hæc esse vicina inter se admonet, Vulturnum, unde mari appellatio, Liternum, Cumas: 'In ora... Vulturnum oppidum cum amne, Liternum, Cumæ Chalcidensium.' Suboluit hic ejus loci error Camillo Pellegrino de Campania Felice, p. 183.

Digitized by Google

Digitized by Google

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XXXVII.

Gemmæ.

1. Ut nihil instituto operi desit, gemmæ supersunt, et in arctum coacta rerum naturæ majestas, multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati, coloribus, materiæ, decori, violari etiam signis gemmas nefas ducentes. Aliquas vero extra pretia ulla, taxationemque humanarum opum arbitrantes, ut plerisque ad summam absolutamque rerum naturæ contemplationem satis sit una aliqua gemma. Quæ fuerit origo gemmarum, et quibus initiis in tantum admiratio hæc exarserit, diximus quadamtenus [a] in mentione auri annulorumque. Fabulæ [b] primordium a rupe Caucasea tradunt: Promethei vinculorum interpretatione fatali: [1] [c] primumque saxi hujus fragmentum inclu-

NOTÆ

[a] *Diximus quadamtenus*] Lib. XXXIII. c. 4. 'Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanquam illi quoque ferreum annulum dedit antiquitas: vinculumque id, non gestamen, intelligi voluit.'

[b] *Fabulæ*] Vide Servium in sextam Maronis Eclogam. Isidorus Orig. XVI. 6. 'Primordia gemmarum,' inquit, 'a rupe Caucasi Fabulæ ferunt, Prometheum primum fragmentum saxi ejusdem inclusisse ferro, ac digito circumdedisse: iisque initiis cœpisse annulum atque gemmam.' Sic et Marbodeus in Præfat.

[c] *Fatali*] Infelici. Ita libri omnes: non, ut quibusdam placet, *futili*.

Digitized by Google

sum ferro, ac digito circumdatum, hoc fuisse[d] annulum, et hoc gemmam.[2]

II. (I.) His initiis cœpit auctoritas in tantum amorem elata, ut Polycrati Samio, severo[1] insularum ac littorum tyranno, felicitatis suæ, quam nimiam fatebatur etiam ipse, satis piamenti in unius gemmæ voluntario damno videretur, si cum fortunæ volubilitate paria faceret:[a e] planeque ab invidia ejus abunde se redimi putaret, si hoc unum doluisset. Assiduo ergo gaudio lassus, profectus navigio in altum, annulum mersit. At illum piscis eximia magnitudine regi natus, escæ vice raptum, ut faceret ostentum, in culinam domini rursus Fortunæ insidiantis[f] manu reddidit. Sardonychem[2 g] eam gemmam fuisse constat: ostenduntque Romæ, si credimus, in Concordiæ[h] delubro, cornu aureo Augusti[3 i] dono inclusam, et novissimum prope locum, tot prælatis, obtinentem.[b]

III. Post hunc annulum regia fama est gemmæ Pyrrhi illius,[j] qui adversus Romanos bellum gessit. Namque

[a] *Felicitatem suam satis minuendam arbitratus est, unam eam gemmam si sponte perderet, si hoc fortunæ semper alias blandienti quasi vicissim traderet, ne in aliis rebus adversam sentiret.*

[b] *Cum tot alii ipsi præferantur.*



CAP. I. 1 Dalec. *futili.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *circumdatum, anulum, et hoc gemmam* edd. vett. et Gronov.

CAP. II. 1 Voc. *severo* deest in Vet. Dalec.—2 *Smaragdum* Herod. III. 41.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Augustæ* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

[d] *Hoc fuisse*] Sententia est, ferrum digito circumdatum annuli vicem præbuisse: gemmæ, saxi fragmentum ferro inclusum.

[e] *Paria faceret*] Diximus de ea forma loquendi II. 88. Referunt hanc historiam auctores alii appellati a nobis XXXIII. 6.

[f] *Fortunæ insidiantis*] Blandientis nunc quidem, sed paulo mox necem molientis, ut diximus XXXIII. 6.

[g] *Sardonychem*] Ita et Solinus cap. 33. pag. 63. Smaragdum alii aiunt fuisse, inter quos Herodotus III. 41. pag. 178.

[h] *In Concordiæ*] Urbis regione octava.

[i] *Augusti*] Sic Mss. omnes, non *Augustæ*, ut editi, quod hoc loco absonum.

[j] *Pyrrhi illius*] Regis Epirotarum, qui bellum adversus Romanos decennio toto pro Tarentinis gessit, ante Punicum primum.

Digitized by Google

habuisse[k] traditur achaten, in qua novem Musæ et Apollo citharam tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, ut Musis quoque singulis[l] redderentur[1] insignia. Nec deinde alia, quæ tradatur, magnopere gemmarum claritas extat apud auctores: præterquam Ismeniam[m] choraulem,[n] multis fulgentibusque uti solitum, comitante fabula vanitatem ejus, indicante in Cypro rege aureos denarios[o] c. pro smaragdo,[2] in quo



CAP. III. 1 Cod. Dalec. *darentur.*—2 'Ita Mss. Reg. 2. 3. 5. 6. Corrupte

NOTÆ

[k] *Namque habuisse*] Solinus iisdem verbis, cap. 5. p. 21. Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 2. fol. 10. et alii. Similem achaten, in quo Christi Domini nomen affabre delineatum cernatur, asservat gazophylacium Augusti Romanorum Imperatoris, teste Lambecio de Bibl. Cæsar. lib. I. fol. 25. § 27. Alium, in quo B. Virginis cum puero Jesu effigies, sponte naturæ depicta foret, vidisse se Aldrovandus ait, de Metallis IV. 73. p. 107. Vide et Pancirolum Rerum Memorab. tit. 16. pag. 43. et scriptores Ephemerid. German. tom. I. Observ. 156. pag. 336. et Kircherum denique nostrum de Mundo Subterr. VIII. 1.

[l] *Ut Musis quoque singulis*] Musarum insignia ex vetere tabula recitantur in Museo Cospiano, pag. 450. Calliope alphabeti elementa quatuor et viginti depicta gerit in tabella, quod libris totidem heroum facta, ut Achillis et Ulyssis, contineantur. Ausonius Idyl. XX. 'Carmina Calliope libris heroica mandat.' Clio ante pedes abjectos historiarum libros habet: 'Clio gesta canens transactis tempora reddit.' Erato lyra canit: 'Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.' Thalia in viridanti luco obambulat: 'Comica lascivo gaudet sermone Thalia.' Melpomene librum apertum manu gestat: 'Melpomene tragico proclamat mœsta boatu.' Terpsichore citharam: 'Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auget.' Euterpe fistulam: 'Dulciloquos calamos Euterpe flatibus urget.' Polyhymnia duplicem citharam: 'Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.' Urania sphæram circinumque: 'Uranie cœli motus scrutatur et astra.'

[m] *Ismeniam*] Ἰσμηνίαν, tibicinem Thebanum, de quo Plutarchus adversus Epicurum, pag. 1095. et in Pericle: 'Cum audisset,' inquit, 'Antisthenes Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit: Malus igitur: nam si probus esset, tibicen non esset.'

[n] *Choraulem*] Χοραύλην, *tibicinem*, qui in choro tibia canit. Olim quippe in comœdiis, 'quando chorus canebat, choricis tibiis, id est, choraulicis, artifex concinebat,' inquit Diomedes lib. III. pag. 489. Apud Gruter. pag. 1035. GLAPHYRI. CHORAVLAE mentio. In conviviis etiam cecinisse choraulas, ex Martiali scimus, lib. IX. 'Quod optimum sit quæritis convivium? In quod choraules non venit.'

[o] [*Sex*] *aureos denarios*] Sive, quod

Digitized by Google

fuerat sculpta Amymone,[p] jussisse numerari: et cum duo relati[q] essent, imminuto pretio, male hercules[3] curatum,[d] dixisse: multum enim detractum gemmæ dignitati.[r] Hic videtur instituisse, ut omnes musicæ artis[s] hac quoque ostentatione censerentur, veluti Dionysodorus æqualis ejus et æmulus, ut sic quoque par videretur. Tertius, qui eodem tempore fuit inter musicos, Nicomachus, multas gemmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas: sorte quadam his exemplis initio voluminis oblatis adversus istos,[e] qui sibi hanc ostentationem arrogant,[4] ut palam sit eos tibicinum gloria tumere.

IV. Polycratis gemma, quæ demonstratur, illibata intactaque est. Ismeniæ ætate,[a] multos post annos, apparet

[d] *Male profecto provisum a mercatore.*
[e] *Initio hujus libri his exemplis casu propositis adversus eos, &c.*

tantum habent *rex* pro *rege*. Male Editio princeps, *indito in Cypro VI. aureis denariis pro smaragdo.* Inde quoque male recentiores editiones, *indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo.*' Brotier. *indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *male me Hercules* edd. vett. et Gronov. Mox, *se dixisse* cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *arrogent* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

idem est, denariis centum et quinquagenis, ut ex iis liquet quæ diximus XXXIII. 13. Monetæ nostratis hæc faciunt libras seu florenos omnino tricenos.—' Denarios nummosve aureos hic interpretamur, quorum quadraginta octo in libras auri fierent, singuli sex scripulorum, quorum unumquodque vicenis sestertiis communibus, hoc est, duorum assium cum semisse singulis, æstimaretur, ac proinde quinque denariis argenteis; monetæ nostræ (ut superius denarium argenteum assibus nostris octo taxavimus) assibus quadraginta. Ita aureus quisque denarius, qui esset sex scripulorum, ac proinde CXX. sestertiorum, sive XXX. denariorum argenti, esset monetæ nostratis, librarum duodecim, *douze francs.* Sex denarii, septuaginta duæ libræ, *soixante-douze livres*, ou *vingt-quatre écus.*' Ed. sec.

[p] *Amymone*] Danai filia, cujus fabulam vide apud Hygin. fol. 169.

[q] *Et cum duo relati*] Mercatorem puduit tanti æstimasse vel unicum: pretio persoluto, duos emtori obtulit.

[r] *Gemmæ dignitati*] Cui gemmæ ex majore pretio major dignitas accessisset.

[s] *Omnes musicæ artis*] Subintellige, 'periti.' Sic VII. 40. 'Grammaticæ artis Daphni Gnatio.'

[a] *Ismeniæ ætate*] Vixit is fere annis centum post Polycratem: hic Tarquinii Superbi Romanorum regis ætate.

Digitized by Google

scalpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eandem opinionem edictum Alexandri[b] Magni quo vetuit in gemma se ab alio scalpi, quam a Pyrgotele, non dubie clarissimo artis ejus. Post eum Apollonides et Cronius in gloria fuere: quique Divi Augusti imaginem similem expressit, qua postea principes[c] signant,[1] Dioscorides.[d] Sylla dictator traditione Jugurthæ[e] semper signavit.[2] Est apud auctores, et Intercatiensem[f] illum, cujus patrem Scipio Æmilianus[g] ex provocatione interfecerat, pugnæ ejus effigie signasse: vulgato Stilonis[h] Præconini sale, 'quidnam fuisse acturum[3] eum, si Scipio a patre ejus interemtus esset.' Divus Augustus inter initia Sphinge signavit.[i]

CAP. IV. 1 'Ita bene codd. Reg. et Editio princeps; et sic scribere debuit Plinius, cum ejus ætate ea gemma signarent principes; ut videre est apud Suetonium in Aug. cap. 50. apud Dionem lib. LI. pag. 444.' *Brotier.* *qua postea principes signabant* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Cod. Dalec. *signant;* Vet. ejusdem, *signarunt.*—3 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *quidnam fuisse facturum* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *stilo, plerumque incommodum valere aliquid. Non enim hoc fuisse acturum si Scipio* Turneb. e vet. cod. *stilo mordaci et pungenti*

NOTÆ

b *Edictum Alexandri*] De quo diximus antea VII. 38.

c *Qua postea principes*] Suetonius loc. cit. Dio lib. XLIX. pag. 417.

d *Dioscorides*] Mentio hujus apud Tranquillum in Augusto, cap. 50.

e *Traditione Jugurthæ*] Hoc est, sigillo in quo Bocchus erat insculptus, Jugurtham Syllæ tradens. Plutarchus in Mario, pag. 411. Αὐτός τε Σύλλας σφραγῖδα ποιησάμενος ἐφόρει, γλυφὴν ἔχουσαν ἐγχειριζόμενον ὑπὸ τοῦ Βόκχου τὸν Ἰουγούρθαν ἑαυτῷ, καὶ ταύτῃ χρώμενος ἀεὶ διετέλει. Hoc ipsum repetit iterum, pag. 424. et in Sylla, pag. 452. et de Reip. Gerendæ Præceptis, pag. 806. Valerius Max. VIII. 14. pag. 408. 'L. Sylla . . . . Jugurthæ a Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam cupide asseruit, ut annulo, quo signatorio utebatur, inscriptam illam traditionem haberet.' Bocchus Jugurtham Syllæ dedidit, cum is a Mario legatum ageret, anno U. C. DCXLVIII. Extat ejus facti memoria in nummis Corneliæ gentis, e qua Sylla prodiit, apud Patinum, pag. 88.

f *Intercatiensem*] Ab Intercatia Hispaniæ citerioris oppido, de quo III. 4. 4.

g *Scipio Æmilianus*] Idem Africanus posterior appellatus, qui Carthaginem Numantiamque delevit. Epitome Livii lib. XLVIII. 'In Hispania P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Pauli F. Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum Tribunus militum occidit.'

h *Stilonis*] De eo in Auctorum Indice diximus, verbo 'Ælius Stilo.' In Colb. 3. aliter hæc leguntur, sed mendose, credo: *vulgato stylo, plerumque incommodum valere aliquid: non enim hoc fuisse acturum eum, si, &c.*

i *Sphinge signavit*] Dio Cassius lib.

Digitized by Google

Duas in matris annulis, indiscretæ similitudinis,[4] invenerat. Altera per bella civilia, absente eo, amici signavere epistolas et edicta, quæ ratio temporum nomine ejus reddi postulabat, non infaceto lepore accipientium, 'ænigmata afferre eam sphingem.' Quinetiam Mæcenatis rana [j] per [5] collationem pecuniarum in magno terrore erat. Augustus postea ad evitanda convicia sphingis, Alexandri Magni imagine signavit.

v. Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine dactyliothecam,[k] primus omnium habuit Romæ privignus Syllæ Scaurus.[l] Diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam, quæ Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, ut M. Varro aliique ejusdem ætatis auctores confirmant, multum prælatam Scauri.[m] Hoc exemplo Cæsar dictator sex dactyliothecas in æde Veneris [n] Genitricis consecravit: Marcellus, Octavia genitus,[o] in Palatina Apollinis cella [1] [p] unam.

ico Vet. Dalec.—4 'Ita bene codd. Regg. 2. 3.' *Brotier.* *Duas autem in matris anulis jam indiscretæ, &c.* Vet. Dalec. *Duas in matris anulis jam indiscretæ, &c.* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Vet. Dalec. *propter.*

Cap. v. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Apollinis æde* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

xlix. pag. 417. Tranquillus in Augusto, cap. 50. 'In diplomatibus, libellisque, et epistolis signandis, initio Sphinge usus est: mox imagine Magni Alexandri: novissime sua, Dioscoridis manu sculpta: qua signare insecuti quoque principes perseverarunt.' Sigilli hujus, sive Sphingis, quæ in Augusti nummis occurrit, effigiem exhibet Spanhemius de Usu Numism. pag. 216.—'Effigiem disce ex Plinio, viii. 30.' *Ed. sec.*

j *Mæcenatis rana*] Quod in annulo signum habebat, id ob exactiones pecuniarum, quæ Augusti nomine fiebant, magnos terrores ingerebat: infausto enimvero omine coaxare ea rana jactabatur.

k *Dactyliothecam*] Δακτυλιοθήκην, *annulorum repositorium.*

l *Scaurus*] Ædilis ille, de quo xxxvi. 24.

m *Scauri*] Subintellige, dactyliothecæ.

n *In æde Veneris*] In Foro.

o *Octavia genitus*] Fuit ea Augusti principis soror, cujus ille nomine et Bibliothecam condidit, Octavianam appellatam. Dio lib. xlix. pag. 417. De hoc Marcello Maro Æneid. vi. 'Tu Marcellus eris.'

p *Apollinis cella*] Cella pars templi sacratior, in quam ingredi nefas fuit. Sic Mss. non, ut editi, *Apollinis æde.* Fuit autem hæc ædes in Palatio, decima Urbis regione, unde Palatina dic-

Digitized by Google

VI. (II.) Victoria tamen illa Pompeii primum ad margaritas gemmasque mores inclinavit: sicut L. Scipionis,[q] et Cn. Manlii[r] ad cælatum argentum, et vestes Attalicas, et triclinia ærata: sicut L. Mummii,[s] ad Corinthia et tabulas pictas. Id uti planius noscatur, verba ex ipsis Pompeii triumphorum actis subjiciam. Ergo tertio triumpho, quem de piratis, Asia, Ponto, gentibusque et regibus in septimo[t] operis hujus volumine indicatis, M. Pisone,[u] M. Messala consulibus, pridie Kalend. Octob. die natalis sui[v] egit,[1] transtulit alveum cum tesseris lusorium[w] e gemmis duabus latum pedes tres, longum pedes quatuor: (et ne quis de ea re dubitet, nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedente, in ea fuit Luna aurea pondo XXX.) lectos[2] tricliniares tres: vasa ex auro et gemmis abacorum novem:[a] signa aurea tria, Minervæ, Martis, et Apollinis: coronas ex margaritis triginta tres: montem aureum quadratum[3] cum cervis et leonibus, et pomis omnis generis, circumdata vite aurea: museum[x] ex margaritis, in cujus fastigio horologium erat; ut et imago[4]

[a] *Quæ novem abacis onerandis paria forent.*

CAP. VI. 1 Alii ap. Dalec. *die natali suo egit.* Mox, *cum tesseris lusoriis* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *lecti.*—3 Vet. Dalec. *coronæ, ex, &c. mons aureus quadratus.* Mox, *circumdatis vite aurea* cod. Dalec.—4 '*Horologium erat, ut et imago*] Corrupte Mss. Reg. *horologium erat. Etiamne Cn. Pompeii.* In Editione principe, *horologium erat imago. Cn. Pompeii.* Ut constaret oratio,

NOTÆ

ta. Sic Gellius VII. 1. ait 'Scipionem Africanum solitavisse noctis extremo, prius quam dilucularet, in Capitolium ventitare, ac jubere aperiri cellam Jovis, atque ibi solum diu demorari, quasi consultaturum de republica cum Jove,' &c.

[q] *L. Scipionis*] Asiatici, de quo XXXIII. 53. et alibi sæpius.

[r] *Et Cn. Manlii*] De eo XXXIV. 8.

[s] *L. Mummii*] Achaici, qui Corinthum cepit, anno DCVIII.

[t] *In septimo*] Lib. VII. c. 27.

[u] *M. Pisone*] Anno Urbis DCXCIII.

[v] *Die natalis sui*] Qui et obitus postea idem fuit, ut diximus V. 14. Eo die transtulit ea quæ mox dicuntur: sed et pridie ejus diei pompa triumphi cœperat. Vide Plutarchum in Pompeio.—'Unicum triumpho diem Plinius assignat.' *Ed. sec.*

[w] *Alveum ... lusorium*] *Un damier, ou un échiquier.*

[x] *Museum*] Μουσεῖον simulacrum esse ædiculæ Musis dicatæ videtur. Sic Ἰσεῖον Isidis monumentum, ut alibi diximus.

Digitized by Google

Cn. Pompeii e margaritis: illa regio honore grata, illius probi oris[y] venerandique per cunctas gentes, illa, inquam, ex margaritis, severitate victa, et veriore luxuria, quam triumpho.[b] [5] Profecto[z] inter molles viros durasset cognomen Magni, si prima victoria[a] sic triumphasses. E margaritis,[6] Magne, tam prodiga re, et fœminis[c] reperta, quam gerere te fas non sit, hinc fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri? Nonne illa similior tui est imago, quam Pyrenæi jugis[b] imposuisti? Grave profecto fœdumque probrum erat, ni verius iræ Deorum ostentum[7] credi oporteret, clareque intelligi posset, jam tum illud caput[c] Orientis opibus sine reliquo corpore ostentatum. Cetera

[b] *Et verius luxuriæ, quam Pompeii triumpho.*
[c] *In fœminarum usum.*

emendandum fuit, *ut et imago.* Male enim recentiores editiones, *horologium erat. Imago.* Id ferri non potest, cum cetera sint in quarto casu. Nec Plinius scripserat *imaginem*, ut patet ex sequentibus.' *Brotier.*—5 'Ita codd. Reg. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentt. edd. *et veriore luxuriæ triumpho.* Verior fuit luxuria, quam Pompeii triumphus.' *Idem. et veriore luxuria, quam triumpho* Vet. Paris.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Quam profecto inter illos viros . . . . . sic triumphasses? et margaritis* Gronov. et vulgg. *Quam parum inter molles viros durasset cognomen Magni, si prima victoria sic triumphasses? E margaritis* Vet. Dalec. Mox, *quam habere gerereque te* Vet. Parm.—7 Cod. Dalec. *ni verius sævum populo Romano Deorum ostentum.*

NOTÆ

[y] *Illius probi oris*] In quo forma et species est liberalis. Familiaris Plinio locutio, usurpata superius VII. 11.

[z] *Profecto*] Profecto et molles viri ad Magni cognomen aspirassent, si prima victoria sic triumphasses: cum incertum foret, virtusne tum, an luxuria triumpharet. A profuso certe sumtu in exstructionem Pompeiani theatri Magni ei cognomen hæsisse, sensit Cassiod. Var. Epist. IV. 51. Recte, an secus, alii viderint.—'Falso, ut constat ex Plinio, VII. 27. Nam ex Africa tota subacta et in ditionem redacta id cognomen tulit.' *Ed. sec.* —Transiit illud ad posteros cognominis vice. His ademtum a Caio Caligula, restitutum a Claudio est. Vide Notas et Emend. num. 1.

[a] *Prima victoria*] Africa nempe subacta, unde Magni primum cognomen tulit, ut dictum est VII. 27. etsi victoriæ antea illius aliæ commemorantur.

[b] *Pyrenæi jugis*] Vide quæ dicta sunt VII. 27.

[c] *Jam tum illud caput*] Quod e margaritis, hoc est, Orientis opibus, thorace tenus, ut solet, conflatum, ea triumphi pompa delatum est: perinde ac si sævum illud Deorum ostentum esset, fore aliquando ut caput ejus præcisum Orienti toti sine reliquo corpore ostentaretur. Ptolemæi scilicet regis Ægypti jussu trucidatus est, ut referunt scriptores rerum Romanarum omnes.

Digitized by Google

triumphi ejusdem quam virilia! Reipublicæ[d] et quæstoribus, qui oram maris defendissent, datum mille talentum:[e] militibus singulis sena millia sestertium.[8] [f] Tolerabiliorem tamen fecit causam Caii[g] principis, qui, super omnia muliebria,[d] socculos induebat e margaritis: et Neronis principis, qui sceptra personis[h] histrionum, et cubilia amatoria[9] unionibus construebat. Quinimmo etiam jus videmur perdidisse corripiendi[e] gemmata potoria, et varia supellectilis[10] genera, annulos transeuntes. Quæ enim non luxuria innocentior existimari possit?[f] [11]

VII. Eadem victoria primum in Urbem murrhina invexit: primusque Pompeius lapides[1] et pocula[i] ex eo triumpho Capitolino Jovi dicavit: quæ protinus ad hominum usum transiere, abacis etiam[j] escariisque vasis inde expe-

[d] *Qui inter alios mores muliebres.* [e] *Reprehendendi.*
[f] *Quando de annulis silemus. Quæ enim non luxuria præ illa innocentior videatur?*

—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Reipublicæ datum mille talentum, legatis et quæstoribus, qui oras maris defendissent, H-S. bina millia, commilitibus singulis quinquaginta* Gronov. et al. ante Harduin.—9 'Ita codd. Regg. Vindob. et Editio princeps.' *Brotier.* *qui sceptra et personas h. et cubilia amatoria* Harduin. et recentt. ex codd. *qui sceptra personis, et cubilia viatoria* cod. Dalec. *qui s. et personas et cubicula viatoria* Gronov. et vulgg.—10 Vet. Dalec. *variæ supellectilis;* cod. Dalec. *varia supellectilium.*—11 Cod. Dalec. *videri potest.*

CAP. VII. 1 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. et Ambrosian. 1.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *induxit: primusque Pompeius sex pocula* edd. vett. et Gro-

NOTÆ

[d] *Reipublicæ*] Vide Notas et Emend. num. 2.

[e] *Mille talentum*] Sic Tullius Philip. VI. 15. 'Quis inventus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?' Talenta porro Attica mille (nam de his accipiendum id puto) monetæ nostratis libras seu florenos faciunt omnino 2400000.

[f] *Sena millia sestertium*] Monetæ Gallicæ libras sexcentas.

[g] *Caii*] Caligulæ. Indutum hunc muliebribus vestimentis, progressum in publicum, prodidere etiam Josephus Antiq. Jud. XIX. 1. et Tranquillus in ejus Vita, c. 52. 'Vestitu, calceatuque, et cetero habitu, neque patrio, neque civili, ac ne virili quidem, ac denique humano semper usus est. Sæpe depictas gemmatasque indutus pænulas...ac modo in crepidis, vel cothurnis, modo in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri,' &c. —'*Caii*] Cæsaris Germanici.' *Ed. sec.*

[h] *Personis*] *Et personas, &c.* Reg. 2. codex. In Colb. 3. *et cubilia victoria.* In libris hactenus editis, *et personas, et cubicula viatoria, histrionum* voce prætermissa, ceterisque immutatis.

[i] *Pompeius lapides, &c.*] Vide Notas et Emend. num. 3.

[j] *Abacis etiam*] Abacos vocat ful-

Digitized by Google

titis. Excrescitque in dies ejus rei luxus, murrhino LXX. talentis[2 k] emto, capaci plane ad sextarios tres[l] calice. Potavit ex eo ante hos annos consularis, ob amorem[m] abroso[3] ejus margine, ut tamen injuria illa pretium augeret: neque est hodie murrhini alterius præstantior[a] indicatura.[n] Idem in reliquis generis ejus quantum voraverit, licet existimare ex multitudine, quæ tanta fuit, ut auferente liberis ejus Nerone Domitio,[b] theatrum peculiare trans Tiberim hortis[4 o] exposita occuparent: quod a populo impleri canente se, dum Pompeiano[p] præludit,[c] etiam Neroni satis erat. Vidi tunc annumerari[5] unius scyphi fracta

[a] *Majus pretium.*
[b] *Ut cum Nero Cæsar ea pocula liberis ejus auferret.*
[c] *Dum se parat ad canendum in Pompeii theatro.*

nov.—2 Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6. Harduin. et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *LXX. sestertiis* codd. Vindob. et Ambrosian. *octoginta sestertiis* edd. vett. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *obroso* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *foris;* al. *orcis;* al vett. *in hortis.*—5 'Ita codd. Regg. 2. 3. In cod. Reg. 5. *Vidi annumerari.* Male Editio princeps, *qui tum vidit annumerari.*' Brotier. *erat: qui vidit tunc annumerari* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *erat.*

NOTÆ

era, pluteosque, quibus vasa, candelabraque, et alia imponimus. *Des guéridons.*

[k] *LXX. talentis*] Ita Reg. 2. Colb. 3. Vet. Dalec. Monetæ nostræ libræ sunt, seu floreni, 168000. De talentis Atticis hæc accipimus, de quibus alibi. Typi vulgati hactenus, *LXXX. sestertiis,* nullo codice suffragante.

[l] *Ad sextarios tres*] Mensura Gallica, *deux pintes et demi-setier.* Vide quæ diximus XIV. 6.

[m] *Ob amorem*] Quo calicem hunc deperibat.

[n] *Præstantior indicatura*] Diximus de hac voce in Præfat. ad Titum, et XXIX. 8.

[o] *Hortis*] In hortis suis, Neronis scilicet. P. Victor in Descript. Romæ, regione XIV. 'Trans Tiberim ... Hortus Domitii.'

[p] *Dum Pompeiano*] Theatrum illud Transtiberinum innuit Pompeiani fuisse præludium. Nam Nero, priusquam bene perfricuisset frontem, minoribus se ostentavit theatris, postremo in Pompeii theatro, in conspectu totius populi Romani ineptire non erubuit, sive cantando, sive aurigando. Tranquillus in Nerone, cap. 22. 'Mox et ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit: positoque in Hortis, inter servitia, et sordidam plebem rudimento, universorum se oculis in Circo maximo præbuit.' Et antea, c. 21. 'Cum magni æstimaret cantare, etiam Romæ Neroneum agona ante præstitutam diem revocavit: flagitantibusque cunctis cœlestem vocem, respondit quidem in Hortis se copiam volentibus facturum.'

Digitized by Google

membra, quæ in dolorem, credo, sæculi, invidiamque fortunæ,[d] tanquam Alexandri[q] Magni corpus, in conditorio servari, ut ostentarentur, placebat. T. Petronius[r] consularis moriturus, invidia Neronis principis, ut mensam ejus exhæredaret,[e] trullam[s] murrhinam trecentis talentis[6 t] emtam fregit. Sed Nero, ut par erat principem, vicit omnes,[7] c. talentis capidem[8] unam[u] parando. Memoranda res tanti imperatorem patremque patriæ bibisse.

VIII. Oriens murrhina[a] mittit. Inveniuntur enim ibi in

[d] *Ut doleret præsens sæculum, invideretque fortunæ superioris ætatis.*
[e] *Hæredi auferret.*

Vidi tunc a. u. s. fracti, &c. cod. Dalec.—6 'Ita Mss. Reg. 2. 3. 5. 6. In Ms. Vindobon. *sestertiis trecentis.* In Mss. Ambrosian. *CCC. H-S.* Unde emendavit Cl. Rezzonicus *CCC. H-S.* et explicat *tercenta millia sestertia;* quod melius dixisset trecenties centena millia sestertium, seu Gallicæ monetæ libras 5,836,507. Trecenta sestertia sunt Gallicæ monetæ libræ 58,359. Trecenta autem talenta sunt ejusdem monetæ libræ 1,370,625.' *Brotier. trecentis sestertiis* Gronov. et vulgg.—7 *Erat principem facere, vicit omnes* Vet. Dalec. *erat, principes vicit omnes* al. ap. eundem.—8 'Ita Mss. Reg. 2. 3. 5. 6. In Editione principe *C. lib.* In Ms. Ambrosian. 2. *C. sestertiis.* In Ms. Vindobon. *quadringentis sestertiis.* Cl. Rezzonicus emendavit *CCCC. H-S.*

NOTÆ

[q] *Alexandri*] 'Magni Alexandri thoracem repetitum' a Caligula 'e conditorio ejus,' scribit Tranquillus, c. 52. in Caio. Fuit illud Alexandriæ, aureum primo, mox vitreum, cum sublatum furto aurum fuisset. Strabo l. XVII. p. 794.

[r] *T. Petronius*] Titum quoque Plutarchus appellat, de Discrimine Adulatoris et Amici: ubi exprobratam ab eo Neroni tenuitatem ac sordes refert. Caium Tacitus non semel appellat: inprimis Annal. XVI. p. 271. ubi de hoc ipso loqui eum, de quo et Plinius agit, res ipsa indicio est. Ibi Proconsul Bithyniæ, mox Consul, dein revolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium assumtus a Nerone dicitur. Et p. 272. 'Flagitia principis sub nominibus exoletorum fœminarumque et novitate cujusque stupri perscripsit, atque obsignata misit Neroni,' &c. Quibus verbis opus illud signari quidam arbitrantur, quod Petronii Arbitri Satyricon appellatur: quibus non ego credulus.

[s] *Trullam*] Trullam glossæ χέρνιβον *et aquiminale,* seu pollubrum interpretantur, *un bassin à laver.*

[t] *Trecentis talentis*] Sic Mss. omnes. Monetæ Gallicæ floreni seu libræ sunt, 720000. Attica talenta ubique interpretor. Libri hactenus editi, et hoc loco, et eo qui proxime sequitur, *trecentis sestertiis* legunt, nullo astipulante vetere exemplari.

[u] *Capidem unam*] Capis genus est poculi a capiendo dictum, auctore Festo. Livius l. x. 'Cum capide ac lituo capite velato, victimam cædat.' In Mss. *jaspidem,* sed mendose.

[a] *Oriens murrhina*] Glossarium vetus Latino-Gallicum murrhina vasa

Digitized by Google

pluribus locis, nec insignibus, maxime Parthici regni: præcipua tamen[1] in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam parvos excedunt abacos:[b] crassitudine[c] raro, quanta dictum est vasi potorio. Splendor his sine viribus,[d] nitorque verius,[2] quam splendor. Sed in pretio varietas colorum subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex utroque, ignescente, veluti per transitum coloris, purpura, aut rubescente lacteo.[f][3][e] Sunt qui maxime in iis laudent[4] extremitates, et quosdam colorum repercussus, quales in cœlesti arcu spectantur. His maculæ pingues placent: translucere quicquam, aut pallere, vitium est. Item sales, verrucæque non eminentes, sed ut in corpore

[f] *Cum murrhini area vel purpurea sit, vel lactei coloris simul ac rubescentis.*

Brotier. *trecentis talentis capidem* codd. Dalec. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *trecentis sestertiis capidem* edd. vett. et Gronov.

CAP. VIII. 1 'Ita codd. Regg. 3. 5. Vindob. et Editio princeps.' *Brotier. præcipue tamen* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 Vet. Dalec. *potius.*—3 'Ita bene codd. Regg. 2. 3. 5. 6. et Editio princeps.' *Brotier. ignescentem, veluti per transitum coloris in purpura, &c.* edd. ante Brotier. *purpura rubescente, aut lacte candescente* Gronov. et vulgg. *purpura candescente, aut lacte rubescente* Vet. Dalec.—4 Cod. Dalec. *laudant.*

NOTÆ

vocat *Hanaps de madre.* Sed madrata hæc opera e ligno fuisse verius alii censent cum Ruellio, quem secuti sumus XIII. 30. Vasa fuere ex pretioso lapide sui nominis, suique generis. De his multa eleganter et accurate Gretserus noster, et qui ex eo fecit epitomen Raderus item noster in Martialem lib. XIV. p. 860. et seq. quare eadem hic attexere supersedemus, ne actum agere videamur. Vide quæ obiter perstrinximus XXXIII. 2. et adde ea quæ Passeratius habet in Propertium IV. 5. Hunc Plinii locum totidem fere verbis exscripsit Isidorus Orig. XVI. 12.

[b] *Parvos . . . abacos*] *Des guéridons*, ut diximus sup. cap.

[c] *Crassitudine*] Raro, inquit, murrhini lapidis crassitudo tanta est, ut excavari possit in eam altitudinem, quæ vasi potorio superiore cap. attributa est, 'capaci plane ad sextarios tres calice.'

[d] *Splendor his sine viribus*] Neque enim erant translucida, nisi forte, ut Plinii verbis utar, crassiore visu.

[e] *In purpura, aut rubescente lacteo*] Sic Mss. omnes. Editi corrupte, *purpura rubescente, aut lacte candescente.* Isidorus, qui hunc locum totidem alioqui verbis expressit, voces eas omnino neglexit. 'Varietas ejus,' inquit Orig. XVI. 12. 'in purpuram candoremque, et ignem, cum quibusdam colorum repercussionibus, quales in cœlesti arcu spectantur.'

Digitized by Google

etiam plerumque sessiles.[e] Aliqua et in odore[f] commendatio est.

IX. Contraria[g] huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Non aliubi[1 h] certe reperitur, quam ubi maxime hybernæ nives rigent: glaciemque esse[i] certum est: unde et nomen[j] Græci dedere. Oriens et hanc mittit, quoniam Indicæ[2 k] nulla præfertur. Nascitur et in Asia,[l] vilissima circa Alabanda et Orthosiam, finitimisque montibus, item in Cypro: sed laudata in Europæ[3] Alpium jugis.[m]

[e] *Depressæ.*

CAP. IX. 1 Cod. Dalec. *alibi.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sed Indicæ* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *item Cypro laudata, et in Europæ.*—

NOTÆ

[f] *Aliqua et in odore*] E murrhinis calicibus vina potabant, quod ex illo vasis genere gratiorem ea traherent saporem. Martialis XIII. 113. cui lemma: 'Myrrhina:' 'Si calidum potas, ardenti myrrha Falerno Convenit: et melior fit sapor inde mero.'

[g] *Contraria*] Ad verbum hæc Isidorus loc. cit. Et cap. 13. 'Crystallus resplendens et aquosus colore. Traditur quod nix sit glacie durata per annos. Unde et nomen ei Græci dedere.' Statius item in Epithalamio Stellæ: 'Raraque longævis nivibus crystalla gelari.' Seneca Natural. Quæst. III. 25. 'Quis non gravissimas esse aquas credat, quæ in crystallum coëunt? Contra autem est: tenuissimis enim hoc evenit, quas frigus ob ipsam tenuitatem facillime gelat. Unde autem fiat ejusmodi lapis, apud Græcos ex ipso nomine apparet: κρύσταλλον enim appellant æque hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem, ex qua fieri creditur,' &c. Basilius quoque, homil. 3. in Hexaëm. pag. 34. Diodorus Siculus Bibl. lib. II. pag. 134. crystallum ait quidem ex aqua purissima in glaciem indurata coalescere: non quidem a frigore, sed divini ignis potentia.

[h] *Non aliubi*] Id vero alii negant, ut Marbodeus cecinit, de Lapid. Pret. cap. 23. 'Pars negat, et multis perhibent in partibus orbis Crystallum nasci, qua non vis frigoris ulla est, Nec glacialis hyems,' &c. Sequitur nempe Solinum, cap. 15. p. 36.

[i] *Glaciemque esse*] Glaciem intellige, non cœlestem aquam, in extimis montium jugis, sed succum potius in terræ visceribus, atque inter cautes, uti mox dicetur, vehementiore gelu concretam: frigoris vi conglutinatum et coactum.

[j] *Unde et nomen*] Κρύσταλλος a frigore, ἀπὸ τοῦ κρύους.

[k] *Quoniam Indicæ*] Vide Notas et Emend. num. 4. Nunc per universam Indiam reperiri nullam crystallum aiunt. Fuisse olim luculentus est auctor Strabo lib. XV. p. 717. Solinus item, et Marbodeus, laudandi inferius, cap. 15.

[l] *Nascitur et in Asia*] Solinus cap. 15. p. 36. in Scythia. Strabo lib. XV. p. 540. in Cappadocia. De Alabandis Orthosiaque, V. 29.

[m] *Alpium jugis*] Sic Isidorus Orig. XVI. 13.

Digitized by Google

Juba auctor est, et in quadam insula Rubri maris ante Arabiam sita nasci, quæ Necron[4] vocetur,[n] et in ea, quæ juxta[o] gemmam topazion ferat,[5] cubitalemque[p] effossam a Pythagora Ptolemæi regis præfecto. Cornelius Bocchus[6][q] et in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis Ammaënsibus jugis,[7][r] depressis ad libramentum aquæ[s] puteis. Mirum et quod Xenocrates tradit Ephesius, aratro in Asia et Cypro excitari. Non enim inveniri in terreno, nec nisi inter cautes creditum fuerat. Similius vero est,[8] quod idem Xenocrates tradit, torrentibus sæpe deportari. Sudines vero negat nisi ad meridiem spectantibus locis nasci: quod certum est: non enim reperitur in aquosis, quanquam in regione prægelida, vel si ad vada usque glacientur amnes. Cœlesti humore, parvaque nive id fieri necesse est: ideo caloris impatiens, nonnisi frigido[t] potui addicitur.[9] Quare sexangulis nascatur lateribus, non facile ratio[u] inveniri potest: eo magis[v] quod neque mucronis eadem species est,



4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Neron* Gronov. et vulgg. *τῶν νεκρῶν* margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Cod. Dalec. *fert.* —6 *Cornelius Nepos dicit* cod. Dalec.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *immensis jugis* Gronov. et vulgg. 'In codd. Regg. 3. 5. 6. *Annensibus jugis.*' Brotier.—8 Cod. Dalec. *veri est;* et mox in eodem, *a torrentibus.*—9 Cod. Dalec. *non nisi frigido potu adjicitur;* Vet. Dalec. *addicitur;* Gronov. et vulgg. *nisi in frigido potu abdicatur.*

NOTÆ

[n] *Quæ Necron vocetur*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. vetus Dalec. &c. *Τῶν νεκρῶν* insula, *Necronnesos*, hoc est, *mortuorum:* ut Macaronnesos, *τῶν μακάρων*. Libri editi, *Neron*, mendose.

[o] *Et in ea, quæ juxta*] De hac insula dictum est VI. 34.

[p] *Cubitalemque*] Crystallum.

[q] *Cornelius Bocchus*] Laudatur hic sane in Indice hujus libri, ex Mss. omnibus. Hoc loco tamen iidem codices, non *Bocchus*, sed *Nepos* habent: mendose. Nam ipse Plinius hoc ipsum repetens inferius cap. 43. 'Bocchus,' inquit, 'auctor est, et in Hispania repertas, quo in loco crystallum dicit ad libramentum aquæ puteis defossis inde erutam.'

[r] *Ammaënsibus jugis*] Vide Notas et Emend. num. 5.

[s] *Ad libramentum aquæ*] Ubi fodiuntur scrobes seu putei ad ducendam ex libramento aquam. De hac voce diximus XXXI. 31.

[t] *Nonnisi frigido*] Vide Notas et Emend. num. 6.

[u] *Non facile ratio*] Assignare tamen Cardanus est ausus, quem ob eam rem Scaliger exagitat, Exercit. 118.

[v] *Eo magis*] Mucronum quidem numerum servat natura diligenter: speciem, sive formam, ac similitudinem, non item. Nicol. Chorier Hist. Delph. lib. I. pag. 72. auctor est, in

Digitized by Google

et ita absolutus est laterum lævor, ut nulla id arte possit æquari.

X. Magnitudo[a] amplissima adhuc visa nobis erat, quam in Capitolio Livia Augusta[1][b] dicaverat, librarum circiter quinquaginta.[c] Xenocrates auctor est, vas amphorale[d] visum: et aliqui, ex India crystallum sextariorum quatuor.[e] Nos liquido affirmare possumus, in cautibus Alpium nasci, atque adeo inviis, ut plerumque fune pendentes[f] eam extrahant. Peritis signa et indicia nota sunt. Infestantur[g] plurimis vitiis: scabro ferrumine, maculosa nube, occulta aliqua vomica,[h] præduro fragilique centro:[i] item sale[2][j] appellato. Est et rufa aliquibus[3] rubigo: aliis

CAP. X. 1 *Divus Augustus* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *scabro, ferrugine . . . aliquando vomica . . . et sale* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

montibus Ebrodunensibus, Diensibusque, in Delphinatu, crystallum ejuscemodi crebro passimque reperiri.

[a] *Magnitudo*] Solinus hæc ad verbum exscripsit, cap. 15. p. 36.

[b] *Livia Augusta*] Sic etiam Solinus. At Mss. *Divus Augustus.*

[c] *Circiter quinquaginta*] Sic etiam Mss. At Solinus, *CL.*

[d] *Vas amphorale*] Quid sit amphora, diximus XIV. 5.

[e] *Sextariorum quatuor*] Tres 'pintas' vulgus Lutetiæ vocat.

[f] *Fune pendentes*] E summis cautibus, jugisque montium.

[g] *Infestantur*] Crystalli, inquit, hæc vitia sunt: scabrities ac ferrugo, seu qualis in ferro rubigo cernitur, (Mss. *ferrumine* hoc loco agnoscunt, non, ut editi, *scabro, ferrugine,*) maculosa nubes, &c.

[h] *Occulta aliqua vomica*] Vomica proprie tumor est excrescens in aliqua parte corporis, saniem fluidam continens in sese. Ad hujus similitudinem in crystallo vomicam Plinius, opinor, intelligit, occultam in media crystallo aquæ guttulam, quæ nondum fuerit gelu concreta. Extat in similem crystallum epigramma Claudiani geminum in Anthol. IV. 18. Κλαυδιανοῦ εἰς κρύσταλλον ἐντὸς ὕδωρ ἔχουσαν· Χιονέη κρύσταλλος ὑπ' ἀέρος ἀσκηθεῖσα Δεῖξεν ἀκηρασίοιο παναίολον εἰκόνα κόσμου, Οὐρανὸν ἀγκὰς ἔχοντα βαρύκτυπον ἔνδοθι πόντον. *De crystallo intus aquam habente: Aëris ingenio glacies sortita figuram Exhibet immensum nobis in imagine mundum, Æthera qui fluctus pelagi complectitur in se.* Alterum priore haud inferius elegantia, est istiusmodi: Εἶπ' ἄγε μοι, κρύσταλλε, λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ, Τίς πῆξεν; Βορέης. ἢ τίς ἔλυσε; Νότος. *Dic, aqua sub lapidis glaciali tegmine, quo tu Compacta es? Borea. Quo resoluta? Noto.*

[i] *Centro*] Quid centrum sit, diximus XVI. 76.

[j] *Item sale*] Verrucarum instar non eminentium vitium id esse non in crystallis modo, sed et in murrhinis, intelligitur ex his Plinii verbis, cap.

Digitized by Google

capillamentum rimæ simile. Hoc artifices cælatura occultant. Quæ vero sine vitio sunt, pura esse malunt, acenteta[k] appellantes, nec spumæ colore,[l] sed limpidæ aquæ.[4] Postremo auctoritas in pondere est. Invenio medicos,[m] quæ sunt urenda corporum, non aliter utilius id fieri putare, quam crystallina pila adversis posita Solis radiis.[5] Alius hic furor, H-S. CL. M.[n] trullam unam[o] non ante multos annos mercatam a matre familias,[6] nec divite. Idem Nero,[p] amissarum rerum nuntio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira fregit illisos. Hæc fuit ratio sæculum suum punientis, ne quis alius ex his biberet. Fragmenta sarciri nullo modo queunt. Mire ad similitudinem accessere vitrea, sed prodigii modo, ut suum pretium auxerint crystalli, non diminuerint.

XI. Proximum locum in deliciis, fœminarum tamen[a] adhuc tantum, succina[b] obtinent: eandemque omnia hæc,

aliqua vomica . . . item sale cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *alioqui*.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nec spumei coloris limpidæ aquæ* Gronov. et al. vett.—5 Cod. Dalec. *pila solis radiis opposita*.—6 Vet. Dalec. *mercata matre familias*.

NOTÆ

8. 'Murrhinis translucere quicquam, aut pallere, vitium est. Item sales verrucæque non eminentes, sed ut in corpore etiam plerumque sessiles.'

[k] *Acenteta*] Ἀκέντητα, *sine cælatura*, de qua dictum est proxime: sive quæ scalpri puncturam non senserunt. *Asynthetam* legit hoc loco vir doctus inprimis, informemque crystallum interpretatus est, Notis in Alexiad. pag. 279. Nos a Mss. non discedimus.

[l] *Nec spumæ colore*] Solinus cap. 15. pag. 36. 'Qui eligunt, purissimum captant: ne quid rufum, ne quid nubilum, vel spumis obsitum, arceat perspicuitatem.' Prius legebatur, 'nec spumei coloris limpidæ aquæ.'

[m] *Invenio medicos*] Vide quæ diximus XXXVI. 67. Expertum id a se feliciter testatur Matthiolus in lib. V. Diosc. cap. 116. pag. 1388.

[n] *H-S. CL. M.*] Sestertium centum quinquaginta millia monetæ nostratis efficiunt libras, seu florenos, 15000.

[o] *Trullam unam*] Crystallinam: *un bassin de cristal*.

[p] *Idem Nero*] Tranquillus in Nerone, cap. 47. 'Nuntiata interim defectione . . . . duos scyphos, gratissimi usus, quos Homericos, a cælatura carminum Homeri, vocabat, solo illisit,' &c.

[a] *Fœminarum tamen*] Hinc Ovid. Met. II. 364. 'Inde fluunt lacrymæ, stillataque Sole rigescunt De ramis electra novis: quæ lucidus amnis Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis.'

[b] *Succina*] Quæ electra vocant, *L'ambre jaune*. Ruellius de Nat. Stirp. I. 39. pag. 115. 'Succinum

Digitized by Google

quam gemmæ, auctoritatem, sane majorem aliquibus de causis crystallina et murrhina, rigidi[1] potus[c] utraque. In succinis causam ne deliciæ quidem adhuc excogitaverunt. Occasio est vanitas Græcorum diligentiæ. Legentes modo æque perpetiantur me de ortu eorum, cum[2] hoc quoque intersit vitæ, scire posteros quicquid illi prodidere mirandum. Phaëthontis[d] fulmine icti sorores fletu[3] mutatas in arbores populos lacrymis electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus: et electrum appellatum, quoniam Sol vocitatus sit Elector,[4][e] plurimi poëtæ dixere, primique, ut arbitror, Æschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum, Italiæ testimonio patet. Diligentiores eorum[f] Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas unquam ibi fuisse, certum est: nec vero ullas ibi appositas esse, in quas quicquam cursu Padi devehi possit. Nam quod Æschylus in Iberia, hoc est, in Hispania,[g] Eridanum esse dixit, eundemque appellari Rhodanum, Euripides rursus, et Apollonius[h] in Adriatico littore confluere Rhodanum et Padum, faciliorem veniam facit ignorati succini, in tanta orbis ignorantia.[a] Modestiores, sed æque falsum, prodidere, in

[a] *Venia digni, quod succini ortum ignorarint, qui vel orbis situm ipsum nescierunt.*

CAP. XI. 1 Vet. Dalec. *frigidi.*—2 Vet. Dalec. *eorum dicere, cum.*—3 Cod.

NOTÆ

nostræ officinæ, ruraque, et vulgus Medicorum Ambram vocant citrinam: Mauritani Karabe. Gestant nostræ mulieres decoris causa, quædam monilium vice: aliæ orbiculos ex eo efficiunt, quibus suas preces numerant.' Alia res omnino est, quam Ambram griseam vocitant.

[c] *Rigidi potus*] Sic libri omnes: hoc est, frigidi. Tamen et ad calidos potus murrhina Martialis adhibet, laudatus a nobis paulo antea, c. 8.

[d] *Phaëthontis*] Nasonem vide, loc. cit.

[e] *Elector*] Ἠλέκτωρ, quod homines ἀλέκτρους, id est, *sine lecto* faciat, hoc est, excitet a somno: seu potius id ei nomen est ab electri splendore.

[f] *Diligentiores eorum*] Apollonius Rhodius Argon. IV. 506. Qui Radaunum amnem (is Dantiscum præterfluit) pro Rhodano acceptum a veteribus volunt, λήρους ληροῦσιν.

[g] *Hoc est, in Hispania*] At Iberiæ nomine vetustissimi scriptores intellexere tractum omnem illum terrarum qui a Rhodano ad Gades pertinet, teste Strab. lib. III. p. 166.

Digitized by Google

extremis Adriatici sinus rupibus inviis arbores stare, quæ Canis ortu hanc effunderent gummim.[5] Theophrastus[i] in Liguria effodi dixit. Chares vero Phaëthontem[6] in Æthiopia Hammonis obiisse, ob id delubrum ibi esse atque oraculum, electrumque gigni. Philemon fossile esse, et in Scythia erui duobus locis: candidum atque cerei coloris, quod vocaretur electrum: in alio loco fulvum, quod appellaretur[7] subalternicum. Demostratus lyncurion[j] id vocat, et fieri ex[8] urina lyncum bestiarum, e maribus fulvum et igneum, e fœminis languidius atque candidum. Alii dixere langurium, et esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, et circa Padum iis vitam assignat.[9] Sudines arborem quæ gignat in Liguria. In eadem sententia et Metrodorus fuit. Sotacus credidit in Britannia petris effluere,[k] quas electridas vocat.[10] Pytheas Guttonibus,[l] Germaniæ genti, accoli æstuarium Oceani, Mentonomon nomine, spatio stadiorum sex millium: ab hoc diei navigatione insulam abesse Abalum: illuc[11] vere fluctibus advehi,[m] et esse concreti maris purgamentum: incolas pro ligno ad ignem uti eo, proximisque Teutonis[12] vendere. Huic et Timæus credidit, sed insulam Basiliam[13] vocavit.[n]

Dalec. *luctu.*—4 Cod. Dalec. *vocatus sit. Helios.*—5 Edd. vett. Gronov. Harduin. et recentt. *hoc effunderent gummi;* Vet. Dalec. *hoc effundunt gummi.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *dixit: Chares vero Phaëtontem* Chiffl. *dixit. Phaëthontem* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. *quod vocatur... appellatur.* Mox, *sualternicum* Gronov. et al. vett.—8 Vet. Dalec. *fieri ait ex.* —9 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *affirmat* Gronov. et al. vett.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *arboribus effluere q. e. vocavit* Gronov. et vulgg.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *illo* Gronov. et vulgg.—12 *Teutonibus* Vet. Dalec.—13 Ita codd. Har-

NOTÆ

[h] *Et Apollonius*] Idem qui supra Rhodius appellatus, Argon. IV. 627.

[i] *Theophrastus*] Libro περὶ λίθων, pag. 6. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ἤλεκτρον λίθος, καὶ γὰρ ὀρυκτὸν τὸ περὶ Λυγγιστήν.

[j] *Lyncurion*] De lyncurio diximus VIII. 57. Strabo similiter, lib. IV. p. 202. ubi de Liguribus: Πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λυγγούριον παρ' αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. *Copiosum est apud illos lyngurium, quod nonnulli cognominant electrum.*

[k] *Petris effluere*] Sic Reg. 2. Colb. 3. Chiffl. Vet. Dalec. aliique. In editis perperam, *arboribus effluere.*

[l] *Guttonibus*] De his egimus IV. 28.

[m] *Illuc vere fluctibus advehi*] Subintellige, succinum.

[n] *Basiliam vocavit*] Sic Mss. omnes,

Digitized by Google

Philemon ait [14] flammam ab electro reddi. Nicias [15] Solis radiorum succum intelligi voluit. Hos circa occasum credit vehementiores in terram actos pinguem sudorem in ea parte Oceani relinquere, deinde æstatibus [16] in Germanorum littora ejici. Et in Ægypto nasci simili modo, et vocari Sacal: [o] item in India, gratiusque thure esse Indis. In Syria quoque fœminas verticillos [p] inde facere: et vocare harpaga, [q] quia folia et paleas, vestiumque fimbrias rapiat. Theochrestus [17] [r] Oceano id exæstuante ad Pyrenæi promontoria [18] ejici: quod et Xenocrates credidit, qui de iis nuperrime scripsit. Vivit adhuc Asarubas, qui tradidit juxta Atlanticum mare esse lacum Cephisiada, [19] quem Mauri vocant Electrum. Hunc Sole excalfactum e limo dare electrum fluitans. Mnaseas [s] Africæ locum Sicyonem appellat, [20] et Crathin amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aves, quas Meleagridas et penelopas [t] vocat: et vere ibi nasci, [21] [u] ratione eadem, qua supra dictum [v] est

duini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Baltiam* Gronov. et vulgg. '*Bannomannam* supra IV. 13. *Baltheam* Vet. unde 'mare Balthicum.'' *Dalec.*—14 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque legi jubet Dalecampius. Gronov. et vulgg. *negavit;* Chiffl. *vagit.*—15 Gronov. et al. ante Harduin. *Niceas.* Mox, *credit vehementius* Vet. Dalec.—16 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *æstibus* Gronov. et al. vett.—17 *Theophrastus* Gronov. et al. ante Harduin.—18 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *promontorium* Gronov. et vulgg.—19 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cephisidem* Chiffl. *Cephiside* Gronov. et vulgg.—20 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Mnaseas* etiam codd. Dalec. et Chiffl. *Mnesias . . . appellatum* edd. vett. et Gronov.—21 Ita codd. Harduini,

NOTÆ

non *Baltiam.* Sic Pytheas IV. 27.

[o] *Et vocari Sacal*] Ab Hebræo סָכַל ut reor, quæ vox *lapidem* sonat, quod duritiem lapidis succinum æmuletur.—' Lingua Ægyptiaca, non Hebræa.' *Ed. sec.*

[p] *Verticillos*] Verticilli instrumenta sunt, quæ fuso adhibentur, ut facilius vertantur.

[q] *Et vocare harpaga*] Succinum videlicet. Ἅρπαξ Græcis *rapacem* seu *raptorem* sonat. Exscripsit hunc locum Isidorus Orig. XVI. 8.

[r] *Theochrestus*] Sic Reg. 2. Colb. 3. aliique. Sic loci hujus index. Non, ut editi, *Theophrastus.*

[s] *Mnaseas*] Sic Mss. proxime laudati: sic Index. In editis male, *Mnesias.*

[t] *Et penelopas*] Πηνέλοπες, quas qui non viderunt, aquaticas esse, anatibusque similes comminiscuntur.

[u] *Et vere ibi nasci*] Subintellige, 'electrum.'

[v] *Qua supra dictum*] Proxime antea, de Cephisiade lacu.

Digitized by Google

de Electride lacu. Theomenes,[22] juxta Syrtim magnam hortum Hesperidum esse, ex quo in stagnum cadat,[23] colligi vero a virginibus Hesperidum. Ctesias [w] Indis flumen esse Hypobarum, quo vocabulo significetur omnia in se ferre[24] bona:[x] fluere a Septemtrione in exortivum Oceanum juxta montem sylvestrem, arboribus[25] electrum ferentibus. Arbores eas siptachoras[26][y] vocari, qua appellatione significetur prædulcis suavitas. Mithridates in Germaniæ littoribus esse insulam, vocarique eam Oserictam, cedri genere sylvosam: inde defluere in petras. Xenocrates non succinum tantum in Italia, verum etiam thyon[27] vocari,[z] a Scythis vero sacrium, quoniam et ibi nascatur.[28] Alios putare in Numidia gigni. Super omnes est Sophocles tragicus poëta, quod equidem miror tanta gravitate cothurni,[b][a] et præterea vitæ fama, alias principe loco genitus Athenis, rebus gestis,[b] exercitu ducto. Hic

[b] *Tanta in poësi gravitate.*

Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vocat vivere. Ibi nasci* Gronov. et vulgg. Mox, *in Electride* cod. Dalec.—22 Ita codd. Harduini et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Theomenes dicit* Gronov. et vulgg.—23 Vet. Dalec. *cadit.*—24 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *omnia vado ferre* Vet. Dalec. *omnia vasa ferre* Gronov. et vulgg.—25 Vet. Dalec. *montem consitum arboribus.*—26 Gronov. et al. ante Harduin. *aphytacoras.*—27 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *thieum* Gronov. et vulgg. *theion*, vel *thyeion* al. ap. Dalec.—28 Vet. Dalec. *agrion quoniam et ibi nascitur;* cod.

NOTÆ

[w] *Ctesias*] In libro de rebus Indicis, apud Photium in Bibl. cod. 73. cap. 149. *Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς διαῤῥέων διὰ τῆς Ἰνδικῆς, ... ὄνομα δὲ τῷ ποταμῷ Ἰνδιστὶ μὲν Ὕπαρχος* (rectius Ὑπόβαρος), Ἑλληνιστὶ δὲ, *φέρων πάντα τὰ ἀγαθά. Οὗτος τοῦ ἐνιαυτοῦ λ' ἡμέρας ἤλεκτρον καταῤῥεῖ, κ. τ. λ. Est et fluvius Indiam interlabens, ... qui ab Indis Hypobarus appellatur, quod Græce sonat, Ferens omnia bona. Triginta diebus per singulos annos succinum undis vehit, &c.*

[x] *Omnia in se ferre bona*] Sic ex conjectura, favente Ctesiæ loco ante allato, scripsimus, mutilis hac parte libris. Editi hactenus typi, *omnia vasa ferre bona.*

[y] *Siptachoras*] Non, ut typi hactenus vulgati, *Aphytacoras.* Ctesias, loc. cit. *Τῷ δενδρίῳ δὲ τούτῳ ὄνομά ἐστιν* Ἰνδιστὶ Σιπταχόρα, Ἑλληνιστὶ *σημαίνει γλυκὺ, ἡδύ.* Quod idem iterum repetit, pag. 52. De ea arbore vide ibi plura.

[z] *Thyon vocari*] Quo nomine veteres arboris genus appellarunt, quod esset cedro citrove affine, ut diximus XIII. 30.

[a] *Gravitate cothurni*] De eo genere loquendi diximus XXXV. 36.

[b] *Rebus gestis*] Quas a Suida accu-

Digitized by Google

ultra Indiam fieri dixit e lacrymis Meleagridum avium Meleagrum deflentium.[c] Quod et credidisse eum, vel sperasse aliis persuaderi posse, quis non miretur? quamve pueritiam tam imperitam posse reperiri, quæ avium ploratus annuos credat, lacrymasve tam grandes, avesque e Græcia, ubi Meleager periit, ploratum isse in Indos? Quid ergo? non multa æque fabulosa produnt poëtæ? Sed hoc ea in re, quæ quotidie inveniatur[d] atque abundet, et hoc mendacium coarguat,[29] serio quenquam dixisse, summa hominum contemtio est, et intoleranda mendaciorum impunitas.

(III.) Certum est gigni[e] in insulis Septemtrionalis Oceani, et a Germanis appellari glessum:[f] itaque et a nostris[g] unam insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austraviam a barbaris dictam. Nascitur autem[h] defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pinis.[i] Erumpit hu-

Dalec. *sacrium, quod, &c.*—29 Vet. Dalec. *invenitur atque abundat, et hoc*

NOTÆ

rate recensitas vide.

[c] *Meleagrum deflentium*] A matre interfectum: quem cum sorores ejus deflerent, Deorum voluntate in aves sunt transfiguratæ, quæ Meleagrides vocantur. Hygin. Fab. 174.

[d] *Quæ quotidie inveniatur*] Sic Mss. Prius editi, *invehatur*.

[e] *Certum est gigni*] Hæc totidem verbis Solinus cap. 20. p. 40.

[f] *Glessum*] Tacitus de Moribus Germ. p. 188. 'Sed et mare scrutantur, ac soli omnium succinum, quod ipsi glessum vocant, inter vada, atque in ipso littore legunt,' &c.

[g] *Itaque et a nostris*] A Romanis militibus. De Glessariis insulis egimus IV. 30.

[h] *Nascitur autem*] Ita Solinus loc. cit. Subscribit et Olaus Magnus Hist. XII. 8. p. 500. 'Abietes,' inquit, 'seu piceæ arbores, natura sua resinosæ, excelsa proceritate, sive super littora maris, sive super rivos, vel alias sylvarum declivitates crescentes, succinum sudant, maxime dum maturis frugibus Solis fervor,' &c. Sed altera præterea succini generatio est, e terra scilicet, cum sit picis fossilis seu bituminis genus: quod non in littore modo Prussiaci maris, sed et in locis ab eo pluribus passuum millibus disjunctis, atque adeo in ipsis montibus reperitur. Vide Kircherum de Mundo Subterr. VIII. 3. p. 75. Succinum e cetaceorum piscium spermate fieri, recentioribus quibusdam negotiatoribus Sarmaticis credidit Alciatus Parerg. Juris VII. 4. fol. 151. tom. 6.—'Consule de hoc argumento historiam Academiæ Regiæ Scientiarum, anni 1705. p. 43.' *Ed. sec.*

[i] *Resina pinis*] Sic Mss. omnes, non

Digitized by Google

moris abundantia: densatur[30] rigore vel tepore autumnali.[j] Cum intumescens[k] æstus rapuit ex insulis, certe in littora expellitur, ita volubile, ut pendere[l] videatur, atque[31] considere in vado. Arboris succum[32] esse prisci nostri[m] credidere, ob id succinum appellantes. Pineæ autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor, et quod accensum[n] tædæ modo ac nidore flagret.[33] Affirmatur a Germanis ideo maxime[o] appetitam provinciam: et inde Veneti primum, quos Græci Enetos vocabant,[34][p] famam rei fecere proximæ Pannoniæ, id accipientes circa mare Adriaticum. Pado vero[q] annexæ fabulæ videtur causa,[35] hodieque Trans-

mend. coarguit; Gronov. et vulgg. *invehatur, &c.*—30 Vet. Dalec. *defluens e medulla in pinei gen. &c. resina pineis erumpit humoris;* al. vett. ap. eundem, *erumpit humoris abundantia. Densatur;* alii vett. *erumpentis.* Mox, pro *autumnali,* cod. Dalec. *aut mari.*—31 Vet. Dalec. *neque.*—32 'Ita codd. Regg. In Editione principe aliisque, *quod arboris,' &c.* Brotier.—33 Cod. Dalec. *flagrat.*—34 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6.' *Brotier. Affertur a Germanis in Pannoniam maxime provinciam. Inde Veneti primum quos Græci Henetos vocant rei famam fecere, proximi Pannoniæ* Gronov. et vulgg. *Affirmatur a G. i. m. a. p. et inde advectos primum, quos Græci macatos vocabant. Famam, &c.* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—35 Cod. Dalec. *adnexa fabula evidente causa.* Mox,

NOTÆ

pineis. Sextus hic casus, a *pinus, pini,* secundæ declinationis.

[j] *Vel tepore autumnali*] Solinus loc. cit. At Isidorus Orig. XVI. 8. *vel tempore,* mendose.

[k] *Cum intumescens*] Tacitus loc. cit. 'Fœcundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi thura balsamaque sudantur, ita occidentis insulis terrisque inesse crediderim, quæ vicini Solis radiis expressa, atque liquentia, in proximum mare labuntur, ac vi tempestatum in adversa littora exundant.'

[l] *Ut pendere*] Ut modo pendere in aquis, modo in vado considere videatur. Ita Mss. omnes. Salmasius in Solin. p. 234. legit, *atque non sidere.* Tacitus loco cit. inter vada succinum peti ait.

[m] *Arboris succum esse prisci nostri*] Priscos illos secutus est Nepos Cornelius, uti ex Cassiodoro intelligimus, Var. Epist. v. 2. Solinus loc. cit. 'Succum esse arboris de nominis significatione capessas: verum unde profluit, si usseris, odor indicabit.'

[n] *Et quod accensum*] Tacitus loc. cit. 'Si naturam succini admoto igne tentes, in modum tædæ accenditur: alitque flammam pinguem et olentem: mox ut in picem resinamve lentescit.'

[o] *Ideo maxime*] Propter succinum. Notat luxuriam suorum temporum. Vide Notas et Emend. num. 7.

[p] *Enetos* [*Macatos*] *vocabant*] Majores succini glebas, vel pretiosiores, μακίστους.

[q] *Pado vero*] Solini paraphrasis c. 20. p. 40. de succino: 'Pretium operæ est ire longius, ne Padanæ sylvæ credantur lapidem flevisse. Hanc speciem in Illyricum barbari intule-

Digitized by Google

padanorum[r] agrestibus fœminis monilium vice succina gestantibus, maxime decoris gratia, sed et medicinæ:[s] quando tonsillis creditur resistere, et faucium vitiis, vario genere aquarum[t] juxta infestante[36] guttura ac vicinas carnes.[u] Sexcentis fere M. pass. a Carnunto Pannoniæ abest littus id Germaniæ, ex quo invehitur, percognitum nuper. Vidit enim eques Romanus, missus ad id comparandum a Juliano curante gladiatorium munus[v] Neronis principis, qui hæc commercia et littora peragravit, tanta copia invecta, ut retia arcendis feris podium[w] protegentia succino nodarentur:[x] arma vero, et libitina,[y] totusque[37] unius diei[z] appa-

transpadanis agrestium Vet. Dalec. *transpadanorum agrestium* al. vett.—36 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *aquarum gelidarum apud illos infestante* Vet. Dalec. *aquarum juxta illos infestante* Gronov. et vulgg.—37 Cod. Dalec. *to-*

NOTÆ

runt, quæ cum per Pannonica commercia usu ad Transpadanos homines foret devoluta, quod ibi primum nostri viderant, ibi etiam natum putaverunt.'

r *Transpadanorum*] Sic Mss. non *Transpadanarum*. Isidorus Orig. XVI. 8. 'E succino fiunt decoris gratia agrestium fœminarum monilia.' Ovidius supra laudatus, 'nuribus gestanda Latinis.'

s *Sed et medicinæ*] Vide Matthiolum in Diosc. I. 93. p. 139.

t *Vario genere aquarum*] Præsertim nivalium, quæ ex summis Alpium jugis liquatæ cum amnibus corrivantur. Inde strumis eorum amnium accolæ potoresque obnoxii.

u *Ac vicinas carnes*] Nullus est e Mss. codicibus qui Salmasio faveat, ita legenti, *juxta iis infestante guttura, ac vicinis Carnis.*

v *Gladiatorium munus*] Quod in amphitheatro ligneo, in regione Martii campi intra anni spatium fabricato, dedit. Suetonius in Nerone, c. 12.

w *Podium*] Orchestra, in qua erant Senatorum designata loca, Romæ inter cuneos et scenam interjecta erat, præducta muro pedem unum alto, quod podium dicebatur: qui murus columnis tres pedes altis ornabatur, quibus spectatores inniti possent. Erat orchestra graduum quatuor aut quinque, longa dimidiam scenæ partem. Gradus orchestræ dignissimus imus fuit, podio proximus, et scenæ. Juvenalis Sat. II. 145. 'Et Capitolinis generosior, et Marcellis, Et Catuli, Paulique minoribus, et Fabiis, et Omnibus ad podium spectantibus; his licet ipsum Admoveas, cujus tunc munere retia misit.'

x *Succino nodarentur*] Nodos habebant e succino. Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique: non *succinis notarentur*, ut editi.

y *Et libitina*] Lectus quo gladiatores in arena mortui statim efferebantur Libitina dicebatur: quoniam in æde Libitinæ Deæ pararentur omnia necessaria ad funebrem apparatum. Horatius: 'Multaque pars mei Vitabit Libitinam.'

z *Totusque unius diei*] Solinus c. 20. p. 40.

Digitized by Google

ratus esset e succino. Maximum pondus is glebæ attulit XIII. librarum.[a] Nasci et in India[b] certum est. Archelaus,[c] qui regnavit in Cappadocia, illinc pineo cortice[d] inhærente[38] tradit advehi rude, polirique adipe suis lactentis incoctum. Liquidum primo[e] destillare, argumento sunt quædam intus translucentia, ut formicæ,[f] aut culices, lacertæque, quas adhæsisse musteo[*] non est dubium, et inclusas indurescenti.[39]

XII. Genera ejus plura. Candida[1] odoris præstantissimi. Sed nec his,[2] nec cereis pretium. Fulvis major auctoritas. Ex iis etiamnum amplior translucentibus, præterquam si nimio ardore flagrent: imaginemque igneam inesse, non ignem, placet.[3] Summa laus Falernis[g] a vini

[*] *Recenti.*

tiusque.—38 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *illinc cortice inhærente* edd. vett. et Gronov. Mox, *lactantis incoctum* cod. Dalec.—39 Cod. Dalec. *indurescente.*

CAP. XII. 1 *Candidum* Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *huic.*—3 Cod. Dalec.

NOTÆ

[a] *Maximum .... XIII. librarum*] Hoc est, Solino interprete, loc. cit. XIII. millium librarum. Massam succini equo majorem ad littus Schetlandiæ appulisse aliquando prodidit Hector Boëtius in Hist. Scotorum.

[b] *Nasci et in India*] Solinus c. 20. p. 41. Ctesias in Indicis, apud Photium, cod. 73. p. 152.

[c] *Archelaus*] Cujus regnum in formam provinciæ Tiberius redegit, ut Suetonius prodidit, c. 36.

[d] *Pineo cortice*] Vocem *pineo* ex Mss. addidimus. Solinus paraphrastes, c. 20. p. 41. de succino: 'Rude primum nascitur et corticosum, deinde incoctum adipe lactentis suis expolitur, ad quem videmus nitorem.'

[e] *Liquidum primo*] Hoc ipsum experimenta confirmant summorum virorum hujus etiam ævi. Vide Kircherum nostrum, Mundi Subt. tom. II. p. 75. et 76.

[f] *Ut formicæ*] Martialis VI. 15. 'Dum Phaëthontea formica vagatur in umbra, Implicuit tenuem succina gutta feram. Sic modo quæ fuerat vita contemta manente, Funeribus facta est nunc pretiosa suis.' Et IV. 32. de ape electro inclusa: 'Et latet, et lucet, Phaëthontide condita gemma, Ut videatur apis nectare clausa suo. Dignum tantorum pretium tulit illa laborum: Credibile est ipsam sic voluisse mori.' Et IV. 59. de vipera electro inclusa: 'Flentibus Heliadum ramis, dum vipera serpit, Fluxit in obstantem succina gemma feram. Quæ dum miratur pingui se rore teneri, Concreto riguit vincta repente gelu. Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulcro, Vipera si tumulo nobiliore jacet.' Vide et Tacitum de Moribus German. p. 178. Kircherus in suo Museo servare se ait, loc. cit. precariam decadem, quam Rosarium

Digitized by Google

colore dictis, molli fulgore perspicuis. Sunt et in quibus decocti mellis lenitas placeat.[4] Verum hoc quoque[h] notum fieri[5] oportet, quocumque libeat, tingui, hædorum sevo, et anchusæ radice: quippe etiam conchylio inficiuntur. Ceterum attritu digitorum accepta caloris anima[i] trahunt[6] in se paleas ac folia arida, quæ levia sunt; ut magnes lapis, ferrum.[7] Ramenta quoque[j] succini oleo addita flagrant dilucidius diutiusque, quam lini medulla.[k] Taxatio in deliciis tanta, ut hominis quamvis parva effigies vivorum hominum vigentiumque pretia superet, prorsus ut castigatio una non sit satis.[b] In Corinthiis æs placet auro ar-

[b] *Ut castigasse invehique in mores semel obiterve non sit satis.*

imaginem n. (ita) *igneam reddunt quæ placet.*—4 Cod. Dalec. *dictis. Mollia fulgore perspicua sunt, in quibus et decocti m. l. placet.*—5 Cod. Dalec. *definiri.* Mox, *oportet tingi, quocunque modo libeat, hædorum sevo. Quinetiam et anchusæ radice, et conchylio, &c.* Vet. Dalec.—6 Cod. Dalec. *accepta vi caloris trahunt.* —7 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier. ac folia arida, ac philyras, ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoque ejus in oleo addita* Gronov. et vulgg. *ac folia arida, ac quæ levia sunt, ut, &c. succini oleo addito* cod. Dalec. *ac folia arida, quæ levia sunt: ac ut magnes lapis, ferri ramenta quoque. Succina oleo addita* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Bene codd. Regg. et Editio princeps, *ramenta quoque succini.* Male recentiores editiones, *at, ut ... ferri ramenta*

NOTÆ

vocant, in qua quot succinei globi spectantur, tot differentes muscæ sunt.

[g] *Summa laus Falernis*] Solinus c. 20. p. 41. de succino: 'Pro facie habet nomina: melleum dicitur, et Falernum: utrumque de similitudine aut vini, aut utique mellis.'

[h] *Verum hoc quoque*] Isidorus hæc breviter Orig. XVI. 8. de succino: 'Quocumque autem modo libeat, tingitur: nam anchusæ radice, conchylioque inficitur.'

[i] *Accepta caloris anima*] Hoc est, vi caloris. Vide Notas et Emend. num. 8. De attractiva electri virtute multa Kircherus noster erudite, Mundi subterr. lib. VIII. tom. II. p. 76.

[j] *Ramenta quoque*] Non levia modo, sed et ponderosissima omnis generis metalla, ferrum, argentum, aurum, plumbum, ad X. ac XX. libras, ligneos baculos, hastas, chirothecas, succini frusto attraxisse se Kircherus idem contestatur, p. 77. Quod porro Geoponicon auctor XV. 1. p. 406. famaque vulgi ocimum excipit, quod a succino posse trahi negat, ἀχυρώδη καὶ κοῦφα ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, πλὴν ὠκίμου, id variis experimentis falsum esse et ipsi scimus, et idem Kircherus vidit.

[k] *Quam lini medulla*] Ita libri omnes: haud dubie tamen, *quam pini medulla*, legi satius fuerit. Quid enim *lini medulla?* Stupane, quæ medullæ proxima? Vereor ut id satis dicatur apposite. Pini vero medullam, quam Græci καρδίαν vocant, Theophr. Hist. Plant. I. 9. maxime ἔνδᾳδον esse vere

Digitized by Google

gentoque mixtum,[8] in cælatis ars et ingenia. Murrhinorum et crystallinorum diximus gratiam: uniones, quod capite[l] circumferuntur, gemmæ digitis: in omnibus denique aliis vitiis ostentatio aut usus placet: in succinis deliciarum tantum conscientia. Domitius Nero[m] in ceteris vitæ suæ portentis capillos quoque conjugis suæ Poppææ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine succinos appellando.[9] Et quoniam nullis vitiis desunt pretiosa nomina, ex eo tertius quidam hic colos[n] cœpit expeti a matronis. Usus tamen succinorum invenitur aliquis in medicina: sed non ob hoc fœminis placent. Infantibus adalligari amuleti ratione prodest. Callistratus et cuicumque ætati contra lymphationes prodesse tradit, et urinæ difficultatibus potum, adalligatumque. Hic et differentiam novam attulit appellando chryselectrum,[o] quasi coloris aurei, et matutino gratissimi aspectus,[10] rapacissimum ignium, et si juxta fuerint, celerrime ardescens. Hoc collo adalligatum mederi febribus et morbis:[11] tritum cum melle ac rosaceo, aurium vitiis: et si cum melle Attico conteratur, oculorum quoque obscuritatibus.[12] Stomachi etiam[p] vitiis vel per se farina ejus sumta, vel cum mastiche ex aqua pota. Succina etiam gemmis, quæ sunt translucidæ, adulterandis magnum habent locum, maxime amethystis, cum omni, ut diximus,[q] colore tinguantur.

quoque. Succina oleo addita.' Brotier.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *misto* Gronov. et al. vett.—9 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *succineos appellando* Vet. Dalec. *succina appellando* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *gratissimum aspectu* Vet. Dalec. *gratissimo aspectu* Gronov. et al. vett.—11 Vet. Dalec. *faucibus et oris morbis;* alii vett. *faucium et oris morbis.*—12 Cod. Dalec. *obscuritati.*

NOTÆ

pronuntiavit, hoc est, tæda refertam.

[l] *Quod capite*] Auribus.

[m] *Domitius Nero*] Vide Auctorum Indicem.

[n] *Tertius quidam hic colos*] Post aurum et uniones; quæ pariter matronæ gestant.

[o] *Chryselectrum*] Hæc iisdem fere verbis Marbodeus de Lapid. Pret. c. 17.

[p] *Stomachi etiam*] Id quoque de suo electro πτερυγοφόρῳ Dioscorides II. 100.

[q] *Ut diximus*] Hoc ipso cap.

Digitized by Google

XIII. De lyncurio proxime dici cogit auctorum pertinacia. Quippe etiam, si non electrum id esset, lyncurium tamen [a] gemmam esse contendunt. Fieri autem ex urina quidem lyncis, sed egestam [1] terra protinus bestia operiente eam, quoniam invideat hominum usui. Esse autem, qualem in igneis succinis, colorem, scalpique.[b] Nec folia tantum aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam ac ferri [c] laminas, quod Diocles quidem et Theophrastus credit.[2] Ego falsum id [d] totum arbitror, nec visum in ævo nostro gemmam ullam ea appellatione, et quod de medicina simul proditur, calculos vesicæ [e] eo poto elidi, et morbo regio occurri, si ex vino bibatur, aut si portetur etiam.

XIV. Nunc gemmarum confessa genera dicemus, a laudatissimis orsi. Nec vero id solum agemus, sed ad majorem utilitatem vitæ obiter coarguetur magorum infanda vanitas, quando illi vel plurima prodidere de gemmis, medicinæ ex his blanda specie prodigia transgressi.[c] [1]

XV. (IV.) Maximum in rebus humanis, non solum inter gemmas, pretium habet adamas, diu nonnisi regibus et iis

[c] *Omnia medicinæ prodigia superantes, blandis pollicitationibus remediorum a gemmis, quæ sunt incredibilia et falsa.*

CAP. XIII. 1 Vet. Dalec. *congesta.* Mox, *operiente quoniam invideat eam hominum, &c.* in eodem codice.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *credidit* edd. vett. et Gronov.

CAP. XIV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex his species blando prodigio transgressi* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[a] *Lyncurium tamen*] Hæc totidem verbis Solinus c. 2. p. 15. ac pro veris habuit. Item auctor Kiranidum, p. 42. Vide quæ de Lyncurio dicta sunt VIII. 57.

[b] *Scalpique*] Non scalpi quidem, sed scalpendis gemmis eam esse idoneam prodidit Phile de Propr. Anim. p. 108. *Οὖρον δὲ λυγγὸς ἐκτραχυνθὲν εἰς λίθον, Στεῤῥὸς τίς ἐστιν ἐγκοπεὺς πρὸς τοὺς λίθους.*

[c] *Sed æris etiam ac ferri*] Quod lyncurium ii scilicet electrum esse arbitrarentur. Nam succino vim eam inesse paulo antea diximus. Exscribere hæc Plinius a Theophrasto videtur, *περὶ λίθων*, p. 6.

[d] *Ego falsum id*] Falsum id quoque Diosc. arbitratur, II. 100.

[e] *Calculos vesicæ*] Vide quæ dicta sunt XXVIII. 32.

Digitized by Google

admodum paucis cognitus, auri modo[1][f] in metallis repertus, perquam raro: comes auri, nec nisi in auro[g] nasci videbatur. Veteres eum in Æthiopum tantum metallis inveniri existimavere, inter delubrum Mercurii, atque insulam Meroën: dixeruntque non ampliorem cucumis[2] semine, aut colore dissimilem inveniri. Nunc genera ejus sex noscuntur: Indici, non in auro nascentis, sed quadam[3] crystalli[h] cognatione. Siquidem et colore translucido non differt, et laterum sexangulo lævore turbinatus[4] in mucronem: aut duabus contrariis partibus,[i] ut si duo turbines latissimis suis partibus jungantur: magnitudine vero etiam avellanæ nuclei. Similis est huic quidem Arabicus, minor tantum,[j] similiter et nascens:[k] ceteris pallor argenti,[l] et in

CAP. XV. 1 'Chiffl. *ita appellabatur auri nodus; fortassis appellatur.*' Dalec. *unus modo* Gronov. et al. vett. Mox, *perquam raro comes auri* Gronov. et al. ante Harduin. Pro *videbatur*, Vet. Dalec. habet *visus.*—2 Cod. Dalec. *cucumeris.*—3 Vet. Dalec. *Indicus in auro nascens, quadam.*—4 Vet. Dalec. *turbinatur.* Mox, *et interdum d. c. p. quod magis miramur* margo edd. Dalec. et Gronov. *aut d. c. p. quo magis miremur* edd. vett. et Gronov. Hæc, *quo magis*

NOTÆ

[f] *Auri modo*] Sic Reg. 2. et Colb. 3. In editis vitiose, *unus modo.* Nec minus corrupte in Chiffl. *auri nodus*, quanquam id intelligo placere Salmasio, in Solin. p. 1037. Hariolantur qui Plinium hallucinatum hoc loco putant, ac spumam auri, quam id dum excoquitur exspuit, (Græci nonnulli ἀδάμαντα nuncupant,) pro adamante gemma accepisse autumant.

[g] *Nec nisi in auro*] Mox, 'et in auro nonnisi excellentissimo natales.'

[h] *Sed quadam crystalli*] Fere crystalli similis. Solinus c. 52. p. 82. de adamante: 'In quodam crystalli genere invenitur, materiæ, in qua nascitur, adæque similis, splendore liquidissimo, in mucronem sexangulum utrimque secus leniter turbinatus, nec unquam ultra magnitudinem nuclei avellanæ repertus.' Expressit hoc idem versu Marbodeus de Lap. Pret. c. 1. 'Ultima præcipuum genus India fert adamantis, De crystallorum natum sumtumve metallis: Hunc ita fulgentem crystallina reddit origo, Ut ferruginei non desinat esse coloris. Hic sed avellana major nuce non reperitur.' Genera adamantum a Plinio ceterisque veterum proposita ætati huic nostræ ignota censemus, cum Aldrovando de Metall. IV. 78. p. 947.

[i] *Aut duabus contrariis partibus*] Subintellige, acuminatus, seu turbinatus in mucronem, ab utraque parte. Gallice, *en lozange.*

[j] *Minor tantum*] Hæc verba sic Marbodeus accepit, ut minoris pretii quidem, non item molis esse intellexerit, loc. cit. 'Alterius generis producit Arabs adamantem, Non sic invictum; nam frangitur absque cruore; Nec par huic nitor est, pretiique minoris habetur; Pondere sit quamvis, et enormi corpore major.'

Digitized by Google

auro[5] nonnisi excellentissimo, natales. Incudibus hi[m] deprehenduntur, ita respuentes[6] ictum, ut ferrum utrimque dissultet, incudesque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia[n] inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura, et nunquam incalescens. Unde et nomen[o] indomita vis Græca interpretatione[7] accepit. Unum ex iis vocant cenchron,[p] quod est milii magnitudine. Alterum Macedonicum in Philippico auro[q] repertum: et hic est cucumis semini par. Post hos Cyprius vocatur in Cypro repertus, vergens in aërium colorem,[r] sed in medicina, ut dicemus,[8] [s]

miremur, desunt in codd.—5 Cod. Dalec. *et similiter nascens, cæteris pallidior, argento, &c. auro;* Gronov. et vulgg. *cæteris pallor gentis, &c.* al. vett. ap. Dalec. *ceteris p. ingens, &c.* Mox, Vet. Dalec. *natales;* Gronov. et vulgg. *natalis.*—6 Cod. Dalec. *hic deprehenditur ita respuens.* Mox, *utrumque dissultet* in eodem codice.—7 Cod. Dalec. *appellatione.*—8 Idem codex, *sed in me-*

NOTÆ

[k] *Similiter et nascens*] Hoc est, ut Indicus, non in auro nascens, sed quadam crystalli cognatione.

[l] *Ceteris pallor argenti*] Ceteris adamantis generibus, præter Arabicum Indicumque, pallor est argenti, natales in excellentissimi auri metallis. Vide Notas et Emend. num. 11.

[m] *Incudibus hi*] Marbodeus Indico soli hanc dotem assignat. Solinus cap. 52. pag. 82. Indico et alteri generi, cujus natales in auro: 'Nec ferro vincuntur,' inquit, 'nec igne domantur.'

[n] *Quippe duritia*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 13. Vide egregiam de ea re dissertationem, apud Theophyl. Simocattam Phys. Quæst. I. Nostri tamen adamantes adeo non ictum mallei respuunt, ut etiam in scobem malleolo redigantur. Facillime vero pistillo ferreo in mortario confringi et atteri solent, ut eorum scobe adamantes alii poliantur. Vide Garciam ab Horto in Arom. Hist. c. 47.

[o] *Unde et nomen*] 'Αδάμας, ἀπὸ τοῦ α καὶ δαμάζω, id est, *domo*, quod nulli materiæ cedat.

[p] *Cenchron*] Ita clare Colb. 3. aliique Mss. et typi omnes. Et κέγχρος quidem *milium* sonat, unde ei adamanti nomen. Nodum quærit in scirpo Salmasius in Solin. pag. 1074. qui *centron* reponere conatur, hoc est, centrum, seu nodum nodosamve duritiem, quæ in gemmis reperitur interdum.

[q] *In Philippico auro*] In metallis aurariis, quæ sunt in Philippensi Macedoniæ agro. In ferrariis, dixit Marbodeus loc. cit. 'Tertius est adamas, quem dat maris insula Cypros. Quartum producit ferraria vena Philippis.' At falso, cum his generibus natales in auro esse Plinius præmonuerit. Sed Solinum ille transcripsit, qui quartum similiter genus adamantis metallis ferrariis adjudicat, non tamen Philippensibus: cum neque in ullis, ut mox dicemus, reperiri possit.

[r] *In aërium colorem*] Vel cœruleum, vel in translucido liquidum. Vide Notas et Emend. num. 10.

[s] *Ut dicemus*] Sub calcem hujus capitis.

Digitized by Google

efficacissimus. Post hunc est[t] siderites ferrei splendoris, pondere ante ceteros, sed natura dissimilis. Nam et ictibus[u] frangitur, et alio adamante perforari potest: quod et Cyprio evenit:[9] breviterque, ut degeneres, nominis tantum auctoritatem habent. Idque,[10] quod totis voluminibus his docere et mandare conati sumus, de discordia rerum concordiaque, quam antipathiam ac sympathiam appellavere Græci, non aliter clarius intelligi potest. Siquidem illa invicta[v] vis duarum violentissimarum[11] naturæ rerum, ferri ignisque contemtrix, hircino rumpitur sanguine,[w] neque[12] aliter quam recenti calidoque macerata, et sic quoque multis ictibus: tunc etiam, præterquam eximias, incudes malleosque frangens.[13] Cujus hoc ingenio inventum? quove casu repertum? aut quæ fuit conjectura experiendi rem immensi secreti, et in fœdissimo animalium? Numinum profecto muneris talis inventio omnis est.[14] Nec quærenda in ulla parte naturæ ratio, sed voluntas. Et cum feliciter rumpere contigit, in tam parvas frangitur[15] crustas, ut cerni vix possint. Expetuntur[x] a scalptoribus, ferroque



dicamine de quo dicemus.—9 Cod. Dalec. *qui e Cypro venit.*—10 *Id autem* Vet. Dalec. *Id quoque* al. vett.—11 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *violentissimæ* Gronov. et vulgg.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nec* Gronov. et vulgg. *ac nec* Vet. Dalec.—13 Gronov. et vulgg. *malleosque ferreos frangens;* sed illud *ferreos* deest in codd.—14 Codd. Dalec. *animalium omnium? Numinum profecto talis inventio est.*—15 Cod. Dalec. *contigit in tam p. franguntur;* Gro-

NOTÆ

[t] *Post hunc est*] Σιδηρίτης, non quod in ferrariis metallis invenitur, ut Solinus somniavit, c. 52. p. 82. sed quod est ille ferrei coloris.

[u] *Nam et ictibus*] Totidem verbis hæc Solinus loc. cit.

[v] *Siquidem illa invicta*] Hæc Solinus ad verbum, loc. cit. et Isidorus Orig. XVI. 13.

[w] *Hircino rumpitur sanguine*] Negant hoc esse verum recentiores physici, nisi hircus antea petroselino ac silere montano pastus sit: his herbis frangendi vim hircinum sanguinem adipisci: adeo ut ruta muraria sola hirco enutrito, per dies quadraginta, prohibitoque ab omni potu, nisi ut sub noctem pluviam decidentem lamberet, interfecti sanguinem leniter exsiccatum, comminuendi calculi causa, ægris propinatum esse, felicissimo eventu.

[x] *Expetuntur*] Solinus loc. cit. 'Fragmenta scalptoribus in usum insigniendæ cujuscumque modi gemmæ expetuntur.' Isidorus Orig. XVI. 8.

Digitized by Google

includuntur, nullam non duritiam ex facili cavantes. Adamas[y] dissidet cum magnete lapide in tantum, ut juxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat, atque auferat. Adamas et venena[z] irrita facit, et lymphationes abigit, metusque vanos[16] expellit a mente: et ob id quidam eunaciten[a] vocavere.[17] Metrodorus Scepsius, in eadem Germania et Basilia[18] insula nasci, in qua et succinum, quod equidem legerim, solus dicit: et præfert Arabicis: quod falsum esse quis dubitet?

XVI. Proximum apud nos Indicis Arabicisque margaritis pretium est, de quibus in nono diximus[b] volumine inter res marinas.

(V.) Tertia auctoritas smaragdis[c] perhibetur pluribus de

---

nov. et vulgg. *contingit, in tam parvas frangitur.*—16 Hermolaus, *nocturnos.*—17 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6.' *Brotier.* cod. Dalec. *et ob id quondam eunaciten* (Dalecampius conj. *eunacœten*) *vocavere;* Gronov. Harduin. et recentt. *et ob id quidam eum anachiten vocavere.*—18 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Baltia* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

'Adamantis fragmentis scalptores pro gemmis insigniendis perforandisque utuntur.' Albertus M. de Miner. II. 2. p. 227. 'Hic autem lapis penetrat ferrum et ceteras gemmas omnes, præter chalybem, in quo retinetur.'

[y] *Adamas*] Ita Solinus, Isidorus, Albertus, locis cit. Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 1. 'Omnibus æqua tamen vis est adducere ferrum: Quod facit et magnes absente potens adamante: Nam præsens adamas magneti quod rapit aufert.' Non habet hanc vim adamas orbi nostro nunc cognitus.

[z] *Adamas et venena*] Solinus et Isidorus locis cit. Albertus his amplius, loco cit. 'Dicuntque Magi, quod lacerto sinistro alligatus valet contra hostes, et insaniam, et indomitas bestias, et feros homines, et contra jurgia et rixas, et contra venena, et incursus phantasmatum et incuborum.' Marbodeus loc. cit. 'Et noctis lemures, et somnia vana repellit, Atra venena fugat,' &c.

[a] *Eunaciten* [*anachiten*] Sic libri fere omnes editi. An ab *anach* אנכ Hebræa voce, quæ in Paginis Sacris *onychem* sæpe, alicubi et *adamantem* sonat? In Parm. edit. *anchiten.* Reg. 2. et Colb. 3. *quondam eunaciten.* An *εὐνακοίτην*, quod metus a lecto somnoque pellat? nam et *εὐνὴ* et *κοίτη lectus* dicitur. Salmasius in Solin. *ἀναγκίτην* legit, pag. 1085. quod metus sedet: nam metum ille, ceterosque animi affectus, quæ *πάθη* Græci vocant, *ἀνάγκας* appellari posse, credi cogit. Pareant, quibus ille jusserit.

[b] *In nono diximus*] Lib. IX. c. 54. et seqq.

[c] *Tertia . . . . . smaragdis*] Hæc iisdem fere verbis Solinus cap. 15. pag. 35. Isidorus item, Orig. XVI. 7. Ma-

Digitized by Google

causis. Nullius[1] coloris aspectus jucundior est. Nam herbas quoque virentes frondesque avide spectamus: smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea soli[d] gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Quin et ab intentione alia obscurata aspectu smaragdi recreatur acies. Scalpentibusque[2][e] gemmas non alia gratior oculorum refectio est: ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. Præterea longinquo amplificantur visu, inficientes[f] circa se repercussum aëra:[a] non Sole mutati,[g] non umbra, non lucernis, semperque sensim radiantes, et visum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida:[b] quod etiam in aquis nos juvat.[3][h] Iidem plerumque et concavi, ut visum colligant.[i] Quapropter decreto[j] hominum iis parcitur, scalpi vetitis.

[a] *Præterea ex longo spatii intervallo oculos feriunt, et amplissimam emittunt ex se lucem.*

[b] *Ad intimam usque sui crassitudinem, quoniam translucida est, et facile visum transmittit.*

CAP. XVI. 1 *Nullis* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. *acies sculpentibusque.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *non*

NOTÆ

ragdum absque prævio sibilo scribendum esse contendit Athenæus lib. III. pag. 94. quod ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν, hoc est, *a splendore*, nomen habere vult. Nostris, *Emeraude.*

[d] *Præterea soli*] Solinus ex Theophrasto, et Isidorus, locis cit.

[e] *Scalpentibusque*] Solinus loc. cit. 'Deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt lenitate: nam visus, quos alterius gemmæ fulgor retuderit, smaragdi recreant et exacuunt.'

[f] *Inficientes*] Eadem ambage sermonis Solinus, pag. 36. 'Proxima sibi inficiunt aëre repercusso.' Isidorus loc. cit. 'Inficiunt circa se viriditate repercussum aërem.' Albertus M. Miner. lib. II. p. 239. 'Vicinum aërem sua videtur tingere viriditate.'

[g] *Non Sole mutati*] Nec Sol, nec umbra, nec lucernæ vividam eam viriditatem auferunt.

[h] *Quod etiam in aquis nos juvat*] Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique: non, ut editi perperam, *quod etiam in aquis non fit.* Sententia est, in aquis etiam juvare hoc ac delectare plurimum, si vitrea ac pellucida perspicuitate, ad imum usque fundum, visus admittant. Hinc illud de fonte pervulgatum, ut sit 'vitreis pellucidus undis.'

[i] *Ut visum colligant*] Ut aspectum cogant, nec radios, quos vocant visuales, dissipent. Dignus risu ac sibilo Solinus, qui cap. 15. pag. 36. hunc Plinii locum sic interpretatur: 'Cum concavi sunt smaragdi, inspectantium facies æmulantur.'

[j] *Quapropter decreto*] Solini paraphrasis: 'Nec aliam ob causam placuit ut non scalperentur, ne offensum decus imaginum lacunis corrumperetur.'

Digitized by Google

Quanquam Scythicorum [k] Ægyptiorumque duritia tanta est, ut nequeant vulnerari. Quorum vero [l] corpus extensum est, eadem, qua specula, ratione [4] supini imagines rerum reddunt. Nero princeps [m] gladiatorum pugnas spectabat smaragdo.

XVII. Genera eorum [n] duodecim: nobilissimi [o] Scythici, ab ea gente, in qua reperiuntur, appellati. Nullis major austeritas,[1] [p] nec minus vitii. Et quantum smaragdi a gemmis [2] distant, tantum Scythici a ceteris smaragdis. Proximam laudem [q] habent, sicut et sedem, Bactriani, quos in commissuris saxorum colligere dicuntur Etesiis flantibus. Tunc enim, tellure tersa, nitent,[3] [r] quia iis ventis maxime

fit Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *eadem speculatione.*

CAP. XVII. 1 Ita cod. Dalec. et Vet. ejusdem cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *Nullius m. austeritas* Gronov. al. vett. et Franz. *Nullis m. auctoritas* codd. Harduini et Fuxen.—2 *Ut q. s. a reliquis gemmis* cod. Dalec.—3 'Ita bene codd. Regg. 2. 3. 5. 6. et Editio princeps. Male recentiores, *tellure internitent.* Plinio suffragatur Isidorus Origin. XVI. 7.' *Brotier. tellure internitent* edd. vett. Gronov. Harduin. et al. ante Brotier. *tellure versa nitent* Vet. Dalec. *tellure tersi nitent* al. vett. *tellure tersa nitent, quod iis* margo

NOTÆ

[k] *Quanquam Scythicorum*] Solinus loc. cit.

[l] *Quorum vero*] Solinus item loc. cit. et Isidorus Orig. XVI. 7. Marbodeus de Lapid. Pret. c. 54. 'Optimus hic situs est, quorum sunt corpora plana.'

[m] *Nero princeps*] Isidorus loco cit. Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 54. 'Omne virens superat forma viridante smaragdus, Cujus bis quinæ species binæque feruntur: Præcipuus Scythicis honos est, et gratia major. His usum speculis testatur fama Neronem, Cum gladiatorum pugnas spectare libebat.'

[n] *Genera eorum*] Albertus M. de Mineral. lib. II. p. 236. 'Smaragdi, propter planitiei et coloris varietatem, dicunt esse diversitates duodecim.' Nunc genera tantum bina noscuntur; orientale et occidentale: ab Indiis unde advehuntur.

[o] *Nobilissimi*] Isidorus et Solinus, locis cit. Scythidem gemmam appellat Martianus lib. I. p. 18. et 20.

[p] *Nullius major austeritas*] Solinus loc. cit. 'Laudantur austeri,' hoc est, saturi coloris. Mss. tamen Reg. et Colb. *Nullis major auctoritas:* sed mendose: cum iidem cap. seq. clare exhibeant, 'tenorem illum Scythicæ austeritatis non semper custodiunt.'

[q] *Proximam laudem*] Isidorus Orig. XVI. 7. et Theophr. περὶ λίθων, p. 7. Ubi tamen, ut optime Dalecampius animadvertit, aliique post eum, nihil ille de commissuris saxorum: sed intexi solum smaragdos calicibus gemmatis, εἰς τὰ λιθόκολλα: colligi eosdem in arena Etesiis flantibus, quia venti ii movent arenas, ac tellure detersa internitentes smaragdos aperiunt.

[r] *Tellure tersa, nitent* [*internitent*] Solinus loc. cit. 'Inveniuntur Etesiis

Digitized by Google

arenæ moventur. Sed hos minores multo Scythicis esse tradunt. Tertium locum[s] Ægyptii habent, qui eruuntur circa Copton oppidum Thebaidis in collibus, ex cautibus.[4] Reliqua genera[t] in metallis ærariis inveniuntur. Quapropter principatum ex iis Cyprii obtinent: dosque eorum est nec in colore liquido, nec diluto, verum ex humido pingui, quaque perspicitur[5] imitante translucidum maris:[6] pariterque[u] translucentem colorem expellit, et aciem reficit.[7] Ferunt in ea insula tumulo reguli Hermiæ,[v] juxta cetarias, marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis, ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi refugerent[8] thynni, diu mirantibus novitatem piscatoribus, donec mutavere oculis gemmas.

XVIII. Sed et vitia demonstrari oportet in tam proclivi erratu. Sunt quidem[1] omnium eadem. Quædam tamen nationum peculiaria, sicut in homine. Ergo Cyprii varie glauci, magisque ac minus in eodem smaragdo aliis partibus tenorem illum Scythicæ austeritatis[2] [a] non semper custodiunt. Ab hoc quibusdam intercurrit umbra, surdusque[a] fit colos, qui improbatur, etiam dilutior.[3] Hinc genera

[a] *Hebesque.*

edd. Dalec. et Gronov.—4 Cod. Dalec. *exstantibus;* Gronov. et al. ante Harduin. *et cautibus.*—5 Ita codd. Regg. Brot. et Dalec. *quaque perspiciatur* Gronov. Harduin. et recentt.—6 'Ita bene codd. Regg.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *mare* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—7 Ita Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pariterque translucet et nitet, hoc est, colorem expellit, et aciem recipit* Gronov. et vulgg.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ut territi instrumenta refugerent* Gronov. et vulgg.

CAP. XVIII. 1 Vet. Dalec. *oportet. Sunt quidem;* cod. Dalec. *oportet in t. p. erratu. Reperta sunt quidem.*—2 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *auctoritatis* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec.

NOTÆ

flantibus: tunc enim detecto solo facillime internitent: nam Etesiæ plurimum arenas movent.' Isidorus similiter, loc. cit. 'Tellure deoperta intermicant.' Theophr. loc. cit. τότε γὰρ ἐμφανεῖς γίνονται.

[s] *Tertium locum*] Isidorus loc. cit.

[t] *Reliqua genera*] Solinus et Isidorus, locis citatis.

[u] *Pariterque*] Æque atque mare, colorem emittit translucentem, aciemque reficit. Sic Mss. omnes: typi interpolati, *pariterque translucet et nitet, hoc est, colorem expellit, et aciem recipit.*

[v] *Hermiæ*] De illo Suidas: Ἑρμίας ὁ εὐνοῦχος, κ. τ. λ.

[a] *Scythicæ austeritatis*] De qua dic-

Digitized by Google

distinguuntur. Sunt aliqui obscuri, quos vocant cæcos:[b] alii densi, nec e liquido translucidi: quidam varia nubecula improbati. Aliud est hoc, quam[4] umbra, de qua diximus.[c] Nubecula enim albicantis[5] est vitium, cum viridis[5] non pertransit aspectus, sed aut intus occurrit, aut excipit in fine visum candor. Hæc coloris vitia: illa corporis,[d] capillamentum, sal, plumbago. Ab iis Æthiopici laudantur a Copto dierum trium itinere, ut auctor est Juba, alacriter[6] virides,[e] sed non facile puri aut concolores. Democritus in hoc genere ponit Hermeos,[7] [f] et Persicos: illos extumescentes:[8] Persicos vero non translucidos, sed jucundi tenoris, visum implere, quem non admittant, felium pantherarumque oculis similes: namque et illos radiare, nec perspici. Eosdem in Sole hebetari: in umbra[9] refulgere, et longius, quam ceteros, nitere. Omnium horum etiamnum vitium, quod fellis[g] colorem, aut æris[10] habet.

[b] *Smaragdi.*

sudusque fit .... dilucidior.—4 *Aliud hæc quam* cod. Dalec.—5 Cod. Dalec. *albicans est vitium, cum viride.*—6 Ita codd. Regg. Brot. 2. 3. 5. 6. Dalec. et Fuxen. *acriter* Editio princeps, et al. ante Brotier.—7 *Hermineos* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *extumescentes pinguiter* Gronov. et vulgg. Mox, *translucidos, sed non jucundi* Vet. Dalec. *non t. sed j. tenoris visu impleri* codd. Dalec. et Fuxen.—9 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hebetari, umbris* edd. vett. et Gronov.—10 Fuxen. *aut acris olei;* Gronov. et al.

NOTÆ

tum est sup. cap. Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et alii omnes. Editi male, *auctoritatis.*

[b] *Quos vocant cæcos*] Marbodeus de Lapid. Pret. in Præf. de gemmis: 'Quæ non translucent, cæcas voluere vocari.'

[c] *De qua diximus*] Pauló ante, ac plane modo.

[d] *Illa corporis*] Solinus cap. 15. pag. 36. de smaragdis: 'Vitiosi eorum intrinsecus quasdam sordes habent, vel plumbo, vel capillamentis, vel etiam sali similes,' hoc est, grano salis, sive verrucæ, ut dictum antea. De plumbo, sive plumbagine, ipse mox. Isidorus Orig. XVI. 7. hunc locum exscribens, *lapillamentis* mendose pro capillamentis posuit.

[e] *Acriter virides*] Mss. omnes, *alacriter virides*. Reg. 2. Colb. 3. Fux. alii.

[f] *Hermeos*] Sic iidem Mss. non *Hermineos*. Ab Hermia supra dicto hi nomen habent.

[g] *Quod fellis*] Vide Notas et Emend. num. 11. Albertus M. de Mineral. lib. II. pag. 236. 'Aliquando quoddam fel nigrum per modum virgularum permixtum habet.'

Digitized by Google

In Sole dilucidi quidem ac liquidi, sed non virides. Hæc vitia et Atticis maxime sentiuntur, in argentariis metallis repertis, in loco qui[11] Thoricos[h] vocatur, semper minus pingues, et e longinquo speciosiores. Frequens et iis plumbago, hoc est, ut in solo[12] [i] plumbei videantur. Illud peculiare, quod quidam ex iis senescunt, paulatim viriditate evanida, et Sole læduntur. Post hos Medici[j] plurimum varietatis[13] [k] habent, interdum et e sapphiro.[c] Ii sunt fluctuosi, ac rerum imagines complexi, ut verbi gratia papaverum, aut avium, pinnarumque vel capillorum,[14] [l] aut similium. Qui non omnino[m] virides nascuntur, vino et oleo meliores fiunt, neque est aliorum magnitudo amplior.

Calchedonii[n] nescio an in totum exoleverint, postquam metalla æris ibi defecerunt: et semper tamen viles fuere[15] minimique. Iidem fragiles, sed colore incerti, et virentium in caudis pavonum[16] columbarumque collo plumis similes,

[c] *Interdum et sapphirum imitatur.*

aëris; cod. Dalec. *aut aëris aut olei habent, dilucidi, &c.*—11 *Attici max. sentiunt in arg. met. reperiri loco qui* Vet. Dalec.—12 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. et Bipont. *ut in Sole* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—13 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6. Variant plurimum, ut habeant colorem cœruleum sapphiri.' *Brotier.* Ita quoque cod. Dalec. *plurimum viriditatis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—14 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vel catulorum* Gronov. et vulgg.—15 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vilissimi*

NOTÆ

[h] *Thoricos*] Lib. IV. cap. 11. 'Thoricos promontorium.'

[i] *Hoc est, ut in solo*] Humi. Sic Mss. omnes: non *in sole*, ut editi.—'*Hoc est, ut in Sole*] Ita melius Romana et Parmensis Editio, quam Mss. quidam, *in solo.*' Ed. sec.

[j] *Post hos Medici*] Horum meminit etiam Solinus cap. 15. pag. 35. E Media, quæ Persidis regio est, advehuntur.

[k] *Plurimum varietatis* [*viriditatis*] Mss. omnes, *varietatis*, minus recte.

[l] *Vel capillorum*] Sic Mss. omnes. Editi, *catulorum*.

[m] *Qui non omnino*] Isidorus Orig. XVI. 7. Solinus cap. 15. pag. 36. 'Mero et viridi proficiunt oleo, quamvis natura imbuuntur.'

[n] *Calchedonii*] A Calchedone smaragdi ii nomen habent. Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. et alii: non, ut editi libri, *Carchedonii*, a Carchedone, hoc est, a Carthagine: etsi Carchedonios Marbodeus vocat de Lapid. Pret. cap. 54. de smaragdis: sed mendose.

Digitized by Google

ad inclinationem[d] magis aut minus lucidi, venosi quidem squamosique. Peculiare erat in his vitium sarcion[17] [o] appellatum: hoc est, quædam gemmæ caro. Mons juxta Calchedonem,[18] [p] in quo legebantur, Smaragdítes vocatus est. Juba est auctor, smaragdum, quem cholan[19] vocant,[q] in Arabia ædificiorum ornamentis includi, et lapidem quem alabastriten Ægyptii vocant. Complures vero e proximo,[20] Laconicos in Taygeto monte erui, Medicis similes, et alios in Sicilia.[e]

XIX. Inseritur smaragdis et quæ vocatur tanos, e Persis veniens gemma, ingrate viridis, atque intus sordida.[1] Item chalcosmaragdos[a] e Cypro, turbida æreis venis. Theophrastus[b] tradit in Ægyptiorum commentariis reperiri, regi eorum a rege Babylonio missum smaragdum munere IV. cubitorum longitudine, et trium latitudine. Et fuisse apud eos in Jovis delubro obeliscum e IV. smaragdis, XL. cubitorum longitudine, latitudine vero in parte quatuor, in parte[2] duorum. Se autem scribente, esse in Tyro[c] Herculis templo stantem pilam e smaragdo, nisi potius[d] pseudosmaragdus sit.[3] Nam et hoc genus reperiri, et in Cypro inventum

[d] *Ut supini vel proni inclinantur.*
[e] *E locis Italiæ proximis non alios propiores esse quam Laconicos et Siculos.*

fuere edd. vett. et Gronov.—16 Fuxen. *in pavonibus caudarum.*—17 '*Peculiare eorum vitium menosarcion* Ms. id est, solida firmaque caro.' *Dalec.*—18 *Chalcedonem* cod. Dalec. *Carchedonem* Gronov. et vulgg.—19 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cholon* Gronov. et vulgg.—20 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *e proximis* Gronov. et al. vett.

CAP. XIX. 1 Cod. Dalec. *atque vitiis sordida.*—2 Vet. Dalec. *in una parte*

NOTÆ

[o] *Sarcion*] Σαρκίον, *caruncula.*

[p] *Mons juxta Calchedonem*] Theophrasto, περὶ λίθων, insula est, ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἐπικειμένῃ Καρχηδόνι, lege Καλχηδόνι.

[q] *Cholan vocant*] Ita Mss. omnes: nec tamen Arabica vox ea est, neque Græca.

[a] *Item chalcosmaragdos*] Iisdem verbis Isidorus Orig. XVI. 7.

[b] *Theophrastus*] Libro περὶ λίθων, pag. 5. et 6. unde hæc Plinius ad verbum mutuatus est, usque ad eum locum, 'Apion cognominatus,' &c.

[c] *Esse in Tyro*] Et hunc Tyrium smaragdum templumque visum a se pariter Herodotus contestatur, II. 44. pag. 107.

[d] *Nisi potius*] Theophr. εἰ μὴ ἄρα ψευδὴς σμάραγδος.

Digitized by Google

ex dimidia parte smaragdum, ex dimidia iaspidem, nondum humore[e] in totum transfigurato. Apion cognominatus Plistonices paulo ante scriptum reliquit, esse etiamnunc in labyrintho Ægypti colosseum Serapin[4 f] e smaragdo novem cubitorum.

XX. Eandem multis naturam[g] aut certe similem habere berylli[h] videntur. India eos gignit, raro alibi[i] repertos.[1] Poliuntur[j] omnes sexangula figura artificum ingeniis, quoniam hebescunt, ni color surdus[k] repercussu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatissimi[l] sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi, qui vocantur chrysoberylli, et sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore.[m] Vici-

q. *in altera parte.*—3 Cod. Dalec. *nisi potius iaspis quam smaragdus sit.*—4 Cod. Dalec. *colossum Serapis.*

CAP. XX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *videntur, in India originem*

NOTÆ

[e] *Nondum humore*] Humore eo scilicet, qui e cautibus defluens in smaragdum indurescit.

[f] '*Serapin*] Sic Jovem, vel Solem, Naturamve per sidus Solis largitricem frumenti Ægyptus appellavit: et Græcia, in nummo Odessitarum Thraciæ, a nobis olim explicato: ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΥΡΣΑ. Κυρίου Σαράπιος. Item e Gallia Lugdunensi et Narbonensi sub Juliano ethnici: qui gratulantes sibi, quod postquam Religio Christiana, quam oderant, sub Constantino et successoribus diu floruisset, demum haberent Imperatorem superstitioni suæ addictum, nummum inscripserunt, DEO SERAPIDI: hoc est, 'Dudum Expetitum Orbi SERAPis Julianum Dedit Imperatorem;' ut jam in simili fere alio diximus, ad lib. XVIII. cap. 47.' *Ed. sec.*

[g] *Eandem multis naturam*] Hæc totidem fere verbis Solinus cap. 52. pag. 82. Isidorus Orig. XVI. 7. Marbod. de Lapid. Pret. cap. 9.

[h] *Berylli*] Græcis Βήρυλλοι. Crystalli species videtur.

[i] *Raro alibi*] Juxta Babylonem etiam reperiri scribit Dionys. Perieg. vs. 1012.

[j] *Poliuntur*] Isidorus et Solinus, locis cit.

[k] *Ni color surdus*] Solini paraphrasis loco cit. 'Beryllos in sexangulas formas Indi atterunt: ut hebetem coloris lenitatem angulorum repercussu excitent ad vigorem.'

[l] *Probatissimi*] Solinus et Isidorus, locis cit.

[m] *Exeunte fulgore*] Hoc est, ad aureum nitorem inclinante fulgore. Solinus cap. 52. pag. 82. absone vocem eam interpretatur: 'Chrysoberylli,' inquit, 'languidius micantes nube aurea circumfunduntur.' Existimat chrysoberillos in exitu, hoc est, in ora extima nube aurea circumcingi; quod ineptum ac falsum. Rectius Isidorus loc. cit. 'Chrysobe-

Digitized by Google

num genus huic est pallidius, et a quibusdam proprii generis [n] existimatur, vocaturque chrysoprasus.[2] Quarto loco numerantur hyacinthizontes.[o] Quinto, quos aëroides [p] vocant. Post eos autem cerini:[3] [q] ac deinde oleagini, hoc est, colore olei. Postremi crystallis [r] fere similes. Hi capillamenta habent, sordesque: alioqui evanidi: quæ sunt omnium vitia.[a] Indi mire [s] gaudent longitudine eorum, solosque gemmarum esse prædicant, qui carere auro [t] malint: ob id [4] perforatos elephantorum setis religant. Aliis [5] convenit [b] non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, umbilicis tantum [u] ex auro capita comprehendentibus.[6]

[a] *Senescentes, paulatim splendore evanescente: quæ sunt omnium gemmarum vitia.*
[b] *Inter alias gentes convenit.*

habentes, raro alibi reperti Gronov. et vulgg. *videtur. India eos gignit raro alibi repertos* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *chrysoprason;* Fuxen. *chrysoprasion.*—3 Cod. Dalec. *acerini.*—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et ob id.*—5 *Et alios* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tantum ex auro comprehendentibus* cod. Dalec. *statim ex auro capita*

NOTÆ

ryllus dictus, quod pallida ejus viriditas in aureum colorem resplendeat.'

[n] *Proprii generis*] Peculiaris, et a beryllis diversi. *Χρυσόπρασον* vocari ait Isidorus locis cit. 'quod colore porri succum referat, aureis intervenientibus guttis:' Solinus, 'quod ex auro et porraceo mixtam lucem trahat.'

[o] *Hyacinthizontes*] Qui hyacinthos prope referant, inquit Solinus loc. cit. Epiphanius de 12. gemmis, pag. 230. *Λίθος βηρύλλιον γλαυκίζων μέν ἐστι, θαλασσοβαφὴς, ἔχων εἶδος καὶ τῆς ὑδαρεστέρας ὑακίνθου. Beryllus gemma glauca est, colore maris aut hyacinthi dilutioris.*

[p] *Aëroides*] Ἀεροειδεῖς, *colore aëri affines.*

[q] *Post eos autem cerini*] Cerei coloris. Epiphanius loc. cit. de beryllorum generibus: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πάλιν ὁμοία κηρῷ.*

[r] *Postremi crystallis*] Solinus cap. 52. pag. 82. 'Eos vero beryllos, qui crystallo similes, capillamentis intercurrentibus obscurantur, hoc enim vitio illorum nomen est, scientissimi lapidum plebi dederunt.' Isidorus item Orig. XVI. 9.

[s] *Indi mire*] Solini paraphrasis loc. cit. 'Indici reges hoc genus gemmas in longissimos cylindros amant fingere, eosque perforatos elephantorum setis suspendunt: ac monilia habent: aut ex utroque capite inserunt aureos umbilicos, ut marcentem faciem ad nitelam incendant pinguiorem: quo, per industriam metallo hinc inde addito, fulgentiorem trahant lucem.'

[t] *Carere auro*] Sine auro gestari, quoniam vel sic melius niteant.

[u] *Umbilicis tantum*] Sic Mss. omnes, non *statim*, ut editi: ita ipsa quoque postulante loci sententia. Sunt autem umbilici ornamenta qua-

Digitized by Google

Ideo cylindros ex iis facere malunt, quam gemmas,[v] quoniam est summa commendatio in longitudine. Quidam et angulosos putant statim nasci, et perforatos gratiores fieri medulla candoris exemta,[e] additoque auro repercussa,[7] aut omnino castigata, causa perspicuitatis, crassitudine.[8] [w] Vitia, præter jam dicta,[x] eadem fere quæ in smaragdis, et pterygia.[y] In nostro orbe aliquando circa Pontum inveniri putantur. Indi et alias quidem gemmas crystallum tinguendo[9] adulterare repererunt, sed præcipue beryllos.

XXI. (VI.) Plurimum ab iis[a] differunt opali, smaragdis[b] tamen cedentes.[1] India sola[c] et horum est mater. Atque in[d] pretiosissimarum gemmarum gloria compositi maxime[2] inenarrabilem difficultatem dederunt. Est enim in

[e] *Medulla candidiore sic exemta.*

comprehendentibus Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. *repressa.*—8 Gronov. et al. ante Harduin. *ad crassitudinem.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *liquato* Vet. Dalec. *invento* Gronov. et vulgg.

Cap. xxi. 1 *Minimum, iidemque plurimum ab iis differunt opali, smaragdis tantum cedentes* Gronov. et al. ante Harduin. *Minimum iidemque* desunt in Fuxen. et al.—2 *Atque ideo eis pretiosissimam gloriam compositores gemmarum et maxime* Gronov. et vulgg. *expositores gemmarum, &c.* Vet. Dalec. *conqui-*

NOTÆ

vis, sive lignea, sive eborea, sive aurea demum, quæ absolutis olim voluminibus addebantur, quæ capita elenchorum seu cylindrorum ornabant. Unde ducta parœmia, 'Ad umbilicum ducere,' hoc est, absolvere ac finire.

[v] *Quam gemmas*] Annulis scilicet inclusos lapides, σφραγῖδας· nam, uti dictum est cap. 12. 'gemmæ digitis circumferuntur.'—'Cylindri aptantur ensibus. Tertul. de Cultu Fœm. I. 6. 'Latent in circulis smaragdi, et cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu novit.'' *Ed. sec.*

[w] *Crassitudine*] Quoniam aliquid de crassitudine demitur, fieri ait idcirco magis perspicuos. Ita Reg. 2. Colb. 3, et alii. Prius *ad crassitudinem* legebatur.

[x] *Præter jam dicta*] Cap. 18.

[y] *Et pterygia*] Πτερύγια, nubeculæ instar unguium.

[a] *Plurimum ab iis*] Libri hactenus editi, *Minimum, iidemque plurimum ab iis.* At voces duas priores, quæ certe sunt spuriæ, nullus codex Mss. ex iis quos terimus repræsentat. Nec Fuxensis item.

[b] *Opali, smaragdis*] Isidorus Orig. XVI. 12.

[c] *India sola*] Isidorus loc. cit.

[d] *Atque in*] Et cum pretiosissimis gemmis comparati maxime inenarrabilem dedere difficultatem, num gemmis aliis, quarum similitudinem referunt, potiores eos haberi oporteret. Vide Notas et Emend. num. 12.

Digitized by Google

iis[e] carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare,[f] et cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii summo fulgoris augmento [3] colores pigmentorum æquavere: alii sulfuris ardentem flammam, aut etiam ignis oleo accensi. Magnitudo nucem avellanam æquat, insigni apud nos historia. Siquidem extat hodieque hujus generis gemma, propter quam ab Antonio [g] proscriptus Nonius senator est, filius Strumæ Nonii ejus, quem Q. Catullus [4] [h] poëta in sella curuli visum indigne tulit, avusque Servilii Noniani, quem consulem vidimus: [i] ille proscriptus fugiens hunc e fortunis suis omnibus annulum abstulit secum, quem certum est sestertium viginti millibus [5] [j] æstimatum. Sed mira Antonii feritas atque

sitores gemmarum, &c. al. vett.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *argumento* Gronov. et vulgg. Mox, *colori p. æ. alii s. ardenti flammæ* Vet. Dalec. *æquare tradunt* alii vett.—4 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quem Catullus* edd. vett. et Gronov.—5 ' In Mss. Reg. 2. 3. 5. 6. *XX. mille nummum.* Quod

NOTÆ

[e] *Est enim in iis*] Hæc totidem verbis Isidorus loc. cit.

[f] *Virens mare*] Isidorus, 'nitens viriditas.'

[g] *Ab Antonio*] Triumviro, a quo et proscriptus Cicero.

[h] *Quem Q. Catullus*] Hoc ei prænomen libri omnes Mss. asserunt: typi sustulerunt. Catulli versus sunt isti, Carm. LII. 'Quid est, Catulle, quid moraris emori? Sella in curuli Struma Nonius sedet.'

[i] *Quem Consulem vidimus*] Supremis fere Tiberii temporibus, cum C. Cestio Gallo, M. Servilius M. F. Rufus Nonianus gessit Consulatum, anno Urbis DCCLXXXVII. ex Fastis.—'Hic animadverte ex descriptione generis Servilii Noniani, hanc fuisse rationem cognominum apud Romanos, ut desinentia in *ianus* conjugem vel matrem significarent. Sic enim Nonius Senator, avus Servilii Noniani fuit. En Schema generis:

Nonius Struma,
|
Nonius Senator,
|
Nonia, conjux Servilii, qui Nonianus ex eo conjugio nominatus est.
|
Servilius Nonianus, Nonii Senatoris nepos.

Fuit ex hac gente Nonia Sex. Nonius, cujus est in Thesauro Regio, et apud Patin. in Famil. p. 88. num. I. nummus argenteus. In eo Antoninus Imp. clypeo insidet, dextra tenens bacillum Imperatorium: a tergo Victoria palmam sinistra tenet; dextra coronam Antonino imponit. Infra, SEX. NONI. In ambitu, PR. L. V. P. F. .)(. Caput Senatus laureatum, vultu senili, cum literis S. C. retro ascriptis, et sceptro, insigni potestatis. Deinde sinistro latere, SVFENAS. Integra hæc sententia est: 'SEXtus

Digitized by Google

luxuria, propter gemmam proscribentis:[6] nec minor Nonii contumacia, proscriptionem suam amantis, cum etiam feræ[k] abrosas partes corporis relinquant, propter quas se periclitari sciant.[7]

XXII. Vitia opali, si color in florem herbæ, quæ vocatur heliotropium, exeat, aut crystallum, aut grandinem: si sal[l] interveniat, aut scabritia, aut puncta oculis occursantia: nullosque[1] magis India similitudine indiscreta vitro adulterat.[a] Experimentum in Sole tantum. Falsis enim contra

[a] *Tanta similitudine ut vix falsos discernere liceat a veris.*

idem est. Viginti millia sestertium efficiunt Gallicæ monetæ libras 3,890. Quod minimum est opali pretium, si pulcherrimus fuit; et debuit esse pulcherrimus, qui ita diligeretur. Unde, cum Editio princeps abeat *H-S. XX.* forte emendandum *H-S.* $\overline{XX}$. Vicies autem centena millia sestertium sunt Gallicæ nostræ monetæ libræ 389,252.' *Brotier. ille fugiens proscriptis omnibus fortunis suis hunc annul. abst. secum quem c. est viginti mille nummum tunc* cod. Dalec. *sestertiis viginti millibus* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Cod. Dalec. *proscribendi.*—7 Cod. Dalec. *cum etiam abrosus, &c. relinquant bestiæ propter, &c.* Vet. Dalec. *sciunt.*

NOTÆ

NONIus PRætor Ludos Votivos Plebeios Fecit: Sacra Victoriæ Fieri Edixit Narbone, Antonino Sospite. Senatus Consulto.' Ita congruit egregie titulus cum pictura. At cave Nonianum aliquem in altero isto numismate designari, quod ex auro est apud Gorlæum, in gente Considia, ex argento apud Patinum, pag. 80. num. 5. Hinc habet Deæ Veneris myrto cinctum caput; latere dextro, C. CONSIDI NONIANI: sinistro, ad imum, SC. In altera parte, claustra sunt affabre facta, cum Porta, qua patet iter ad Templum in colle positum. In ipso colle scriptum est ERVC. quod cave similiter referas ad Venerem Erycinam. Vox NONIANI admonet, neque ipsam, neque priorem proinde, C. CONSIDI nomen hic esse. Neque enim in genitivo casu nomina virorum leguntur in nummis Latinis. Et quæ in I ibi desinunt, legenda sunt, ut exeuntia in *ius*. Sic AURELI 'Aurelius' est; CASSI 'Cassius,' et sic cetera omnia. Sententia igitur integra est, 'Capitolium Condidere Narbone Senatores, Junctis Decurionum Impensis: Narbonenses Optavere Nomen Imponi ANtonini Imperatoris.' Deinde ERVC interpretare, 'Exorabilis Romanis Venus Capitolina.' Capitolium Narbonæ extitisse, ex nummis et ex historicis ostendimus in Nummis Populorum et Urbium.' *Ed. sec.*

j *Sestertium viginti millibus*] In Mss. Reg. 2. Colb. 3. ceterisque, *viginti mille nummum*, quod idem est. Monetæ nostratis libræ seu floreni sunt omnino ducenti.—' Monetæ nostratis libræ sunt omnino bis mille.' *Ed. sec.*

k *Cum etiam feræ*] Castores significat, de quibus VIII. 47.

l *Si sal*] Verrucæ genus, instar grani salis.

Digitized by Google

radios libratis,[b] digito ac pollice,[2] unus atque idem translucet colos in se consumtus.[c] Veri[d] fulgor subinde variat, et plus huc illucque spargit,[3] et fulgor lucis in digitos funditur. Hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellavere pæderota.[m] Sunt et qui[n] privatum genus ejus faciunt, sangenonque ab Indis vocari dicunt. Tradunt nasci et in Ægypto, et in Arabia, et vilissimum in Ponto:[4] item in Galatia, ac Thaso, et Cypro. Quippe opali gratiam habet: sed mollius nitet, raro non scaber. Summa coloris ex aëre[5] et purpura[o] constat: viriditas smaragdi deest. Constatque melior ille, cujus[6] fulgor vini colore fuscatur, quam qui diluitur aqua.

XXIII. Hactenus de principatu convenit, mulierum maxime senatusconsulto. Minus certa[1] sunt, de quibus et viri judicant. Singulorum enim libido singulis pretia facit, et præcipue regum. Claudius Cæsar smaragdos induebat, et sardonychas.[2] Primus autem Romanorum sardonyche usus est prior Africanus,[p] ut in historia tradit Demostra-

[b] *Versatis.* [c] *Nihil extra se lucis ejiciens, aut spargens.*
[d] *Veri autem opali.*



CAP. XXII. 1 Vet. Dalec. *nullasque*, sub. 'gemmas.'—2 Vet. Dalec. *vibratis digitis ac pollice;* alii vett. *indice digito ac pollice.*—3 Vet. Dalec. *se spargit.*—4 'Ita bene cod. Reg. 5.' *Brotier.* *Traduntur nasci .... et vilissimi in Ponto* edd. ante Brotier. Mox, *in Græcia, ac Thaso, et Cypro, qui profecit opali g. habet* cod. Dalec. *habent sed m. nitent, r. non scabri* Vet. ejusdem.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex ære* Gronov. et vulgg.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Constatque melior ille color cujus* Gronov. et vulgg. *melior ille cujus* cod. Dalec. *meliorem illum esse colorem* Vet. Dalec.
CAP. XXIII. 1 Cod. Dalec. *credita.*—2 Codd. Dalec. et Fuxen. *aut sardo-*

NOTÆ

[m] *Pæderota*] Παιδέρωτα, venustum æque ac puerum; vel lævore puerili corpori similem. Orpheus, περὶ λίθων, tit. 'Οπάλλιος, Φημὶ δέ τοι τέρπειν καὶ ὀπάλλιος οὐρανίωνας, Ἀγλαὸν, ἱμερτοῦ τέρενα χρόα παιδὸς ἔχοντα.

[n] *Sunt et qui*] Sunt qui pæderota velint esse gemmam proprii generis, et ab opalo diversi.

[o] *Ex aëre et purpura*] Sic Reg. 2. et Colb. 3. aliique. Editi hactenus libri, mendose, *ex ære.* Plinius inferius cap. 46. 'Coëunt in translucidam crystallum viridis suo modo aër, simulque purpura,' &c.

[p] *Prior Africanus*] Scipio Africa-

Digitized by Google

tus,[3] et inde Romanis[q] hanc gemmam fuisse celeberrimam. Quamobrem proximum ei dabimus locum.

Sardonyches[r] olim, ut ex nomine ipso apparet, intelligebantur candore in sarda,[s] hoc est, velut carnibus ungue hominis imposito, et utroque[4] translucido. Tales esse[5] Indicas tradunt, Ismenias, Demostratus, Zenothemis, Sotacus: hi quidem duo reliquas omnes, quæ non transluceant, cæcas appellantes, quæ nunc nomen abstulere. Nullo sardarum vestigio Arabicæ sunt: cœperuntque pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi, radice nigra,[*] aut cœruleum imitante, et ungue minium,[t] creditum candido pingui,[6] nec sine quadam spe purpuræ candore in minium

[*] *Nullum vestigium bonitatis sardarum gemmarum referunt Arabicæ sardonyches: sed aliis cognoscuntur coloribus, et quidem in una eademque gemma pluribus. Nam radix, &c.*

nychas.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut tradit Demostratus* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *utrinque.*—5 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Talesque esse* edd. vett. et Gronov.—6 'Mss. Reg. et Editio princeps habent *creditum.* Eruditus Harduinus emendavit, *incretum.* Optimo quidem et vero sensu.

NOTÆ

nus prior, qui bello Punico secundo, ut ab Italia revocaret Hannibalem, transportavit bellum in Africam, Pœnosque debellavit.

[q] *Et inde Romanis*] Huc pertinet illud Martialis II. 28. 'Rufe, vides illum subsellia prima tenentem, Cujus et hinc lucet sardonychata manus.' Annulum enim gerebant Equites Romani ac Senatores, cum gemma sardonyche eo inclusa.

[r] *Sardonyches*] Hæc totidem fere verbis Isidorus Orig. XVI. 8. Marbodeus de Lapid. Pret. c. 56. 'Sardonychem faciunt duo nomina, sardus onyxque.' Græcis σαρδόνυξ, nostris *Sardoine.*

[s] *In sarda*] Hoc est, candore addito colori sardæ gemmæ, de qua inferius c. 31. Sardius autem lapis piscem cognominem colore æmulatur. Epiphanius de 12. gemmis, pag. 225. Λίθος σάρδιος ὁ Βαβυλώνιος, οὕτω καλούμενος, ἔστι δὲ πυρωπὸς τῷ εἴδει καὶ αἱματοειδὴς, σαρδίῳ τῷ ἰχθύϊ τεταριχευμένῳ ἐοικώς· διὸ καὶ σάρδιος λέγεται, ἀπὸ τοῦ εἴδους λαβὼν τὸ ἐπώνυμον. Hoc est, Petavio nostro interprete: *Sardius Babylonius forma est ignea, et quæ sanguinis colorem referat, sardio pisci sale condito et inveterato similis: qua de causa etiam Sardius dicitur, a forma* seu colore *nomine desumto.* De sarda pisce XXXII. 53.

[t] *Minium, &c.*] Vide Notas et Emend. num. 13.

Digitized by Google

transeunte.[b] Has Indis non habitas in honore Zenothemis scribit: tantæ alias magnitudinis, ut inde capulos[c] factitarent. Etenim constat[u] ibi torrentibus detegi. Et placuisse in nostro orbe initio, quoniam solæ prope gemmarum scalptæ ceram[7] non auferrent.[d][v] Persuasimus deinde et Indis, ut ipsi quoque iis gauderent. Utiturque perforatis utique vulgus, tantum in collo. Et hoc est nunc Indicarum argumentum. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido[8] atque non gracili, neque in recessu gemmæ, aut in dejectu renidente,[9][w] sed in ipsis umbonibus[x] nitente, præterea substrato nigerrimo colore.[10] Et hoc in Indicis ceream aut corneum invenitur, etiam circuli albi: quædam in iis cœlestis arcus anhelatio[11] est.[e][y] Superficies vero lo-

[b] *Et id, quod ungui humano simile est, minium imitatur, velut innatum candori pingui, qui subesse intelligitur, idemque in purpuram inclinat et minium.*
[c] *Gladiorum manubria.* [d] *In signando partem ceræ non teneat.*
[e] *Neque cum longius gemma summovetur, aut cum dejicitur, arridet: sed in ipso umbilico: cui substernitur niger color: in Indicis sardonychibus cereus etiam, corneusve: qui color et albi quoque circuli aliquando est: quædam et in ipsis arcus cælestis expressio est.*

Audacter tamen. Nemo enim antiquorum scriptorum dixit 'incretum' hoc sensu. Retinendum ergo *creditum;* ut dicimus *credere terris semina;* et e candido pingui exoritur minium, ut segetes e terra.' *Brotier.* *quæ non translucent, quales sunt Arabicæ, cæcas ap. quæ nunc nom. abstulere, nullo Sard. vestigio. Cœperunt plur. hæ gem. col. int. radice nigra medio cæruleum imitante, aut unguem. Traditum etiam candido pingui* Vet. Dalec. *et ungue minium* cod. Dalec. *et unguem: creditum enim candido, &c.* edd. vett. et Gronov. Mox, *quadam specie* Vet. Dalec.—7 Cod. Dalec. *scalpturam ceræ.* Mox, *non auferunt* cod. Dalec.—8 Cod. Dalec. *candore c. prope lucido.*—9 'Non male mediæ editiones. In Editione principe, *renitente.* Eruditus Harduinus, *ridente.* Corrupte in Ms. Reg. 5. *rime ridente,* et in margine, *rimedente.*' Brotier. 'Ms. *rime ridente:* lego, *primum arridere.* Vet. *remittente;* al. vett. *renidente.*' Dalec. *ridente* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *substrato nigerrimi coloris* edd. vett. et Gronov. *substratu nigerrimi coloris* Vet. Dalec.—11 Vet. Dalec. *æmulatio est.*

NOTÆ

[u] *Etenim constat*] Isidorus loc. cit. de sardonyche: 'Reperitur autem apud Indos et Arabes detecta torrentibus.'

[v] *Ceram non auferrent*] Isidorus Orig. XVI. 8. de sardonyche: 'Hæc sola,' inquit, 'in signando nihil ceræ evellit.' Marbodeus de Lapid. Pret. c. 56. 'Hic solus lapidum ceram convellere nescit.'

[w] *Renidente* [*ridente*] In Mss. *rime ridente.* Libri vulgati, *renidente.*

[x] *Sed in ipsis umbonibus*] Paraphrasis Solini c. 33. p. 63. de sardonyche: 'Medietas circumitur limite candicante . . . . reliqua nigro finiuntur.'

[y] *Cœlestis arcus anhelatio*] Adumbratio, inchoatio: atque illa coloris

Digitized by Google

custarum maris[a] crustis rubentior. Jam melleæ, aut fæculentæ, (hoc enim nomen est vitio,) improbantur: et si zona alba[a] fundat se, non colligat.[f] Simili modo, si ex alio[12] colore in se admittat aliquid enormiter. Nihil enim in sua sede alieno interpellari placet. Sunt et Armeniacæ,[13] cetero probandæ, sed pallida zona.

XXIV. Exponenda est et onychis[b] ipsius natura, propter nominis societatem: hoc in gemmam transiit a lapide Carmaniæ.[1] Sudines dicit[c] in gemma esse candorem[2] unguis humani similitudine: item chrysolithi colorem, sardæ, et iaspidis. Zenothemis Indicam onychem plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, intervenientibus quarundam[d] et obliquis venis.[3] Sotacus[e] et Arabicam tradit:[4] sed eam a ceteris distare, quod Indica igniculos habeat, albis cingentibus

[f] *Et si circulus candidus in vicinos colores effundat se, non in se sistat.*

—12 Cod. Dalec. *si ab alio.*—13 *Armeniæ* in eodem codice.

CAP. XXIV. 1 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6.' *Brotier.* *transilit ex lapide Carmaniæ* edd. ante Brotier. *natura. Propter nominis societatem hic in gemmam transiit ex, &c.* cod. Dalec.—2 Cod. Dalec. *colorem.* Mox, *colorem* deest in Vet. Dalec.—3 'Ita bene codd. Regg. 2. 3. 5. 6.' *Brotier.* *quibusdam et oculis, &c.* Vet. Dalec. *quarundam et albis venis* cod. Dalec. *quarundam oculis obliquis venis* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—4 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6.' *Brotier.* *et Arabicam onychem tradit* edd. ante Bro-

NOTÆ

unius in alterum inclinatio: et in transitu quidam labor et anhelatio. Sic Mss. omnes, et typi.

[a] *Locustarum maris*] De his XXXII. 53. Hoc multo brevius Solinus c. 33. p. 63. prætermissa locustarum commemoratione: 'Superficies ejus probatur, si meracius rubeat: arguitur, si fuerit fæculentior.'

[a] *Et si zona alba*] Hoc est, circulus ille prælucidus supra dictus, atque non gracilis. Solini paraphrasis loc. cit. 'Optima est, si nec colorem suum spargat in proximum, nec ipsa ex altero mutuetur.'

[b] *Exponenda est et onychis*] Differt onyx gemma ab onyche marmore et vase, de quo diximus libro superiore cap. 12. Nunc *Camea* vocatur, teste Kirchero Mundi Subterr. lib. VIII. p. 81.

[c] *Sudines dicit*] Et Isidorus Orig. XVI. 8. 'Onyx appellata, quod habet in se permixtum candorem in similitudinem unguis humanæ. Græci enim unguem ὄνυχα dicunt.

[d] *Quarundam*] Gemmarum onychum.

[e] *Sotacus*] Isidorus quoque loc. cit. de onyche: 'Hanc India et Arabia gignit: distant autem invicem. Nam Indica igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabica autem nigra est cum candidis zonis.'

Digitized by Google

zonis singulis, pluribusve, aliter quam in sardonyche Indica. Illic enim momentum esse, hic circulum.[g] Arabicas onychas nigras inveniri candidis zonis. Satyrus carnosas esse Indicas, parte carbunculi, parte chrysolithi, et amethysti, totumque id genus abdicat.[a] [5] Veram autem onychem plurimas variasque cum lacteis zonis habere venas, omnium in transitu colore inenarrabili,[b] et in unum redeunte concentum, suavitate grata. Nec sardæ natura differenda[f] est, dividuæ ex eodem nomine:[g] obiterque[6] ardentium gemmarum indicanda.

XXV. (VII.) Principatum habent carbunculi,[h] a similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes[1] ob id a quibusdam acausti[2] vocati.[i] Horum genera, Indici, et Garamantici, quos et Carchedonios[j] vocant,[3] propter opulentiam Carthaginis magnæ. Adjiciunt Æthiopicos et Alabandicos, in Orthosia caute[k] nascentes, sed qui

[g] *In sardonyche Indica punctis constat is circulus; in onyche, linea perpetua et crassiore.* [a] *Improbat.*

[b] *In transitu a quovis colore ad alterum fit color inexplicabilis, ex utriusque confinio conflatus.*

tier.—5 Vet. Dalec. *totumque genus abdicans.*—6 Cod. Dalec. *differentia est. Dividitur ex eodem nomine. Quapropter omnium obiter;* Vet. Dalec. *differenda dividendave est in eodem nomine, obiterque.*

Cap. xxv. 1 Nic. Heinsius in Adverss. II. 12. pag. 301. *non sentiunt ignes.*—2 Fuxen. ἀκαύστας. 'Ms. *acrustes;* lego, *acausti.*' Dalec. *apyroti* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd.

NOTÆ

[f] *Nec sardæ natura differenda*] Prius tamen ardentes gemmæ indicabuntur: post de sarda dicetur cap. 31.

[g] *Dividuæ ex eodem nomine*] Quæ cum sardonyche dividuum sive dimidium nomen communicat: nam sarda ea appellatur.

[h] *Carbunculi*] Hodie rubinos vocamus, *des Rubis.* Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 10. 'Ardentes gemmas superat carbunculus omnes: Nam velut ignitus radios jacit undique carbo, Nominis unde sui causam traxisse videtur.' Epiphan. de 12. gemmis, pag. 227. Λίθος ἄνθραξ, κ.τ.λ.

[i] *Acausti vocati*] Ἄκαυστοι, *inusti, ustionem non experti.* Vide Notas et Emend. num. 14.

[j] *Carchedonios*] A *Carthagine,* quæ Græcis Καρχηδὼν, unde advehitur, teste Theophrasto περὶ λίθων, pag. 4. ἄγεται ἐκ Καρχηδόνος. Vide inferius cap. 30. Epiphanius loc. cit. Γίνεται δὲ ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης, ἥτις Ἀφρικὴ καλεῖται. Petronius in Satyr. pag. 207. 'Quo Carchedonios optas ignes lapideos?'

[k] *In Orthosia caute*] Juxta urbem cognominem, de qua v. 29.

Digitized by Google

perficiantur Alabandis. Præterea in omni genere masculi appellati acrius,[4] at fœminæ languidius refulgentes. In masculis quoque observant liquidioris[5] [l] alios flammæ, nigrioris alios, et quosdam ex alio[c] lucidos,[6] ac magis ceteris in Sole flagrantes. Optimos vero amethystizontas,[m] hoc est, quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat:[7] proximos illis, quos vocant sititas,[8] innato fulgore[n] radiantes. Inveniri autem ubicumque, maxime Solis repercussu. Satyrus Indicos non esse claros dicit, ac plerumque[9] sordidos ac semper fulgoris horridi:[o] Æthiopicos pingues, lucemque non emittentes, aut fundentes, sed convoluto[d] [10] igne flagrare. Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse positi,[11] extremo visu nubilantem:[e]

[c] *Aliena Solis luce.* [d] *Collecto in se igne, nec sparso.*
[e] *Humi dejecti ac residentis, extremo ambitu nubium quandam speciem referat.*

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vocavere* Gronov. et al. vett.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *appellantur acriores* Gronov. et al. vett.—5 Vet. Dalec. *candidioris.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. 'Fortassis, *ex albo.*' Dalec. *et quosdam lucidius* Gronov. et vulgg.—7 Cod. Dalec. *in amethystum exeat.*—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quos v. Sicytas* cod. Dalec. *quos v. Citites* Fuxen. *quos v. syrtitas* Gronov. et vulgg. *quos volant Syrtitas* al.—9 Vet. Dalec. *sed plerumque;* Fuxen. *dicit plurimumque horridi;* Gronov. et vulgg. *fulgoris retorridi.* '*Fulgoris horridi*] Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6. In margine cod. Reg. 5. *retorridi.* Sic quoque habet Editio princeps.' *Brotier.* —10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. non *emittentes, sed convoluto* Gronov. et vulgg. Mox, *igne flagrantes* Vet. Dalec. —11 Alii ex conjectura *posuit.* Codd. Dalec. et Fuxen. *postea extra visu nu-*

NOTÆ

[l] *Liquidioris*] Dilutioris. Sic III. 14. 'Strongyle a Lipara liquidiore flamma tantum differt.'

[m] *Amethystizontas*] Ἀμεθυστίζοντας. Hæc totidem syllabis Isidorus Orig. XVI. 9. At Mss. non *in amethysti violam,* sed *in amethystum* duntaxat legunt.

[n] *Sititas, innato fulgore*] Σιτίτας, quasi saginatos, ob colorem saturum, eundemque innatum: qua dote ab superioribus discrepant, qui dicuntur ex alio lucidi. Mss. omnes, *sititas pinnato:* editi *syrtitas* exhibent: sed mendose, ut arbitramur. Nam quid est tandem pinnatus fulgor? Et vox *Syrtitas* habere hic locum nequit. Salmasius, aliquanto, ut quidem videtur, confidentius, in Solin. pag. 380. *Autitas, innato fulgore:* perinde quasi αὐτίτης ἄνθραξ usurpaverit Græcia aliquando, ut innato fulgore, non accersito rapiantem carbunculum significaret.

[o] *Fulgoris horridi*] Sic Mss. omnes: non *retorridi.*

si attollatur, exardescentem: ob id a plerisque hunc carbunculum candidum vocari. Qui languidius ac lividius ex Indicis lucent, lithizontas[p] appellari. Carchedonios[12] multo minores esse: Indicos etiam in sextarii unius[q] mensuram[13] cavari. Archelaus, Carchedonios nigrioris aspectus esse, sed igne, vel Sole, et inclinatione[f] acrius, quam ceteros, excitari. Eosdem umbrante tecto[g] purpureos videri, sub cœlo flammeos, contra[14] radios Solis et scintillare: ceras signantibus his liquescere, quamvis in opaco. Multi Indicos Carchedoniis candidiores esse, et e diverso inclinatione hebetari scripsere: etiamnum in Carchedoniis maribus stellas[15] intus ardere,[r] fœminas fulgorem universum fundere extra se. Alabandicos ceteris nigriores esse scabrosque. Nascuntur et in Thracia coloris[16] ejusdem, ignem minime sentientes. Theophrastus[s] auctor est, et in Orchomeno Arcadiæ inveniri, et in Chio. Illos nigriores,[t] e quibus et specula fieri.[17] Esse et Trœzenios[u] varios intervenientibus maculis albis: item Corinthios,[v] et pallidiores, et candidos. Massilia quoque importari Bocchus, et in Olisiponensi erui[w] scripsit,[18] magno labore, ob argillam[x] Sole[19] adustis saltibus.[y]

[f] *Cum leviter inclinantur.* [g] *Sub tecto, et in umbra.*

bilium, ac si attollatur, &c. Mox, pro *hunc*, Fuxen. exhibet *nunc*.—12 *Chalcedonios* codd. Dalec. et Fuxen. et sic mox.—13 Cod. Dalec. *etiam s. u. mensura.* —14 Fuxen. *obumbrari tecto, purp. videri sub cœlo, flammeos contra.* Mox, *et scintillantes* Vet. Dalec.—15 Cod. Dalec. *et etiam in Carch. m. stellam.*— 16 Cod. Dalec. *in terra coloris.* Vid. Nic. Heins. Advers. II. 12. p. 301.— 17 Codd. Dalec. et Fuxen. *et vascula fieri.*—18 ' Ita codd. Regg. 3. 5. 6. et

NOTÆ

[p] *Lithizontas*] Λιθίζοντας, lapidis qualitatem potius quam gemmæ referentes.

[q] *In sextarii unius*] Parisini dicunt, *trois demi-septiers.* Vide quæ diximus XIV. 6.

[r] *Stellas intus ardere*] Veluti scintillantes intus stellas apparere.

[s] *Theophrastus*] Περὶ λίθων, pag. 7. unde hæc ad verbum expressa.

[t] *Illos nigriores*] Orchomenios. Theophr. loc. cit. Ἔστι δ' οὗτος μελάντερος τοῦ Χίου, κάτοπτρα δὲ ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσι.

[u] *Esse et Trœzenios*] Theophr. loc. cit.

[v] *Item Corinthios*] Theophr. Ποικίλος δὲ καὶ ὁ Κορίνθιος, κ. τ. λ.

[w] *Bocchus, et in Olisiponensi erui*] Sic Mss. omnes. Editi hactenus libri, *Massilia quoque importari Bocchus, et Olisipone scripsit.* De Massilia

Digitized by Google

XXVI. Nec est aliud difficilius, quam discernere hæc genera: tanta est in eis[1] occasio artis, subditis[*] per quæ translucere cogantur. Aiunt ab Æthiopibus[2] hebetiores in aceto maceratos quatuordecim diebus nitescere, totidem mensibus durante fulgore. Adulterantur vitro simillime, sed cote deprehenduntur,[3][a] sicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia, et fragilis: et centrosa scobe[b] deprehenduntur, et pondere, quod minus est vitreis: aliquando et pustulis argenti modo relucentibus.

XXVII. Est et anthracitis[c] appellata in Thesprotia fossilis, carbonibus similis. Falsum arbitror, quod et in Liguria nasci tradiderunt, nisi forte tunc nascebantur. Esse in iis[d] et præcinctæ candida vena traduntur: harum[1] igneus color, ut superiorum est: peculiare quidem, quod jactatæ in ignem velut intermortuæ extinguuntur, contra aquis perfusæ exardescunt.

XXVIII. Cognata est huic sandaresus,[1] quam aliqui Ga-

[*] *Subditis bracteis coloratis.*

Editio princeps. Sic et Theophrastus de Lapid. num. 31. Perperam in cod. Reg. 2. et recentioribus edd. omissum, *Massilia quoque importari.*' Brotier. *Massilia quoque importari Bocchus et Olyssipone scripsit* Gronov. et vulgg. *Massilia q. i. B. et in Olyssiponensi erui scripsit* codd. Dalec. et Fuxen. *Massilia quoque importari* desunt in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. —19 Codd. Dalec. et Fuxen. *soli.*

CAP. XXVI. 1 Cod. Dalec. *in his.*—2 Hæc, *ab Æthiopibus,* desunt in Fuxen. Mox, *mensibus* deest in eodem codice.—3 Fuxen. *deprehenditur.*

CAP. XXVII. 1 Vet. Dalec. *harumque.*

CAP. XXVIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin.

NOTÆ

Theophrastus quoque confitetur περὶ λίθων, pag. 4. sed Pliniani codices silent.

[x] *Ob argillam*] Qua obvolutæ hæ gemmæ vix deteguntur.

[y] *Sole adustis saltibus*] Lectio hæc librorum visa sincerior, quam manu scriptorum, *ob argillam soli adustis saltibus,* sic enim Reg. 2. Colb. 3. et alii: vel quod Salmasius suggerit in Solin. pag. 277. *ob argillam soli adusti solibus.*

[a] *Sed cote deprehenduntur*] Mola, ad quam gemmæ poliuntur, quæ e cote fit.

[b] *Et centrosa scobe*] Scobe exsiliente, quoniam in gemmis illis adulterinis centrum intervenit, quod esse duritiem quandam, ac veluti callum nodumve, alibi diximus.

[c] *Est et anthracitis*] 'Ανθρακῖτις, quod carbonum ardentium speciem referat.

[d] *Esse in iis*] Hæc deinceps totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 3.

Digitized by Google

ramantiten vocant: nascitur in India,[e] loco ejusdem nominis. Gignitur et in Arabia ad meridiem versa. Commendatio summa quod velut in translucido ignis obtentus,[f] celantesque se transfulgent aureæ guttæ,[b] [2] semper in corpore, nunquam in cute. Accedit religio narrata, a siderum cognatione, ab inspectoribus, quoniam[3] fere stellarum Hyadum et numero et dispositione stellantur, ob id Chaldæis in cærimoniis[4] habitæ. Et hic[g] mares[5] austeritas distinguit, quodam vigore apposita tinguens. Indicæ quidem etiam hebetare visus dicuntur. Blandior fœminis flamma: alliciens magis, quam accendens. Sunt qui præferant Arabicas Indicis, fumidoque chrysolitho illas similes dicant.[6] Ismenias vero negat poliri sandareson, propter teneritatem, et ob id in magno errore sunt, qui sandaricas[7] vocent. Inter omnes constat, quantum numero stellarum accedat, tantum et pretio accedere. Affert errorem aliquando similitudo[8] nominis, sandasel,[9] quod Nicander[h] sandareseon vocat,

[b] *Ignis intus conditus, ac veluti abscondentes sese aureæ guttæ.*

1. 2. 3. et recentt. *sandastros* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *velut in translucido stellantes intus fulgent aureæ guttæ;* cod. Dalec. *quod in transl. ignis obtentu, celantesque se transfulgent aureæ guttæ.*—3 Vet. Dalec. *a siderum inspectoribus ob cognationem, quoniam.* Mox, *stellantur* deest in Fuxen.—4 Vet. Dalec. *ceremonia.*—5 *Hic et mares* Vet. Dalec. Mox, *siquidem vigor apposita tingens indicat. Quidam etiam hebetare, &c.* cod. Dalec. —6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *fumidoque* codd. Dalec. et Fuxen. *fumidæque . . . dicunt* Gronov. et vulgg.—7 Gronov. et vulgg. *sunt, qui sandareson;* cod. Dalec. *esse, qui sandaricas.*—8 Cod. Dalec. et Fuxen. *similitudine.* —9 Fuxen. *Sandazel;* Gronov. et al. ante Harduin. *sandaser.* Mox, *Nicander sandaserion vocat* codd. Dalec. et Fuxen. *Nicanor sandaserion vocavit, alii sandaseron* edd. vett. et Gronov. Mox, in iisdem, *illam sandareson.*

NOTÆ

[e] *Nascitur in India*] Isidorus Orig. XVI. 13. 'Sandaresus' (sic enim legi necesse est, tum ex hoc loco, tum ex indice: non *sandasirus*:) 'nascitur in India, loco ejusdem nominis.'

[f] *Ignis obtentus*] Sic Mss. omnes, quos inspeximus. Prius legebatur, *velut in translucido stellantes intus fulgent aureæ guttæ.* Isidorus loc. cit. 'Quod veluti intro lucido igne intus fulgent aureæ guttæ. Constat autem inter omnes, quantus numerus stellarum accedit, tanto et pretium accedere.'

[g] *Et hic*] Ut in carbunculis cap. 25.

[h] *Quod Nicander*] Sic Mss. omnes, et hoc loco, et in Indice. Typi omnes perperam, *Nicanor.*

Digitized by Google

alii sandareson. Quidam vero hanc sandastron, illam sandaresum:[i] in India nascentem illam quoque,[j] et loci nomen custodientem: mali colore, aut olei viridis, omnibus improbatam.

XXIX. Ex eodem genere[k] ardentium lychnis appellata a lucernarum accensu, tamen præcipuæ gratiæ.[l] [1] Nascitur circa Orthosiam, totaque Caria, ac vicinis locis: sed probatissima in Indis,[m] quam quidam[n] remissiorem carbunculum esse dixerunt. Secunda bonitate similis est Ionia,[2] appellata a prælatis floribus.[o] Et inter has[p] invenio differentiam:[3] unam quæ purpura radiat: alteram quæ cocco: a Sole excalfactas, aut digitorum attritu, paleas et chartarum folia[q] ad se rapere.[4]

CAP. XXIX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *lychnites ... accensarum præcipua gratia* Gronov. et vulgg. *lychnis ... accensu præcipua gratia* cod. Dalec. *assensu* Vet. Dalec.—2 Ita Fuxen. *Ionis* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *Et inter alias i. differentias* Gronov. et vulgg.—4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *radiat ... folia ad se rapere* etiam Fuxen. *excalfacta ... rapit* cod. Dalec.

NOTÆ

[i] *Illam sandaresum*] De qua dictum est initio hujus cap.

[j] *In India ... illam quoque*] De qua plane modo Nicander.

[k] *Ex eodem genere*] Isidorus Orig. XVI. 13. 'Lychnis ex eodem genere ardentium est appellata, a lucernarum flagrantia.'

[l] *Tamen præcipuæ gratiæ*] Sic Reg. 2. Sic paulo antea, cap. 21. *smaragdis tamen cedentes.* In Colb. 3. *tum præcipuæ gratiæ*, quasi cum lucernæ accenduntur, tum gemmæ illius vigorem excitari significet. Quæ mens Isidori certe non fuit, cujus verba proxime retulimus: at fuit Solini cap. 52. pag. 82. 'Lychniten perinde fert India, cujus lucis vigorem ardor excitat lucernarum, qua ex causa lychniten Græci vocaverunt.'

[m] *In Indis*] Isidorus loc. cit. Plutarchus de fluviis, pag. 1149. juxta Hydaspen amnem reperiri asseverat: Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος Λύχνις καλούμενος· ἐλαιώδης δέ ἐστι τῇ χρόᾳ, καὶ ζεστὸς πάνυ.

[n] *Quam quidam*] Isidorus loc. cit. Remissior carbunculus a nostris appellatur, *Rubis balais.*

[o] *A prælatis floribus*] A præcipuis floribus, nempe viola, cujus colorem refert. Ἴον Græcis *viola* est. Ἰωνιὰ, *locus violis consitus.*

[p] *Et inter has*] Sic Mss. omnes, non *et alias invenio*, ut editi. Habet hæc quoque Isidorus loc. cit. Solinus cap. 52. p. 82. 'Duplex ei facies: aut enim purpurea emicat claritate, aut meracius suffunditur cocci rubore. At si excanduit radiis Solis incita, vel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit,' &c.

[q] *Et chartarum folia*] Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et alii. Tamen editi hactenus libri, et Isidorus, ac Solinus, *fila.*

Digitized by Google

XXX. Hoc idem et Carchedonius[r] facere dicitur, quanquam multo vilior prædictis. Nascitur apud Nasamonas in montibus, ut incolæ putant, imbre divino. Invenitur ad repercussum Lunæ, maxime plenæ. Carthaginem quondam deportabatur. Archelaus et in Ægypto circa Thebas nasci tradit, fragiles, venosas, morientibus carbonibus[1] similes. Potoria vasa et ex hoc lapide, et ex lychnite factitata invenio. Omnia autem hæc[s] genera scalpturæ contumaciter resistunt, partemque ceræ in signo tenent.[2]

XXXI. E diverso ad hoc[1 a] sarda utilissima, quæ nomen cum sardonyche communicavit. Ipsa gemma vulgaris, et primum Sardibus[b] reperta, sed laudatissima circa Babyloniam, cum lapicidinæ[c] quædam aperirentur, hærens in saxo cordis modo. Hoc metallum[2] apud Persas defecisse traditur. Sed inveniuntur compluribus aliis locis, sicut in Paro[3] et Asso.[d] In India trium generum: rubrum, et quod dionium[4] vocant a magnitudine:[5 e] tertium quod argenteis

CAP. XXX. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. *tradidit . . . morienti carboni* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Fuxen. *retinent.*

CAP. XXXI. 1 Ita Fuxen. *E diverso ad hæc* Gronov. et vulgg.—2 Ita ex codd. Dalec. et Fuxen. *in saxi corde. Hocque modo metallum* Gronov. et al. ante Harduin.—3 *Ephyra* cod. Dalec. *Ephiro* Fuxen.—4 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6. et Editio princeps.' *Brotier.* Ita quoque codd. Dalec. et Fuxen. *demium* Gronov. et vulgg. *dionum* edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 'Ita Mss.

NOTÆ

[r] *Hoc idem et Carchedonius*] Superius jam obiter indicatus, cap. 25. 'Garamantici carbunculi, quos et Carchedonios vocant, propter opulentiam Carthaginis magnæ,' quo scilicet deportabantur, ut mox ipse Plinius subjicit. Nunc vocant *Calcedoine*. Isidorus hæc iisdem verbis, Orig. XVI. 13. 'Carchedonius, hoc quod et lychnites facere dicitur, quanquam multum vilior prædictis. Nascitur apud Nasamonas,' &c.

[s] *Omnia autem hæc*] Isidorus Orig. XVI. 13.

[a] *E diverso ad hoc*] Ad signum scilicet, quod ceram in signando sarda non retineat. Ita Mss. Editi, *ad hæc*, hoc est, ad utrumque, ad scalpturam, et ad signum: quoniam nec sit ἄγλυπτος, nec ceram in signo auferat. Sardam nostrates vocant, *Cornaline*.

[b] *Sardibus*] In Lydia. Nunc in Sardinia probæ notæ reperiri Kircherus noster affirmat, Mundi Subterr. lib. VIII. p. 81.

[c] *Cum lapicidinæ*] Theophr. περὶ λίθων, pag. 7. Εὑρίσκεται δὲ καὶ τὸ σάρδιον διακοπτομένων τῶν πετρῶν.

[d] *In Paro et Asso*] Hoc a Gelenio est. Mss. omnes, *In Ephiro*. An *in Epiro?* Mox certe sequitur, *Inveniuntur et circa Leucada Epiri*.

[e] *Et quod dionium* [*dionum*] *vocant, a magnitudine*] Secuti fidem eorun-

Digitized by Google

bracteis [f] sublinitur. Indicæ perlucent:[6] crassiores sunt Arabicæ. Inveniuntur et circa Leucada Epiri, et circa Ægyptum, quæ bractea aurea sublinuntur. Et in his autem mares excitatius fulgent: fœminæ pigriores[7] [g] sunt, et crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos usu frequentior. Hac certe apud Menandrum [h] et Philemonem fabulæ superbiunt. Nec ulla est translucentium, quæ tardius suffuso humore hebetetur,[8] oleoque magis, quam alio liquore. Damnantur ex iis melleæ, et validius testaceæ.[i]

XXXII. (VIII.) Egregia etiamnunc[1] topazio[j] gloria est, suo virenti genere, et cum reperta est, prælatæ omnibus. Id accidit in Arabiæ insula, quæ Cytis[k] vocatur: in qua Trogodytæ prædones,[2] diutius fame et tempestate pressi,[l]



Reg. 2. 3. 5. 6. In margine Ms. Reg. 5. *a pinguedine.* In Editione principe, *a pingitudine.* Si constaret de significatione vocis, *dionium*, facile foret dijudicare utrum sit anteponendum, *magnitudine*, *an pinguedine.* At quid significet non compertum.' *Brotier.* *a magnitudine* codd. Dalec. et Fuxen. *a pinguedine* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Codd. Dalec. et Fuxen. *prælucent.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *pinguiores* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffl. *ulla est translucentibus, quæ t. s. h. hebetetur* codd. Dalec. et Fuxen. *ullæ . . . tardius hebetantur* Gronov. et vulgg.

CAP. XXXII. 1 Ita Chiffl. *etiamnum* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *nitenti gen. et cum eximia reperta est* al. ap. Dalec. *prælato omnibus* Vet. Dalec.—2 Codd. Dalec. et Fuxen. *quæ Troglodytis v. in qua prædones;* Gronov. et al. ante Harduin. *quæ Chitis vocatur, &c.* Mox, *cum diutius* Gronov. et vulgg. 'τὸ *cum* in Chiffl. legitur ante *herbas*, non hic.' *Dalec.* *pressi, herbas*

NOTÆ

dem codicum Mss. neglesimus typos, qui præ se ferunt, *Et quod demium vocant a pinguedine.* Δίωνον vel barbara Indorum lingua dictum putamus, vel, si Græca, quasi δὶς ὤνιον, quod duplicato pretio ob magnitudinem comparari possit. Δίσημον Salmasius dum reponit, in Solin. pag. 183. ut omittam cetera, Mss. codicum consensum nauci facit.

[f] *Argenteis bracteis*] Subditis nimirum, ut translucere vel sic cogantur.

[g] *Pigriores*] Ita Mss. non *pinguiores.* Sic ipse cap. 25. de carbunculis: 'Masculi acrius, fœminæ languidius refulgentes.'

[h] *Apud Menandrum*] Ex Menandri comœdia, quæ Πεδίον inscribitur, (an Παιδίον potius?) apud Athen. lib. III. pag. 94. recitatur hic versiculus: Μαράγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια.

[i] *Testaceæ*] Quæ testam colore referunt.

[j] *Egregia . . . . topazio*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 7. Chrysolithorum generis esse nunc a peritis existimatur.

[k] *Quæ Cytis*] De ea VI. 34. In Mss. *quæ Tregodytis vocatur, in qua prædones, &c.* mendose.

[l] *Tempestate pressi*] Mss. omnes, *fessi:* et Isidorus similiter loc. cit.

Digitized by Google

cum herbas radicesque effoderent, eruerunt topazion. Hæc Archelai sententia est. Juba Topazon insulam [m] in Rubro mari a continente diei navigatione [3] [n] abesse tradit, nebulosam, et ideo quæsitam sæpe navigantibus, ex ea causa nomen accepisse. Topazin [o] enim [4] Trogodytarum [5] lingua significationem habere quærendi. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater sequentis [6] Ptolemæi, [p] a Philemone præfecto regis, ac mire placuisse, et inde factam statuam Arsinoæ Ptolemæi [p] Philadelphi uxori [q] quatuor cubitorum, sacratam in delubro, quod aureum cognominabatur. Recentissimi auctores et circa Thebaidis Alabastrum oppidum nasci dicunt: et duo ejus genera faciunt, prasoidem [r] atque chrysopteron, similem chrysopraso. [7] Ejus enim tota [8] similitudo ad porri succum dirigitur. Est autem amplissima gemmarum. Eadem sola nobilium limam sentit: ceteræ Naxio [s] et cotibus [9] poliuntur. Hæc et usu atteritur.



Gronov. et vulgg. *fessi, cum herbas* codd. Dalec. Fuxen. et Chiffl.—3 Ita codd. Dalec. et Fuxen. *a cont. stadiis CCC. abesse* Gronov. et al. ante Harduin. *a cont. stadiis CC. abesse* Chiffl.—4 *Opazun enim* codd. Dalec. et Fuxen. —5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffl. *Troglodytarum* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Vet. Dalec. *secundi.*—7 Cod. Dalec. *chrysoteron* (ita Fuxen.) *similem chrysopraso;* Gronov. et al. ante Harduin. *chrysopteron, s. chrysopraso.* —8 Voc. *tota* deest in Fuxen.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ‘ *naxo et cote* Ms. Fortassis, *saxo et cote,* ut in Vet. *Naxo et cotibus* Chiffl.’ *Dalec.*

NOTÆ

[m] *Topazon insulam*] Lib. VI. c. 34.

[n] *Diei navigatione*] Sic Mss. omnes fere, Reg. Colb. Fux. At Chiffl. *CC. stadiis,* horum verborum vice legit. Libri omnes editi, *stadiis CCC.* hoc est, XXXVII. M. D. pass.

[o] *Topazin*] Isidorus loco cit. hæc totidem verbis: ‘ Nam τοπάζειν Trogodytarum lingua significationem habet quærendi.’

[p] *Sequentis Ptolemæi*] Hoc est, secundi, sive Philadelphi: eademque uxor Ptolemæi Lagi, qui princeps post Alexandri obitum Ægypto potitus est. Sic Africanum ‘ sequentem’ sæpe Plinius, hoc est, posteriorem vocat. De ejusdem Berenices adamante Juvenalis Sat. VI. 155. ‘ Murrhina, deinde adamas notissimus, et Berenices In digito factus pretiosior: hunc dedit olim Barbarus incestæ: dedit hunc Agrippa sorori, Observant ubi festa mero pede sabbata reges, Et vetus indulget senibus clementia porcis.’

[q] *Philadelphi uxori*] Pariter et sorori.

[r] *Prasoidem*] Πρασοειδῆ, *colore porraceo:* et Χρυσόπτερον, vel, uti exhibent Mss. omnes, χρυσόπτερον, a pal-

XXXIII. Comitatur eam similitudine propior, quam auctoritate, callais,[a] e viridi pallens. Nascitur post aversa Indiæ,[a] apud incolas Caucasi montis Phycaros, apud Sacas et Dahas,[1 b] amplitudine conspicua, sed fistulosa ac sordium plena. Sincerior multo præstantiorque in Carmania.[2 c] Utrobique autem in rupibus inviis et gelidis[3] oculi figura extuberans, leviterque adhærens, nec ut agnata petris, sed ut apposita. Quamobrem[4] scandere ad eam pigritia pedum equestres populos tædet, simul et periculum terret. Ergo fundis e longinquo incessunt, et cum toto musco excutiunt. Hoc vectigal, hoc est gestamen in cervice ac digitis gratissimum.[5] Hic census,[6] hæc gloria a pueritia dejectorum numerum prædicantium, in quo varia fortuna. Quidam ictu primo cepere præclaras, multi insectando nullas. Et venatus quidem callaidis talis. Sectura formantur, alias fragiles. Optimus color smaragdi:[b] ut tamen apparet, ex alieno[d] est quod placeant. Inclusæ decorantur auro, au-

[a] *Post ultimam Indiam.* [b] *Qualis in smaragdo cernitur.*

CAP. XXXIII. 1 *Phicaros ac Asdatas* Gronov. et al. ante Harduin. *Phicaros et Asdatas* Vet. Dalec.—2 Fuxen. *in Germania.*—3 Vet. Dalec. et Fuxen. *et gelatis.* Mox, *annata* Fuxen.—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. *Quapropter* Gronov. et vulgg.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *hocque gestamen divites in cervice gratissimum norunt* Gronov. et vulgg. *hoc est gestamen in cervice et digitis gratissimum* codd. Dalec. Chiffl. et Fuxen. expuncto *norunt.*—6 *Is census* Vet. Dalec.

NOTÆ

lore videlicet, qui vergat in colorem aureum. Denique χρυσόπρασος, a colore porri viridi, aureoque mixto.

[z] *Naxio*] Naxo e Creta advectas cotes Naxium appellabant. Plinius XXXVI. 10. 'Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis atque limandis, Naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in Cypro insula genitæ.' Nunc igitur ad gemmas limandas et cotes Naxias, et alias inferioris notæ advocat.

[a] *Callais*] Turchesiam hanc esse falso quidam autumant, *la Turquoise*: cum an veteribus cognita omnino Turquesia fuerit, haud sane satis sit exploratum. E Samarcanda Tartariæ citerioris provincia ad nos advehitur. Callais vero ab Isidoro Callaica appellatur Orig. XVI. 7. et a Solino similiter cap. 20. pag. 41.

[b] *Apud Sacas et Dahas*] De his egimus libro sexto. Vide Notas et Emend. num. 15.

[c] *In Carmania*] Vide Notas et Emend. num. 16.

[d] *Ex alieno*] Ex accersito nitore: nempe ex auro quo inclusæ decorantur.

Digitized by Google

rumque nullæ magis decent. Quæ sunt earum pulchriores, oleo, unguento, et mero colorem deperdunt. Viliores constantius repræsentant:[c] neque est imitabilior alia mendacio vitri.[d] Sunt qui in Arabia[e] inveniri eas dicant in nidis avium, quas melancoryphos vocant.

XXXIV. Viridantium[1] et alia plura sunt genera. Vilioris est turbæ prasius:[f] cujus alterum genus sanguineis punctis abhorret: tertium est virgulis tribus distinctum candidis.[2] Præfertur his chrysoprasius,[3][g] porri succum et ipsa referens, sed hæc paulum declinans a topazio in aurum. Huic et amplitudo ea est, ut cymbia etiam ex ea fiant: cylindri quidem celerrime.[4]

XXXV. India et has generat, et Nilion,[h] fulgore hebeti ac brevi, et, cum intueare, fallaci. Sudines dicit et in Syvero Atticæ flumine nasci. Est autem color fumidæ topazii, aut aliquando melleæ.[1] Juba in Æthiopia gigni tradit, in littoribus amnis, quem Nilum vocamus, et inde nomen trahere.[2]

XXXVI. Non translucet molochites,[2][i] spissius virens, et

[c] *Servant colorem.*
[d] *Neque est alia gemma, quam melius vitrum mentita similitudine imitetur.*

CAP. XXXIV. 1 *Viridium* Vet. Dalec. Mox, *genera viliorisque est* alii ap. Dalec. *genera. Prasius porracii coloris est sed vilis, cujus, &c.* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *tertium virgulis tribus distinctum est candidum* Gronov. et vulgg. *tertium est distinctum virgulis candidis* cod. Dalec. sic et Fuxen. nisi quod habet *ungulis* pro *virgulis.*—3 Vet. Dalec. *chrysoprasus.*—4 Idem Vet. *creberrime.*

CAP. XXXV. 1 Vet. Dalec. *fumidi top. aut al. mellei.*—2 Codd. Dalec. et Fuxen. *trahere. Molochites spissius vires et crassius quam smaragdus a col. mal. nomen accepit, in signis reddendis laudata.*

NOTÆ

[e] *Sunt qui in Arabia*] Solinus cap. 20. pag. 41.

[f] *Vilioris est turbæ prasius*] A colore nomen habet: est enim πράσιος Græce *viridis.* Æruginei coloris, ἰώδης τῇ χρόᾳ, a Theophr. dicitur, περὶ λίθων, pag. 8. Isidorus Orig. XVI. 7. 'Prasius pro viridante colore dictus, sed vilis. Cujus alterum genus sanguineis punctis abhorret.' (Sic et Pliniani codices: forte *obhorret*:) 'Tertium distinctum virgulis tribus candidis.' Sic et Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 52.

[g] *Præfertur his chrysoprasius*] Mixto colore auri cum viridi. A nostris appellatur, *Prême-d'émeraude.*

[h] *Et Nilion*] Dictam ab amne Nilo.

[i] *Non translucet molochites*] Hæc Isidorus plane ad verbum Orig. XVI.

crassius quam smaragdus, a colore malvæ [1] nomine accepto, reddendis laudata signis, et infantium [j] custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine. Nascitur in Arabia.[2]

XXXVII. Viret, et sæpe translucet iaspis, etiam si victa a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes: smaragdo [k] similem Indi: Cypros duram glaucoque pingui:[l] Persæ aëri similem: ob id vocatur aërizusa.[m] Talis et Caspia est: cœrulea, circa Thermodontem [1] amnem: in Phrygia, purpurea: in Cappadocia, ex purpura cœrulea, atque non refulgens. Amisos [2] Indicæ similem mittit, Calchedon turbidam. Sed minus refert nationes, quam bonitates, distinguere. Optima ergo, quæ purpuræ quicquam habet: secunda, quæ rosæ: tertia, quæ smaragdi. Singulis autem Græci nomina ex argumento [n] dedere. Quarta apud eos vocatur Borea,[o] cœlo autumnali matutino similis: et hæc erit illa, quæ vocatur aërizusa. Similis est et sardæ, imitata et violas.[a] [3] Non minus multæ species reliquæ, sed omnes in vitio cœruleæ, aut crystallo similes, aut myxis.[p] Item terebinthizusa,[q] improprio

[a] *Est et quæ violas imitatur.*

CAP. XXXVI. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *spissius virens, a colore malvæ.* Vide ad cap. præced.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. *medicamine. Viret* Gronov. et al. ante Harduin. omissis, *Nascitur in Arabia.*

CAP. XXXVII. 1 Libri hactenus editi, *Thermodoontem.* Cf. Plin. VI. 4. et XI. 19. Videndæ Varr. Lectt. ad Curt. VI. 5. 24.—2 *Thracia* Vet. Dalec.—

NOTÆ

7. Μολόχη vel *μαλάχη malvam* sonat. Hinc Molochinus color apud Nonium XVI. 2. Et molochinarii apud Plautum, ut diximus XXI. 22. Vide Notas et Emend. num. 17.

[j] *Et infantium*] Solinus cap. 33. pag. 63. et Marbod. de Lapid. Pret. cap. 44.

[k] *Smaragdo*] *Ἴασπις σμαραγδίζων*, Dioscoridi v. 160.

[l] *Glaucoque pingui*] Saturi coloris.

[m] *Aërizusa*] Ἀερίζουσα. Hanc esse quam Turchesiam nostri vocent, Salmasius existimat, in Solin. pag. 202. secutus Agricolam. Dioscoridi loc. cit. est *ἴασπις ἀερίζων*.

[n] *Nomina ex argumento*] Nempe *πορφυρίζοντος ἰάσπιδος, ῥοδίζοντος, σμαραγδίζοντος.*

[o] *Borea*] Βόρειος *septemtrionalem* sonat.

[p] *Aut myxis*] De myxis egimus XV. 12. et 13. Frustra sunt qui *mucis* hic reponunt, cum Salmasio in Solinum, pag. 131. quam vocem numero multitudinis, pro pituita nasi, nusquam me

Digitized by Google

(ut arbitror) cognomine, velut e multis ejusdem generis composita gemmis. Quamobrem præstantiores[4] funda clauduntur[r] patentes, nec præterquam margines auro amplectente.[b] Vitium est et brevis in iis nitor, et longe splendens, et sal, et omnia quæ in ceteris.[s] Et vitro adulterantur: quod[c] manifestum fit, cum extra fulgorem spargunt, atque non in se continent. Nec diversæ, quas sphragidas vocant,[d] publico gemmarum[5] dominio iis tantum dato, quoniam optime signent.

(IX.) Totus vero Oriens pro amuletis[t] traditur gestare eam, quæ ex iis[6] smaragdo similis est, et per transversum linea alba media præcingitur, et grammatias[u] vocatur: quæ pluribus[e] polygrammos. Licet obiter[v] vanitatem magicam

[b] *Annuli umbilico cinguntur ita, ut omnino emineant, solos margines amplectente aureo circulo.* [c] *Quod vitium.*
[d] *Nec sunt diversæ ab iaspide gemmæ eæ, quas σφραγῖδας vocant, hoc est, signatorias.*
[e] *Quæ pluribus lineis cingitur.*

3 Vet. Dalec. *imitatur et molas.*—4 Vet. Dalec. *velut et m. e. g. gemmis eandem ob rem imposito. Præstantiores.* Mox, *funda c. sed patentes* in eodem Vet. *funda c. id est patentes* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Vet. Dalec. *harum gemmarum.*—6 *Oriens Iaspidum species sexdecim traditur gestare. Quæ ex iis* codd. Dalec. et Fuxen. *quæ ex illis, &c.* Vet. Dalec. Mox *et transversa*

NOTÆ

legere memini. Nam quæ pituitæ ei similis esse a Diosc. perhibetur, ea ipsa est, quæ crystallum refert: ὁ δὲ κρυσταλλώδης ἐοικὼς φλέγματι. Quæ vero est myxis affinis, a crystallina discrepare facie nunc affirmatur.

[q] *Item terebinthizusa*] Τερεβινθίζων Dioscoridi loc. cit. quod terebinthi colorem repræsentet. Cum porro velut e multis composita gemmis videatur, magis proprie ex ea re, inquit auctor, quam ex terebintho appellationem duceret.

[r] *Funda clauduntur*] Funda, ut ex hoc loco intelligitur, circulus est ex auro aliove metallo, quo gemmæ ita nectuntur, ut aurum nonnisi margines amplectatur. Palam annuli alii appellant, quo sensu et σφενδόνην Plato dixit, τὸ περιφερὲς τοῦ δακτυλίου. Idem Plinius infra cap. 43. de chrysolithis: 'Funda includuntur perspicuæ.'

[s] *Et omnia quæ in ceteris*] Vitia superius recensita fere cap. 18.

[t] *Pro amuletis*] Priscianus in Periegesi, pag. 384. 'Atque malos lemures quod pellit munus iaspin.' Omnia iaspidis genera pro amuletis gestari promiscue auctor est Diosc. v. 160. Λέγονται δὲ πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα. Codices e quibus refingere hunc locum aliter Salmasius nititur, in Solin. pag. 131. mutili sunt ac vitiosi.

[u] *Grammatias*] Γραμματίας. Γράμμα Græcis lineam sonat.

[v] *Licet obiter*] Adde quæ habet Albertus M. de Miner. lib. II. pag. 232.

Digitized by Google

hic quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus utilem esse prodiderunt. Est et onychipuncta,[w] quæ iasponyx vocatur: et nubem complexa, et nives in summitate.[7] Est et stellata rutilis punctis: est et salem imitata: et veluti[8] fumo infecta, quæ capnias[x] vocatur. Magnitudinem iaspidis quindecim[9] unciarum vidimus: formatamque inde effigiem Neronis thoracatam.

XXXVIII. Reddetur et per se cyanos,[a] accommodata gratia[b] paulo ante nominato colore cœruleo.[a] Optima Scythica,[c] dein Cypria, postremo Ægyptia.[1] Adulteratur maxime tinctura,[d] idque in gloria regis Ægypti[2] ascribitur, qui primus eam tinxit.[3] Dividitur autem[e] et hæc in mares

[a] *Appellabitur et seorsim cyanos, cui gratia est a colore cœruleo paulo ante nominato.*

Gronov. et vulgg. *per transversum* codd. Dalec. et Fuxen.—7 Ita Harduin. ex codd. suis, Dalec. et Fuxen. *Est et onychipuncta .... et nives imitata* Gronov. et vulgg. *et quæ puncta vocatur* Fuxen. *quæ et iasponyx vocatur* conj. Dalecampius.—8 *Hæc stellata r. p. est, et sali Megarico similis, et veluti* Gronov. et al. ante Harduin. *Est stellata r. punctis, est et salem imitata, et veluti* codd. Dalec. et Fuxen. *est et veluti* Vet. Dalec.—9 Gronov. et vulgg. *undecim;* cod. Dalec. *XV.* Mox, codd. Dalec. et Fuxen. *formatam in effigie Neronis thoracata.*

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. *cyaneo et accommodata gratia paulo ante nominatæ, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *cyanos, accommodato paulo ante jaspidis nomine, colore cœruleo.* Mox, clausula, *Optima ... Ægyptia,* deest in cod. Dalec.—2 Ita cod. Dalec. *Ægyptii* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Vet.

NOTÆ

'Aiunt quod gestantem se a luxuria prohibet. In magicis etiam legitur, quod si incantatus est, reddit gratum, et potentem,' &c.

[w] *Est et onychipuncta*] Onychinis distincta punctis: quamobrem et composita voce ἰασπόνυξ a Græcis vocatur.

[x] *Capnias*] Καπνίας. *Fumum* Græce καπνὸς sonat. De hac gemma rursum inferius cap. 56.

[a] *Cyanos*] Κύανος a colore cœruleo. Hæc sapphiro simillima est: unde a gemmariis nostris indiscreto nomine sapphirus appellatur: nec Turchina sane ea est, ut nonnullis visum.

[b] *Accommodata gratia*] Sic Reg. 2. Colb. 3. Fux. aliique. In editis, interpolata omnia: *Accommodata paulo ante iaspidis nomine, colore cœruleo.* Colorem cœruleum Plinius paulo antea nominavit superiore cap. cum in vitio dixit esse ante dictarum gemmarum.

[c] *Optima Scythica*] In pigmento contra, quod cœruleum appellatum est XXXIII. 57. primas Ægyptium obtinet, Cyprium secundas, postremas Scythicum.

[d] *Adulteratur maxime tinctura*] Vitro scilicet in eum colorem tincto: fusa materia, et colore imbuta cœruleo. Theophr. περὶ λίθων.

Digitized by Google

fœminasque. Inest ei aliquando[f] et aureus pulvis, non qualis in sapphirinis.[4]

XXXIX. In sapphiris enim aurum punctis collucet cœruleis.[b g] Sapphirorum, quæ cum purpura,[c h] optimæ apud Medos:[i] nusquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles scalpturæ, intervenientibus crystallinis[d] centris. Quæ sunt ex iis cyanei coloris, mares existimantur.

XL. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur, et ab illis descendentibus.[e 1] Principatum amethysti[j] Indicæ tenent. Sed

[b] *Aureus sapphiri colos cœruleis punctis inspergitur.*
[c] *Cum punctis purpureis.* [d] *Duritie crystallina.*
[e] *Et iis, qui sunt affines purpuræ, coloribus.*

Dalec. *eam finxit:* *τὸ eam* non habet cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *sapphiris.*

CAP. XXXIX. 1 Ita Fuxen. *Sapphirus enim et aureis punctis collucet. Cæruleæ et sapphiri, raroque cum purpura. Optime apud Medos* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *cum nusquam, &c.* Fuxen. *nusquam enim sic pellucidæ. Cæterum inutiles, &c.* Vet. Dalec.

CAP. XL. 1 *Alius ex hinc ... ab iis discedentibus* Vet. Dalec. *discedentibus* etiam cod. Dalec.—2 Ita cod. Dalec. *et Gallia* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[e] *Dividitur autem*] Theophr. περὶ λίθων, pag. 7.

[f] *Inest ei aliquando*] Isidorus Orig. XVI. 9.

[g] *Aurum punctis collucet cæruleis*] Aureis punctis sapphiri cutem esse inspersam, et pariter cœruleis purpureisve, quod alterum sapphiri genus est mox appellandum, indicat. Unde intelligitur, quantum sapphirus Pliniana a nostra discrepet, quæ et tota cœrulea est, et perlucida: nec apud Medos solum Indosve, sed et apud nos in Europa natales habet. Plinius infra cap. 54. 'Coralloachates guttis aureis sapphiri modo sparsa.'

[h] *Cum purpura*] Epiphanius de 12. gemmis, pag. 227. Λίθος σάπφειρος πορφυρίζων .... Πολλὰ δὲ γένη τούτου ὑπάρχουσιν· ἔστι γὰρ ὁ βασιλικὸς, χρυσοστιγής· οὐ πάνυ δὲ οὗτος θαυμαζόμενος, ὡς ὁ διόλου πορφυρίζων· καὶ οὗτος δὲ λέγεται εἶναι ἐν τῇ Ἰνδίᾳ, καὶ Αἰθιοπίᾳ. *Sapphirus gemma purpurascit ... Multa sunt ejus genera. Est enim regius aureis punctis varius. Non est vero hic in tanta admiratione, quanta ille qui prorsus purpurascit. Et hic dicitur esse cum in India, tum etiam in Æthiopia.* Vide Notas et Emend. num. 18.

[i] *Optimæ apud Medos*] Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 53. de sapphiro: 'Ille sed optimus est, quem tellus Medica gignit; Qui tamen asseritur nunquam transmittere visum.'

[j] *Principatum amethysti*] Ἀμέθυστος, vel quod ebrietati resistit, vel quod vini colorem trahit. *Ametiste, ou amatiste.* Elegantia duo Epigrammata de amethysto vide in Anthol. Gr. IV. 18. Alterum Platonis Junioris, de Baccho sculpto in Amethysto: Πλάτωνος νεωτέρου, εἰς Διόνυσον γεγλυμμένον ἐν ἀμεθύστῳ· Ἁ λίθος ἔστ' ἀμέθυστος· ἐγὼ δ' ὁ πότας Διόνυσος. Ἢ πιθέτω νήφειν, ἢ μαθέτω μεθύειν. *Hæc gemma est amethystus: amans ego vina*

Digitized by Google

in Arabiæ quoque parte, quæ finitima Syriæ Petræa vocatur, et in Armenia minore, et in Ægypto, et in Galatia [2] [k] reperiuntur: sordidissimæ autem vilissimæque, in Thaso [l] et Cypro. Causam nominis [m] afferunt, quod usque ad vini colorem non accedunt: prius quam enim degustent, in violam desinit fulgor. Aliqua siquidem in illis purpura, non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficiens.[3] Perlucent [n] autem omnes violaceo colore, scalpturis faciles: Indicæ absolutum felicis [4] purpuræ colorem habent: ad hancque [o] tinguentium officinæ dirigunt vota. Fundunt autem eum aspectu leniter blandum: neque in oculos, ut carbunculi, vibrant.[5] Alterum earum [p] genus descendit [f] ad hyacinthos. Hunc colorem Indi sacon vocant, talemque gemmam sacondion.[6] Dilutior eadem [q] et sapenos

[f] *Accedit.*

Mox, *in Tharso* cod. Dalec.—3 Ita Fuxen. nisi quod pro *non accedunt* habet *non decedunt.* Gronov. et al. ante Harduin. exhibent, *ad vini colorem accedens prius quam eum degustet, in violam desinat: fulgorque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens.* Cod. Dalec. *in illa purpura, &c.* Vet. ejusdem, *in illius purpura.*—4 *Phœnicis* cod. Dalec.—5 Ita cod. Dalec. *Fundit . . . vibrat* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *talem gemmam sacodion, dilutiorem. Eadem et capenos* (*capnos*) *vocatur. Eadem et Pharnitis in ora et a termino gentis Arabiæ. Quartum, &c.* Fuxen. *talemque . . . Eadem et sap. vocatur. Eadem et paranites* cod. Dalec. *talem gemmam sucodion. Dilutior ex eodem s. v. Eadem paranites in c. Arabiæ, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *colores vini. Quintum, &c.* cod.

NOTÆ

Lyæus: Pota sit, aut ut sim sobrius, efficiat. Asclepiadæ alterum: Εἰμὶ μέθη τὸ γλύμμα σοφῆς χερὸς, ἐν δ' ἀμεθύστῳ Γέγλυμμαι, τέχνης δ' ἡ λίθος ἀλλοτρίη. Ἀλλὰ Κλεοπάτρης ἱερὸν κτέαρ· ἐν γὰρ ἀνάσσης Χειρὶ θεὸν νήφειν καὶ μεθύουσαν ἔδει. *Ebrietas ego sum: qui fert lapis est amethystus: Ingenio gemmæ dissidet artis opus. Sed quia me Cleopatra tenet, Dea concita vino Est in reginæ sobria facta manu.* Generis est ea vox apud Plinium fœminini; masculini Ovidio.

[k] *In Galatia*] Sic Mss. omnes. Editi hactenus, *in Gallia.*

[l] *In Thaso*] Reg. 2. Colb. 3. et alii, *in Tarso.*

[m] *Causam nominis*] Hæc totidem fere verbis Isidorus Orig. XVI. 9. Vide Notas et Emend. num. 19.

[n] *Perlucent*] Isidorus loco citato.

[o] *Ad hancque*] Ut in lana, quæ tingitur purpuræ succo, amethysti color eluceat. Vide IX. 62.

[p] *Alterum earum*] Isidorus loc. cit. Epiph. pag. 229. de 12. gemmis: Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ὑακίνθῳ καθαρῷ παραπλήσιος.

[q] *Dilutior eadem*] Hoc tertium amethysti genus, dilutioris paulo coloris. Ex quo intelliges perperam hunc locum a Salmasio in Solin. pag. 566.

Digitized by Google

vocatur. Eadem et Pharanitis[r] in contermino Arabiæ, gentis nomine. Quartum genus colorem vini habet. Quintum ad viciniam crystalli descendit, albicante purpuræ defectu.[g 7 s] Hoc et minime probatur, quando præcellens debet esse in suspectu,[t] velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leviter roseus nitor.[h] Tales aliqui malunt pæderotas[u] vocari, alii anterotas, multi Veneris gemmam, quod maxime videtur decere et species et colos. Eas gemmas[v] magorum[w] vanitas resistere ebrietati promittit,[8] et inde appellatas. Præterea si Lunæ nomen aut

[g] *Purpuræ colore in albicantem deficiente.*
[h] *Cum sublimis aspicitur: veluti si tunc ex carbunculo refulgeret nitor cum purpura roseus.*

Dalec. *colore rivi* Fuxen.—7 Ita codd. Dalec. et Fuxen. *dejectu* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *Hoc minime,* omissa conjunctione, Fuxen.—8 Ita ex codd. suis Harduinus et recentt. ita quoque codd. Dalec. et Fuxen. *et specie*

NOTÆ

sic emendari: *Talemque gemmam Sacondion dilutiorem. Eadem et Sapenos vocatur, &c.* Nam hæc ad genus amethysti pertinere necesse est, si ita legatur. Ubi igitur tertii generis mentio, cum quartum quintumque proxime sequatur?

r *Eadem et Pharanitis*] Sic Reg. 2. Colb. 3. aliique, non *paranites*, ut editi. Pharan urbs est Arabiæ juxta Saracenos, de qua Eusebius et Hieronymus consulendi, in locis Hebraicis. Hinc Theodorus Pharanites Episcopus, Monothelitarum factionis jure princeps habitus.

s *Purpuræ defectu*] Sic Mss. supra laudati: non *dejectu*, ut in libris vulgatis. Sententia est, ubi purpura deficit, in extremis videlicet oris albicare gemmam. Epiphanius de 12. gemmis, pag. 229. *Λίθος ἀμέθυστος. Οὗτος κατὰ τὴν αὐτοῦ περιφέρειαν φλογίζων ἐστὶ βαθέως· ἡ δὲ αὐτή ἐστι λευκοτέρα, ἐκ τοῦ μέσου οἰνωπὸν ἀποπέμπουσα εἶδος. Circumferentiam habet profundo ceu colore flammæ ardentem. Est autem cujus circumferentia albicet, e medio sui fundens vini colorem.* Etsi hunc locum aliter vertit doctus Interpres.

t *In suspectu*] Occurrit vox ea jam superius, XXI. 22.

u *Pæderotas*] Παιδέρωτας et ἀντέρωτας, quod æque venusti sint atque puelluli, immo atque ipse Amor. Hinc apud Vopiscum *Oxypæderotinus color,* qualis nimirum in pæderote gemma, et intensus quidem, id enim ὀξὺς sonat, sive, ut Plinius ipse ait plane modo, præcellens in suspectu, et veluti ex carbunculo præfulgens color roseus, purpura leviter mixtus.

v *Et species, et colos. Eas gemmas*] Sic Mss. proxime appellati. Prius inepte: *Et specie et colore extremo gemmæ. Magorum .... ebrietati eas, &c.*

w *Magorum*] Marbod. de Lapid. Pret. cap. 4. Albertus Magnus de Miner. lib. II. pag. 228. de amethysto: 'Operatur autem contra ebrietatem, ut dicit Aaron, et facit vigilem,' &c.

Digitized by Google

Solis inseratur in iis, atque ita suspendantur collo e capillis[9] cynocephali, vel plumis hirundinis, resistere veneficiis. Jam quoque adesse reges adituris. Grandinem avertere, et locustas, precatione addita, quam demonstrant. Nam smaragdis[10] quoque similia promisere, si aquilæ scalperentur, aut scarabæi: quæ quidem scripsisse eos non sine contemtu et irrisu[11] generis humani arbitror.

XLI. Multum ab ea distat hyacinthos,[a] tamen e vicino descendens. Differentia hæc, quod ille emicans in amethysto fulgor violaceus dilutus est in hyacintho. Primo quoque aspectu gratus, evanescit[1] antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut pæne non attingat, marcescens celerius nominis sui flore.[2] [b]

XLII. Hyacinthos Æthiopia mittit, et chrysolithos,[c] aureo fulgore[1] translucentes. Præferuntur iis Indicæ,[d] et si variæ non sint,[2] Tibaranæ.[3] [e] Deterrimæ autem Arabicæ, quoniam turbidæ sunt et variæ, et fulgentes interpellatæ[4] [f]

et colore extremo gemmæ. Magorum ... eas promittit Gronov. et vulgg.—9 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *ac Solis scribatur ... e collo capillis* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *Jam vero quoque modo adesse r. a. Grandinem quoque avertere, ac similia, et locustas, ... Nam e smaragdis* Gronov. et al. ante Harduin.—11 Cod. Dalec. *risu.*

CAP. XLI. 1 Cod. Dalec. et Fuxen. *descendens differentia. Nam in isto fulgor violaceus diluitur, in Hyacintho, et primo quo aspectu evanescit.*—2 Codd. Dalec. et Fuxen. *flore Hacintho. Æthiopia, &c.*

CAP. XLII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *colore* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec. *si veræ sint.*—3 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Bactrianæ* Gronov. et vulgg.—4 Ita cod. Dalec. *fulgoris interpellati* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[a] *Hyacinthos*] Ὑάκινθος, colore subpurpureo, ὑποπορφυρίζων, inquit Epiphanius, pag. 228. Hyacinthum ex rubinorum esse genere quidam volunt, ut animadvertit Garcias ab Horto in Hist. Arom. pag. 222.

[b] *Nominis sui flore*] Hyacintho, 'qui maxime durat,' ut dictum est XXI. 38.

[c] *Chrysolithos*] Χρυσολίθους, ab aureo colore: χρυσίζων μέν ἐστιν, inquit Epiphanius, pag. 229. Gemmarii hodierni Topazium vocant. Marbodeus cap. 11. 'Æthiopes legimus nobis hanc mittere gemmam,' &c.

[d] *Indicæ*] Chrysolithi scilicet.

[e] *Tibaranæ*] In Mss. Reg. et Colb. *Zibaranæ.* Nos *Tibaranæ* scripsimus, et quod Ponticas paulo post gemmas ejusdem fere generis Plinius commendat, et quod Tibareni, seu Tibarani, populi ad Pontum siti sunt, ut diximus VI. 4. Libri editi, *Bactrianæ:* male.

[f] *Et fulgentes interpellatæ*] Sic Mss.

Digitized by Google

nubilo macularum, etiam quæ limpidæ contigere, veluti scobe sua refertæ. Optimæ vero sunt, quæ in collatione[a] aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda[g] includuntur perspicuæ. Ceteris subjicitur aurichalcum.[b]

XLIII. Jam etiam expertes gemmarum usu,[1 h] appellantur aliqui et chryselectri,[i] in colorem electri declinantes, matutino tantum aspectu jucundi.[2] Ponticas[j] deprehendit levitas. Quædam in iis duræ sunt rufæque, quædam molles et sordidæ. Bocchus auctor est, et in Hispania repertas, quo in loco crystallum dicit ad libramentum[3] aquæ[k] puteis depressis erutam,[c] chrysolithon XII. pondo a se visam.

XLIV. Fiunt[1] et leucochrysi,[l] interveniente candida vena.

[a] *Quando cum auro confertur et componitur.*

[b] *Ceteris chrysolithis, quæ non sunt optimæ notæ, subjicitur aurichalci bractea, quæ translucere cogat.*

[c] *Defossis ad ducendam ex libramento aquam puteis.*

CAP. XLIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Jam etiam expertis gemmarum usum* Vet. Dalec. *Tametsi jam expertes gemmarum usu* Gronov. et vulgg. —2 Ita codd. Harduini et Dalec. *matutino tamen aspectu jucundi* Fuxen. *quibus matutinus aspectus jucundior* Vet. Dalec. *matutino aspectu jucundiore* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Cod. Dalec. *libramenta.* Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *puteis defossis inde erutam. Et chrysolithon, &c.* Fuxen. et codd. Dalec. *depressis.* Voc. *inde* deest in cod. Dalec.

NOTÆ

omnes. Editi: *et fulgoris interpellati.*

[g] *Funda, &c.*] Vide quæ de hac voce ac forma loquendi diximus cap. 37.

[h] *Jam etiam expertes gemmarum usu*] Quoniam nec funda includuntur, nec sunt ad signandum utiles, ut gemmæ reliquæ. Hæc in Mss. sic leguntur: *tam etiam ex parte de gemmarum usu.* In editis, *tametsi jam expertes gemmarum usu.* 'Expertum fama et fortunis,' Sallustius: 'expertem metu,' 'expertem domo,' Plautus dixit. Conjiciebat Salmasius in Solin. pag. 407. *quondam etiam et per se gemmarum in usu. Appellantur, &c.* ut esset sententia, aurichalcum olim et per se in usu gemmarum diu apud veteres in admiratione fuisse: quis vero usus ille fuerit, nec ipse expedit, neque me fateor intelligere.

[i] *Chryselectri*] Isidorus Orig. XVI. 14. 'Chryselectrus similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu jucundus, rapacissimus ignium, et si juxta fuerit, celerrime ardescens.'

[j] *Ponticas*] Chrysolithos.

[k] *Ad libramentum aquæ*] Hanc ipsam sententiam explicuimus cap. 9. Porro Mss. omnes *depressis*, ut edidimus, atque ut ipse Plinius loco nunc citato, non *defossis*, ut hactenus vulgati, exhibent.

[l] *Fiunt et leucochrysi*] Isidorus loc. cit. λευκόχρυσοι.

Digitized by Google

Sunt in hoc genere capniæ.[m] Sunt et vitreis similes, veluti croco[n] refulgentes. Vitrei vero ut visu discerni non possint, tactus deprehendit,[2] tepidior in vitreis.

XLV. In eodem genere[o] sunt melichrysi, qui veluti per aurum sincero melle translucent. Has India[1 p] mittit, quanquam in duritia fragiles.[2 q] In eadem et xanthi,[r] plebeia ibi gemma.[3]

XLVI. Candidarum dux est pæderos: quanquam potest quæri, an in colore numerari debeat, toties jactati[a] per alienas pulchritudines nominis:[1] adeo decoris prærogativa in vocabulo facta est.[d] Est et suum genus expectatione[2 b] tanta dignum.[e] Coëunt intus translucida crystallus,[3] viridis suo modo aër, simulque purpura, et quidam vini ac

[d] *An inter gemmas peculiaris cujusdam coloris censeri pæderos debeat, cum id nomen toties usurpetur in aliis generibus, in quibus eæ, quæ habent decoris prærogativam, id sibi pariter nomen asciscunt. At est præterea sui generis gemma nunc explicanda, tanto digna nomine.*

[e] *Est et peculiare pæderotis genus, tam nobili appellatione dignum.*

CAP. XLIV. 1 *Sunt* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Vitreæ a veris visu d. non possunt. Tactus autem deprehendit* Vet. Dalec. *Vitreæ vero . . . possint. Tactus autem deprehendit* Gronov. et vulgg.

CAP. XLV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *qui vel per a. syn. m. translucent, quos India* codd. Dalec. et Fuxen. *vel uti per aurum s. m. translucente, quas India* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Dalec. et Fuxen. *ad injuriam fragiles* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Eadem et xystion parit, plebeiam ibi gemmam* Gronov. et vulgg.

CAP. XLVI. 1 Vet. Dalec. *jactatum per a. p. nomen.*—2 *Est tamen iis suum genus spectatione* Vet. Dalec. et Fuxen.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. *Coëunt in translucida crystallo* Vet. Dalec. *Coëunt in translucidam crystallum*

NOTÆ

[m] *Capniæ*] Καπνίαι, veluti *fumo infecti.*

[n] *Veluti croco*] Mallem, *Et veluti croco.*

[o] *In eodem genere*] Isidorus loc. cit. μελίχρυσοι.

[p] *Has India*] Subintellige gemmas.

[q] *In duritia fragiles*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. Fux. Vet. Dalec. et ceteri. Editi corrupte, *ad injuriam fragiles.*

[r] *In eadem et Xanthi*] Reg. 2. Colb. 3. hoc loco *Xinthi.* At in Indice *Xanthi.* Libri hactenus vulgati, *Eadem et xystion parit,* interpolantium scilicet manu. Eadem gemma hæc est, de qua inferius cap. 60. 'Est et alia quæ vocatur menui ab Indis, Xanthos appellata Græcis, e fulvo candicans.'

[a] *Toties jactati*] Nam et opalum cap. 22. et amethystum cap. 40. pæderotas appellari prodidit.

[b] *Expectatione*] Mss. Reg. et Colb. *spectatione.*

Digitized by Google

croci nitor,[4] [c] semper extremus in visu: [d] sed purpura coronatus, et his pariter omnibus.[5] Nec gemmarum ulla est liquidior,[e] captis jucunda [f] vanitate oculis. Laudatissima est in Indis, apud quos sagenon [g] vocatur.[6] Proxima apud Ægyptios, ubi Tenites.[7] Tertia in Arabia, verum scabra. Mollius radiat Pontica et Asiatica. Ipsæ vero [8] molliores sunt Galatica,[h] et Thracia, et Cypria. Vitia earum languor, aut alienis turbari coloribus, et quæ ceterarum.[i]

XLVII. Proxima candicantium est Asteria,[j] principatum habens proprietate naturæ, quod inclusam lucem pupillæ modo quandam [1] continet, ac transfundit cum inclinatione,[a] velut intus ambulantem ex alio atque alio loco [2] reddens, eademque contraria Soli regerens candicantes radios, unde

[a] *Quando leviter inclinatur.*

edd. vett. et Gronov.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et quidam vini aureus nitor* Gronov. et vulgg. *et quiddam vini aurei nitor* cod. Dalec. *et quidam vitri aureus nitor* Fuxen. *et quidam vini aureisque nitor* Vet. Dalec.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sed p. coronatus madere* (Vet. Dalec. *randiare*) *singulis videtur his, et pariter omnibus* Gronov. et vulgg. *et his pariter omnibus* cod. Dalec. expunctis *singulis videtur.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *capiti jucunda, suavis et oculis. Laudatissima . . . argenon vocatur* Gronov. et al. ante Harduin. Pro *vanitate,* Dalecampius conj. *varietate.*—7 Ita codd. Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ubi senites* edd. vett. et Gronov.—8 *Ipsa vero* Vet. Dalec.

CAP. XLVII. 1 Codd. Dalec. et Fuxen. *quondam.*—2 Voc. *loco* deest in cod. Dalec. Mox, in eodem Vet. *cadentes radios.*

NOTÆ

[c] *Vini ac croci nitor*] Vide Notas et Emend. num. 20.

[d] *Extremus in visu*] Solini paraphrasis cap. 33. pag. 64. 'In orarum extimis corona crocea velut e liquido renidente.'

[e] *Liquidior*] Liquidæ gemmæ dicuntur, quæ sunt diluti admodum coloris, non per quas facile pertransit aspectus, ut visum est Salmasio in Solinum, pag. 567.

[f] *Captis jucunda*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Fux. &c. non, ut libri editi hactenus, *capiti jucunda, suavis et oculis.* Solinus certe loc. cit. de capite nihil: 'Hac suavitate,' inquit, 'oculos afficit, visum illicit, detinet intuentes.' Legi potest et *suavitate.*

[g] *Sagenon*] Ita Mss. omnes, tum hoc loco, tum in Indice: et mox *Tenites:* non *argenon,* et *senites,* ut editi. Forte *Tenites* pro *Tanites,* a præfectura ejus nominis in Ægypto.

[h] *Galatica*] Hoc est, mollior Indica, Ægyptia, Arabica, quam Galatica, &c.

[i] *Et quæ ceterarum*] Vitia gemmarum superius enumerata cap. 18.

[j] *Asteria*] Variis in locis Italiæ reperitur. Gemmarii nostri vocant *Girasole.* Isidorus hæc totidem verbis de asteria, quæ Plinius: sed asteriten vocat Orig. XVI. 10.

Digitized by Google

nomen[k] invenit, difficilis ad cælandum. Indicæ præfertur in Carmania nata.

XLVIII. Similiter candida est, quæ vocatur astrios,[1 l] crystallo propinqua,[2] in India nascens, et in Pallenes littoribus: intus a centro ceu stella lucet fulgore Lunæ plenæ. Quidam causam nominis reddunt, quod astris opposita fulgorem rapiat, ac regerat. Optimam in Carmania gigni, nullique obnoxiam vitio.[3] Cerauniam enim[4 m] vocari, quæ sit deterior. Pessimam lucernarum lumini similem.

XLIX. Celebrant et astroiten,[1 n] mirasque laudes ejus in magicis artibus Zoroastrem cecinisse, qui circa eas diligentes sunt, produnt.[2]

L. Astrobolon[o] Sudines dicit oculis piscium similem esse, et radiare candido, in Sole.[1]

LI. Est inter candidas[p] et quæ ceraunia vocatur, fulgorem siderum rapiens. Ipsa crystallina, splendoris cœrulei, in Carmania[q] nascens. Albam esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam concursantem. Fieri et cerau-

CAP. XLVIII. 1 'Vet. *Asterios;* et sic Dionys. de Situ Orbis.' *Dalec.*—2 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *propinquans* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nullamque minus obnoxiam vitio* Gronov. et vulgg. —4 *Cerauniam etiam* Vet. Dalec.

CAP. XLIX. 1 Codd. Dalec. et Fuxen. *asterionem.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cecinisse, qui diligentes sunt, produnt* cod. Dalec. *cecinisse. Quidam diligentius de ea produnt* Gronov. et vulgg.

CAP. L. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *candido, ut Solem* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[k] *Unde nomen*] 'Αστερία, ab ἀστὴρ, quæ vox *stellam*, scintillantesque radios sonat.

[l] *Quæ vocatur astrios*] Isidorus ad verbum hæc transcribit, Orig. XVI. 13. 'Astrion ex India est, crystallo propinqua: in cujus centro stella lucet fulgore Lunæ plenæ. Sumsit autem nomen, quod astris opposita fulgorem rapit ac regerit.' Forte ἄστριον dicta, quasi *parvum astrum*, seu μικρὸς ἀστὴρ.

[m] *Cerauniam enim*] Quasi ictam fulmine. Κεραυνὸς *fulmen* est.

[n] *Celebrant et astroiten*] Sic libri hujus Index. In quibusdam Mss. *astrionem.* In Reg. 1. *astryoten.* Ut sit ἀστροίτης, vel ἀστροειδής.

[o] *Astrobolon*] Mss. quidam *astolon*, mendose.

[p] *Est inter candidas*] Hæc Isidorus ad verbum, Orig. XVI. 13.

[q] *In Carmania*] Vide Notas et Emend. num. 21.

Digitized by Google

nias, quas nitro et aceto per aliquot dies maceratas concipere stellam eam, quæ post totidem menses relanguescat.[1] Sotacus et alia duo genera fecit ceauniæ, nigræ rubentisque, ac similes eas esse securibus: iis, quæ[2] nigræ sunt et rotundæ, urbes expugnari et classes, easque betulos vocari: quæ vero longæ sunt, ceraunias. Faciunt et aliam raram admodum, et Parthorum magis quæsitam, quoniam non aliubi[r] inveniatur, quam in loco[3] fulmine icto.

LII. Proximum ceauniæ[s] nomen apud eos habet, quæ appellatur iris. Effoditur in quadam insula Rubri maris, quæ distat a Berenice urbe sexaginta millia pass. cetera sui parte crystallus. Itaque quidam radicem crystalli esse dixerunt. Vocatur ex argumento[t] iris. Nam sub tecto percussa Sole species et colores arcus cœlestis in proximos parietes ejaculatur,[1] subinde mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Sexangulam esse, ut crystallum, constat. Sed esse aliquas scabris lateribus et angulis inæqualibus dicunt, in Sole aperto projectas radios in se cadentes discutere: aliquas vero ante se projecto

CAP. LI. 1 Codd. Dalec. et Fuxen. *stellam, eamque post totid. men. relanguescere.* Mox, *alia ejus duo genera* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *nigras rubentesque . . . per illas, quæ* edd. vett. et Gronov. *nigræ rubentisque . . . iis quæ nigræ sunt et tot urbes per illas exp.* cod. Dalec. *nigræ rubentisque . . . securibus iis quæ nigrantur situ, rotundas urbes pervias exp. et classes, easque bet. vo. Quæ verum lon. sunt Ceroas, &c.* Fuxen.—3 Cod. Dalec. *non alibi inv. quam loco.*

NOTÆ

[r] *Quoniam non aliubi*] Isidorus loc. cit. Marbodeus de Lapid. Pret. c. 22. 'Ventorum rabie cum turbidus æstuat aër, Cum tonat horrendum, cum fulminat igneus æther, Nubibus illisis cœlo cadit iste lapillus, Cujus apud Græcos extat de fulmine nomen: Illis quippe locis quos constat fulmine tactos Iste lapis tantum reperiri posse putatur.' De lapidibus ceauniis, qui de cœlo decidere creduntur, vide plura apud scriptores Miscellaneorum Curiosorum, sive Ephemeridum Germanicarum, anno VIII. pag. 256. ubi describuntur ii, quos delapsos aiunt mense Maio, anno MDCLXVII. Ceauniam unam in Museo nostro Parisiensi servamus.

[s] *Proximum ceauniæ*] Quoniam ut a fulmine ceaunia, sic ab arcu cœlesti iris nomen habet: utraque ex similitudine rei alicujus in aëre genitæ.

[t] *Vocatur ex argumento*] Hoc est, ex re ipsa. Hæc totidem verbis Solinus cap. 33. pag. 63. et 64. Isidorus XVI. 13. et Marbodeus cap. 40.

nitore adjacentia illustrare. Colores vero nonnisi ex opaco reddunt, nec ut ipsæ habeant, sed ut repercussu parietum elidant:[2] optimaque, quæ maximos arcus facit, simillimosque cœlestibus. Est et alia iris, cetero similis, at prædura:[3] quam Horus crematam tusamque ad ichneumonum morsus remedio esse, nasci autem in Perside tradit.

LIII. Similis est aspectu, sed non ejusdem effectus, quæ vocatur zeros,[1][a] alba nigraque macula in transversum distinguente[2] crystallum.

LIV. Expositis per genera colorum principalium gemmis, reliquas literarum ordine explicabimus.

(X.) Achates[b] in magna fuit auctoritate, nunc in nulla.[1][c] Reperta primum[d] in Sicilia[e] juxta flumen ejusdem nominis: postea plurimis locis, excedens amplitudine, varietatibus numerosa. Multa et cognomina ejus.[2] Vocatur enim iaspachates,[f] cerachates,[g] sardachates,[h] hæmachates,[i] leuc-

CAP. LII. 1 Cod. Dalec. *proximo pariter ejaculatur.*—2 Idem codex, *percussu parietem elidant.*—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Est et alia iris ceræ similis, prædura* Gronov. et vulgg. *cetera similis et prædura. Hanc coriis crem. tus. ad ignes et canum mor. r. esse dicunt: nasci autem in Perside* codd. Dalec. et Fuxen.

CAP. LIII. 1 *Similis ei asp. sed non ejusdem effectus, vocatur erros* codd. Dalec. et Fuxen. *eros* conj. Dalec.—2 Cod. Dalec. *distringente.*

CAP. LIV. 1 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nunc in nulla est* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini, Dalec.

NOTÆ

[a] *Quæ vocatur zeros*] In Mss. hoc loco, *erros*. In Indice, *lepor*.

[b] *Achates*] Hæc totidem verbis Solinus c. 5. p. 21. Isidorus XVI. 11. et Marbod. de Lapid. Pret. cap. 2. Nostris, *Agate*.

[c] *Nunc in nulla*] Fecit vilitatem copia.

[d] *Reperta primum*] Nempe gemma ea, quæ achates dicitur. Alias enim masculini generis ὁ ἀχάτης.

[e] *In Sicilia*] Theophr. περὶ λίθων, Καλὸς δὲ λίθος καὶ ὁ Ἀχάτης, ὁ ἀπὸ τοῦ Ἀχάτου ποταμοῦ τοῦ ἐν Σικελίᾳ.

[f] *Vocatur enim iaspachates*] Ab affinitate cum iaspide, ut supra iasponyx, c. 37. Aëtius de Re Med. II. 37. pag. 54. *Iaspachates inter iaspidem, qui smaragdo assimilatur, et achaten medius.* Ἰασπαχάτης ἐκ τῆς σμαραγδιζούσης ἐστὶν ἰάσπιδος καὶ τοῦ ἀχάτου. Vide Notas et Emend. num. 22.

[g] *Cerachates*] De hoc genere Solinus cap. 5. p. 21. 'Qui sunt facie cerea, abundantes trivialiter, negliguntur.' Marbodeus cap. 2. de achate: 'Cerea cui facies, quia creber, vilis habetur.'

[h] *Sardachates*] Ob aliquam cum sarda similitudinem. Meminit hujus Orpheus tit. Ἀχάτης.

[i] *Hæmachates*] Solinus loc. cit. 'Hæmachates sanguineis maculis ir-

Digitized by Google

achates,[j] dendrachates,[k] velut arbuscula insignis:[3] autachates,[l] cum uritur, myrrham redolens: coralloachates[m] guttis aureis sapphiri modo sparsa,[4] qualis copiosissima in Creta, sacra appellata. Putant eam contra araneorum et scorpionum ictus prodesse. Quod in Siculis utique crediderim, quoniam primum[5] ejus provinciæ afflatu scorpionum pestis extinguitur.[a] Et in India inventæ contra eadem pollent, et aliis magnis miraculis. Reddunt enim[n] species fluminum, nemorum, et jumentorum, etiam esseda,[6] et staticula,[o] et equorum ornamenta. Medici coticulas[p] inde faciunt. Spectasse[q] etiam prodest oculis. Sitim quoque[r] sedant in os additæ.[7] Phrygiæ viridia non habent.

[a] *Qui a scorpione icti sunt, ea peste levantur, ubi attigere auram Siculi cœli.*

et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *numerosa varietatibus diversis mutantibus cognomina ejus* edd. vett. et Gronov. Mox, in iisdem vett. *Vocatur enim passachates.*—3 Cod. Dalec. *in signis.* Mox, *anchacates* Fuxen. *antachates* edd. vett. et Gronov. *autachates* Harduin. ex codd.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *distincta* edd. vett. et Gronov. *persparsa* Fuxen. Mox, *in Creta appellata sacrata* Fuxen.—5 Vet. Dalec. *quum primum.*—6 Cod. Dalec. *jam et ederas;* Vet. ejusdem, *etiam ederæ.*—

NOTÆ

rubescit.' Αἱμαχάτης. Meminit et Marbodeus loc. cit.

j *Leucachates*] Λευκαχάτης. A colore *albicante* nomen.

k *Dendrachates*] Δενδραχάτης. Non una modo arbuscula, sed viridarii integri, seu nemoris specie insignem esse Orpheus cecinit: *Εἰ καὶ δενδροφύτοιο φέροις τρύφος ἐν χερὶ πέτρης, Μᾶλλον καὶ τέρποιτο θεῶν νόος αἰὲν ἐόντων· Δένδρεα γὰρ μάλα πολλὰ κατόψεαι ὡς ἐνὶ κήπῳ Ἀνθεμόεντι, κλάδοισιν ἐπασσυτέροις κομόωντα· Τοὔνεκά οἱ καὶ φῶτες Ἀχάτῃ δενδρήεντι Θῆκαν ἐπωνυμίην, κ. τ. λ.*

l *Autachates*] Sic Mss. omnes. Editi, *antachates.* Salmasius in Solin. p. 133. conjiciebat *stactachates:* cui vellem codex aliquis probæ notæ faveret. Stacten scio myrrham appellari. De hoc genere, tacito illius nomine, Marbodeus loc. cit. 'Est et qui myrrhæ succensus spirat odorem.'

m *Coralloachates*] Marbodeus loc. cit. 'Hunc quoque corallo similem gerit insula Creta, Cujus planities croceis est illita venis: Iste nepæ virus fugat, et quod vipera fundit.' Solinus c. 5. p. 21. 'Dat Creta, quem curaliachaten vocant, curalio similem: sed illitum guttis auro micantibus, et scorpionum ictibus resistentem.'

n *Reddunt enim*] Marbodeus et Solinus, locis citatis.

o *Et staticula*] Quid sint staticula, diximus XXXIV. 48.

p *Medici coticulas*] Mortaria parva, ut quidem interpretati sumus XXXVI. 38. quod frequenter ex cote fiunt.

q *Spectasse*] Solinus et Marbod. locis citatis. Item Albertus M. de Miner. lib. II. p. 228.

Digitized by Google

Thebis Ægyptiis repertæ carent rubentibus venis et albis. Et hæ quoque contra scorpiones validæ. Eadem auctoritas et Cypriis est. Sunt qui maxime[s] probent vitream perspicuitatem in his. Reperiuntur et in Thracia,[8] et circa Œtam, et in Parnasso, et in Lesbo, ac Messene, similes limitum floribus,[b] et in Rhodo.[9] Aliæ apud magos differentiæ. Leoninæ pelli similes[10] potentiam habere contra scorpiones dicuntur. In Persis vero suffitu earum tempestates averti, et præterea fulmina.[11 t] Argumentum esse, si in ferventes cortinas additæ refrigerent: sed ut prosint, leoninis jubis[c u] alligandas:[12] nam hyænæ pelli simile abominantur, discordialem domibus. Eam vero, quæ unius coloris sit,[v] invictam[w] athletis esse. Argumentum ejus, quod in olla plena olei cocta cum pigmentis,[13] et intra duas horas suffervefacta, unum colorem ex omnibus faciat minii.[x] Acopos[14 y] nitro similis est, pumicosa, aureis guttis

[b] *Floribus qui in limitibus agrorum nascuntur.*
[c] *Pilo e jubis leonum.*

7 Fuxen. *inditæ.*—8 Codd. Fuxen. et Dalec. *hæ et in Tarracina.* Mox, in iisdem codd. *Lesbo ac Syene.* Deinde, *similes palmitum floribus* Vet. Dalec.—9 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et Rhodo* Gronov. et vulgg.—10 Cod. Dalec. *pellis similes.*—11 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *flumina sisti* edd. vett. et Gronov. et Harduin. in annotatione.—12 Codd. Fuxen. et Dalec. *si in f. lebetes additæ . . . leoninis pellibus adalligandas.*—13 Vet. Dalec. *incoctis pigmentis.*—14 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *facit minii.* *Acopis* Gronov. et vulgg. *Acopos vitro* codd. Dalec.

NOTÆ

[r] *Sitim quoque*] Auctores proxime appellati.

[s] *Sunt qui maxime*] Solinus loc. cit. 'Qui maxime probantur, vitream habent perspicuitatem, ut Cyprius.'

[t] *Et præterea fulmina* [*flumina*] Isidorus XVI. 11. de achate: 'Magi,' inquit, 'suffitu earum, si creditur, tempestates avertunt, flumina sistunt.' Ex Plinianis codicibus *fulmina* legi multo malim.

[u] *Leoninis jubis*] Sic infra num. 10. Aspilaten ait cameli pilo splenicis alligari oportere.

[v] *Quæ unius coloris sit*] Sic Mss. omnes, editique libri, rectissime: non *minii coloris*, ut visum est nonnemini.

[w] *Invictam*] Invictos reddere athletas. Vires conferre corporibus dixit Albertus M. de Mineral. lib. II. p. 228. Scilicet quod omnia pigmenta, quibuscum incoquebatur, intra duas horas colorem suum miniaceum sorbere adigebat, eo argumento athletæ invictam eam esse pronuntiabant.

[x] *Minii*] Miniacei coloris achaten laudat et Orpheus tit. Ἀχάτης, Ἐν δ' ἔγε μιλτοπάρῃος, κ. τ. λ.

[y] *Acopos*] Ἄκοπος, quod *laborem*,

Digitized by Google

stellata. Cum hac oleum suffervefactum perunctis lassitudinem (si credamus) solvit. Alabastrites[z] nascitur in Alabastro[15] Ægypti, et in Syriæ Damasco, candore interstincto variis coloribus. Hæc cremata[a] cum fossili sale ac trita gravitates oris et dentium extenuare dicitur. Alectorias vocant[b] in ventriculis gallinaceorum inventas, crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem[c] Crotoniensem usum in certaminibus invictum fuisse videri volunt. Androdamas[d] argenti nitorem habet, ut adamas, quadrata, semperque tessellis similis. Magi putant[e] nomen impositum ab eo, quod impetus hominum, et iracundias domet. Eadem sit, an alia, argyrodamas,[f] auctores non explicant. Antipathes[g] nigra non translucet. Ex-

et Fuxen.—15 Cod. Dalec. *Alabastride.* Mox, in eodem codice, *candore in-*

NOTÆ

τὸν κόπον, et lassitudinem levare creditur.

[z] *Alabastrites*] Ἀλαβαστρίτης. Gemma hæc diversa a marmore ejusdem nominis, de quo XXXVI. 12.

[a] *Hæc cremata*] Apollonius apud Galenum κατὰ τόπους, lib. V. pag. 548. alabastriten ustum cum sale et pumice tostis valde commendat ad emendandam dentium nigritiem.

[b] *Alectorias vocant*] *Alectoriæ* in Indice; ut gemmas subintelligas. Hæc iisdem verbis Solinus c. 1. p. 8. et Isidorus Orig. XVI. 13. Ab ἀλέκτωρ, quæ vox *gallum* sonat, nomen huic gemmæ datum. Marbodeus de Lap. Pret. c. 3. ' Ventriculo galli qui testibus est viduatus, Cum tribus ad minimum factus spado vixerit annis, Nascitur ille lapis cujus non ultima laus est, Et per bis binos capit incrementa sequentes: Hinc alectorio nomen posuere priores: Mensuramque fabæ crescens excedere nescit; Crystallo similis, vel aquæ, cum limpida paret. Invictum reddit lapis hic quemcumque gerentem: Nam Milo Crotonias pugiles hoc præside vicit, ... Ut bona tot præstet, clausus portetur in ore.'

[c] *Quibus Milonem*] De eo in Anthol, III. 2. Μίλωνος τόδ' ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὅς ποτε Πίσῃ Ἑπτάκι νικήσας ἐς γόνατ' οὐκ ἔπεσεν. *Pulchra hæc Milonis statua est, cui præmia septem Pisa dedit lapso nec semel in genua.*

[d] *Androdamas*] Ἀνδροδάμας, παρὰ τὸ τοὺς ἄνδρας δαμάζειν. Solinus hæc pariter totidem verbis, c. 33. p. 64. et Isidorus Orig. XVI. 14. Marbodeus c. 5. addit in mari Rubro hunc lapidem inveniri.

[e] *Magi putant*] Sic auctores proxime appellati.

[f] *Argyrodamas*] Vel argyradamas, quasi argenteus adamas: quod, ut androdamas, argenti nitorem habet.

[g] *Antipathes*] Ἀντιπαθής. Gemmæ ei nomen ex eo, quod veneficiis resistere existimatur. Ctesias apud Stobæum, sermone de morbis, λίθον ἀντιπαθῆ, e Mysiæ monte effossum, tritum impositumque ait lepram sanare ac vitiligines. Dioscoridi V. 140.

Digitized by Google

perimentum ejus si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa. Eam contra [16] effascinationes auxiliari magi volunt. Arabica [h] ebori simillima est, et hoc videretur, nisi abnueret duritia. Putant contra dolores nervorum prodesse habentibus. Aromatites [17] [i] et ipsa in Arabia traditur gigni, sed et in Ægypto circa Philas,[18] ubique lapidosa, et myrrhæ coloris, et odoris, ob hoc reginis frequentata. Asbestos [j] in Arcadiæ montibus nascitur, coloris ferrei. Aspilatin [k] Democritus in Arabia gigni tradit,[19] ignei coloris. Eam oportere cameli pilo splenicis alligari: [20] invenirique in nido Arabicarum alitum.[l] Et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci argentei coloris, radiantem,[21] contra lymphatum [m] habendam. Atizoën [n] in India et in Perside ac Ida monte nasci tradit, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris jucundi, necessariam magis regem constituentibus.[22] [o] Augites [p] multis alia [23] videtur



tertincto.—16 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eamque contra* Gronov. et al. vett.—17 Cod. Dalec. *Aromatitis.* Mox, in eodem, *invenitur gigni.*—18 ' In codd. Regg. *circa Phinas.* In recentioribus editionibus, *circa Pyras.* Certe emendandum fuit, *circa Philas.* Philæ insula est, *l'île du Temple*, prope Elephantinen, *l'île Fleurie;* ubi erant claustra imperii Romani.' *Brotier.* *circa Pyras* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—19 Margo edd. Dalec. et Gronov. *gigni tradidit.*—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cameli fimo spleneticis alligari* cod. Dalec. *c. pilo spleneticis alligari* edd. vett. et Gronov. Mox, *ibi enim in nido* cod. Dalec. Dalecampius conj. *Ibium.*—21 Voc. *radiantem* deest in Vet. Dalec. Mox, *lymphaticum morbum habendam* Vet. Dalec. *lymphationes* al. vett.—22 Codd. Fuxen. et Dalec. *regum constitutionibus.*—23 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

ἀντιπαθὲς corallium est coloris nigri.

[h] *Arabica*] Isidorus hæc quoque, Orig. XVI. 14. Forte idem qui 'Arabus lapis' superius appellatus est, 'ebori similis,' XXXVI. 41.

[i] *Aromatites*] Ἀρωματίτης, cui ab odoramentis nomen. Cæsalpinus existimat Ambram esse, *l'Ambre-gris.*

[j] *Asbestos*] 'Ἄσβεστος, cui nomen est,' inquit Solinus, c. 7. p. 22. 'quod accensus semel extingui nequit.' Isidorus XVI. 4. Albertus tract. II. p. 227. Marbodeus c. 7. Linum asbestinum, de quo XIX. 4. fieri ex eo lapide in fila tenuia deducto, quod vulgo creditum est, falsum est.

[k] *Aspilatin*] In Indice *Aspisatis.* Incognita.

[l] *Arabicarum alitum*] Quas melancoryphos vocant, ut dictum est c. 33.

[m] *Contra lymphatum*] Rectius forte, *contra lymphationes.* Sed nihil simile Mss. codices habent, in quibus clare, *radiantem cum Luna habitum habentium*, ut apparet, corrupte.

[n] *Atizoën*] Index, *Atizone*.

Digitized by Google

esse, quam quæ callais. Aphidnane [q] alio nomine appellatur chrysocolla, in Indiæ parte, ubi formicæ eruunt aurum, in qua invenitur auro similis quadrata figura: affirmaturque natura ejus, quæ magnetis: nisi quod trahere [24] quoque aurum traditur. Aphrodisiace [r] ex candido rufa est. Apsyctos [25] [s] septenis diebus calorem tenet excalfacta igni, nigra ac ponderosa, distinguentibus eam venis rubentibus. Putant prodesse contra frigora. Ægyptillam [t] Iachus intelligit, per alvum sarda, nigraque [u] venis transeuntibus: [d] [26] vulgus autem [v] in nigra radice cœruleam facit.

[d] *Per medium discurrentibus venis rubris nigrisque.*

Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Augites non multis alia* Gronov. et al. vett. Mox, pro *Amphidnane*, quod e cod. Reg. 1. in Indice restituit Brotier. aliæ edd. habent *Amphitane*.—24 Cod. Dalec. *augere;* margo edd. Dalec. et Gronov. *agere*.—25 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. '*Apsyctos* Marobæus; inepte: sic tamen et Vet.' *Dalec.* *Absychos* Fuxen. *Asyctos* edd. vett. et Gronov.—26 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *frigora. Æ. Jacchus i. p. album s. n. venis transeunte* edd. vett. et Gronov. *fulgura. Agistilla magis intelligitur, per alvum s. n. venis transeuntibus* cod. Dalec. et Fuxen.

NOTÆ

[o] *Regem constituentibus*] Mss. omnes, *regum constitutionibus.*

[p] *Augites*] Αὐγίτης, cui a splendore, αὐγὴ, sive perspicuitate, nomen. De callaide, c. 33.

[q] *Aphidnane* [*Amphitane*] Mss. *Ampitanes.* Sed Index e probatissimis exemplaribus, *Aphidane,* nomine, ut videtur, barbarico. Habet hæc eadem, quæ Plinius, de chrysocolla, Isidorus Orig. XVI. 14.

[r] *Aphrodisiace*] Quasi Veneris gemma, quod nomen vidimus cum aliis pariter communicatum c. 44. Achatæ speciem esse Dalecampius conjicit.

[s] *Apsyctos*] Sic etiam in Indice. Libri hactenus editi, *Asyctos.* Albertus M. de Miner. lib. II. p. 227. et Marbodeus cap. 6. qui hæc totidem verbis referunt, *Absinthos* mendose pro *Apsyctos* habent. Isidorus XVI. 11. item vitiose, *absectos.* Ἄψυκτος Græce intelligitur, qui refrigerari nequit, qui non inalgescit.

[t] *Ægyptillam*] Sic ab Ægypto Isidorus quoque appellat. Ugutio quoque in Glossario Ms. 'Ægyptilla, gemma, ab Ægypto, ubi invenitur.' Tamen in Indice *Ægypulla.* Reg. 2. Colb. 3. Fux. alii, *Agistilla.*

[u] *Sarda, nigraque*] Sardæ gemmæ colorem rubrum esse superius vidimus cap. 31. Locum hunc codicum ope sanavimus, Reg. 2. Colb. 3. Fux. &c. Prius legebatur, *per album sarda nigraque vena transeunte.*

[v] *Vulgus autem*] Et Isidorus, Orig. lib. XVI. cap. 11. 'Ægyptilla,' inquit, 'nigra est radice, cœrulea facie: ex Ægypto, ubi invenitur, vocata.'

Digitized by Google

LV. Balanitæ[a] duo genera habent, subvirides, et Corinthii æris similitudine. Illa Copto, hæc ex Troglodytica[1] veniens, medias secante flammea vena. Batrachitas[b] mittit et Coptos:[2] unam ranæ similem colore: alteram ebeni:[3][c] tertiam rubentis[d] e nigro. Baptes,[e] mollis, alioquin odore excellens.[4] Beli oculus[f] albicans pupillam cingit nigram, e medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter speciem sacratissimo Assyriorum Deo[g] dicatur. Aliam autem quam Belum vocant, in Arbelis nasci, Democritus tradit, nucis juglandis magnitudine, vitrea specie. Baroptenus, sive barippe,[h] nigra,[5] sanguineis et albis nodis: aliis sacra[i] di-



CAP. LV. 1 *Hæ ex Troglodite* Fuxen. Mox, *regione veniunt* Vet. Dalec. *media secante* cod. Dalec.—2 Ita codd. Dalec. et Fuxen. *Coptos et Batrachitas mittit* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ebori* Gronov. et vulgg. Mox, *tertiam rubentem* Vet. Dalec.—4 'Ita codd. et Editio princeps.' *Brotier.* *Baptes, mollis alioquin, odore excellit* edd. vett. et Gronov. *Baptes mollis alioqui, odore excellens* Harduin. ex codd. et sic edd. recentt. *excellens* etiam cod. Dalec. Mox, *pingit nigram, e medio aureo fulgore . . . suam speciem* Gronov. et al. ante Harduin. *cingit nigram e medio fulgore* Fuxen. *suam* deest in cod. Dalec.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *baroptis nigra* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, in iisdem *nodis alligata dicitur;* Vet. Dalec. *notis alligata dicitur;* codd.

NOTÆ

[a] *Balanitæ*] Hæc Isidorus ad verbum, Orig. l. XVI. c. 14. A glandium forma, τῶν βαλάνων, et magnitudine accepisse nomen videntur. Lapidem Judaicum nunc appellant, ovali figura ad similitudinem olivæ.

[b] *Batrachitas*] Βατραχίτης nomen habet a rana βάτραχος, cujus colorem refert. Ex Ægypto afferri ait pariter auctor libri de simp. med. ad Patern. tom. 13. operum Galeni, p. 995. Cum hoc nomine tantum, non natura convenit lapis, qui in bufonis capite reperitur, vulgo *Crapaudine*, Græcis similiter, βατράχιος λίθος.

[c] *Alteram ebeni*] Sic Mss. omnes: in editis, *ebori*, male.

[d] *Tertiam rubentis*] Subintellige, coloris.

[e] *Baptes*] Sic libri omnes. Βάπτης Græce fucatus sive tinctus intelligitur. Ambræ herbarum colore infectæ genus illud videtur.

[f] *Beli oculus*] Iisdem verbis hæc Isidorus Orig. XVI. 10. 'Beli oculus albicans pupillam cingit,' &c. Sic etiam Mss. omnes, non, ut editi, *pingit*. Cingere autem dictum ibi pro delineare in orbem. Oculum catti seu felis nunc vocant, *Œil de chat*.

[g] *Assyriorum Deo*] Isidorus: 'Assyriorum regi Belo,' qui primus Assyriam tenuit, Nini pater. At Jovem ipsum Assyrii Belum vocant. Diod. Sic. Bibl. l. II. Διὸς ὃν καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον.

[h] *Baroptenus, sive barippe*] In Indice, *Barice*.

[i] *Aliis sacra*] Sic Mss. omnes. Prius *alligata* legebatur. Sed et pro *no-*

Digitized by Google

citur, velut portentosa. Botryites[j] alia nigra est, alia pinea,[6 k] incipienti uvæ similis. Zoroastres a crinibus mulierum Bostrychiten[l] vocat.[7] Bucardia,[m] bubulo cordi similis, Babylone tantum nascitur. Bronte e capitibus[n] testudinum tonitribus cadit: putantque ea restingui fulmine ictum, si credimus.[8] Bolœ nimbo[o] inveniuntur, glebæ similitudine.[9]

LVI. Cadmitis[1 p] eadem esset, quam Ostracitin vocant, nisi quod hanc cœruleæ interdum cingunt[2] bullæ. Callais sapphirum imitatur, candidior, et littoroso mari[q] similis. Capnitis[r] quibusdam videtur suum genus habere, plurimis[4]

Dalec. et Fuxen. *nodis aliis sacra dicitur;* unde Dalec. conj. *alias.*—6 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. unde Dalec. conj. *punicea;* edd. vett. et Gronov. *pampinea.*—7 'Ita codd. Regg. 2. 3. 5. 6.' *Brotier.* *a crinibus mulierum Bostrychen vocat* Fuxen. *crinibus mulierum similiorem Bostrychiten vocat* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 *Brone* (*Bronte*) *e capitibus testudinum tonitribus cadit, putantque ea restingui fulmine ictum, si credimus* Fuxen. *Brontia capitibus testudinum similis, et cum tonitruis cadens* (*ut putant*) *fulmine icta restinguit, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *similis tonitruis cadit. Putant ea fulm. icta restingui, si credimus* cod. Dalec. *fulmine tacta, &c.* Vet. Dalec.—9 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Bolemias glebæ similitudine* Fuxen. *Bolæ nimbis invehuntur, &c.* Vet. Dalec. τὸ *nimbo* deest in ed. Brotier. operarum lapsu.

CAP. LVI. 1 *Calamitis* Vet. Dalec. *Cheramis* Strabo; *Ceramites* al. vett. ap. Dalec.—2 Vet. Dalec. *pingunt;* Fuxen. *notant.*—3 Vet. Dalec. *littori maris.*—

NOTÆ

dis sitne *notis* legi aliquanto satius, viderint alii. Legit certe Isidorus Orig. XVI. 11. 'Bariptos,' inquit, 'nigra est, cum sanguineis et albis notis.'

j *Botryites*] Βοτρυΐτης, ab *uvæ* sive *racemi*, τοῦ βότρυος, similitudine.

k *Alia pinea*] Sic Reg. Colb. 3. ceterique omnes. Editi, *pampinea.*

l *Bostrychiten*] Βοστρυχίτην, *a cincinno* mulierum, ἀπὸ τοῦ βοστρύχου. Gestari hunc lapidem ad aciem oculorum tuendam suadet Marcellus Empir. c. 8. p. 61.

m *Bucardia*] Βουκαρδία. Turchesiæ genus quoddam esse arbitrantur, figura cordis.

n *Bronte e capitibus*] Hunc locum ex Mss. codicum fide restituimus. Totidem fere verbis exscripsit Isidorus Orig. XVI. 14.

o *Bolæ nimbo*] Subintellige cadere, ex antecedentibus. Βῶλοι Græce *glebas* sonat.

p *Cadmitis*] Mss. *Calamitis.* Ostraciti ostrea nomen et similitudinem dedere. Dicemus de ea inferius c. 65.

q *Littoroso mari*] Aquæ qua littora alluuntur. Callais *e viridi pallens* superius dicta est cap. 33.

r *Capnitis*] Eadem paulo antea c. 37. Capnias appellata, in iaspidum generibus: 'Est et veluti fumo infecta, quæ Capnias vocatur.'

Digitized by Google

spiris fumida, ut suo loco diximus. Cappadocia[s] in Phrygia[5] nascitur, ebori similis. Callaicam vocant[6] e turbido callaino.[t] Ferunt plures simul inveniri conjunctas. Catochitis[u] Corsicæ lapis est, ceteris major: mirabilis, si vera traduntur, impositam manum veluti gummi retinens. Catopyritis[v] e Cappadocia[7] provenit. Cepitis,[w] sive cepolatitis,[8] candida est, venarum nodis coëuntibus, candore imaginem regerens. Ceramitis[9][x] testæ colorem habet. Cinædiæ[y] inveniuntur in cerebro piscis ejusdem nominis, candidæ et oblongæ, eventuque mirandæ, si modo est fides præsagire eas habitum maris, nubilo colore aut tranquillitate. Ceritis[z] ceræ similis est: circos accipitri:[a] corsoides[b] canitiei hominis: coralloachates[c] corallo aureis guttis

4 Cod. Dalec. *pluribus*.—5 *In Cappadocia et in Phrygia* Gronov. et al. ante Harduin.—6 'Ita cod. Reg. 1. in Indice.' *Brotier.* *Callainas vocant, &c.* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Callainas ferunt plures conjunctos semper inveniri. Catochites, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *Callæates in turbido callaino, feruntque plures Callaitas simul inveniri* Vet. Dalec. *Calamitam vocant e turbido calamo* (Dalecampius legit, *a calami tubulo*) *ferunt plures simul inveniri conjunctos* codd. Dalec. et Fuxen.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Catopyrites in Cappadocia* Gronov. et vulgg.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Cepites, sive cepocapites* edd. vett. et Gronov. *Cepites, s. cepocatoprites* Vet. Dalec. *Cepites, s. ceporames* cod. Dalec. Mox, *venarum notis* margo edd. Dalec. et Gronov.—9 'Ita codd. Regg. et Editio princeps.' *Brotier.* *Ceramites* edd.

NOTÆ

[s] *Cappadocia*] Vide Notas et Emend. num. 23. Nomen habet hæc gemma a Cappadocum officinis, in quibus ea poliri, unde Romam advehi solita olim est.

[t] *Callaicam* [*Callainas*] *vocant e turbido callaino*] Hoc est, callaini coloris, qualis in gemma callaide, sed turbidi. Has voces porro, *vocant e turbido callaino*, adjecimus e Mss. exemplaribus, cum a typis eæ abessent. In Indice *Callaina.* Ὄστρακον καλλάϊνον tritum dentibus denigratis, gingivisque stabiliendis affricat Galenus κατὰ τόπους, l. v. p. 548.

[u] *Catochitis*] Κατοχίτης λίθος, *a retinendo*, παρὰ τὸ κατέχειν, nomen accepit. Succini species, seu bituminis videtur. Solinus c. 3. p. 17. 'Κατοχίτην vocant lapidem fatu dignissimum. Major est ceteris, qui ad ornatum destinantur: nec tam gemma, quam cautes,' &c.

[v] *Catopyritis*] Subintellige, gemma.

[w] *Cepitis*] Sic in Indice hujus libri. Mss. hoc loco, *Cepitis* sive *cepolames*. *Ab horto*, ἀπὸ τοῦ κήπου, appellationem trahere ea videtur, ob odorum varietatem.

[x] *Ceramitis*] Κέραμος *testam* sonat.

[y] *Cinædiæ*] Iisdem verbis Isidorus Orig. XVI. 10. Cinædi pisces superius appellati XXXII. 53. De lapillis ejusmodi vide quæ diximus XXIX. 38.

[z] *Ceritis*] Ἀπὸ τοῦ κηροῦ, *a cera*.

[a] *Circos accipitri*] Vide Notas et Emend. num. 24.

[b] *Corsoides*] Κορσοειδής, a κόρση,

Digitized by Google

distinctæ. Corallis minio similis gignitur[10] in India et Syene. Craterites[d] inter chrysolithum et electrum colorem habet, prædurae naturæ. Crocallis cerasum repræsentat. Cytis[e] circa Copton nascitur candida, et videtur intus habere petram, quæ[11][f] sentiatur etiam strepitu. Chalcophonos[g] nigra est, sed illisa æris tinnitum reddit, tragœdis, ut suadent, gestanda. Chelidoniæ[h] duorum sunt generum: hirundinum colore: et altera parte[12] purpureæ nigris interpellantibus maculis.* Chelonia[i] oculus est Indicæ testudinis, vel portentosissima magorum mendaciis. Melle

* *Priores hirundinum colore: posteriores altera parte purpureæ, cum nigris maculis.*

vett. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—10 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cerites ceræ similis: Circos pyris: Corsoites . . . Corallis minio: gignitur* Gronov. et vulgg. *Circos spiris, &c.* Turneb. *distincta* Vet. Dalec. *minio similis* habet etiam cod. Dalec.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cissites circa Copton . . . habere partum, qui* Gronov. et al. vett. *in Copto* cod. Dalec. *petram, quæ sentitur*

NOTÆ

quæ vox *capillum* Græce sonat, *ἀπὸ τοῦ κείρεσθαι.*

[c] *Coralloachates*] De ea jam supra, cap. 54.

[d] *Craterites*] A prædura natura ei nomen, *διὰ τὸ κρατερὸν*, seu *καρτερὸν εἶναι.*

[e] *Cytis*] Sic libri hujus Index, non, ut hoc loco typi, *cissites.* Ἀπὸ τοῦ *κύειν, a conceptu,* quasi gravida, sortita est hanc appellationem.

[f] *Petram, quæ*] Sic Mss. omnes. Libri editi, *partum qui.*

[g] *Chalcophonos*] Ad verbum hæc Isidorus Orig. XVI. 14. *Χαλκόφωνος*, ab æris sonitu. Solinus cap. 37. pag. 67. 'Chalcophthongos resonat ut pulsa æra: pudice habitus, servat vocis claritatem.' Habet eadem Marbodeus cap. 16. adjicitque esse nigri coloris.

[h] *Chelidoniæ*] Χελιδονίαι. Isidorus Orig. XVI. 9. 'Chelidonia ex hirundinum vocata colore: et duorum est generum: quarum una ex altera parte purpurea: et altera purpurea nigris intervenientibus maculis.' Christoph. Encelius de Re Metall. et Gemmis, III. 44. visos a se lapides ait in ventriculis pullorum hirundinum, primo partu exclusorum, magnitudine seminis lini: quorum alter niger, rufus alter esset. Addit idem ad epilepsiam conferre.

[i] *Chelonia*] Isidorus Orig. XVI. 14. Marbodeus cap. 19. 'Indica testudo mittit lapidem Cheloniten, Gratum, purpureo varioque colore nitentem. Quem si sub lingua loto quis gesserit ore, Posse Magi credunt hunc divinare futura, Orto mane die sextam duntaxat ad horam, Tempore quo Lunæ succrescens cernitur orbis. Sed Luna prima lapidis prædicta potestas Totius fertur spatio durare diei. Quintæ post decimam concordant tempora primæ: At decrementi lunaris tempore toto Ante diem lapidi tantum manet illa potestas.'

Digitized by Google

enim[j] collutam, et linguæ impositam futurorum scientiam præstare promittunt:[13] quintadecima Luna, et silente, tota die:[b] decrescente vero, ante Solis ortum: ceteris diebus, a prima in sextam horam.[k] Sunt et chelonitides[l] testudinum similes, ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur. Ea vero, quæ sit aureis guttis, cum scarabæo decocta, et dejecta in aquam ferventem, tempestates moveri.[14] Chloritis[m] herbacei coloris est, quam dicunt magi inveniri in motacillæ avis[n] ventre, congenitam ei: ferroque includi jubent, ad quædam prodigiosa moris sui. Choaspitis[15][o] a flumine dicta est viridis, fulgoris aurei. Chrysolampis[p] in Æthiopia nascitur, pallida die, et in nocte ignea.[16] Chrysopis[q] aurum videtur esse. Ceponides[r] in Æolidis Atarne,

[b] *Et interlunii die tota.*

codd. Dalec. et Fuxen.—12 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ex alia parte.*—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *collitam et linguæ impositam futurorum, scientiam, &c.* Fuxen. *colluto ore impositam linguæ futurorum divinationem præstare promittunt* Gronov. et vulgg. Mox, *fulgorem ei decrescere tota die, a Solis ortu, cæteris* cod. Dalec. et Fuxen. Paulo post, *Sunt et ch. oculis testudinum ... multi utuntur* Vet. Dalec. *multa pollicentur* al. vett. ap. Dalec.—14 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cum scarabæo dejecta in aquam ferventem, tempestates averti* Gronov. et vulgg. Mox, *Chlorites* Gronov. et al. ante Harduin. *dicunt magi eam inveniri* cod. Dalec.—15 *Choaspites* Gronov. et al. ante Harduin.—16 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pallida die, noctu ignea* cod. Dalec. *pallidi coloris die, noctu ignei* Gronov. et al. vett. Mox, *Chrysophis ... esse. Cepionides, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[j] *Melle enim*] Mallem ego, *mane enim.* Nam Marbodeus, 'Orto mane die,' de melle, nihil.

[k] *In sextam horam*] Quæ nobis duodecima est, sive meridies.

[l] *Sunt et chelonitides*] *Testudinibus*, ταῖς χελώναις, colore similes.

[m] *Chloritis*] A colore *viridi*, quem Græci χλωρὸν dicunt.

[n] *Motacillæ avis*] Quæ a crebra agitatione clunium et caudæ σεισοπυγὶς Græce et σείσουρα dicitur: Gallis, *Battemare, Lavendiere, Bergeronnette.* Bellon. VII. 10.

[o] *Choaspitis*] A Choaspe fluvio, de quo VI. 31. Hæc Isidorus iisdem verbis Orig. XVI. 7.

[p] *Chrysolampis*] Sic libri omnes. Χρυσόλαμπις. Chrysopastum Solinus vocat, c. 30. p. 57. Chrysoprasium Marbodeus c. 13. Isidorus item Orig. XVI. 13. 'Chrysoprasius Æthiopicus est, quem lapidem lux celat, prodit obscuritas.' Idem c. 14. Chrysolampin appellat, atque iisdem verbis describit.

[q] *Chrysopis*] Χρυσωπὶς, ab *auri aspectu* et specie. Sic Mss. omnes, et Index, non, ut editi vulgo libri, *Chrysophis.* Isidorus Orig. XVI. 14.

[r] *Ceponides*] Sic Mss. omnes hoc loco: in Indice variant. Ab horto,

Digitized by Google

nunc pago, quondam oppido, nascuntur, multis coloribus translucentes, alias vitreæ, alias crystallinæ, alias iaspideæ. Sed et sordidis tantus est nitor, ut imagines reddant, ceu specula.

LVII. Daphniam[a] Zoroastres morbis comitialibus demonstrat.[1] Diadochos[b] beryllo similis est. Diphyes[2][c] duplex, candida ac nigra, mas ac fœmina, genitale[3] utriusque sexus distinguente linea. Dionysias[d] nigra ac dura mixtis rubentibus maculis: ex aqua trita saporem vini facit, et ebrietati resistere putatur. Dracontites,[4][e] sive dracontia, e cerebro fit draconum: sed nisi viventibus absciso nunquam[5] gemmescit, invidia animalis mori se sentientis. Igitur dormientibus amputant. Sotacus,[f] qui visam eam

CAP. LVII. 1 Vet. Dalec. et Paris. *et Orchastes m. c. demonstrant.*—2 Fuxen. *Diphies;* Turneb. *Diphis;* Gronov. et vulgg. *Diphris.*—3 Codd. Dalec. et Fuxen. *gentile.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Draconites* edd. vett. et Gronov. Mox, *et cerebro* Vet. Dalec. *in cerebro* al. vett. ap. eundem.—5 Cod. Dalec. *abscissa nunquam;* Vet. ejusdem, *abscisso capite nunquam.* Mox, *in India igitur moris est ut dormientibus animalibus dentes* (Dalec. legit *caput*) *amputent* Fuxen.

NOTÆ

quem Græci κῆπον vocant, nomen traxit, ob colorum varietatem.

[a] *Daphniam*] Δαφνίαν, quasi *lauream.*

[b] *Diadochos*] Διάδοχος, quasi berylli vicaria, eidemque substituta. Apud Albertum M. de Miner. l. II. p. 230. *Diacodos*, mendose. Marbodeus cap. 24. 'Diadochos, perquam responsa petentibus aptus, Dæmonis effigies varias ostendere fertur, ... Hunc autem perhibent similem fulgore beryllo,' &c.

[c] *Diphyes*] Sic etiam Index: non *diphris.* Græcis διφυής, quasi *biformis*, aut ancipitis naturæ: quod utriusque sexus in se delineatum genitale exhibet.

[d] *Dionysias*] Διονυσιάς. Solinus cap. 37. p. 67. 'Dionysias fuscus est,' &c. Isidorus Orig. XVI. 11. Marbodeus c. 25. 'Nigra micat rubeis Dionysia consita guttis. Hanc in aqua tritam vinum fragrare loquuntur, Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur,' &c.

[e] *Dracontites*] Sic Isidorus Orig. XVI. 13. Albertus M. de Mineral. II. 2. p. 230. Solinus c. 30. p. 56. 'Exciditur e cerebris draconum dracontias lapis: sed lapis non est, nisi detrahatur viventibus: nam si obeat prius serpens, cum anima simul evanescit, duritie soluta.'

[f] *Sotacus*] Solini paraphrasis loc. cit. 'Auctor Sotacus gemmam hanc etiam visam sibi scribit, et quibus intercipiatur modis edocet. Præstantissimi audacia viri explorant anguium foveas et receptus: inde præstolati ad pastum exeuntes, prætervectique percitis cursibus, objiciunt gramina medicata, quantum potest, ad incitandum soporem: ita somno obsopitis, e capitibus exsecant lapides,' &c. Tradit hæc pariter Isidorus loc. cit.

Digitized by Google

gemmam sibi apud regem scripsit, bigis vehi quærentes tradit: et viso dracone spargere somnifica medicamenta, atque ita præcidere. Esse autem [g] candore translucido, nec postea poliri, aut artem admittere.

LVIII. Encardia cognominatur et ariste: [h] una, in qua nigra effigies [1] cordis eminet: altera eodem nomine, viridi colore, cordis speciem repræsentat: tertia cor nigrum ostendit, reliqua sui parte [2] candida. Enorchis [i] candida est, divisaque fragmentis testium effigiem repræsentat. Exebenum [j] Zoroastres speciosam et candidam tradit,[3] qua aurifices aurum poliunt. Eristalis [k] cum sit candida, ad inclinationes rubescere videtur. Erotylos,[4] [l] eadem amphicome, et hieromnemon, a Democrito laudatur in argumentis divinationum. Eumeces [5] [m] in Bactris nascitur, silici similis: sed capiti supposita visa nocturna oraculi modo reddit. Eumithren [n] Beli gemmam, sanctissimi Deorum sibi,[6] Assyrii appellant, porracei coloris, superstitionibus gratam. Eupetalos [o] quatuor colores habet, cœruleum, igneum, minii, mali. Euneos [p] nucleo olivæ similis est, striata [7] concharum modo, non adeo candida. Eurotias [q]

CAP. LVIII. 1 Cod. Dalec. *et cardisce: in nigra effigies;* Gronov. et al. ante Harduin. *et cardisce: una, in qua nigra effigies.*—2 Cod. Dalec. *sunt arte.* —3 *Eristilla* Fuxen. *Erythrilla* legit Const.—4 *Erochillos* Fuxen. *Erochellos* Dalec. Mox, *eademque* Vet. Dalec.—5 *Eumenes* Fuxen.—6 Vet. Dalec. *suo-*

NOTÆ

g *Esse autem*] Isidorus loc. cit.

h *Encardia...et ariste*] Sic Reg. 2. Colb. 3. aliique, et Index: non, ut editi libri, *et cardisce.* Ἐγκαρδία nomen habet a similitudine cordis. Turchesiæ genus videtur esse.

i *Enorchis*] Ἔνορχις, a *testium,* τῶν ὀρχέων, figura.

j *Exebenum*] Isidorus hæc totidem verbis, Orig. XVI. 10. Ἐξέβενος.

k *Eristalis*] In Mss. hoc loco, *Eristilla.* Forte, *erythria,* a rubro colore quem exhibet, cum inclinatur.

l *Erotylos*] In Indice: *Erotillos, sive amphicome,* &c. In Mss. Reg. et Colb. hoc loco, *Erichilos.* Forte ἐρίχειλος, a *labiis,* ἀπὸ τῶν χειλῶν, in divinatione futurorum aperiendis. Eadem ἀμφίκομος, quasi *pulchre comata:* et ἱερομνήμων, *rerum sacrarum* abditarumque designatrix gemma.

m *Eumeces*] Εὐμήκης, gemma *procera, prælonga.*

n *Eumithren*] Videtur ex hoc loco Mithres, ut apud Persas Solis, sic Beli apud Assyrios nomen fuisse.

o *Eupetalos*] Εὐπέταλος Græce *virescens* intelligitur.

p *Euneos*] Εὔνεος. Sic et in Indice, et hoc loco Mss. omnes.

q *Eurotias*] Nomen habet ex argumento: nam εὐρῶτα Græci *situm* vo-

Digitized by Google

situ videtur operire nigritiam. Eusebes[r] ex eo lapide est, ex quo traditur Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua Dii facile surgebant.[*][8] Epimelas[s] fit, cum candida gemma superne nigricat colos.

LIX. Galaxiam[a] aliqui galactiten vocant, similem proxime dictis, sed intercurrentibus sanguineis aut candidis venis. Galactitis ex Nilo, colore lactis est.[b] Eandem dicunt leucogæam,[c] et leucographiam appellant, et synophiten,[1] tritam lactis succo ac sapore notabilem. In educatione[d] nutricibus lactis fœcunditatem: infantium quoque alligata collo salivam facere dicitur, in ore autem liquescere. Eandem memoriam[e] adimere[2] dicunt. Mittit eam et Achelous amnis. Sunt qui smaragdum[f] albis venis circumligatum galactiten vocent. Gallaica[3][g] argyrodamanti similis est, paulo sordidior: inveniuntur autem binæ vel ternæ. Gasidanem[h] Medi mittunt, coloris orobini,[i] veluti

[*] *Eminebant, extabant.*

rum.—7 Vet. Dalec. *Everatus.*—8 Codd. Dalec. et Fuxen. *traditur imago Herculis in Tyri templo facta, et sedes, ex qua difficile surgebant.*

CAP. LIX. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Galactites ex vivo colore ... dicunt leucam, et l. a. et synnephiten* Gronov. et vulgg. *ex uno colore, &c.* cod. Dalec. *dicunt leucogeam* Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *adjuvare.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Galaicos*

NOTÆ

cant, *cariem, putredinem* : *εὐρωτιάω, putresco.*

[r] *Eusebes*] Εὐσεβὴς, *religiosa*, et sacris dicata gemma.

[s] *Epimelas*] Ἐπιμέλας, *nigricans.* Utitur hac voce Theophrastus.

[a] *Galaxiam*] A recto *Galaxias*, ut in Indice. Γαλαξίας idem qui *μόροχθος* inferius, cap. 63. lacte sudare dicitur. Diosc. v. 152. *Λίθος μόροχθος, ὃν ἔνιοι γαλαξίαν, κ. τ. λ.*

[b] *Galactitis ex Nilo, colore lactis est*] Hoc est, succum emittit, cum subigitur, colore lactis. Diosc. v. 250. Vide Notas et Emend. num. 25.

[c] *Leucogæam, &c.*] *Λευκογαίαν, λευκογραφίαν, συνοφίτην.*

[d] *In educatione*] Orpheus de Lapid. tit. *Γαλακτίτης.* Solinus cap. 7. pag. 22. Isidorus Orig. XVI. 10. Albertus M. de Mineral. pag. 232.

[e] *Eandem memoriam*] Auctores proxime appellati, et Marbodeus cap. 31.

[f] *Sunt qui smaragdum*] Isidorus loc. cit.

[g] *Gallaica*] Sic libri omnes, etiam Mss.

[h] *Gasidanem*] Index, *Gassidiana.* Mss. hoc loco, *Gessinaden*, voce Magorum propria, non Græci Latinive oris.

[i] *Coloris orobini*] Hoc est, ervi : nam *ὄροβος ervum* est.

Digitized by Google

floribus sparsam.[4] Nascitur et in Arbelis. Hæc quoque gemma [j] concipere dicitur, et intra se partum fateri concussa, concipere autem trimestri spatio. Glossopetra [k] linguæ similis humanæ non in terra nasci dicitur,[5] sed deficiente Luna cœlo decidere, memoriæ quoque [l] necessaria. Quod ne credamus, promissi quoque vanitas facit: ventos[6] enim ea comprimi narrant. Gorgonia [m] nihil aliud est, quam corallium: nominis causa, quod in duritiam [7] lapidis mutatur. Emollit maria.[n] Fulminibus et typhoni resistere affirmant. Goniæam [8] [o] eadem vanitate inimicorum pœnas efficere promittunt.

LX. Heliotropium [p] nascitur in Æthiopia, Africa, Cypro, porracei coloris, sanguineis venis distincta. Causa nominis,[q] quoniam dejecta in vas aquæ fulgorem Solis accendit sanguineo repercussu, maxime Æthiopica.[r] Eadem

Gronov. et al. vett.. Mox, *invenitur in terra aqua* cod. Dalec.—4 *Gessinadem Magi dicunt, coloris orobi, velut colorib. sparsam* Fuxen.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *in terra non nascitur* Gronov. et al. vett. *nasci dicitur* (sic et Fuxen.) *sed L. cœlo decidere solo* (*in solum*) *memoriæ quoque necessaria. Quod*, &c. cod. Dalec. *et lenocinanti necessaria creditur* Gronov. et al. vett.—6 Cod. Dalec. *ventrem*—7 Codd. Dalec. et Fuxen. *quod e ligno in duritiam*. Mox, *marina: hoc et fulminibus et tonitribus* cod. Dalec.—8 'Ita cod. Reg. 1. in Indice. In codd. Regg. 2. 3. 5. 6. *goniem*, vel *gonim*. Male recentiores editiones, *ganiæam*.' Brotier. *Genianen* Gronov. et al. ante Harduin. *Ganiæam* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

NOTÆ

j *Hæc quoque gemma*] Perinde atque aëtites, de quo XXXVI. 39.

k *Glossopetra*] Solinus cap. 37. pag. 67. 'Glossopetra deficientibus Lunis cœlo cadit, linguæ similis humanæ: non modicæ, ut Magi ferunt, potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant,' hoc est, ventos. Sic etiam Isidorus Orig. XVI. 14.

l *Memoriæ quoque*] Sic Reg. 2. Colb. 3. et alii. In editis insulse, *et lenocinanti necessaria creditur*.

m *Gorgonia*] Γοργονία. Inde factum nomen, quod in duritiam lapidis verteretur, uti iis fabulæ ferunt contigisse, qui Gorgonis caput inspicerent. Nomen id corallio datum a Metrodoro, si Solino credimus.

n *Emollit maria*] Vide Notas et Emend. num. 26.

o *Goniæam*] Sic Index. Mss. hoc loco discrepant. Reg. 2. *Goniem*. Colb. 3. *Gonim*. Editi libri vulgo, *Genianen*.

p *Heliotropium*] E genere est illius gemmæ, quam nostri nunc vocant, *Prême-d'émeraude*. Solinus hæc totidem verbis cap. 27. pag. 52. Isidorus Orig. XVI. 7. Marbodeus cap. 34. de heliotropio: 'Hanc nunc Æthiopes, nunc Cyprus, et Africa mittit: Sanguinis aspersam guttis, similemque smaragdo.'

Digitized by Google

extra aquam [r] speculi modo Solem accipit, deprehenditque defectus, subeuntem Lunam ostendens. Magorum [s] impudentiæ vel manifestissimum hoc quoque exemplum est, quoniam admixta herba heliotropio, quibusdam quoque additis præcantationibus,[2] gerentem conspici negent. Hephæstitis [t] quoque speculi naturam habet in reddendis imaginibus, quanquam rutilans.[3] Experimentum est, si ferventem aquam addita statim refrigeret: aut si in Sole [u] addita aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco.[v] Hermuredion [4] [w] ex argumento viriditatis in candida gemma vel nigra, et aliquando pallida, ambiente circulo aurei coloris, appellatur. Hexecontalithos,[x] in parva magni-

CAP. LX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd. *dejecta in vasa, fulgore Solis accedente, aquam percussu sanguineo mutat, dejectam in vas fulgor solis accendit, accedente repercussu. Æthiopica extra, &c.* cod. Dalec. *accedentem percussu sanguineo mutat, maxime, &c.* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *in hac quoque . . . precationibus* Gronov. et vulgg. *præcantionibus* Fuxen.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Vet. ejusdem, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *rutila* Gronov. et vulgg.—4 'Ita Ms. Reg. 1. in Indice. In Editione principe, *herinuredocon.* Mss. Reg. 2. 3. 5. 6. *hermeodes.* In recentioribus editionibus emendatum, *horminodes;* ingeniose quidem, sed nimis audacter.' *Brotier. Hermeodes* cod.

NOTÆ

q *Causa nominis*] Marbodeus loc. cit. 'Ex re nomen habens est Heliotropia gemma, Quæ Solis radiis in aqua subjecta batillo Sanguineum reddit mutato lumine Solem, Eclipsimque novam terris effundere cogit.' Habet hæc pariter Solinus et Isidorus, locis citatis. Albertus item de Mineral. pag. 230.

r *Eadem extra aquam*] Isidorus loco cit.

s *Magorum*] Solinus, Isidorus, Albertus, Marbodeus, locis cit.

t *Hephæstitis*] Totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 14. 'Ηφαιστῖτις, quasi gemma *Vulcania.*

u *Aut si in Sole*] *Aut si Soli opposita,* Isidorus.

v *Nascitur in Coryco*] Cùm hæc raptim cursimque Marbodeus legeret, vidisse se *in Corintho* credidit, itaque cecinit, cap. 35. 'Nascitur in bimari, pretiosior ære, Corintho Dictus Hephæstites rutilans lapis, et rubicundus: Qui si ferventi fuerit conjectus aëno, Ignibus exultans prius, illico sistitur unda, Frigida post modicum lapidis virtute futura.' Isidorus *in Coryco* legit.

w *Hermuredion* [*horminodes*] A similitudine nimirum cum hormino: ὅρμινον Græci vocant herbæ genus, de quo diximus XVIII. 22. Mss. tamen omnes hoc loco *hermeodes* exhibent.

x *Hexecontalithos*] Solinus cap. 31. pag. 58. de Troglodytis: 'Tantum lapide uno gloriantur, quem Ἑξηκοντάλιθον nominamus, tam diversis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur.' Hæc totidem verbis Marbodeus cap. 37. Albertus pag.

Digitized by Google

tudine multicolor, hoc sibi nomen adoptavit. Reperitur in Troglodytica regione.[5] Hieracitis[y] alternat milvinis nigrisque veluti plumis. Hammitis[z] ovis piscium similis est, et alia velut nitro[a] composita, prædura alioqui. Hammonis cornu[b] inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædivina somnia repræsentare.[6] Hormision[7][c] inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitatibus candidam lucem. Hyæniæ, ex oculis[d] hyænæ, et ob id invasæ,[e] inveniri[8] dicuntur: et, si credimus,[f] linguæ hominis subditæ futura præcinere. Hæmatites[g] in Æthiopia quidem principalis, sed et in Arabia

Dalec. *Horminodes* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Cod. Dalec. *in Troglodyte. Hieracites, &c.* Mox, idem codex et Fuxen. *alternata milvinis nigrisque velut plurimis;* Gronov. et al. ante Harduin. *Hieracites alternat tota milvinis nigricans veluti plumis.*—6 Fuxen. *prædivina omnia præsentare.*—7 'In Indice cod. Reg. 1. *hormisceon.*' Brotier. *Hormesiou* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et ob id pertusæ inveniri* Vet. Dalec. *et ob id invasis inveniri* al. vett. id est, cum illas invaserunt et confecerunt; Gronov. et vulgg. *et ob id in vase inveniri.* Mox, *et si credimus linguæ subditis homines futura prædicere* Vet. Dalec. *futura præcinere* cod. Dalec. *futura prædicere* Gronov. et al. ante Harduin. Paulo post, Vet. Dalec. *non omittendis in ea promissis ad coarguendas sic barb. insanias.*—

NOTÆ

231. Isidorus Orig. XVI. 12.

[y] *Hieracitis*] Ab ἱέραξ, quæ vox *accipitrem* et *milvum* sonat. Ἱερακίτης λίθος, Aëtio II. 30. ex Ms. cod. ὑπόχλωρος μέν ἐστι, καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιρεραμμένος χροαῖς ἑτέραις, ὡς ποικίλος εἶναι, ὥς φησι Διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων. *Lapis subviridis, ad nigredinem vergens, aliisque subinde alternatis coloribus toto corpore interstinctus, ut varii coloris dici possit.*

[z] *Hammitis*] Quod ἄμμον, hoc est, *sabulum*, vix mole superet, aut, quod eodem recidit, piscium ova.

[a] *Et alia velut nitro*] 'Hammites similis nitro, sed durior,' inquit Isidorus Orig. XVI. 4. 'Gignitur in Æthiopia et Arabia,' &c.

[b] *Hammonis cornu*] Vel ex hoc loco intelligitur Jovis Hammonis effigiem cornu arietinum in fronte gestasse, quale in nummo Cyrenæorum argenteo conspicitur, qui ubique est obvius.

[c] *Hormision* [*hormesion*] In Indice *hormision*. Isidorus Orig. XVI. 13. *Ermisnion*, mendose: alioqui cetera de gemma ea totidem verbis refert.

[d] *Hyæniæ, ex oculis*] Solinus cap. 27. pag. 51. Isidorus Orig. XVI. 24. Albertus M. de Mineral. pag. 232.

[e] *Et ob id invasæ*] Et ob id quæsitæ venatu, ut dictum est de dracontite lapide, cap. 57.

[f] *Et, si credimus*] Solinus et Isidorus, locis citatis. Item Marbodeus cap. 33.

[g] *Hæmatites*] Ille nimirum de quo jam superius dictum est XXXVI. 25. Hæc iisdem fere verbis Isidorus O-

Digitized by Google

et Africa invenitur, sanguineo colore, non omittenda promissis[h] ad coarguendas barbarorum insidias.[a] Zachalias Babylonius, in his libris quos scripsit ad regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata: hanc[9] non contentus oculorum et jocinerum medicina decorasse, a rege etiam aliquid petituris dedit, et litibus judiciisque interposuit: in præliis etiam ex ea ungi salutare[10] pronuntiavit. Est et alia ejusdem generis, quæ vocatur menui ab Indis, xanthos[i] appellata Græcis, e fulvo candicans.

LXI. Idæi dactyli,[j] in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Icterias, aliti lurido[1][k] similis, ideo existimatur salubris contra regios morbos. Est et alia eodem nomine liquidior.[2] Tertia folio viridi similis, latior prioribus, pæne sine pondere, venis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris venis discurrentibus.[3] Jovis gemma candida est, non ponderosa, tenera. Indica gentium suarum habet nomen, subrufo colore, in attritu sudorem purpureum manat.[4] Alia eodem nomine candida, pulvereo

[a] *Ob promissa magorum, utilem fore hunc lapidem ad detegendas insidias.*

9 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *attribuens facta, hanc* cod. Dalec. *attribuit fata: has* Gronov.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *etiam eas salutares* Gronov. et vulgg. Mox, *quæ v. Memu* cod. Dalec. *quæ v. Memri* Fuxen. *quæ v. henui* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. LXI. 1 Vet. Dalec. *aliti luridæ;* al. vett. ap. Dalec. *mali cuti luridæ;* Fuxen. et cod. Dalec. *mali cute, aureis mamillis, ideo, &c.*—2 Cod. Dalec. *lividior.* Mox, in eodem cod. *et specie offensa* (Dalec. legit *offusa*) *venis lividis;* Dalec. legit *luridis.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *descendentibus* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *sudore pur-*

NOTÆ

rig. XVI. 8. et Marbod. cap. 36.

[h] *Promissis*] Plinii interpres Isidorus, loc. cit. de hæmatiti: 'De qua promittunt Magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias.'

[i] *Xanthos*] De ea diximus cap. 45. Vide et Theophr. lib. περὶ λίθων, pag. 8.

[j] *Idæi dactyli*] Ἰδαῖοι δάκτυλοι. Totidem verbis hæc Solinus cap. 11. pag. 30. et Isidorus Orig. XVI. 4. Ab Ida monte Cretensi, ex quo eruuntur, cognomen habent: nomen a forma digiti pollicisve.

[k] *Icterias aliti lurido*] *Galgulo,* quem ἴκτερον Græci vocant, communi cum morbo regio, sive arquato, appellatione. In Mss. aliter hæc leguntur, sed corrupte, credo: *Icterias mali cute, aureis mamillis: ideo, &c.*

Digitized by Google

aspectu. Ion[l] apud Indos violacea est, sed raro[m] ut saturo colore luceat.[5]

LXII. Lepidotis[1][n] squamas piscium variis coloribus imitatur. Lesbias Lesbi patriæ nomen habens: invenitur et in India. Leucophthalmos,[o] rutila alias, oculi speciem candidam nigramque continet. Leucopœcilos[p] candorem lineis ex auro[2] distinguit. Libanochrus[3][q] thuris similitudinem ostendit, sed succum mellis. Limoniatis[4][r] eadem videtur, quæ smaragdus. De lipare[s] hoc tantum traditur, suffita ea omnes bestias evocari. Lysimachos[5] Rhodio marmori similis est aureis venis: politur ex marmore, amplitudine in angustias coëunte, ut inutilia exterantur. Leucochrysos[t] sicut crystallus albicat.[6]

LXIII. Memnonia[1] qualis sit, non traditur. Medea[a]

---

pureo manat; al. vett. ap. eundem, *sudor purpureus manat.*—5 'Ita bene Editio princeps.' *Brotier.* 'In codd. Regg. *rarum . . . luceat.*' Brotier. *sed raro saturo colore luceat* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et rarum ut alio colore luceat* Fuxen.

CAP. LXII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Lepidotes* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita Harduin. et recentt. *Leucopetalos c. nivis ex aureo* Gronov. et vulgg. *Leucopetalos c. lineis et auro* cod. Dalec.—3 *Libanochros* Gronov. et al. ante Harduin. *Libanocros* al.—4 *Limoniates* Gronov. et al. ante Harduin.—5 'Ita cod. Reg. 1. in Indice.' *Brotier.* *Lysimachus* al. ante Brotier. Mox, *auratis venis . . . extenuentur* cod. Dalec.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fit chrysolitho interalbicante* Gronov. et vulgg.

CAP. LXIII. 1 'Ita cod. Reg. 1. in Indice.' *Brotier.* Ita quoque al. ap.

NOTÆ

[l] *Ion*] Ἴον *viola nigra* Græcis.

[m] *Sed raro*] In Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. &c. *Rarum ut alio colore luceat.*

[n] *Lepidotis*] Λεπιδωτὸς, vel λεπιδωτὶς, *squamosa.*

[o] *Leucophthalmos*] Λευκόφθαλμος.

[p] *Leucopœcilos*] Λευκοποικίλος, *candore alternato.* Vide Notas et Emend. num. 27.

[q] *Libanochrus*] Λιβανόχρους, a *thuris colore.*

[r] *Limoniatis*] Λειμονιάτης λίθος, a *virore pratensi.*

[s] *De lipare*] Marbodeus cap. 42. 'Partibus in Libycis lapis est Lipares vocitatus, Ad quem sponte sua properat genus omne ferarum, Quas venatorum sævit labor exagitare: Non eget ergo canum morsu, curave sagaci, Saltus perlustrans, lapidem qui gesserit istum; Sternendæ satis est venabula tollere prædæ.' Vide et Isidorum Orig. XVI. 14. et Albertum de Mineral. pag. 233. Λιπαρὴ Græcis *opimam* et *pinguem* sonat.

[t] *Leucochrysos*] Λευκόχρυσος. Nomen indicat gemmam *aurei* coloris, quæ in crystalli modum *albicet.* In libris hactenus vulgatis sic legebatur: *Leucochrysos fit chrysolitho interalbicante,* contra omnium Mss. fidem.

[a] *Medea*] Hæc verbis totidem Isidorus Orig. XVI. 11.

Digitized by Google

nigra est, a Medea illa fabulose[2] inventa: habet venas aurei coloris: sudorem reddit croci, saporem autem vini. Meconites[b] papaver[3] exprimit. Mithrax[4] a Persis[c] accepta est, et Rubri maris montibus: multicolor, contra Solem varie refulgens. Morochites[5][d] porracea, lacte sudat. Morio in India,[e] quæ nigerrimo colore translucet, vocatur Pramnion: in qua miscetur et carbunculi colos, Alexandrinum:[6] ubi sardæ, Cyprium. Nascitur, et in Tyro, et in Galatia. Xenocrates et sub Alpibus nasci tradit. Hæ sunt gemmæ, quæ ad ectypas scalpturas[f] aptantur. Myrrhites[g] myrrhæ colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita, etiam nardi.[7] Myrmecias[h] nigra habet eminentias similes verrucis. Myrsinites[i] melleum colorem habet, myrti odorem. Mesoleucos[j] est, mediam gemmam

Dalec. *Mennonia* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fabulosa* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *papavera* edd. vett. et Gronov.—4 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Mitrax* Gronov. Mox, *est, in Rubri, &c.* Vet. Dalec. et Fuxen.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Meroctes* Gronov. et al. vett.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Morion Indica, &c.* Gronov. et vulgg. *Morio in India vocatur. Prominium, in qua miscetur et carbunculus. Alexandrinum* Fuxen. *proximum Alexandrinum, et ubi* cod. Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *faciemque minimæ gemmæ unguenti odorem, attrita etiam nardi* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[b] *Meconites*] Μήκωνα Græci papaver nuncupant. Hæc pariter Solinus cap. 37. pag. 67. et Isidorus Orig. XVI. 14.

[c] *Mithrax a Persis*] Qui Solem ipsum Mithran vocant, ut Strabo prodidit lib. XV. Hinc vetustæ inscriptiones passim: SOLI. INVICTO. MITHRAE.—'Tamen Herod. lib. I. Mitram dicit a Persis Venerem fuisse appellatam.' *Ed. sec.*—Hæc gemma dicitur a Solino loc. cit. et Isidoro Orig. XVI. 12. *Mithridax*, mendose. Pliniani omnes libri, *Mitrax*.

[d] *Morochitis*] Sic libri omnes. Morochitis gemma, inquit, quanquam per se porracea viridisque, trita tamen candicat. Vide Notas et Emend. num. 28.

[e] *Morio in India*] Indicum id barbaricumque vocabulum esse significat: Græca, quæ subsequuntur, πράμνιον, &c.

[f] *Ad ectypas scalpturas*] Ad scalpturas imaginum, quæ ceræ apprimuntur. Diximus de ea voce *ectypon* XXXV. 43.

[g] *Myrrhites*] Solinus cap. 37. pag. 67. Priscianus in Periegesi, pag. 393. 'Myrrhitenque, bonum nardi cum reddat odorem.'

[h] *Myrmecias*] Μυρμηκίας, a similitudine *verrucæ*, quam Græci μυρμηκίαν nuncupant.

[i] *Myrsinites*] Ab odore *myrti*, quæ Græcis μυρσίνη.

[j] *Mesoleucos*] Μεσόλευκος et μεσόμελας contrariis ex causis habent

Digitized by Google

candida distinguente linea. Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per medium.

LXIV. Nasamonitis [1] [k] est sanguinea, nigris venis. Nebritis,[2] [l] Libero patri sacra, nomen traxit a nebridum ejus similitudine. Sunt et aliæ nigræ generis ejusdem. Nympharena urbis et gentis Persicæ nomen habet, similis hippopotami dentibus.

LXV. Olca,[1] [m] barbari nominis, e nigro fulvoque et candido placet.[2] Ombria, quam aliqui notiam [n] vocant, sicut ceraunia et brontia, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur: eundemque effectum habere, quem brontia, narratur. Præterea in aras addita ea, libamenta non amburi.[3] Oritis,[o] globosa specie, a quibusdam et sideritis vocatur, ignem non sentiens. Ostracias, sive Ostracitis,[p] est testacea durior: altera achatæ similis, nisi quod achates politura pinguescit: duriori tanta inest vis, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis ejus. Ostracitidi [4] ostrea nomen et similitudinem dedere. Ophicardelon [q] barbari vocant, nigrum

CAP. LXIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Nasamonites* Gronov. et vulgg.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Nebrites* Gronov. et al. vett. Mox *a nebride. Ejus similitudine est alia nigra* cod. Dalec.

CAP. LXV. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Orca* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fulvoque ac viridi et candido placet* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *in ara addita hac l. non amburi;* Vet. Dalec. et Fuxen. *in mare addita hac aiunt l. n. amburi.* Gronov. et al. ante Harduin. *in aras a. e. traditur l. non amburi.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

nomina, ut apparet. Ista apud Isidorum Orig. XVI. 11. mendose 'Meramelas' appellatur.

[k] *Nasamonitis*] Solinus cap. 27. p. 52. 'Nasamoniten lapidem Nasamones dant, sanguineum universum, nigris venulis adumbratum.'

[l] *Nebritis*] A *pellium cervinarum* similitudine, quas νεβρίδας appellabant, quibus usus olim Bacchus, ac deinde qui sacris ejus initiati. Vide Suidam et Mythologos.

[m] *Olca*] Sic Mss. Sic Isidorus ipse hæc transcribens, Orig. XVI. 12. In editis, male, *Orca*.

[n] *Ombria, quam aliqui notiam*] 'Ομβρία ab *imbribus:* ab humido Noto, Austrove, Νοτία appellata est.

[o] *Oritis*] Quod globosa specie montis effigiem referat, τοῦ ὄρους. Plura de ea vide apud Marbod. cap. 47.

[p] *Ostracitis*] Hæc verbis totidem Isidorus Orig. XVI. 14. 'Όστρακον ostreorum testam Græci dixere.

[q] *Ophicardelon*] Barbara, ut Plinius prodit ipse, vox; non originationis Græcæ.

Digitized by Google

colorem[5] binis lineis albis includentibus. De Obsidiano lapide diximus[r] superiore libro. Inveniuntur et gemmæ eodem nomine ac colore, non solum in Æthiopia Indiaque, sed etiam in Samnio,[6] ut aliqui putant,[s] et in littoribus Hispaniensis Oceani.

LXVI. Panchrus[a] fere ex omnibus coloribus constat. Pangonius[b] non longior digito, ne crystallus videatur, numero plurium[1] angulorum cavet.[2] Paneros[c] qualis sit, a Metrodoro non dicitur: sed carmen Timaridis reginæ in eadem[d] dicatum Veneri[3] non inelegans ponit, ex quo intelligitur additam ei fœcunditatem.[4] Quidam hanc pansebaston[e] vocant. Ponticarum[f] plura sunt genera. Est stellata nunc sanguineis, nunc auratis guttis,[5] quæ inter sacras[g] habetur. Alia pro stellis[h] ejusdem coloris lineas habet, alia montium convalliumque effigies. Phloginos,[i] quem et chrysiten vocant, ochræ Atticæ assimulata,[6j] in-

centt. *Ostraciti* Gronov. et vulgg. *Ostri tidi* cod. Dalec. *Ostracidi* margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Cod. Dalec. *colore*.—6 *Sanno* cod. Dalec.

CAP. LXVI. 1 Cod. Dalec. *plurimorum*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cavetur* edd. vett. et Gronov.—3 Codd. Dalec. et Vet. ejusdem, *in æde Veneris dicatum*.—4 Cod. Dalec. *adjutam fœcunditate*.—5 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aureis guttis* cod. Dalec. *atris guttis* Gronov. et vulgg.—6 ' In Ms. Reg. 5. *ocræ*. In Ms. Reg. 6.

NOTÆ

[r] *De Obsidiano .... diximus*] Lib. XXXVI. c. 67.

[s] *In Samnio, ut aliqui putant*] Xenocratem intelligit, quem clare testem ejus rei appellavit, loco proxime citato.

[a] *Panchrus*] Πάγχρους, quasi *omnicolor*. Mendose *Pantheros* legitur apud Albertum de Mineral. pag. 235. et apud Marbodeum cap. 49.

[b] *Pangonius*] Παγγώνιος, *omniangulus*, ab omni parte angulos habens: cum sint tantum seni crystallo.

[c] *Paneros*] Πανέρως, gemma *omni amore* digna.

[d] *In eadem*] In eadem gemma insculptum, dicatumque Veneri, nec inelegans: unde intelligitur dotem ei gemmæ aliquam ad fœcunditatem inesse.

[e] *Pansebaston*] Πανσέβαστον, *omnino augustam*. Mss. Reg. et Colb. *panebaston*. In Indice, *pæderastos*, quod sincerius videtur.

[f] *Ponticarum*] Nomen habent a Ponto, unde advehuntur. Hæc quoque Solinus cap. 13. pag. 33. Harum icones Aldrovandus exhibet de Metall. IV. 875. 877. et 878. Vide Notas et Emend. num. 29.

[g] *Quæ inter sacras*] Quoniam, ut Isidorus ait Orig. XVI. 14. 'dicunt per eam interrogari dæmones, et fugari.'

[h] *Alia pro stellis*] Solinus loc. cit. et Isidorus Orig. XVI. 12.

[i] *Phloginos*] Φλόγινος *flammeum* sonat, χρυσίτης *auri colorem igneum*.

Digitized by Google

venitur in Ægypto. Phœnicitis[k] ex balani similitudine appellatur: Phycitis,[l] algæ. Perileucos[m] fit ab ora gemmæ[7] ad radicem usque candido descendente. Pæantides,[n] quas quidam gemonidas[8] vocant, prægnantes fieri et parere dicuntur, medérique parturientibus. Nam tales[o] in Macedonia juxta monumentum Tiresiæ inveniuntur, specie aquæ glaciatæ.[9]

LXVII. Solis gemma[p] candida est, et ad speciem sideris

assimulata. Male recentiores editiones, *assimilata.* Quæ vox Latina non est. De ochra Attica, silive Attico, dictum supra XXXIII. 56. φλόγινος autem dicitur, quasi *flammeus.*' Brotier. *ostreæ Atticæ assimilata* Gronov. et vulgg. *ochræ A. assimilata* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ostraciæ assimulata* cod. Dalec. —7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *filo ab ora gemmæ* Vet. Dalec. *filio gemmæ* al. vett. ap. eund. *filo ab ore gemmæ* edd. vett. et Gronov.—8 'Corrupte Editio princeps, *gemmonicas.* Inde emendatum, *gemonicas.* Mss. Reg. 5. 6. *geannidas.* Melius, ut puto, Ms. Reg. 1. in Indice, *Pæantides, sive geanides.* Pæantides autem sunt aëtitæ, *les Pierres d'aigle;* de quibus sæpe dixi.' *Brotier.*—9 Cod. Dalec. *talis, &c. invenitur, specie glaciata.*

NOTÆ

[j] *Ochræ Atticæ assimilata*] Hoc est, sili Attico, de quo dictum est XXXIII. 56. Prius legebatur, *ostreæ Atticæ,* ridicule. Mss. omnes, *ostraciæ.* Isidorus Orig. XVI. 4. mendose, *ocreæ.*

[k] *Phœnicitis*] Φοίνιξ *palmulam* quoque significat, hoc est, palmæ fructum, quem et balanum seu glandem vocant.

[l] *Phycitis*] Φῦκος, *alga.*

[m] *Perileucos*] Περίλευκος, *circumductum in orbem candorem* indicat.

[n] *Pæantides*] Pæaniten lapidem appellat Solinus cap. 9. p. 27. Marbodeus, 'Peaniten,' cap. 51. 'Gignitur in Macedum regione lapis Peanites, Fœminei sexus referens imitando labores: Sed quibus ex causis dubium: nam tempore certo Concipit, et parit, et parientibus auxiliatur, Ultima quas vexat dubii discriminis hora.' Mss. omnes, *Peantides.* Forte a Macedoniæ regione Pæonia *Pæonides* appellandæ. Quod ad alterum nomen spectat, non *gemonidas* Mss. codices, tum hoc loco, tum in Indice, sed *gæanidas,* repræsentant.

[o] *Nam tales*] Solinus loco citato.

[p] *Solis gemma*] Solinus iisdem verbis, cap. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 10. Photius in Bibl. cod. CCXLII. pag. 1065. ex Damascio: Ἁλίτην δὲ λίθον ἔλεγεν ἑωρακέναι, οὐχ οἷον οἱ πολλοὶ ἑωράκαμεν, ἀκτῖνας διαφαίνοντα ἀπὸ τοῦ βάθους χρυσίτιδας, ἀλλὰ δίσκον ἡλιοειδῆ κείμενον μέσον τοῦ λίθου, σφαῖραν αὐτόθεν πυρὸς ὡς ἰδεῖν· ἀπ' αὐτῆς δὲ τὰς ἀκτῖνας ἐκθρώσκειν, ἕως ἐπὶ τὴν ἴτυν· εἶναι γὰρ σφαιροειδῆ καὶ ὅλον τὸν λίθον. *Solarem etiam lapidem ait se vidisse, non qualem multi vidimus, radios ex sese aureos emittentem, sed Solis effigie discum in medio lapide esse, et inde globum ignis videri, ab eoque radios exsilire usque ad circumferentiam: esse enim globosum integrumque lapidem.*

Digitized by Google

in orbem fulgentes spargit radios. Sagdam [1] [q] Chaldæi adhærescentem navibus inveniunt, prasini coloris. Samothracia insula ejusdem nominis gemmam dat nigram, ac sine pondere, ligno similem. Sauritin [r] in ventre viridis lacerti arundine dissecti [2] tradunt inveniri. Sarcitis [s] bubulas carnes repræsentat.[3] Selenitis [t] ex candido translucet melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, redditque eam in dies singulos, crescentis minuentisque numeris: nascitur [4] in Arabia.[u] Sideritis [v] ferro similis, litigio illata discordias facit: quæque nascitur in Æthiopia Sideropœ-

CAP. LXVII. 1 *Sagadam* cod. Dalec. Mox, *navibus habent*. *Invenitur* Vet. Dalec.—2 *Saurina venæ est terræ similis, hirundine dissecta* cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *præsentat* Gronov. et vulgg.—4 Ita Harduin. ex codd. suis, Dalec. et Fuxen. item edd. Miller. Bipont. et Franz. *numero nascique putatur* Gronov. et al. vett. Mox, *similis etiam litigio interlata* cod. Dalec. *similis, illata litigia et discordias facit*

NOTÆ

[q] *Sagdam*] De sagda multo plura Solinus cap. 37. p. 66. et Isidorus Orig. XVI. 7. Marbodeus cap. 58. 'Difficilis gemmas super omnes Sagda repertu. Est autem morsu navi sic fixa tenaci, Quod nequit abrasa ligni sine parte revelli. Huic prasinus color est: regio, Chaldaica tellus.' Prasinus color idem, qui *porraceus viridisque*: *πράσινος*.

[r] *Sauritin*] Habet a *lacerto* nomen, quem *σαῦρον* vocant.

[s] *Sarcitis*] Ἀπὸ τῆς σαρκὸς, a *carne* nomen.

[t] *Selenitis*] Σεληνῖτις, a Luna, quæ Græce *σελήνη*. Refert hæc iisdem verbis Augustinus de Civit. Dei XXI. 5. Solinus cap. 37. p. 67. Isidorus Orig. XVI. 10. Marbodeus cap. 57. Priscianus in Periegesi, pag. 393. 'Atque Selenites, lunaris imagine lucis Qui decus et minuit proprii splendoris, et auget.' De lapide selenite Diosc. V. 159. sed oratione perobscura, atque, ut quidem suspicamur, mutila. Photius in Bibl. cod. CCXLII. pag. 1065. ex Damascio: *Καὶ δὴ Σεβῆρος, ἀνὴρ τῆς Ῥώμης Πατρίκιος, ἄλλα τε διηγεῖτο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνδιαιτούμενος, καὶ ὅτι λίθον ἐθεάσατο, ἐν ᾧ Σελήνης ἐγίνετο σχήματα, μεταμορφουμένης παντοῖα μὲν, ἄλλοτε δ' ἄλλα πρὸς ἥλιον αὐξομένης καὶ μειουμένης, καὶ ἐνόντα τῷ λίθῳ αὐτὸν τὸν ἥλιον· ὅθεν ἡ φήμη τοὺς τοιούτους λίθους καλεῖ συνοδίτας.* *Severus Patricius Romanus tum alia multa narrabat, dum Alexandriæ degeret, tum se vidisse lapidem, in quo Lunæ effigies essent, varie formam mutantis, ad Solem crescentis, minuentisve: et in eodem lapide Sol inerat: quare ii lapides Synoditæ vocati*, quasi comites viæ. *Συνοδικὴ σελήνη Luna coiens* est. Apud Photium alia ejusmodi vide.

[u] *Nascitur in Arabia*] Isidorus et Marbodeus, locis citatis, *in Perside*.

[v] *Sideritis*] Σιδηρῖτις, a colore *ferri*. Solinus c. 37. p. 67. 'Siderites a contemplatione ferri nihil dissonat: verum maleficus quoquo inferatur, discordiam excitat.' Sic et Isidorus Orig. XVI. 14.

Digitized by Google

tudine multicolor, hoc sibi nomen adoptavit. Reperitur in Troglodytica regione.[5] Hieracitis[y] alternat milvinis nigrisque veluti plumis. Hammitis[z] ovis piscium similis est, et alia velut nitro[a] composita, prædura alioqui. Hammonis cornu[b] inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædivina somnia repræsentare.[6] Hormision[7] [c] inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radians auro, portante secum in extremitatibus candidam lucem. Hyæniæ, ex oculis[d] hyænæ, et ob id invasæ,[e] inveniri[8] dicuntur: et, si credimus,[f] linguæ hominis subditæ futura præcinere. Hæmatites[g] in Æthiopia quidem principalis, sed et in Arabia

Dalec. *Horminodes* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—5 Cod. Dalec. *in Troglodyte. Hieracites, &c.* Mox, idem codex et Fuxen. *alternata milvinis nigrisque velut plurimis;* Gronov. et al. ante Harduin. *Hieracites alternat tota milvinis nigricans veluti plumis.*—6 Fuxen. *prædivina omnia præsentare.*—7 'In Indice cod. Reg. 1. *hormisceon.*' Brotier. *Hormesiou* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—8 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *et ob id pertusæ inveniri* Vet. Dalec. *et ob id invasis inveniri* al. vett. id est, cum illas invaserunt et confecerunt; Gronov. et vulgg. *et ob id in vase inveniri.* Mox, *et si credimus linguæ subditis homines futura prædicere* Vet. Dalec. *futura præcinere* cod. Dalec. *futura prædicere* Gronov. et al. ante Harduin. Paulo post, Vet. Dalec. *non omittendis in ea promissis ad coarguendas sic barb. insanias.*—

NOTÆ

231. Isidorus Orig. XVI. 12.

[y] *Hieracitis*] Ab ἱέραξ, quæ vox *accipitrem* et *milvum* sonat. Ἱερακίτης λίθος, Aëtio II. 30. ex Ms. cod. ὑπόχλωρος μέν ἐστι, καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιρεραμμένος χροαῖς ἑτέραις, ὥς ποικίλος εἶναι, ὥς φησι Διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων. *Lapis subviridis, ad nigredinem vergens, aliisque subinde alternatis coloribus toto corpore interstinctus, ut varii coloris dici possit.*

[z] *Hammitis*] Quod ἄμμον, hoc est, *sabulum*, vix mole superet, aut, quod eodem recidit, piscium ova.

[a] *Et alia velut nitro*] 'Hammites similis nitro, sed durior,' inquit Isidorus Orig. XVI. 4. 'Gignitur in Æthiopia et Arabia,' &c.

[b] *Hammonis cornu*] Vel ex hoc loco intelligitur Jovis Hammonis effigiem cornu arietinum in fronte gestasse, quale in nummo Cyrenæorum argenteo conspicitur, qui ubique est obvius.

[c] *Hormision* [*hormesion*] In Indice *hormision*. Isidorus Orig. XVI. 13. *Ermisnion*, mendose: alioqui cetera de gemma ea totidem verbis refert.

[d] *Hyæniæ, ex oculis*] Solinus cap. 27. pag. 51. Isidorus Orig. XVI. 24. Albertus M. de Mineral. pag. 232.

[e] *Et ob id invasæ*] Et ob id quæsitæ venatu, ut dictum est de dracontite lapide, cap. 57.

[f] *Et, si credimus*] Solinus et Isidorus, locis citatis. Item Marbodeus cap. 33.

[g] *Hæmatites*] Ille nimirum de quo jam superius dictum est XXXVI. 25. Hæc iisdem fere verbis Isidorus O-

Digitized by Google

et Africa invenitur, sanguineo colore, non omittenda promissis[h] ad coarguendas barbarorum insidias.[a] Zachalias Babylonius, in his libris quos scripsit ad regem Mithridatem, humana gemmis attribuit fata: hanc[9] non contentus oculorum et jocinerum medicina decorasse, a rege etiam aliquid petituris dedit, et litibus judiciisque interposuit: in præliis etiam ex ea ungi salutare[10] pronuntiavit. Est et alia ejusdem generis, quæ vocatur menui ab Indis, xanthos[i] appellata Græcis, e fulvo candicans.

LXI. Idæi dactyli,[j] in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Icterias, aliti lurido[1][k] similis, ideo existimatur salubris contra regios morbos. Est et alia eodem nomine liquidior.[2] Tertia folio viridi similis, latior prioribus, pæne sine pondere, venis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris venis discurrentibus.[3] Jovis gemma candida est, non ponderosa, tenera. Indica gentium suarum habet nomen, subrufo colore, in attritu sudorem purpureum manat.[4] Alia eodem nomine candida, pulvereo

[a] *Ob promissa magorum, utilem fore hunc lapidem ad detegendas insidias.*

9 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *attribuens facta, hanc* cod. Dalec. *attribuit fata: has* Gronov.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *etiam eas salutares* Gronov. et vulgg. Mox, *quæ v. Memu* cod. Dalec. *quæ v. Memri* Fuxen. *quæ v. henui* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. LXI. 1 Vet. Dalec. *aliti luridæ;* al. vett. ap. Dalec. *mali cuti luridæ;* Fuxen. et cod. Dalec. *mali cute, aureis mamillis, ideo, &c.*—2 Cod. Dalec. *lividior.* Mox, in eodem cod. *et specie offensa* (Dalec. legit *offusa*) *venis lividis;* Dalec. legit *luridis.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *descendentibus* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *sudore pur-*

NOTÆ

rig. XVI. 8. et Marbod. cap. 36.

[h] *Promissis*] Plinii interpres Isidorus, loc. cit. de hæmatiti: 'De qua promittunt Magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias.'

[i] *Xanthos*] De ea diximus cap. 45. Vide et Theophr. lib. περὶ λίθων, pag. 8.

[j] *Idæi dactyli*] Ἰδαῖοι δάκτυλοι. Totidem verbis hæc Solinus cap. 11. pag. 30. et Isidorus Orig. XVI. 4. Ab Ida monte Cretensi, ex quo eruuntur, cognomen habent: nomen a forma digiti pollicisve.

[k] *Icterias aliti lurido*] *Galgulo*, quem ἴκτερον Græci vocant, communi cum morbo regio, sive arquato, appellatione. In Mss. aliter hæc leguntur, sed corrupte, credo: *Icterias mali cute, aureis mamillis: ideo, &c.*

Digitized by Google

aspectu. Ion[l] apud Indos violacea est, sed raro[m] ut saturo colore luceat.[5]

LXII. Lepidotis[1 n] squamas piscium variis coloribus imitatur. Lesbias Lesbi patriæ nomen habens: invenitur et in India. Leucophthalmos,[o] rutila alias, oculi speciem candidam nigramque continet. Leucopœcilos[p] candorem lineis ex auro[2] distinguit. Libanochrus[3 q] thuris similitudinem ostendit, sed succum mellis. Limoniatis[4 r] eadem videtur, quæ smaragdus. De lipare[s] hoc tantum traditur, suffita ea omnes bestias evocari. Lysimachos[5] Rhodio marmori similis est aureis venis: politur ex marmore, amplitudine in angustias coëunte, ut inutilia exterantur. Leucochrysos[t] sicut crystallus albicat.[6]

LXIII. Memnonia[1] qualis sit, non traditur. Medea[a]

---

pureo manat; al. vett. ap. eundem, *sudor purpureus manat.*—5 'Ita bene Editio princeps.' *Brotier.* 'In codd. Regg. *rarum . . . luceat.*' Brotier. *sed raro saturo colore luceat* Gronov. al. vett. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et rarum ut alio colore luceat* Fuxen.

CAP. LXII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Lepidotes* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita Harduin. et recentt. *Leucopetalos c. nivis ex aureo* Gronov. et vulgg. *Leucopetalos c. lineis et auro* cod. Dalec.—3 *Libanochros* Gronov. et al. ante Harduin. *Libanocros* al.—4 *Limoniates* Gronov. et al. ante Harduin.—5 'Ita cod. Reg. 1. in Indice.' *Brotier.* *Lysimachus* al. ante Brotier. Mox, *auratis venis . . . extenuentur* cod. Dalec.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fit chrysolitho interalbicante* Gronov. et vulgg.

CAP. LXIII. 1 'Ita cod. Reg. 1. in Indice.' *Brotier.* Ita quoque al. ap.

NOTÆ

[l] *Ion*] Ἴον *viola nigra* Græcis.

[m] *Sed raro*] In Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. &c. *Rarum ut alio colore luceat.*

[n] *Lepidotis*] Λεπιδωτὸς, vel λεπιδωτὶς, *squamosa.*

[o] *Leucophthalmos*] Λευκόφθαλμος.

[p] *Leucopœcilos*] Λευκοποικίλος, *candore alternato.* Vide Notas et Emend. num. 27.

[q] *Libanochrus*] Λιβανόχρους, a *thuris colore.*

[r] *Limoniatis*] Λειμονιάτης λίθος, a *virore pratensi.*

[s] *De lipare*] Marbodeus cap. 42. 'Partibus in Libycis lapis est Lipares vocitatus, Ad quem sponte sua properat genus omne ferarum, Quas venatorum sævit labor exagitare: Non eget ergo canum morsu, curave sagaci, Saltus perlustrans, lapidem qui gesserit istum; Sternendæ satis est venabula tollere prædæ.' Vide et Isidorum Orig. XVI. 14. et Albertum de Mineral. pag. 233. Λιπαρὴ Græcis *opimam* et *pinguem* sonat.

[t] *Leucochrysos*] Λευκόχρυσος. Nomen indicat gemmam *aurei* coloris, quæ in crystalli modum *albicet.* In libris hactenus vulgatis sic legebatur: *Leucochrysos fit chrysolitho interalbicante,* contra omnium Mss. fidem.

[a] *Medea*] Hæc verbis totidem Isidorus Orig. XVI. 11.

Digitized by Google

nigra est, a Medea illa fabulose[2] inventa: habet venas aurei coloris: sudorem reddit croci, saporem autem vini. Meconites[b] papaver[3] exprimit. Mithrax[4] a Persis[c] accepta est, et Rubri maris montibus: multicolor, contra Solem varie refulgens. Morochites[5][d] porracea, lacte sudat. Morio in India,[e] quæ nigerrimo colore translucet, vocatur Pramnion: in qua miscetur et carbunculi colos, Alexandrinum:[6] ubi sardæ, Cyprium. Nascitur, et in Tyro, et in Galatia. Xenocrates et sub Alpibus nasci tradit. Hæ sunt gemmæ, quæ ad ectypas scalpturas[f] aptantur. Myrrhites[g] myrrhæ colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita, etiam nardi.[7] Myrmecias[h] nigra habet eminentias similes verrucis. Myrsinites[i] melleum colorem habet, myrti odorem. Mesoleucos[j] est, mediam gemmam

Dalec. *Mennonia* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fabulosa* Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *papavera* edd. vett. et Gronov.—4 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Mitrax* Gronov. Mox, *est, in Rubri, &c.* Vet. Dalec. et Fuxen.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Meroctes* Gronov. et al. vett.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Morion Indica, &c.* Gronov. et vulgg. *Morio in India vocatur. Prominium, in qua miscetur et carbunculus. Alexandrinum* Fuxen. *proximum Alexandrinum, et ubi* cod. Dalec.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *faciemque minimæ gemmæ unguenti odorem, attrita etiam nardi* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

[b] *Meconites*] Μήκωνα Græci papaver nuncupant. Hæc pariter Solinus cap. 37. pag. 67. et Isidorus Orig. XVI. 14.

[c] *Mithrax a Persis*] Qui Solem ipsum Mithran vocant, ut Strabo prodidit lib. XV. Hinc vetustæ inscriptiones passim: SOLI. INVICTO. MITHRAE.—'Tamen Herod. lib. I. Mitram dicit a Persis Venerem fuisse appellatam.' *Ed. sec.*—Hæc gemma dicitur a Solino loc. cit. et Isidoro Orig. XVI. 12. *Mithridax*, mendose. Pliniani omnes libri, *Mitrax*.

[d] *Morochitis*] Sic libri omnes. Morochitis gemma, inquit, quanquam per se porracea viridisque, trita tamen candicat. Vide Notas et Emend. num. 28.

[e] *Morio in India*] Indicum id barbaricumque vocabulum esse significat: Græca, quæ subsequuntur, πράμνιον, &c.

[f] *Ad ectypas scalpturas*] Ad scalpturas imaginum, quæ ceræ apprimuntur. Diximus de ea voce *ectypon* XXXV. 43.

[g] *Myrrhites*] Solinus cap. 37. pag. 67. Priscianus in Periegesi, pag. 393. 'Myrrhitenque, bonum nardi cum reddat odorem.'

[h] *Myrmecias*] Μυρμηκίας, a similitudine *verrucæ*, quam Græci μυρμηκίαν nuncupant.

[i] *Myrsinites*] Ab odore *myrti*, quæ Græcis μυρσίνη.

[j] *Mesoleucos*] Μεσόλευκος et μεσόμελας contrariis ex causis habent

Digitized by Google

candida distinguente linea. Mesomelas, nigra vena quemlibet colorem secante per medium.

LXIV. Nasamonitis[1] [k] est sanguinea, nigris venis. Nebritis,[2] [l] Libero patri sacra, nomen traxit a nebridum ejus similitudine. Sunt et aliæ nigræ generis ejusdem. Nympharena urbis et gentis Persicæ nomen habet, similis hippopotami dentibus.

LXV. Olca,[1] [m] barbari nominis, e nigro fulvoque et candido placet.[2] Ombria, quam aliqui notiam [n] vocant, sicut ceraunia et brontia, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur: eundemque effectum habere, quem brontia, narratur. Præterea in aras addita ea, libamenta non amburi.[3] Oritis,[o] globosa specie, a quibusdam et sideritis vocatur, ignem non sentiens. Ostracias, sive Ostracitis,[p] est testacea durior: altera achatæ similis, nisi quod achates politura pinguescit: duriori tanta inest vis, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis ejus. Ostracitidi[4] ostrea nomen et similitudinem dedere. Ophicardelon[q] barbari vocant, nigrum

CAP. LXIV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Nasamonites* Gronov. et vulgg.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Nebrites* Gronov. et al. vett. Mox *a nebride. Ejus similitudine est alia nigra* cod. Dalec.

CAP. LXV. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Orca* Gronov. et al. vett.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fulvoque ac viridi et candido placet* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *in ara addita hac l. non amburi;* Vet. Dalec. et Fuxen. *in mare addita hac aiunt l. n. amburi.* Gronov. et al. ante Harduin. *in aras a. e. traditur l. non amburi.*—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

nomina, ut apparet. Ista apud Isidorum Orig. XVI. 11. mendose 'Meramelas' appellatur.

[k] *Nasamonitis*] Solinus cap. 27. p. 52. 'Nasamoniten lapidem Nasamones dant, sanguineum universum, nigris venulis adumbratum.'

[l] *Nebritis*] A *pellium cervinarum* similitudine, quas νεβρίδας appellabant, quibus usus olim Bacchus, ac deinde qui sacris ejus initiati. Vide Suidam et Mythologos.

[m] *Olca*] Sic Mss. Sic Isidorus ipse hæc transcribens, Orig. XVI. 12. In editis, male, *Orca.*

[n] *Ombria, quam aliqui notiam*] Ὀμβρία ab *imbribus:* ab humido Noto, Austrove, Νοτία appellata est.

[o] *Oritis*] Quod globosa specie montis effigiem referat, τοῦ ὄρους. Plura de ea vide apud Marbod. cap. 47.

[p] *Ostracitis*] Hæc verbis totidem Isidorus Orig. XVI. 14. Ὄστρακον ostreorum testam Græci dixere.

[q] *Ophicardelon*] Barbara, ut Plinius prodit ipse, vox; non originationis Græcæ.

Digitized by Google

colorem[5] binis lineis albis includentibus. De Obsidiano lapide diximus[r] superiore libro. Inveniuntur et gemmæ eodem nomine ac colore, non solum in Æthiopia Indiaque, sed etiam in Samnio,[6] ut aliqui putant,[s] et in littoribus Hispaniensis Oceani.

LXVI. Panchrus[a] fere ex omnibus coloribus constat. Pangonius[b] non longior digito, ne crystallus videatur, numero plurium[1] angulorum cavet.[2] Paneros[c] qualis sit, a Metrodoro non dicitur: sed carmen Timaridis reginæ in eadem[d] dicatum Veneri[3] non inelegans ponit, ex quo intelligitur additam ei fœcunditatem.[4] Quidam hanc pansebaston[e] vocant. Ponticarum[f] plura sunt genera. Est stellata nunc sanguineis, nunc auratis guttis,[5] quæ inter sacras[g] habetur. Alia pro stellis[h] ejusdem coloris lineas habet, alia montium convalliumque effigies. Phloginos,[i] quem et chrysiten vocant, ochræ Atticæ assimulata,[6][j] in-

centt. *Ostraciti* Gronov. et vulgg. *Ostri tidi* cod. Dalec. *Ostracidi* margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Cod. Dalec. *colore.*—6 *Sanno* cod. Dalec.

CAP. LXVI. 1 Cod. Dalec. *plurimorum.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *cavetur* edd. vett. et Gronov.—3 Codd. Dalec. et Vet. ejusdem, *in æde Veneris dicatum.*—4 Cod. Dalec. *adjutam fœcunditate.*—5 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *aureis guttis* cod. Dalec. *atris guttis* Gronov. et vulgg.—6 ' In Ms. Reg. 5. *ocræ.* In Ms. Reg. 6.

NOTÆ

[r] *De Obsidiano .... diximus*] Lib. XXXVI. c. 67.

[s] *In Samnio, ut aliqui putant*] Xenocratem intelligit, quem clare testem ejus rei appellavit, loco proxime citato.

[a] *Panchrus*] Πάγχρους, quasi *omnicolor.* Mendose *Pantheros* legitur apud Albertum de Mineral. pag. 235. et apud Marbodeum cap. 49.

[b] *Pangonius*] Παγγώνιος, *omniangulus*, ab omni parte angulos habens: cum sint tantum seni crystallo.

[c] *Paneros*] Πανέρως, gemma *omni amore* digna.

[d] *In eadem*] In eadem gemma insculptum, dicatumque Veneri, nec inelegans: unde intelligitur dotem ei gemmæ aliquam ad fœcunditatem inesse.

[e] *Pansebaston*] Πανσέβαστον, *omnino augustam.* Mss. Reg. et Colb. *panebaston.* In Indice, *pæderastos*, quod sincerius videtur.

[f] *Ponticarum*] Nomen habent a Ponto, unde advehuntur. Hæc quoque Solinus cap. 13. pag. 33. Harum icones Aldrovandus exhibet de Metall. IV. 875. 877. et 878. Vide Notas et Emend. num. 29.

[g] *Quæ inter sacras*] Quoniam, ut Isidorus ait Orig. XVI. 14. 'dicunt per eam interrogari dæmones, et fugari.'

[h] *Alia pro stellis*] Solinus loc. cit. et Isidorus Orig. XVI. 12.

[i] *Phloginos*] Φλόγινος *flammeum* sonat, χρυσίτης *auri colorem igneum.*

Digitized by Google

venitur in Ægypto. Phœnicitis[k] ex balani similitudine appellatur: Phycitis,[l] algæ. Perileucos[m] fit ab ora gemmæ[7] ad radicem usque candido descendente. Pæantides,[n] quas quidam gemonidas[8] vocant, prægnantes fieri et parere dicuntur, mederique parturientibus. Nam tales[o] in Macedonia juxta monumentum Tiresiæ inveniuntur, specie aquæ glaciatæ.[9]

LXVII. Solis gemma[p] candida est, et ad speciem sideris

assimulata. Male recentiores editiones, *assimilata.* Quæ vox Latina non est. De ochra Attica, silive Attico, dictum supra XXXIII. 56. *φλόγινος* autem dicitur, quasi *flammeus.*' Brotier. *ostreæ Atticæ assimilata* Gronov. et vulgg. *ochræ A. assimilata* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ostraciæ assimulata* cod. Dalec. —7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *filo ab ora gemmæ* Vet. Dalec. *filio gemmæ* al. vett. ap. eund. *filo ab ore gemmæ* edd. vett. et Gronov.—8 'Corrupte Editio princeps, *gemmonicas.* Inde emendatum, *gemonicas.* Mss. Reg. 5. 6. *geannidas.* Melius, ut puto, Ms. Reg. 1. in Indice, *Pæantides, sive geanides.* Pæantides autem sunt aëtitæ, *les Pierres d'aigle;* de quibus sæpe dixi.' *Brotier.*—9 Cod. Dalec. *talis, &c. invenitur, specie glaciata.*

NOTÆ

j *Ochræ Atticæ assimilata*] Hoc est, sili Attico, de quo dictum est XXXIII. 56. Prius legebatur, *ostreæ Atticæ*, ridicule. Mss. omnes, *ostraciæ.* Isidorus Orig. XVI. 4. mendose, *ocreæ.*

k *Phœnicitis*] *Φοίνιξ palmulam* quoque significat, hoc est, palmæ fructum, quem et balanum seu glandem vocant.

l *Phycitis*] *Φῦκος, alga.*

m *Perileucos*] Περίλευκος, *circumductum in orbem candorem* indicat.

n *Pæantides*] Pæaniten lapidem appellat Solinus cap. 9. p. 27. Marbodeus, 'Peaniten,' cap. 51. 'Gignitur in Macedum regione lapis Peanites, Fœminei sexus referens imitando labores: Sed quibus ex causis dubium: nam tempore certo Concipit, et parit, et parientibus auxiliatur, Ultima quas vexat dubii discriminis hora.' Mss. omnes, *Peantides.* Forte a Macedoniæ regione Pæonia *Pæonides* appellandæ. Quod ad alterum nomen spectat, non *gemonidas* Mss. codices, tum hoc loco, tum in Indice, sed *gæanidas*, repræsentant.

o *Nam tales*] Solinus loco citato.

p *Solis gemma*] Solinus iisdem verbis, cap. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 10. Photius in Bibl. cod. CCXLII. pag. 1065. ex Damascio: 'Αλίτην δὲ λίθον ἔλεγεν ἑωρακέναι, οὐχ οἷον οἱ πολλοὶ ἑωράκαμεν, ἀκτῖνας διαφαίνοντα ἀπὸ τοῦ βάθους χρυσίτιδας, ἀλλὰ δίσκον ἡλιοειδῆ κείμενον μέσον τοῦ λίθου, σφαῖραν αὐτόθεν πυρὸς ὡς ἰδεῖν· ἀπ' αὐτῆς δὲ τὰς ἀκτῖνας ἐκθρώσκειν, ἕως ἐπὶ τὴν ἴτυν· εἶναι γὰρ σφαιροειδῆ καὶ ὅλον τὸν λίθον. *Solarem etiam lapidem ait se vidisse, non qualem multi vidimus, radios ex sese aureos emittentem, sed Solis effigie discum in medio lapide esse, et inde globum ignis videri, ab eoque radios exsilire usque ad circumferentiam: esse enim globosum integrumque lapidem.*

Digitized by Google

in orbem fulgentes spargit radios. Sagdam [1] [q] Chaldæi adhærescentem navibus inveniunt, prasini coloris. Samothracia insula ejusdem nominis gemmam dat nigram, ac sine pondere, ligno similem. Sauritin [r] in ventre viridis lacerti arundine dissecti [2] tradunt inveniri. Sarcitis [s] bubulas carnes repræsentat. [3] Selenitis [t] ex candido translucet melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, redditque eam in dies singulos, crescentis minuentisque numeris: nascitur [4] in Arabia. [u] Sideritis [v] ferro similis, litigio illata discordias facit: quæque nascitur in Æthiopia Sideropœ-

Cap. LXVII. 1 *Sagadam* cod. Dalec. Mox, *navibus habent*. *Invenitur* Vet. Dalec.—2 *Saurina venæ est terræ similis, hirundine dissecta* cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *præsentat* Gronov. et vulgg.—4 Ita Harduin. ex codd. suis, Dalec. et Fuxen. item edd. Miller. Bipont. et Franz. *numero nascique putatur* Gronov. et al. vett. Mox, *similis etiam litigio interlata* cod. Dalec. *similis, illata litigia et discordias facit*

NOTÆ

q *Sagdam*] De sagda multo plura Solinus cap. 37. p. 66. et Isidorus Orig. xvi. 7. Marbodeus cap. 58. 'Difficilis gemmas super omnes Sagda repertu. Est autem morsu navi sic fixa tenaci, Quod nequit abrasa ligni sine parte revelli. Huic prasinus color est: regio, Chaldaica tellus.' Prasinus color idem, qui *porraceus viridisque: πράσινος.*

r *Sauritin*] Habet a *lacerto* nomen, quem *σαῦρον* vocant.

s *Sarcitis*] 'Ἀπὸ τῆς σαρκὸς, a *carne* nomen.

t *Selenitis*] Σεληνῖτις, a Luna, quæ Græce *σελήνη*. Refert hæc iisdem verbis Augustinus de Civit. Dei xxi. 5. Solinus cap. 37. p. 67. Isidorus Orig. xvi. 10. Marbodeus cap. 57. Priscianus in Periegesi, pag. 393. 'Atque Selenites, lunaris imagine lucis Qui decus et minuit proprii splendoris, et auget.' De lapide selenite Diosc. v. 159. sed oratione perobscura, atque, ut quidem suspicamur, mutila. Photius in Bibl. cod. ccxlii. pag. 1065. ex Damascio: Καὶ δὴ Σεβῆρος, ἀνὴρ τῆς 'Ρώμης Πατρίκιος, ἄλλα τε διηγεῖτο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνδιαιτούμενος, καὶ ὅτι λίθον ἐθεάσατο, ἐν ᾧ Σελήνης ἐγίνετο σχήματα, μεταμορφουμένης παντοῖα μὲν, ἄλλοτε δ' ἄλλα πρὸς ἥλιον αὐξομένης καὶ μειουμένης, καὶ ἐνόντα τῷ λίθῳ αὐτὸν τὸν ἥλιον· ὅθεν ἡ φήμη τοὺς τοιούτους λίθους καλεῖ συνοδίτας. *Severus Patricius Romanus tum alia multa narrabat, dum Alexandriæ degeret, tum se vidisse lapidem, in quo Lunæ effigies essent, varie formam mutantis, ad Solem crescentis, minuentisve: et in eodem lapide Sol inerat: quare ii lapides Synoditæ vocati*, quasi comites viæ. Συνοδικὴ σελήνη *Luna coiens* est. Apud Photium alia ejusmodi vide.

u *Nascitur in Arabia*] Isidorus et Marbodeus, locis citatis, *in Perside.*

v *Sideritis*] Σιδηρῖτις, a colore *ferri.* Solinus c. 37. p. 67. 'Siderites a contemplatione ferri nihil dissonat: verum maleficus quoquo inferatur, discordiam excitat.' Sic et Isidorus Orig. xvi. 14.

Digitized by Google

cilos, ex ea fit,[w] variantibus guttis. Spongitis spongiæ nomen repræsentat. Synodontitis e cerebro piscium est, qui synodontes[x] vocantur. Syrtides[5 y] in littore Syrtium, jam quidem et in Lucania inveniuntur, e melleo colore croco refulgentes: intus autem stellas continent languidas. Syringitis[z] stipulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.

LXVIII. Trichrus[1 a] ex Africa nigra est, sed tres succos reddit, a radice nitrum, medio sanguinem, summo ochram.[2] Telirrhizos[b] cinerei coloris aut rufi, candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis. Persas, apud quos gignitur, magnopere delectat: muchulam appellant. Thracia[c] trium[3] generum est, viridis, aut pallidior, tertia sanguineis guttis. Tephritis[d] novæ Lunæ speciem habet curvatæ in cornua,[4] quamvis cinerei coloris. Tecolithos[e]



Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Syrtitæ* Gronov. et vulgg. *Syrtites* al. ap. Dalec.

CAP. LXVIII. 1 '*Trichius* cod. Fortassis, *Trichilus*.' Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nigrum, medio sanguineum, summo candidum* Gronov. et vulgg.—3 *Persæ ap. quos gig. eo magnifice delectati. Maculam appellant. Tragia trium* cod. Dalec. *maculamque appellant, &c.* Gronov. et vulgg. *muchul appellant* cod. Reg. Brot. 1. in Indice. Mox, *ac pallidior* Vet. Dalec.—4 Idem codex: *novem Lunæ species habet, et*

NOTÆ

[w] *Sideropœcilos, ex ea fit*] Hoc est, sideritidis alias quidem persimilis est, sed præterea variis est aspersa guttis, unde nomen σιδηροποίκιλος.

[x] *Qui synodontes*] Συνόδοντες Græcis poëtis apud Athenæum lib. I. p. 5. et lib. VII. p. 322. Denticem Latine Gaza reddidit. Et denticem certe piscem cum aurata et mugile laudat Apicius IV. 2. p. 17. Italis *Dentale:* Massiliensibus *Dente:* in Gallia Narbonensi, *Marmo.* Sic Rondeletius v. 19. apud quem iconem piscis hujus vide.

[y] *Syrtides*] Solinus c. 2. p. 16. et Isidorus Orig. XVI. 13. totidem verbis. In Indice *Syrtitis*.

[z] *Syringitis*] Quicquid *fistulosum* est et cavernosum, σύριγγα Græci nuncupant.

[a] *Trichrus*] Τρίχρους a *triplici succo,* seu *colore.* Vide Notas et Emend. num. 30.

[b] *Telirrhizos*] Τελίρριζος, quasi *perfecta radix.* Τελικάρδιος a similitudine *cordis absoluta.* Persæ barbarico nomine *muchulam,* (sic enim ex Indice rescribendum, pro *maculam,*) appellabant.

[c] *Thracia*] Sic libri editi hactenus, et Index ipse. At Mss. hoc loco *Tragia,* a τράγος, quæ vox *hircum* sonat.

[d] *Tephritis*] A colore *cinereo: τέφρα* Græce *cinis.*

[e] *Tecolithos*] Τηκόλιθος, *ab attenuan-*

Digitized by Google

oleæ nucleus videtur:[5] neque est ei gemmæ honos, sed ungentium[6] calculos frangit pellitque.

LXIX. Veneris crinis[f] nigerrimi nitoris continet speciem[1] rufi crinis. Veientana[g] Italica gemma est, Veiis reperta, nigram materiam distinguente limite albo.

LXX. Zanthenem in Media nasci Democritus tradit, electri colore, et si quis terat in vino palmeo, et croco, ceræ modo lentescere,[1] odore magnæ suavitatis. Zmilampis[h] in Euphrate nascitur, Proconnesio marmori similis, medio colore glauco. Zoranisceos[2-i] in Indo flumine nascitur: magorum gemma esse narratur: neque aliud amplius de ea.

LXXI. (XI.) Est etiamnum alia distinctio, quam equidem fecerim, subinde variata expositione. Siquidem a membris corporum[1] habent nomina: hepatitis[2 j] a jocinere: steatitis singulorum animalium adipe numerosa. Adadunephros,[k]



curvata cornua.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *oleæ nucleo similis videtur* Gronov. et al. vett.—6 Ita codd. Dalec. Harduin. et recentt. *sed ægre meientium* Vet. Dalec. *sed sumentium* al. vett. *sed lingentium* Gronov. et vulgg.

CAP. LXIX. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Veneris crines n. n. continet in speciem* Gronov. et vulgg.

CAP. LXX. 1 Vet. Dalec. *lentescentem.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *Zmilaces . . . Zoronisios* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *corporis* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

NOTÆ

dis in vesica *calculis*, παρὰ τὸ τήκειν τοὺς λίθους. Lapidem Judaicum appellant Dioscorides v. 155. Aëtius II. 19. aliique. Vide Notas et Emend. num. 31.

[f] *Veneris crinis*] Solinus c. 37. p. 67. 'Veneris crinis nitet nigro, internis ductibus ostentans ruforum crinium similitudinem.' Isidorus Orig. XVI. 11. totidem literis atque apicibus Plinium transcripsit. In Indice, *Veneris crines.*

[g] *Veientana*] Iisdem verbis Solinus c. 2. p. 16. Pro *limite albo*, Isidorus loc. cit. dixit *albas intermicantes notas*, minus recte.

[h] *Zmilampis*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. Fux. Vet. Dalec. &c. Solino tamen, c. 37. p. 66. *Zmilanthis.* Isidoro Orig. XVI. 14. *Zmilianicius.* Libri hactenus vulgati, *Zmilaces.*

[i] *Zoranisceos*] Sic Mss. modo citati. Index, *Zoranea*, et *Zoronisceos.*

[j] *Hepatitis*] Ἧπαρ *jecur*, στέαρ *adipem* sonat.

[k] *Adadunephros*] Tergeminam hoc loco gemmam intelligimus: Ἀδάδου νεφρὸν, Ἀδάδου ὀφθαλμὸν, Ἀδάδου δάκτυλον, *Adadi renes, Adadi oculum, Adadi* denique *digitum.* Fuit autem

Digitized by Google

ejusdem oculus, ac digitus Dei: et hic colitur a Syris.[3] Triophthalmos cum onyche nascitur, tres hominis oculos simul exprimens.

LXXII. Ab animalibus[l] cognominantur, carcinias marini cancri colore, echitis viperæ, scorpitis scorpionis aut colore, aut effigie,[m] scaritis scari piscis, triglitis mulli, ægophthalmos[n] caprino oculo: item alia[1] suillo:[o] et a gruis collo[p] geranitis, hieracitis accipitris. Aëtitis a colore aquilæ candicante[2] cauda.[q] Myrmecitis[r] innatam repentis formicæ effigiem habet, scarabæorum cantharias. Lycophthalmos[s] quatuor est colorum, ex rutilo sanguinea:[3] in medio nigrum candido cingitur,[4] ut luporum oculi, illis per omnia similis. Taos[t] pavoni est similis, item aspidi quam vocari chelidoniam invenio.[5][u]

---

edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Hepatites* Gronov. et vulgg.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *ejusdem oculus dicitur: Deus et hic colitur Syris;* Vet. Dalec. *et ejusdem, &c.* cod. Dalec. *a Syris.*

CAP. LXXII. 1 'Pro *item alia*, Ms. *hemalia;* fortassis *hyalia*, ἀπὸ τῆς ὑός.' *Dalec.*—2 'Ms. *candidata:* leg. *candida.*' Dalec.—3 Cod. Dalec. *sanguineo.* —4 Cod. Dalec. *cingit.*—5 Vet. Dalec. *et testudini quam vocant cheloniam.* (alii ap. Dalec. *Aspiditen.*) *Rerum similitudo, &c.*

NOTÆ

Adadus unus e priscis illis Syrorum regibus, cujus Sacra Hebræorum Historia meminit. Hunc Syri ob merita consecratum in cœlitum numerum retulerunt. Immo Jovem ipsum, Solemve ab Assyriis eo signari nomine, auctor est Macrobius Saturn. I. 18. Etiam et Phryges, si fides Hesychio, divinis eum honoribus coluere: Ἀδαδοὺς θεός τις παρὰ Φρυξὶ καλεῖται, ἑρμαφρόδιτος. Vide Notas et Emend. num. 32.

[l] *Ab animalibus*] Quorum hæc videlicet nomina. Καρκῖνος, *cancer;* Ἔχις, *vipera;* Σκόρπιος, *scorpius;* Σκάρος, *scarus;* Τρίγλα, *mullus;* Αἶξ, *capra;* Γέρανος, *grus;* Ἱέραξ, *accipiter, &c.* Carciniæ lapidis meminit Isidorus Orig. XVI. 14. Echitæ Solinus c. 37. p. 67. 'Echites vipereas habet maculas,' et Isidorus loc. cit. ubi et scorpitæ mentio.

[m] *Aut colore, aut effigie*] Isidorus Orig. XVI. 14. 'et colore et effigie.'

[n] *Ægophthalmos*] Isidorus loco citato.

[o] *Item alia suillo*] Ὑόφθαλμος.

[p] *A gruis collo*] Sic libri omnes. Rectius tamen forte *colore*, nisi colli ipsius colorem intelligas, quod sane verum videtur.

[q] *Aquilæ candicante cauda*] E secundo aquilarum genere, de quo Plinius X. 3. ubi de aquilis: 'Secundi generis pygargus, albicante cauda.'

[r] *Myrmecitis*] Μύρμηξ *formica* est, κάνθαρος *scarabæus.* De myrmecite lapide totidem verba facit Solinus c. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 14.

[s] *Lycophthalmos*] Isidorus loc. cit. Λυκόφθαλμος, *oculus lupi*, intelligitur.

[t] *Taos*] Isidorus loc. cit. Græce

Digitized by Google

LXXIII. Arenarum[a] similitudo est in hammochryso, velut auro arenis mixto. Cenchritis[b] milii granis velut sparsis. Dryitis e truncis arborum: hæc et ligni modo ardet. Cissitis[1] in candido perlucet hederæ foliis,[2] quæ totam tenent. Narcissitis venis et odore[c] distincta.[3] Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit. Pyren[4] ab olivæ nucleo dicta est: huic aliquando inesse piscium spinæ videntur. Chalazias[d] grandinum et candorem et figuram habet,[5] adamantinæ duritiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere suum frigus. Pyritis[e] nigra quidem, sed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis candicat. Astrapiæ[f] in nigro[6] aut cyaneo, discurrunt e medio fulminis radii. In phlogitide[7] [g] intus ardere quædam

CAP. LXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Dryites e runcis . . . Cissites* Gronov. et vulgg. *Dryites truncis, &c.* Vet. Dalec. *Dendrites truncis, &c.* Fuxen.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *collucet hederæ foliis* Gronov. et vulgg. *perlucet h. flosculis* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *venis etiam hederæ distincta* Gronov. et vulgg. Mox, *fresæ fabæ* Vet. Dalec.—4 *Pyrene* cod. Dalec.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et colorem et figuram habet* Gronov. et vulgg. *et figuram et candorem habet* Fuxen. '*Chalaziæ grandinum candorem et figuram et adamantinam duritiem inesse narrant: etiam igni addito* Ms. Lego, *in ignem inditæ.*' Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Astrapiæ in candido* Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *phlegon-*

NOTÆ

ταὼς pavonem sonat.

u *Quam vocari chelidoniam invenio*] Non habent has voces manuscripti codices, quos inspeximus.

a *Arenarum*] Iisdem ferme verbis Solinus c. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 14.

b *Cenchritis*] Κέγχρος *milium* est. Δρῦς *quercus*, unde gemma δρυΐτις. Sed libri quidam *Dendritis* a δένδρον, hoc loco habent. Κίσσος, *hedera;* Κύαμος, *faba;* Πυρὴν, seu πυρήνη, *olivæ nucleus, &c.* In quibusdam Mss. *Pyrene.*

c *Narcissitis venis et odore*] Narcissi videlicet. Dionysius in Perieg. vs. 1031. ἀφεγγέα ναρκισσίτην vocat. Prius legebatur, *Venis etiam hederæ,* contra omnium codicum fidem.

d *Chalazias grandinum et candorem*] Sic Mss. omnes, non *colorem.* Sic et Solinus c. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 10. et Marbodeus c. 18. Albertus denique de Mineral. p. 232.

e *Pyritis*] Ab igne, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, quod ignis instar urit. Priscianus in Periegesi, p. 393. 'Necnon pyrites, digitos qui strictus adurit.' Meminere Isidorus Orig. XVI. 11. Marbodeus c. 50. Solinus c. 37. p. 67. 'Pyrites fulvus est, (lege *furvus,*) tenerique se vehementius non permittit: ac si quando arctiori manu premitur, digitos adurit.'

f *Astrapiæ*] Ἀστραπίαι ab ἀστραπὴ, *coruscatione,* seu *fulgetro.*

g *In phlogitide*] Solinus cap. 37. p.

Digitized by Google

videtur flamma, quæ non exeat. In anthracitide[h] scintillæ discurrere aliquando[8] videntur. Enhydros[i] semper rotunditatis absolutæ, in candore est lævis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ovis liquor. Polytrichos[9][j] in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur. Sunt et a leonis pelle et pantheræ nominatæ, leontios, pardalios. Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota: quamvis plura ejus genera sint.[10] Melichloros[k] est geminus,[11] parte flavus, parte melleus. Crocia,[l] croci.[12] Polia canitiem quandam sparti indicat: eandem duriorem nigra spartopolios. Rhoditis[m] a rosa est.[13] Melitis,[14] mali coloris. Chalcitis, æris. Sycitis,[15] fici. Ratio nominum non est in Borsycite,[16][n] in nigro ra-

tide Gronov. et al. vett.—8 Codd. Dalec. et Fuxen. *Anthracitæ scindiscurrunt aliquando et nigræ.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *veluti in ovis liquor. Polytrix* Gronov. et vulgg. *veluti novus liquor. Polytrix* cod. Dalec. *veluti ovi liquor. Polytrix* Vet. Dalec.—10 Cod. Dalec. *melichron, quamvis plura genera melichrorum sint.*—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Melichloros gemmus* Vet. Dalec. *Melichloron est geminus* Gronov. et vulgg.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Crociam Croci* Gronov. et al. vett. *Crocias acropolita canitiem* Vet. Dalec. Mox, *Sardi indicat* Fuxen. Cardul. Constant. *Sardæ inducit* cod. Dalec. *sparsa inducit* Vet. Dalec.—13 Vet. Dalec. *Rhoditis rosæ:* alii vett. *R. rosei est.* 'τὸ *est* deest in Vet. et sane redundat.' *Dalec.*—14 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Melites* Gronov. et vulgg. Mox, *Chalcitis aërei* cod. Dalec.—15 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sicites* Gronov. et al. vett.—16 Cod. Dalec. *in his Borsycite;* margo edd. Dalec. et Gronov. *in Borosycite;* Dalec. *tu Bostrychite.* Mox, *in nigro ramo* Fuxen. Paulo post, *nec gemite petra velut candidis . . . qua in hydromantia . . . Synochilide qua umbras . . . qua def. sub a. quæ cæ-*

NOTÆ

67. 'Phlogites ostentat intra se quasi flammas æstuantes.' Isidorus Orig. XVI. 13. 'Phlogites ex Perside est, ostentans intra se quasi flammas æstuantes, quæ non exeant.' Φλὸξ Græcis *flammam* sonat.

[h] *In anthracitide*] Ἄνθραξ est Græce *carbo*. Solinus c. 37. p. 67. 'Anthracias coruscat velut scintillantibus stellis.'

[i] *Enhydros*] Ἔνυδρος, *aquosus, madidus*. Nomen ex argumento. Vide Notas et Emend. num. 33.

[j] *Polytrichos*] Πολύτριχος, quasi *capillosa* gemma.

[k] *Melichloros*] Μελίχλωρος geminos in se colores colligit, μελιχρὸν videlicet, *melleum*, et χλωρὸν, *flavum*, seu *luteum*. Isidorus Orig. XVI. 7. 'Melichloros est bicolor,' &c.

[l] *Crocia*] Κρόκος, *crocum*, πολιὸς, *canum*, πολιότης, *canitiem* sonat. De sparto dictum est lib. XIX. sub initium. Glossæ: Σπαρτοπόλιος, *incanus*. Usus ea voce et Pollux lib. IV.

[m] *Rhoditis*] *Rhoditis* a ῥόδον, *melitis* a μῆλον, a χάλκος *chalcitis*, a σῦκον, hoc est, a *fico*, *sycitis*.

[n] *In Borsycite*] Et borsyciten et gemiten barbara esse vocabula indi-

Digitized by Google

mosa, candidis aut sanguineis frondibus: nec gemite, velut in petra candidis manibus inter se complexis. Ananchitide [o] in hydromantia [p] dicunt evocari imagines Deorum: [q] synochitide umbras inferorum evocatas teneri: dendritide [r] alba defossa sub arbore, quæ cædatur, securis aciem non hebetari. Et sunt multo plures, magisque monstrificæ, quibus barbari dedere nomina, confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.[17]

LXXIV. (XII.) Gemmæ nascuntur et repente novæ, ac sine nominibus: ut Lampsaci in metallis aurariis una inventa, quæ propter pulchritudinem Alexandro regi missa fuit,[1] ut auctor est Theophrastus.[a] Cochlides [b] quoque, nunc vulgatissimæ,[2] fiunt verius, quam nascuntur: in Arabia repertis ingentibus glebis, melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque sine intermissione: ita omni terreno,[a] vitiosoque decusso,[3] purgatam puramque glebam, artificum ingenio varie distribui in venas, ductusque macularum,

[a] *Terreno pulvere adhærescente.*

ditur Vet. Dalec.—17 Idem Vet. *illorum mendacia.*

CAP. LXXIV. 1 *Lampsaci unam invenio in met. aur. repertam, quæ, &c. Alex. remissa sit* cod. Dalec.—2 Fuxen. *vulgatissimæ famæ.*—3 Idem cod.

NOTÆ

cat. *Borsycitis* quasi *Borosycitis* dici vult Turnebus Advers. I. 17. p. 18.

[o] *Ananchitide*] Sic Isidorus Orig. XVI. 14. inter superstitiosas gemmas: 'Ananchitide in necromantia dæmonum imagines evocare dicuntur: Synochitide umbras inferorum evocatas tenere dicuntur.' Turnebus Advers. I. 17. pag. 18. mavult *Anancitide*, ab ἀνάγκη, legi, hoc est, a *necessitate*: ut συνοχῖτις a *continendo*. Salmasius in Solinum, p. 1091. Ἀναγωγῖτιν, ἀπὸ τοῦ ἀνάγειν.

[p] *In hydromantia*] Sic Mss. omnes. Isidorus, *necromantia.*

[q] *Imagines Deorum*] Manium videlicet, sive inferorum.

[r] *Dendritide*] Δένδρον *arbor* est: inde gemma δενδρῖτις.

[a] *Theophrastus*] Libro περὶ λίθων. Ἐν Λαμψάκῳ δέ ποτ' ἐν τοῖς χρυσίοις εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς σφόραν σφαγίδων γλαφυρὸν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ, διὰ τὸ περιττόν. *Ac Lampsaci*, inquit, *in aurifodinis inventa est aliquando gemma admiranda, ex qua, cum ad malleum relata esset, sigillum sculptile missum est regi, propter præstantiam.* De Alexandro rege Plinius id accepit, quod fortassis verius de rege Persarum intelligendum fuit, qui βασιλεὺς apud scriptores Græcos κατ' ἐξοχὴν vocabatur.

[b] *Cochlides*] Κοχλίδες, a similitudine *cochlearum.*

Digitized by Google

quam maxime vendibili ratione sectantium:[c] quondamque tantæ magnitudinis fecere,[4] ut equis regum in Oriente frontalia,[d] atque pro phaleris pensilia facerent. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu[5] nitescunt, præcipue Corsici: in omni alio usu acrimoniam[6] abhorrentes.[e] Quæ variæ sunt, et ad novitatem accedere calliditate ingeniorum contigit, ut nomen[7] usitatum non habeant, physes[f] appellant, velut ipsius naturæ admirationem in iis venditantes, cum finis nominum non sit, quæ persequi non equidem cogito, innumera ex Græca vanitate conficta.[8] Indicatis nobilibus gemmis, etiam plebeiis rariorum generum, dictu dignas distinxisse satis erat. Illud modo meminisse[9] conveniet, increscentibus varie maculis ac verrucis, linearumque interveniente multiplici ductu et colore, mutata sæpius[10] nomina in eadem plerumque materia.

LXXV. Nunc communiter ad omnium gemmarum observationem[1] pertinentia dicemus, opiniones secuti auctorum. Cavæ aut extuberantes viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maxime probatur: deinde quæ vocatur lenticula:[g] postea cycloides[2][h] et rotunda: angulosis au-

terræ pulvere decusso; cod. Dalec. *terræ vitiosoque pulvere decusso.*—4 Vet. Dalec. *secantium . . . fuere.* Mox, Fuxen. *in Oriente phaleras facerent.*—5 Cod. Dalec. *gemmæ decoctæ.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *usu acrimonia* cod. Dalec. *usu acriora* Gronov. et vulgg.—7 Fuxen. et Vet. Dalec. *si nomen;* cod. Dalec. *varie ad nov. acc. cal. ing. contingit, ut nomen.* Paulo post, *in iis vendentes . . . non quidem, &c.* cod. Dalec.—8 Vet. Dalec. *innumeris et G. v. confictis.*—9 Fuxen. *immo etiam plebeis rariorum gen. dignas distinxisse satis erit. Illud modo meminisse.* Gronov. et al. ante Harduin. *Illud vero, &c.*—10 Ita cod. Dalec. Harduin. et recentt. *mutari sæpius* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *observationes* Gronov. et al. vett.—2 Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

c *Sectantium*] Forte, *secantium*, hoc est, polientium.

d *Frontalia*] Ornamenta equorum fronti, sive elephantorum, imponi solita. Occurrit vox ea et apud Livium. In Mss. Reg. Colb. et Fux. hæc brevius, *ut equis regum in Oriente phaleras facerent.* Sunt autem phaleræ quævis equorum ornamenta.

e *Acrimoniam abhorrentes*] Sic Mss. omnes. Editi, *acriora acrimoniam.*

f *Physes*] Φύσεις, *naturas*, seu naturæ opera.

g *Lenticula*] An a similitudine lentis aliqua? an ab affinitate cum vasis genere quodam, quod et lenticula appellatur, a figura lentis?

h *Cycloides*] Prius legebatur *cly-*

Digitized by Google

tem minima gratia.[3] Veras a falsis[i] discernendi magna difficultas: quippe cum inventum sit, ex veris gemmis[4][j] in alterius generis falsas traducere. Sardonyches e ternis[k] glutinantur gemmis,[5] ita ut deprehendi ars non possit: aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio, sumtis omnibus in suo genere probatissimis. Quinimmo etiam extant commentarii auctorum, quos non equidem demonstrarim, quibus modis ex crystallo[l] tinguantur smaragdi, aliæque translucentes, sardonyx e sarda, item ceteræ ex aliis. Neque est ulla fraus vitæ lucrosior.

LXXVI. (XIII.) Nos contra rationem deprehendendi falsas demonstrabimus, (quando etiam luxuriam adversus fraudes[1] muniri decet,) præter illa, quæ in principalibus quibusque generibus privatim diximus. Translucentes matutino probari censent: aut, si necesse est, in quartam horam:[m] postea vetant. Experimenta pluribus modis constant. Primum pondere, si graviores sentiuntur: post hæc, corpore. Fictitiis pusulæ in profundo apparent, scabritia in cute, in capillamento fulgoris inconstantia, et prius, quam[2] ad oculos perveniat, desinens nitor. Decussi fragmenti paulum, quod in lamina[n] ferrea teratur, efficacissimum ex-

clypeidos.—3 Ita codd. Harduini, Fuxen. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *angulosis minima gratia* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *et veras gemmas.*—5 Fuxen. *gravatis glutinantur gemmis;* Constant. *grammatiis gemmis.* Gronov. et al. ante Harduin. *e ceraumiis glutinantur gemmis.*

CAP. LXXVI. 1 Vet. Dalec. *fraudem.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Factitiis pustulæ....inconstantia, prius quam* Gronov. et vulgg.—

NOTÆ

peidos, tanquam a similitudine clypei. At displicet hybrida vox. Κυκλοειδὴς magis arrisit. In Mss. omnibus, *clitedos.*

[i] *Veras a falsis*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 14.

[j] *Ex veris gemmis*] Ut ex electro amethystus, smaragdus e crystallo fingitur.

[k] *Sardonyches e ternis*] Vide Notas et Emend. num. 34.

[l] *Quibus modis ex crystallo*] Hoc est, ut Isidorus ait loc. cit. 'quibus modis pro lapide pretiosissimo smaragdo vitrum aut crystallus arte inficiatur, ut fallat oculos sub dolo quædam falsa viriditas,' &c.

[m] *In quartam horam*] Post Solis exortum scilicet: duabus ante meridiem horis.

[n] *Quod in lamina*] Sub lamina teratur. Nam quæ sunt sinceræ, in exiguum pulverem atteruntur.

Digitized by Google

perimento excusant [3] mangones gemmarum. Recusant similiter et limæ probationem. Obsidianæ [4] [o] fragmenta veras gemmas non scarificant.[b] [p] Fictitiæ [q] scarificationes candicantium fugiunt.[5] Tantaque differentia est, ut aliæ ferro scalpi non possint, aliæ nonnisi retuso, verum omnes adamante.[r] Plurimum vero in his [s] terebrarum proficit [6] fervor. Gemmiferi amnes sunt Acesines [7] et Ganges: terrarum autem omnium maxime India.

LXXVII. Et jam peractis omnibus naturæ operibus, discrimen quoddam rerum ipsarum atque terrarum facere conveniat.[1] Ergo in toto orbe, et quacumque cœli convexitas vergit, pulcherrima est omnium, rebusque [2] merito principatum naturæ obtinens, Italia, rectrix parensque mundi altera, viris, fœminis, ducibus, militibus, servitiis, artium præstantia, ingeniorum claritatibus, jam situ ac salubritate cœli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus portuosis, benigno ventorum afflatu, (etenim contingit procurrentis [3] positio in partem utilissimam, et inter ortus occasusque mediam,) aquarum copia, nemorum salubritate,

[b] *Obsidianæ gemmæ fragmenta aliis gemmis poliendis non sunt idonea.*

3 Cod. Dalec. *recusant.*—4 *Obsidiani* Vet. Dalec.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Factitiæ scarificationis candicantiam fugiunt* Gronov. et al. vett. *candicantia* Vet. Dalec. et Bud.—6 Vet. Dalec. *in his attribus proficit.*—7 *Oaxes* Vet. Dalec.

CAP. LXXVII. 1 Cod. Dalec. *convenit.*—2 Vet. Dalec. *omnibusque rebus.* —3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *recurrentis* Gronov. et al. vett. *ex-*

NOTÆ

[o] *Obsidianæ*] De obsidiano lapide, sive gemma, dictum est XXXVI. 67.

[p] *Non scarificant*] Mss. omnes, ut sæpe monuimus, *scarifant.* Sic paulo antea Plinius cap. 65. ostracitidi 'duriori tanta inest vis, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis ejus.' Unde 'scarificare' hoc etiam loco pro *scalpere* accipi non incommode forsan possit.

[q] *Fictitiæ*] Gemmæ scilicet fictitiæ falsæque, quia duritie carent, cælaturam refugiunt candicantium gemmarum, quæ veræ sunt ac præduræ, ut 'Asteria, difficilis ad cælandum,' supra cap. 47.

[r] *Omnes adamante*] Hodieque adamante in minutissimum pulverem contrito ceteras gemmas poliunt gemmarii. Smyride quoque, de quo Diosc. Σμύρις λίθος ἐστὶν, ᾗ τὰς ψήφους οἱ δακτυλιογλύφοι σμήχουσι, *quo gemmas atterunt gemmarum scalptores.* Hesychius: Σμύρις, ἄμμου εἶδος, ᾗ σμήχονται σκληροὶ τῶν λίθων. Nostris, *de l'Emeri.*

[s] *Plurimum vero in his*] In scalpen-

Digitized by Google

montium articulis,[4] [t] ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate. Quicquid est, quo carere vita non debeat, nusquam est præstantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina, vestes, juvenci. Ne equos[5] quidem in trigariis [u] præferri ullos vernaculis [v] animadverto. Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis cessit: et iis nunc in se gravida pro omni dote[6] varios succos et frugum pomorümque sapores fundit. Ab ea, exceptis Indiæ fabulosis, proxime quidem duxerim Hispaniam, quacumque ambitur mari.

currentis Vet. Dalec. *procurrentis* alii vett.—4 Vet. Dalec. *obstaculis.*—5 *Nec equos* Vet. Dalec.—6 Idem Vet. *pro solemni dote.*

NOTÆ

dis gemmis prius calfieri terebras decet.

[t] *Montium articulis*] Saltibus, colliculis.

[u] *In trigariis*] De ea voce diximus XXVIII. 52.

[v] *Vernaculis*] Italicis.

Digitized by Google

cilos, ex ea fit,[w] variantibus guttis. Spongitis spongiæ nomen repræsentat. Synodontitis e cerebro piscium est, qui synodontes[x] vocantur. Syrtides[5 y] in littore Syrtium, jam quidem et in Lucania inveniuntur, e melleo colore croco refulgentes: intus autem stellas continent languidas. Syringitis[z] stipulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.

LXVIII. Trichrus[1 a] ex Africa nigra est, sed tres succos reddit, a radice nitrum, medio sanguinem, summo ochram.[2] Telirrhizos[b] cinerei coloris aut rufi, candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis. Persas, apud quos gignitur, magnopere delectat: muchulam appellant. Thracia[c] trium[3] generum est, viridis, aut pallidior, tertia sanguineis guttis. Tephritis[d] novæ Lunæ speciem habet curvatæ in cornua,[4] quamvis cinerei coloris. Tecolithos[e]



Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Syrtitæ* Gronov. et vulgg. *Syrtites* al. ap. Dalec.

CAP. LXVIII. 1 '*Trichius* cod. Fortassis, *Trichilus*.' Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nigrum, medio sanguineum, summo candidum* Gronov. et vulgg.—3 *Persæ ap. quos gig. eo magnifice delectati. Maculam appellant. Tragia trium* cod. Dalec. *maculamque appellant, &c.* Gronov. et vulgg. *muchul appellant* cod. Reg. Brot. 1. in Indice. Mox, *ac pallidior* Vet. Dalec.—4 Idem codex: *novem Lunæ species habet, et*

NOTÆ

[w] *Sideropœcilos, ex ea fit*] Hoc est, sideritidis alias quidem persimilis est, sed præterea variis est aspersa guttis, unde nomen σιδηροποίκιλος.

[x] *Qui synodontes*] Συνόδοντες Græcis poëtis apud Athenæum lib. I. p. 5. et lib. VII. p. 322. Denticem Latine Gaza reddidit. Et denticem certe piscem cum aurata et mugile laudat Apicius IV. 2. p. 17. Italis *Dentale*: Massiliensibus *Dente*: in Gallia Narbonensi, *Marmo*. Sic Rondeletius V. 19. apud quem iconem piscis hujus vide.

[y] *Syrtides*] Solinus c. 2. p. 16. et Isidorus Orig. XVI. 13. totidem verbis. In Indice *Syrtitis*.

[z] *Syringitis*] Quicquid *fistulosum* est et cavernosum, σύριγγα Græci nuncupant.

[a] *Trichrus*] Τρίχρους a *triplici succo*, seu *colore*. Vide Notas et Emend. num. 30.

[b] *Telirrhizos*] Τελίῤῥιζος, quasi *perfecta radix*. Τελικάρδιος a similitudine *cordis absoluta*. Persæ barbarico nomine *muchulam*, (sic enim ex Indice rescribendum, pro *maculam*,) appellabant.

[c] *Thracia*] Sic libri editi hactenus, et Index ipse. At Mss. hoc loco *Tragia*, a τράγος, quæ vox *hircum* sonat.

[d] *Tephritis*] A colore *cinereo*: τέφρα Græce *cinis*.

[e] *Tecolithos*] Τηκόλιθος, *ab attenuan-*

Digitized by Google

oleæ nucleus videtur:[5] neque est ei gemmæ honos, sed ungentium[6] calculos frangit pellitque.

LXIX. Veneris crinis[f] nigerrimi nitoris continet speciem[1] rufi crinis. Veientana[g] Italica gemma est, Veiis reperta, nigram materiam distinguente limite albo.

LXX. Zanthenem in Media nasci Democritus tradit, electri colore, et si quis terat in vino palmeo, et croco, ceræ modo lentescere,[1] odore magnæ suavitatis. Zmilampis[h] in Euphrate nascitur, Proconnesio marmori similis, medio colore glauco. Zoranisceos[2-i] in Indo flumine nascitur: magorum gemma esse narratur: neque aliud amplius de ea.

LXXI. (XI.) Est etiamnum alia distinctio, quam equidem fecerim, subinde variata expositione. Siquidem a membris corporum[1] habent nomina: hepatitis[2 j] a jocinere: steatitis singulorum animalium adipe numerosa. Adadunephros,[k]

curvata cornua.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *oleæ nucleo similis videtur* Gronov. et al. vett.—6 Ita codd. Dalec. Harduin. et recentt. *sed ægre meientium* Vet. Dalec. *sed sumentium* al. vett. *sed lingentium* Gronov. et vulgg.

CAP. LXIX. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Veneris crines n. n. continet in speciem* Gronov. et vulgg.

CAP. LXX. 1 Vet. Dalec. *lentescentem.*—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et Fuxen. *Zmilaces . . . Zoronisios* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXI. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *corporis* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

NOTÆ

dis in vesica *calculis*, παρὰ τὸ τήκειν τοὺς λίθους. Lapidem Judaicum appellant Dioscorides v. 155. Aëtius II. 19. aliique. Vide Notas et Emend. num. 31.

[f] *Veneris crinis*] Solinus c. 37. p. 67. 'Veneris crinis nitet nigro, internis ductibus ostentans ruforum crinium similitudinem.' Isidorus Orig. XVI. 11. totidem literis atque apicibus Plinium transcripsit. In Indice, *Veneris crines.*

[g] *Veientana*] Iisdem verbis Solinus c. 2. p. 16. Pro *limite albo*, Isidorus loc. cit. dixit *albas intermicantes notas*, minus recte.

[h] *Zmilampis*] Sic Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. Fux. Vet. Dalec. &c. Solino tamen, c. 37. p. 66. *Zmilanthis.* Isidoro Orig. XVI. 14. *Zmilianicius.* Libri hactenus vulgati, *Zmilaces.*

[i] *Zoranisceos*] Sic Mss. modo citati. Index, *Zoramea*, et *Zoronisceos.*

[j] *Hepatitis*] Ἧπαρ *jecur*, στέαρ *adipem* sonat.

[k] *Adadunephros*] Tergeminam hoc loco gemmam intelligimus: Ἀδάδου νεφρὸν, Ἀδάδου ὀφθαλμὸν, Ἀδάδου δάκτυλον, *Adadi renes, Adadi oculum, Adadi* denique *digitum.* Fuit autem

ejusdem oculus, ac digitus Dei: et hic colitur a Syris.[3] Triophthalmos cum onyche nascitur, tres hominis oculos simul exprimens.

LXXII. Ab animalibus[l] cognominantur, carcinias marini cancri colore, echitis viperæ, scorpitis scorpionis aut colore, aut effigie,[m] scaritis scari piscis, triglitis mulli, ægophthalmos[n] caprino oculo: item alia[1] suillo:[o] et a gruis collo[p] geranitis, hieracitis accipitris. Aëtitis a colore aquilæ candicante[2] cauda.[q] Myrmecitis[r] innatam repentis formicæ effigiem habet, scarabæorum cantharias. Lycophthalmos[s] quatuor est colorum, ex rutilo sanguinea:[3] in medio nigrum candido cingitur,[4] ut luporum oculi, illis per omnia similis. Taos[t] pavoni est similis, item aspidi quam vocari chelidoniam invenio.[5][u]

edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Hepatites* Gronov. et vulgg.—3 Gronov. et al. ante Harduin. *ejusdem oculus dicitur: Deus et hic colitur Syris;* Vet. Dalec. *et ejusdem, &c.* cod. Dalec. *a Syris.*

CAP. LXXII. 1 'Pro *item alia*, Ms. *hemalia;* fortassis *hyalia*, ἀπὸ τῆς ὑός.' *Dalec.*—2 'Ms. *candidata:* leg. *candida.*' Dalec.—3 Cod. Dalec. *sanguineo.* —4 Cod. Dalec. *cingit.*—5 Vet. Dalec. *et testudini quam vocant cheloniam.* (alii ap. Dalec. *Aspiditen.*) *Rerum similitudo, &c.*

NOTÆ

Adadus unus e priscis illis Syrorum regibus, cujus Sacra Hebræorum Historia meminit. Hunc Syri ob merita consecratum in cœlitum numerum retulerunt. Immo Jovem ipsum, Solemve ab Assyriis eo signari nomine, auctor est Macrobius Saturn. I. 18. Etiam et Phryges, si fides Hesychio, divinis eum honoribus coluere: 'Αδαδοῦς θεός τις παρὰ Φρυξὶ καλεῖται, ἑρμαφρόδιτος. Vide Notas et Emend. num. 32.

[l] *Ab animalibus*] Quorum hæc videlicet nomina. Καρκῖνος, *cancer;* Ἔχις, *vipera;* Σκόρπιος, *scorpius;* Σκάρος, *scarus;* Τρίγλα, *mullus;* Αἴξ, *capra;* Γέρανος, *grus;* Ἱέραξ, *accipiter, &c.* Carciniæ lapidis meminit Isidorus Orig. XVI. 14. Echitæ Solinus c. 37. p. 67. 'Echites vipereas habet maculas,' et Isidorus loc. cit. ubi et scorpitæ mentio.

[m] *Aut colore, aut effigie*] Isidorus Orig. XVI. 14. 'et colore et effigie.'

[n] *Ægophthalmos*] Isidorus loco citato.

[o] *Item alia suillo*] Ὑόφθαλμος.

[p] *A gruis collo*] Sic libri omnes. Rectius tamen forte *colore*, nisi colli ipsius colorem intelligas, quod sane verum videtur.

[q] *Aquilæ candicante cauda*] E secundo aquilarum genere, de quo Plinius X. 3. ubi de aquilis: 'Secundi generis pygargus, albicante cauda.'

[r] *Myrmecitis*] Μύρμηξ *formica* est, κάνθαρος *scarabæus.* De myrmecite lapide totidem verba facit Solinus c. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 14.

[s] *Lycophthalmos*] Isidorus loc. cit. Λυκόφθαλμος, *oculus lupi*, intelligitur.

[t] *Taos*] Isidorus loc. cit. Græce

LXXIII. Arenarum[a] similitudo est in hammochryso, velut auro arenis mixto. Cenchritis[b] milii granis velut sparsis. Dryitis e truncis arborum: hæc et ligni modo ardet. Cissitis[1] in candido perlucet hederæ foliis,[2] quæ totam tenent. Narcissitis venis et odore[c] distincta.[3] Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit. Pyren[4] ab olivæ nucleo dicta est: huic aliquando inesse piscium spinæ videntur. Chalazias[d] grandinum et candorem et figuram habet,[5] adamantinæ duritiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere suum frigus. Pyritis[e] nigra quidem, sed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis candicat. Astrapiæ[f] in nigro[6] aut cyaneo, discurrunt e medio fulminis radii. In phlogitide[7] [g] intus ardere quædam

CAP. LXXIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Dryites e runcis . . . Cissites* Gronov. et vulgg. *Dryites truncis, &c.* Vet. Dalec. *Dendrites truncis, &c.* Fuxen.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *collucet hederæ foliis* Gronov. et vulgg. *perlucet h. flosculis* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *venis etiam hederæ distincta* Gronov. et vulgg. Mox, *fressæ fabæ* Vet. Dalec.—4 *Pyrene* cod. Dalec.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et colorem et figuram habet* Gronov. et vulgg. *et figuram et candorem habet* Fuxen. '*Chalaziæ grandinum candorem et figuram et adamantinam duritiem inesse narrant: etiam igni addito* Ms. Lego, *in ignem inditæ.*' Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Fuxen. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Astrapiæ in candido* Gronov. et vulgg.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *phlegontaòs pavonem* sonat.

NOTÆ

[u] *Quam vocari chelidoniam invenio*] Non habent has voces manuscripti codices, quos inspeximus.

[a] *Arenarum*] Iisdem ferme verbis Solinus c. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 14.

[b] *Cenchritis*] Κέγχρος *milium* est. Δρῦς *quercus*, unde gemma δρυῖτις. Sed libri quidam *Dendritis* a δένδρον, hoc loco habent. Κίσσος, *hedera;* Κύαμος, *faba;* Πυρὴν, seu πυρήνη, *olivæ nucleus, &c.* In quibusdam Mss. *Pyrene.*

[c] *Narcissitis venis et odore*] Narcissi videlicet. Dionysius in Perieg. vs. 1031. ἀφεγγέα ναρκισσίτην vocat. Prius legebatur, *Venis etiam hederæ,* contra omnium codicum fidem.

[d] *Chalazias grandinum et candorem*] Sic Mss. omnes, non *colorem.* Sic et Solinus c. 37. p. 67. et Isidorus Orig. XVI. 10. et Marbodeus c. 18. Albertus denique de Mineral. p. 232.

[e] *Pyritis*] Ab igne, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, quod ignis instar urit. Priscianus in Periegesi, p. 393. 'Necnon pyrites, digitos qui strictus adurit.' Meminere Isidorus Orig. XVI. 11. Marbodeus c. 50. Solinus c. 37. p. 67. 'Pyrites fulvus est, (lege *furvus,*) tenerique se vehementius non permittit: ac si quando arctiori manu premitur, digitos adurit.'

[f] *Astrapiæ*] Ἀστραπίαι ab ἀστραπὴ, *coruscatione,* seu *fulgetro.*

[g] *In phlogitide*] Solinus cap. 37. p.

Digitized by Google

videtur flamma, quæ non exeat. In anthracitide[h] scintillæ discurrere aliquando[8] videntur. Enhydros[i] semper rotunditatis absolutæ, in candore est lævis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ovis liquor. Polytrichos[9][j] in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur. Sunt et a leonis pelle et pantheræ nominatæ, leontios, pardalios. Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota: quamvis plura ejus genera sint.[10] Melichloros[k] est geminus,[11] parte flavus, parte melleus. Crocia,[l] croci.[12] Polia canitiem quandam sparti indicat: eandem duriorem nigra spartopolios. Rhoditis[m] a rosa est.[13] Melitis,[14] mali coloris. Chalcitis, æris. Sycitis,[15] fici. Ratio nominum non est in Borsycite,[16][n] in nigro ra-

tide Gronov. et al. vett.—8 Codd. Dalec. et Fuxen. *Anthracitæ scindiscurrunt aliquando et nigræ.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *veluti in ovis liquor. Polytrix* Gronov. et vulgg. *veluti novus liquor. Polytrix* cod. Dalec. *veluti ovi liquor. Polytrix* Vet. Dalec.—10 Cod. Dalec. *melichron, quamvis plura genera melichrorum sint.*—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Melichloros gemmus* Vet. Dalec. *Melichloron est geminus* Gronov. et vulgg.—12 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Crociam Croci* Gronov. et al. vett. *Crocias acropolita canitiem* Vet. Dalec. Mox, *Sardi indicat* Fuxen. Cardul. Constant. *Sardæ inducit* cod. Dalec. *sparsa inducit* Vet. Dalec.—13 Vet. Dalec. *Rhoditis rosæ:* alii vett. *R. rosei est.* '*τὸ est* deest in Vet. et sane redundat.' *Dalec.*—14 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Melites* Gronov. et vulgg. Mox, *Chalcitis aërei* cod. Dalec.—15 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Sicites* Gronov. et al. vett.—16 Cod. Dalec. *in his Borsycite;* margo edd. Dalec. et Gronov. *in Borosycite;* Dalec. *tu Bostrychite.* Mox, *in nigro ramo* Fuxen. Paulo post, *nec gemite petra velut candidis . . . qua in hydromantia . . . Synochilide qua umbras . . . qua def. sub a. quæ cæ-*

NOTÆ

67. 'Phlogites ostentat intra se quasi flammas æstuantes.' Isidorus Orig. XVI. 13. 'Phlogites ex Perside est, ostentans intra se quasi flammas æstuantes, quæ non exeant.' Φλὸξ Græcis *flammam* sonat.

[h] *In anthracitide*] Ἄνθραξ est Græce *carbo.* Solinus c. 37. p. 67. 'Anthracias coruscat velut scintillantibus stellis.'

[i] *Enhydros*] Ἔνυδρος, *aquosus, madidus.* Nomen ex argumento. Vide Notas et Emend. num. 33.

[j] *Polytrichos*] Πολύτριχος, quasi *capillosa* gemma.

[k] *Melichloros*] Μελίχλωρος geminos in se colores colligit, *μελιχρὸν* videlicet, *melleum,* et *χλωρὸν, flavum,* seu *luteum.* Isidorus Orig. XVI. 7. 'Melichloros est bicolor,' &c.

[l] *Crocia*] Κρόκος, *crocum, πολιὸς, canum, πολιότης, canitiem* sonat. De sparto dictum est lib. XIX. sub initium. Glossæ: Σπαρτοπόλιος, *incanus.* Usus ea voce et Pollux lib. IV.

[m] *Rhoditis*] *Rhoditis* a *ῥόδον, melitis* a *μῆλον,* a *χάλκος chalcitis,* a *σῦκον,* hoc est, a *fico, sycitis.*

[n] *In Borsycite*] Et borsyciten et gemiten barbara esse vocabula indi-

Digitized by Google

mosa, candidis aut sanguineis frondibus: nec gemite, velut in petra candidis manibus inter se complexis. Ananchitide[o] in hydromantia[p] dicunt evocari imagines Deorum:[q] synochitide umbras inferorum evocatas teneri: dendritide[r] alba defossa sub arbore, quæ cædatur, securis aciem non hebetari. Et sunt multo plures, magisque monstrificæ, quibus barbari dedere nomina, confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.[17]

LXXIV. (XII.) Gemmæ nascuntur et repente novæ, ac sine nominibus: ut Lampsaci in metallis aurariis una inventa, quæ propter pulchritudinem Alexandro regi missa fuit,[1] ut auctor est Theophrastus.[a] Cochlides[b] quoque, nunc vulgatissimæ,[2] fiunt verius, quam nascuntur: in Arabia repertis ingentibus glebis, melle excoqui tradunt septenis diebus noctibusque sine intermissione: ita omni terreno,[a] vitiosoque decusso,[3] purgatam puramque glebam, artificum ingenio varie distribui in venas, ductusque macularum,

[a] *Terreno pulvere adhærescente.*

ditur Vet. Dalec.—17 Idem Vet. *illorum mendacia.*

CAP. LXXIV. 1 *Lampsaci unam invenio in met. aur. repertam, quæ, &c. Alex. remissa sit* cod. Dalec.—2 Fuxen. *vulgatissimæ famæ.*—3 Idem cod.

NOTÆ

cat. *Borsycitis* quasi *Borosycitis* dici vult Turnebus Advers. I. 17. p. 18.

[o] *Ananchitide*] Sic Isidorus Orig. XVI. 14. inter superstitiosas gemmas: 'Ananchitide in necromantia dæmonum imagines evocare dicuntur: Synochitide umbras inferorum evocatas tenere dicuntur.' Turnebus Advers. I. 17. pag. 18. mavult *Anancitide*, ab ἀνάγκη, legi, hoc est, a *necessitate*: ut συνοχῖτις a *continendo*. Salmasius in Solinum, p. 1091. Ἀναγωγῖτιν, ἀπὸ τοῦ ἀνάγειν.

[p] *In hydromantia*] Sic Mss. omnes. Isidorus, *necromantia.*

[q] *Imagines Deorum*] Manium videlicet, sive inferorum.

[r] *Dendritide*] Δένδρον *arbor* est: inde gemma δενδρῖτις.

[a] *Theophrastus*] Libro περὶ λίθων. Ἐν Λαμψάκῳ δέ ποτ' ἐν τοῖς χρυσίοις εὑρέθη θαυμαστὴ λίθος, ἐξ ἧς ἀνενεχθείσης πρὸς σφύραν σφαγίδων γλαφυρὸν ἀνεπέμφθη βασιλεῖ, διὰ τὸ περιττόν. *Ac Lampsaci*, inquit, *in aurifodinis inventa est aliquando gemma admiranda, ex qua, cum ad malleum relata esset, sigillum sculptile missum est regi, propter præstantiam.* De Alexandro rege Plinius id accepit, quod fortassis verius de rege Persarum intelligendum fuit, qui βασιλεὺς apud scriptores Græcos κατ' ἐξοχὴν vocabatur.

[b] *Cochlides*] Κοχλίδες, a similitudine *cochlearum.*

Digitized by Google

quam maxime vendibili ratione sectantium :[c] quondamque tantæ magnitudinis fecere,[4] ut equis regum in Oriente frontalia,[d] atque pro phaleris pensilia facerent. Et alias omnes gemmæ mellis decoctu[5] nitescunt, præcipue Corsici : in omni alio usu acrimoniam[6] abhorrentes.[e] Quæ variæ sunt, et ad novitatem accedere calliditate ingeniorum contigit, ut nomen[7] usitatum non habeant, physes[f] appellant, velut ipsius naturæ admirationem in iis venditantes, cum finis nominum non sit, quæ persequi non equidem cogito, innumera ex Græca vanitate conficta.[8] Indicatis nobilibus gemmis, etiam plebeiis rariorum generum, dictu dignas distinxisse satis erat. Illud modo meminisse[9] conveniet, increscentibus varie maculis ac verrucis, linearumque interveniente multiplici ductu et colore, mutata sæpius[10] nomina in eadem plerumque materia.

LXXV. Nunc communiter ad omnium gemmarum observationem[1] pertinentia dicemus, opiniones secuti auctorum. Cavæ aut extuberantes viliores videntur æqualibus. Figura oblonga maxime probatur : deinde quæ vocatur lenticula :[g] postea cycloides[2][h] et rotunda : angulosis au-

terræ pulvere decusso ; cod. Dalec. *terræ vitiosoque pulvere decusso.*—4 Vet. Dalec. *secantium . . . fuere.* Mox, Fuxen. *in Oriente phaleras facerent.*—5 Cod. Dalec. *gemmæ decoctæ.*—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *usu acrimonia* cod. Dalec. *usu acriora* Gronov. et vulgg.—7 Fuxen. et Vet. Dalec. *si nomen ;* cod. Dalec. *varie ad nov. acc. cal. jug. contingit, ut nomen.* Paulo post, *in iis vendentes . . . non quidem, &c.* cod. Dalec.—8 Vet. Dalec. *innumeris et G. v. confictis.*—9 Fuxen. *immo etiam plebeis rariorum gen. dignas distinxisse satis erit. Illud modo meminisse.* Gronov. et al. ante Harduin. *Illud vero, &c.*—10 Ita cod. Dalec. Harduin. et recentt. *mutari sæpius* Gronov. et vulgg.

CAP. LXXV. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *observationes* Gronov. et al. vett.—2 Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

[c] *Sectantium*] Forte, *secantium*, hoc est, polientium.

[d] *Frontalia*] Ornamenta equorum fronti, sive elephantorum, imponi solita. Occurrit vox ea et apud Livium. In Mss. Reg. Colb. et Fux. hæc brevius, *ut equis regum in Oriente phaleras facerent.* Sunt autem phaleræ quævis equorum ornamenta.

[e] *Acrimoniam abhorrentes*] Sic Mss. omnes. Editi, *acriora acrimoniam.*

[f] *Physes*] Φύσεις, *naturas,* seu naturæ opera.

[g] *Lenticula*] An a similitudine lentis aliqua ? an ab affinitate cum vasis genere quodam, quod et lenticula appellatur, a figura lentis ?

[h] *Cycloides*] Prius legebatur *cly-*

Digitized by Google

tem minima gratia.[3] Veras a falsis[i] discernendi magna difficultas: quippe cum inventum sit, ex veris gemmis[4][j] in alterius generis falsas traducere. Sardonyches e ternis[k] glutinantur gemmis,[5] ita ut deprehendi ars non possit: aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio, sumtis omnibus in suo genere probatissimis. Quinimmo etiam extant commentarii auctorum, quos non equidem demonstrarim, quibus modis ex crystallo[l] tinguantur smaragdi, aliæque translucentes, sardonyx e sarda, item ceteræ ex aliis. Neque est ulla fraus vitæ lucrosior.

LXXVI. (XIII.) Nos contra rationem deprehendendi falsas demonstrabimus, (quando etiam luxuriam adversus fraudes[1] muniri decet,) præter illa, quæ in principalibus quibusque generibus privatim diximus. Translucentes matutino probari censent: aut, si necesse est, in quartam horam:[m] postea vetant. Experimenta pluribus modis constant. Primum pondere, si graviores sentiuntur: post hæc, corpore. Fictitiis pusulæ in profundo apparent, scabritia in cute, in capillamento fulgoris inconstantia, et prius, quam[2] ad oculos perveniat, desinens nitor. Decussi fragmenti paulum, quod in lamina[n] ferrea teratur, efficacissimum ex-

clypeidos.—3 Ita codd. Harduini, Fuxen. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *angulosis minima gratia* Gronov. et vulgg.—4 Vet. Dalec. *et veras gemmas.*—5 Fuxen. *gravatis glutinantur gemmis;* Constant. *grammatiis gemmis.* Gronov. et al. ante Harduin. *e ceramiis glutinantur gemmis.*

CAP. LXXVI. 1 Vet. Dalec. *fraudem.*—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Factitiis pustulæ....inconstantia, prius quam* Gronov. et vulgg.—

NOTÆ

peidos, tanquam a similitudine clypei. At displicet hybrida vox. Κυκλοειδὴς magis arrisit. In Mss. omnibus, *clitedos.*

[i] *Veras a falsis*] Hæc totidem verbis Isidorus Orig. XVI. 14.

[j] *Ex veris gemmis*] Ut ex electro amethystus, smaragdus e crystallo fingitur.

[k] *Sardonyches e ternis*] Vide Notas et Emend. num. 34.

[l] *Quibus modis ex crystallo*] Hoc est, ut Isidorus ait loc. cit. 'quibus modis pro lapide pretiosissimo smaragdo vitrum aut crystallus arte inficiatur, ut fallat oculos sub dolo quædam falsa viriditas,' &c.

[m] *In quartam horam*] Post Solis exortum scilicet: duabus ante meridiem horis.

[n] *Quod in lamina*] Sub lamina teratur. Nam quæ sunt sinceræ, in exiguum pulverem atteruntur.

Digitized by Google

perimento excusant [3] mangones gemmarum. Recusant similiter et limæ probationem. Obsidianæ [4] [o] fragmenta veras gemmas non scarificant.[b] [p] Fictitiæ [q] scarificationes candicantium fugiunt.[5] Tantaque differentia est, ut aliæ ferro scalpi non possint, aliæ nonnisi retuso, verum omnes adamante.[r] Plurimum vero in his [s] terebrarum proficit [6] fervor. Gemmiferi amnes sunt Acesines [7] et Ganges: terrarum autem omnium maxime India.

LXXVII. Et jam peractis omnibus naturæ operibus, discrimen quoddam rerum ipsarum atque terrarum facere conveniat.[1] Ergo in toto orbe, et quacumque cœli convexitas vergit, pulcherrima est omnium, rebusque [2] merito principatum naturæ obtinens, Italia, rectrix parensque mundi altera, viris, fœminis, ducibus, militibus, servitiis, artium præstantia, ingeniorum claritatibus, jam situ ac salubritate cœli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus portuosis, benigno ventorum afflatu, (etenim contingit procurrentis [3] positio in partem utilissimam, et inter ortus occasusque mediam,) aquarum copia, nemorum salubritate,

[b] *Obsidianæ gemmæ fragmenta aliis gemmis poliendis non sunt idonea.*

3 Cod. Dalec. *recusant.*—4 *Obsidiani* Vet. Dalec.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Factitiæ scarificationis candicantiam fugiunt* Gronov. et al. vett. *candicantia* Vet. Dalec. et Bud.—6 Vet. Dalec. *in his attribus proficit.*—7 *Oaxes* Vet. Dalec.

CAP. LXXVII. 1 Cod. Dalec. *convenit.*—2 Vet. Dalec. *omnibusque rebus.* —3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *recurrentis* Gronov. et al. vett. *ex-*

NOTÆ

[o] *Obsidianæ*] De obsidiano lapide, sive gemma, dictum est XXXVI. 67.

[p] *Non scarificant*] Mss. omnes, ut sæpe monuimus, *scarifant.* Sic paulo antea Plinius cap. 65. ostracitidi 'duriori tanta inest vis, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis ejus.' Unde 'scarificare' hoc etiam loco pro *scalpere* accipi non incommode forsan possit.

[q] *Fictitiæ*] Gemmæ scilicet fictitiæ falsæque, quia duritie carent, cælaturam refugiunt candicantium gemmarum, quæ veræ sunt ac prædura, ut 'Asteria, difficilis ad cælandum,' supra cap. 47.

[r] *Omnes adamante*] Hodieque adamante in minutissimum pulverem contrito ceteras gemmas poliunt gemmarii. Smyride quoque, de quo Diosc. Σμύρις λίθος ἐστὶν, ᾗ τὰς ψήφους οἱ δακτυλιογλύφοι σμήχουσι, *quo gemmas atterunt gemmarum scalptores.* Hesychius: Σμύρις, ἄμμου εἶδος, ᾗ σμήχονται σκληροὶ τῶν λίθων. Nostris, *de l'Emeri.*

[s] *Plurimum vero in his*] In scalpen-

Digitized by Google

montium articulis,[4] [t] ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate. Quicquid est, quo carere vita non debeat, nusquam est præstantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina, vestes, juvenci. Ne equos[5] quidem in trigariis[u] præferri ullos vernaculis[v] animadverto. Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis cessit: et iis nunc in se gravida pro omni dote[6] varios succos et frugum pomorumque sapores fundit. Ab ea, exceptis Indiæ fabulosis, proxime quidem duxerim Hispaniam, quacumque ambitur mari.

currentis Vet. Dalec. *procurrentis* alii vett.—4 Vet. Dalec. *obstaculis.*—5 *Nec equos* Vet. Dalec.—6 Idem Vet. *pro solemni dote.*

NOTÆ

dis gemmis prius calfieri terebras decet.

[t] *Montium articulis*] Saltibus, colliculis.

[u] *In trigariis*] De ea voce diximus XXVIII. 52.

[v] *Vernaculis*] Italicis.

Digitized by Google

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XXXVII.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

---

1. Cap. i. *Profecto inter molles viros durasset cognomen Magni, si prima victoria sic triumphasses*] Sic totidem apicibus ac syllabis Reg. 2. Colb. 3. aliique Mss. Quibus verbis cum subsit sententia paulo reconditior, nec statim legentibus obvia, Pliniani interpolatores hactenus ita edidere: *Quam profecto,* vel *Quod profecto inter illos viros durasset, &c.*

2. Ibid. *Reipublicæ, et quæstoribus, qui oram maris defendissent, datum mille talentum: militibus singulis sena millia sestertium*] Nusquam grassata liberius, quam in hunc locum, editorum audacia: sic enim typi hactenus vulgati: *Reipublicæ datum mille talentum: legatis et quæstoribus, qui oras maris defendissent, H-S. bina millia: commilitibus singulis quinquaginta.* Quis unquam in Latina lingua *commilites* audiit? Nos exemplarium vetustissimorum integerrimorumque secuti sumus fidem, inprimis Reg. 2. et Colb. 3. in quibus totidem syllabis et apicibus locus hic exhibetur, quot repræsentamus: neque in iis modo, sed et in illis quos Budæus inspexit, de Asse lib. iii. fol. 82. De portione certe præmiorum, quæ sunt militibus singulis distributa, ad eorum codicum fidem, quos secuti sumus, accedit auctoritas Appiani ac Plutarchi, a quibus illud ipsum memoriæ traditum est. Ille enim de Bellis Mithrid. pag. 252. iste in Pompeio, pag. 642. *viritim singulis collatas* aiunt *drachmas Atticas mille et quingentas, καθ' ἕκαστον ἄνδρα χιλίας πεντακοσίας Ἀττικὰς δραχμάς.* Sunt autem drachmæ seu denarii M. D. sena millia sestertium, ut liquet.

3. Cap. vii. *Primusque Pompeius lapides et pocula ex eo triumpho Capitolino Jovi dicavit: quæ protinus ad hominum usum transiere, abacis etiam escariisque vasis inde expetitis*] A codicum fide et conspirante consensu non discedimus, Reg. 2. Colb. 3. vetere Dalecampii exemplari, aliisque. Typi hactenus vulgati id exhibent solum: *Pompeius sex pocula:* insigni admodum interpolatione: nam e sex poculis abacos et vasa escaria, id quod statim affirmatur a Plinio, conflata unquam, aut conflari unquam posse, quis credat?

4. Cap. ix. *Oriens et hanc mittit, quoniam Indicæ nulla præfertur*] Sic Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique. Libri

Digitized by Google

hactenus editi, *sed Indicæ nulla præfertur*: male. Sententia est, etiam in Oriente gigni crystallum, idque vel ex eo argumento constare, quod vulgo crystallo Indicæ nulla præfertur.

5. Ibid. *Et in Lusitania nasci.... Ammaënsibus jugis*] Prius legebatur, *immensis jugis*. In Mss. Reg. 2. et Colb. 3. *Annensibus* et *Amnensibus jugis*. Salmasius in Solinum, pag. 407. *Lunensibus jugis* legi conjiciebat posse, quoniam, credo, Σελήνης ὄρος, *Lunæ promontorium* in Lusitania Ptolemæus agnoverit: satis audaci conjectura. Adjicit idem posse scribi *Anensibus*, ut de jugis intelligatur, unde Ana fluvius oritur, perinde quasi in Lusitania is, non in Hispania citeriore oriatur, ut diximus III. 2. pag. 288. Ammienses, sive Ammaënses in Lusitania populos novimus appellatos, IV. 35. Hinc juga Ammaënsia.

6. Ibid. *Ideo caloris impatiens, nonnisi frigido potui addicitur*] Libri hactenus vulgati, *nisi frigido potu abdicatur*. At Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliique, ut edidimus. Adjuvat et Solinus cap. 15. pag. 36. de crystallo: 'Multus ad pocula destinatur, quamlibet nihil aliud quam frigidum pati possit.'

7. Cap. xi. *Affirmatur a Germanis ideo maxime appetitam provinciam: et inde advectos primum quos Græci maçatos vocabant. Famam rei fecere proximæ Pannoniæ, id accipientes circa mare Adriaticum*] Nec syllabam, nec apicem quidem manuscriptis codicibus Reg. 2. Colb. 3. aliisque adjicimus aut detrahimus. Fecere id audacius, qui Plinium aut edidere primum, aut emendare deinde conati sunt. Parmensis editio: *Affertur a Germanis in Pannoniam, mox per provinciam. Inde Veneti primum quos Græci Henetos vocant, rei famam fecere. Proximæ Pannoniæ id accipientes circa mare Adriaticum.* Aliæ mox secutæ: *Affertur a Germanis in Pannoniam maxime provinciam. Inde Veneti primum, quos Græci Henetos vocant, rei famam fecere, proximi Pannoniæ, &c.* Salmasius in Solin. p. 235. *Affertur a Germanis in Pannoniam, ideo maxime appetitam provinciam: et inde ad Venetos primum, quos Græci Henetos vocabant. Hi rei famam fecere proximi Pannoniæ, &c.* Quam ista nobis frigida, quam alieno loco posita videntur, *quos Græci Henetos vocabant!* et mox, *proximi Pannoniæ!* In Mss. ut apparet, nulla Venetorum mentio est, nulla apud Solinum, qui hunc locum exscripsit, cap. 20. pag. 40. Neque vero vocem hanc *macatos* deploratam nescimus: sed repræsentari tamen vel sic a nobis oportuit, quibus religio est vel latum unguem a codicum antiquorum fide desciscere: hanc enim omnes clare præ se ferunt. Et spes est fortasse fore ut ex iis vestigiis, quæ sincera vox ibi delitescat, felicior aliquis aliquando conjector eruat.

8. Cap. xii. *Ceterum attritu digitorum accepta caloris anima trahunt in se paleas, &c.*] In Mss. Reg. 2. et Colb. 3. *accepta vi caloris attrahunt, &c.* Tamen vulgatæ lectioni favet Isidorus, qui exscripsisse ad verbum integra fide hunc locum videtur Orig. XVI. 8. 'Vocari autem,' inquit, 'a quibusdam harpaga, eo quod attritu digitorum accepta caloris anima, folia paleasque .... rapiat, sicut magnes ferrum.' Mox vero, ubi prius legebatur, *ac folia arida, ac philyras, ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoque ejus in oleo addita flagrant dilucidius, diutiusque, quam lini medulla*, eosdem secuti codices ad suum nitorem plane hunc locum restituimus, ut cuivis singula expendenti constabit.

9. Cap. xv. *Ceteris pallor argenti, et in auro nonnisi excellentissimo natales. Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum ... Unum ex iis vocant cenchron, &c.*] Libri hactenus editi insulse, *ceteris pallor gentis*. Alii, *pal-*

lor ingens, reponere nitebantur. Reg. 2. et Colb. 3. *ceteris pallidior argento et auro.* Salmasius in Solinum, pag. 1094. *ceteris pallidior ad argentum, et in auro ... natales*, ut hæc ad Arabicum adamantem referantur, de quo proxime antea sermo fuit. Mox idem, *incudibus is deprehenditur, ita respuens ictum, &c.* Quæ sunt omnia a scriptoris mente admodum abhorrentia: nam Arabicum primum adamantem *similiter* atque Indicum *nasci* ante prodidit, hoc est, *non in auro, sed quadam crystalli cognatione:* ceterisque generibus communes deinceps dotes eas esse velle, palloris nimirum argentei, viriumque incudibus indomitarum, aperte prodit, cum subjicit, *Unum ex iis vocant cenchron*, ex iis scilicet generibus, quæ generatim modo complectitur, dotibus assignatis, quæ sunt omnibus iis communes. Errandi argumentum et causam Salmasio Solinus objecit, c. 52. p. 82. ubi posteaquam de Indico adamante dixit, Arabico neglecto, transiliit ad unum e reliquis generibus, de quo sic ille: 'Huic proximus, in excellentissimo auro deprehenditur, pallidior, ac magis ad argenti colorem renitens.' Quæ Salmasius ad Arabicum adamantem, quem Plinius Indico proximum facit, pertinere credidit. Sed adamantis genera Plinius, quam Solinus, plura agnovit: iste quaterna tantum: sena ille, ac diversa.

10. Ibid. *In Cypro vergens in aërium colorem*] Ita clare Colb. 3. In aliis *æreum*, errore minime dubio. Epiphanius de Gemmis, p. 230. *Ὁ λίθος δ ἀδάμας ἐμφερὴς ἐστι κατὰ τὴν χροιὰν τῷ ἀέρι.* Et p. 231. *Ὃς ἦν δ δηλωθεὶς ἀδάμας, τὴν χροιὰν ἀερίζων.* Hoc loco corruptis Plinii codicibus usum Solinum intelliges, qui et *æreum* legit et æreum adamantem commentus est, et Cyprum pro cupro, sive pro ære interpretatus est. 'Tertius,' inquit c. 52. p. 82. 'in venis cupri apparet, propior ad æream faciem.' Similemque alium subtexit errorem, cum eum quem Plinius sideriten dixit, quod ferrei sit coloris, ipse in ferrariis officinis colligi somniavit. 'Quartus,' inquit, 'in metallis ferrariis legitur, pondere ceteros antecedens,' &c.

11. Cap. xviii. *Omnium horum etiamnum vitium, quod fellis colorem, aut æris habet*] Prius legebatur, *aut aëris.* Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. alii, *æris olei* exhibent, credo mendose. Æris certe colos fellis est colori affinis. Et Marbodeus de Lapid. Pret. c. 54. de smaragdis: 'Sunt et qui venis nasci perhibentur in æris, Quos maculis vitiosa notat natura smaragdi.' Rubiginis æris habere viriditatem ait Albertus M. de Mineral. ii. 2. p. 237. 'et qui in venis æris nascuntur, maculosos, quod admixturam habent cum illo lapide.'

12. Cap. xxi. *Atque in pretiosissimarum gemmarum gloria compositi, maxime inenarrabilem difficultatem dederunt*] Sic totidem apicibus syllabisque codices Mss. omnes, Reg. 2. Colb. 3. aliique: neque quicquam est ea oratione planius: nihil tamen obscurius, si libros hactenus vulgatos sequare, qui locum hunc sic temeratum prodigiose referunt: *Atque ideo eis pretiosissimam gloriam compositores gemmarum, et maxime inenarrabilem difficultatem dederunt.*

13. Cap. xxiii. *Radice nigra, aut cæruleum imitante, et ungue minium, incretum candore in minium transeunte*] Locum hunc interpolatores Pliniani in libris hactenus editis sic vitiarunt: *et unguem: creditum enim candido pingui, &c.* Reg. 2. Colb. 3. Vet. Dalec. ceterique: *et ungue minium creditum candido, &c.* Nos a Mss. codicum fide non discedimus, nisi qua vitiati ipsi merito credi possunt, *incretumque* pro *credito* scribimus, auctore Isidoro, qui Orig. xvi. 8. de sardonyche, ex hoc Plinii loco haud dubie epitomen faciens, ex sinceriore exemplari: 'Constat autem,' inquit, 'tribus coloribus:

Digitized by Google

subterius nigro, medio candido, superius mineo.' Marbodeus similiter de Lapid. Pret. cap. 56. de sardonyche: 'Tres capit ex binis unus lapis iste colores: Albus, et hinc niger est, rubeus supereminet albo.' Uterque, ut apparet, ungui, seu superiori et extimæ lapidis parti minii colorem assignat, mediæ sive intimæ candidum, quod minio subsit. Plinius ipse cap. 75. sardonychi tergeminum colorem adjudicat, nigrum, candidum, minium.

14. Cap. xxv. *Carbunculi.... cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam acausti vocati*] Prius legebatur, *apyroti vocati.* Parmensis editio, *apyrustæ.* Antiqua codicum veterum lectio, ipso Barbaro teste, *acrusti:* nos *acausti,* ἄκαυστοι scripsimus, Theophrasto auctore περὶ λίθων, p. 4. Ἄκαυστοι ὅλως, κ. τ. λ. Inanis Salmasii conjectura in Solin. p. 277. legentis, *pyropi.*

15. Cap. xxxiii. *Apud Sacas et Dahas*] Permutato verborum ordine in Reg. 2. et Colb. *Sacas apud Dahas* legitur. At in libris hactenus editis corrupte ex gemina voce una conflatur, *ac Asdatas.*

16. Ibid. *In Carmania*] Sic libri omnes vulgati, ut opinor, recte. Nihilominus Mss. omnes, *in Germania.* Quin et Solinus, cap. 20. p. 41. postquam de succino Germaniæ egit, 'In Germaniæ continentibus,' inquit, 'Callaica reperitur, quam gemmam Arabicis anteponunt.' Isidorus item Orig. xvi. 7. 'Nascitur in India, vel Germania, in rupibus gelidis, oculi modo extuberans.' Verum cum *equestres populos* harum gemmarum scrutatores Plinius paulo mox appellat, Carmanos potius quam Germanos quivis, credo, cordatus intelligat.

17. Cap. xxxvi. *Non translucet molochites, spissius virens, et crassius quam smaragdus*] Has postremas voces, *et crassius quam smaragdus,* adjecimus nunc primum, non solum admonitu codicum Reg. 2. Colb. 3. Fux. &c. sed et Isidori hunc locum ita reddentis, Orig. xvi. 7. 'Molochites spissius virens, et crassior quam smaragdus, a colore malvæ nomen accepit: in reddendis laudata signis. Nascitur in Arabia.' Solini pariter, cap. 33. p. 63. 'Et molochiten Arabs invenit, virentem crassius quam smaragdus, contra infantum pericula ingenita vi resistentem.' Sed et mox quoque ex eorundem codicum et auctorum fide addidimus, *Nascitur in Arabia,* quæ voces a libris omnibus editis aberant.

18. Cap. xxxix. *In sapphiris enim aurum punctis collucet cæruleis. Sapphirorum quæ cum purpura, optimæ apud Medos: .... Quæ sunt ex iis cyanei coloris, mares existimantur*] Hæc totidem syllabis apicibusque repræsentamus, quot sunt in codicibus Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et aliis: mire in libris editis hactenus interpolata: *Sapphirus enim et aureis punctis collucet. Cæruleæ et sapphiri, raroque cum purpura. Optimæ apud Medos, &c.* Quæ in hujus interpretatione loci Salmasius in Solin. pag. 132. σφάλματα committit, nec enumerare vacat, nec refellere. Sed neque Isidoro crede, Orig. xvi. 9. hunc Plinii de sapphiro locum ex depravatis exemplaribus describenti.

19. Cap. xl. *Causam nominis afferunt, quod usque ad vini colorem non accedunt: priusquam enim degustent, in violam desinit fulgor. Aliqua siquidem in illis purpura, non ex toto in igneum, sed in vini colorem deficiens*] Locum hunc integra fide ex Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et aliis repræsentamus. Prius legebatur: *Quod usque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in violam desinat: fulgorque quidam in illa purpuræ, non ex toto igneus, &c.* Nostris exemplaribus favet Isidorus, Orig. xvi. 9. 'Causam nominis ejus asserunt, quia sit quiddam in purpura illius, non ex toto igneum, sed vini colorem habens.'

Digitized by Google

20. Cap. xlvi. *Et quidam vini ac croci nitor, semper extremus in visu: sed purpura coronatus, et his pariter omnibus*] Prius legebatur: *Et quidam vini aureus nitor .... sed purpura coronatus, madere singulis videtur his, et pariter omnibus.* Ex interpolantium scilicet officina. In Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. *vini aurei nitor:* cetera, uti edidimus. At vini aurei nitorem, vinumve aureum, qui viderit, requiro. Nos interim *vini ac croci* rescripsimus, indubitata emendatione, cujus auctor Solinus cap. 33. pag. 64. dum ex hoc Plinii loco epitomen facit: 'In pæderote,' inquit, 'congruit quicquid eximium est, quadam decoris prærogativa: crystallinum lucet, rubet purpura, in orarum extimis corona croceа, velut e liquido renidente: hac suavitate oculos afficit, visum illicit, detinet intuentes.'

21. Cap. li. *In Carmania nascens*] Sic libri omnes editi. At Mss. ut cap. 33. sic et ista, *in Germania nascens.* Sic Plinii simius et transcriptor Solinus cap. 20. pag. 41. ubi postquam de succino Germaniæ disputavit, subjicit statim: 'Cerauniorum porro genera diversa sunt: Germanicum candidum est: splendet tamen cærulo: et si sub divo habeas, fulgorem rapit siderum.' Marbodeus similiter cap. 22. de ceraunia: 'Crystallo similem Germania mittere fertur, Cæruleo tantum infectum, rutiloque colore.' Certior his omnibus auctor Albertus M. de Mineral. pag. 232. 'Iris,' inquit, 'lapis est crystallo similis, et est ut frequentius hexagonus. Dicit autem Evax, quod ex Arabia venit, et in mari Rubro nascitur. Nos autem invenimus maximam copiam horum lapidum in montibus Germaniæ, qui sunt inter Rhenum fluvium et Treverensem civitatem: et diversæ quantitatis omnes sunt hexagoni.'

22. Cap. liv. *Vocatur enim iaspachates*] Prius legebatur in Plinianis libris vulgatis, *passachates,* insulse. In Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliisque, *pæpsachates.* Nos certissima conjectura, *iaspachates* rescripsimus, non Aëtii modo, quem in prioribus Notis laudavimus, auctoritate nixi, sed et vetustioris, Orphei, iaspachaten describentis, et sardachaten, tit. Ἀχάτης, vs. 3. Πολλὰ μὲν οὖν ῥέα γ' ἐστὶν Ἀχάτου χρώματ' ἰδέσθαι· Ἐν γάρ οἱ δήεις ὀρόων θάλλοντ' Ἴασπιν, Σάρδια δ' αἱματόεντα, καὶ αἰγλήεντα μάραγδον.

23. Cap. lvi. *Cappadocia in Phrygia nascitur, ebeni similis*] Sic totidem syllabis Mss. omnes. Qui Plinio edendo hactenus navarunt operam, cum gemmæ nomen esse Cappadociam non intelligerent, id quod ex Indice discere eos oportebat, ita scripsere: *In Cappadocia et in Phrygia nascitur, ebori similis.*

24. Ibid. *Circos, accipitri*] Subintellige, similis est, ex antecedente sententia. Libri omnes hactenus editi: *Circos pyris.* Turnebus Advers. xxviii. 36. pag. 1021. conjiciebat, *spiris,* hoc est, circulis, quod circum appellari gemmam intelligeret. At vocibus Græcis fere gemmæ omnes redduntur a Plinio, non Latinis. Mss. Reg. 2. Colb. 3. et alii, *Circos acapiri.* Unde indubitatam lectionem eruimus, *Circos accipitri.* Nam κίρκον ex accipitrum genere esse, qui cum vulpibus inimicitias gerat naturæ repugnantia, quis ignorat, qui Græcas literas vel labris ultimis degustarit?

25. Cap. lix. *Galactitis ex Nilo, colore lactis est ... Mittit eam et Achelous amnis*] Prius legebatur, *Galactites ex vivo colore lactis est.* Mss. *ex imo.* Nos certissima conjectura, *ex Nilo.* Auctor sic emendandi, Solinus primum, cap. 7. pag. 22. ubi de galactite: 'Quem post Nilum,' inquit, 'Achelous dat, nec alter alius.' Albertus M. de Mineral. pag. 232. 'Galactites lapis est similis cineri, et secundum plurimum invenitur in Nilo et Acheloo fluviis. Hic tritus dat

Digitized by Google

saporem lactis: et succus ejus in ore clausus turbat mentem,' &c. Isidorus Orig. xvi. 10. 'Mittunt eam Nilus et Achelous amnis,' &c. Marbodeus denique, cap. 31. 'Hunc mittit Nilus, producit et hunc Achelous. Hunc lapidem, cineri similem, Galactida dicunt. Lactis dat succum tritus, lactisque saporem. Sed turbat mentes, et clausus in ore liquescit.'

26. Ibid. *Gorgonia nihil aliud est, quam corallium: nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur. Emollit maria. Fulminibus et typhoni resistere affirmant*] Sic libri omnes, sive publici, sive conditivi. Ut inanis Salmasii emendatio videatur, ita legentis in Solinum, pag. 90. *in duritiam lapidis mutatur e molli marina*, quod nec Plinianam quoque orationem resipit, et aberrat a mente scriptoris. Expressit eam satis accurate Marbodeus de Lap. Pret. cap. de Corallio, quod esse idem cum Gorgonia Plinius ipse admonuit: 'Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit, A rate, vel tecto.'

27. Cap. lxii. *Leucopœcilos candorem lineis ex auro distinguit*] Prius legebatur, *Leucopetalos candorem nivis ex aureo distinguit*. Reg. 2. et Colb. 3. *Leucopetilos*, ceteraque uti edidimus. In Indice, *Leucopœcilos*, quod nomen sincerum est, ex argumento candoris cum lineis ex auro alternati, ut variegata ποικίλος, seu multicolor gemma videatur.

28. Cap. lxiii. *Morochitis porracea, lacte sudat*] Ita rescripsimus ope codicum Reg. 2. Colb. 3. et Indicis, in quo *Morochites*, non, ut in libris vulgatis, *Merocles*. Moroxus idem et Leucographis appellatur ab Aëtio de Re Med. ii. 16. pag. 51. et a Galeno quoque: subviridis ipse quidem, sed ubi cote vel asperiore indumento teritur, aperte candicans. Codex Ms. Τῶν δὲ εἰς χυλὸν ἀναλυομένων, ἔστι καὶ ὁ κατ' Αἴγυπτον γινόμενος λίθος, ᾧ χρῶνται στιλπνοῦντες τὰς ὀθόνας, ὃν τινες μόροξον, οἱ δὲ λευκογραφίδα καλοῦσιν· ὑπόχλωρος γὰρ γενόμενος οὗτος, εἰ παρατριβείη ἀκόνῃ καὶ ἱματίῳ τραχυτέρῳ, λευκαίνει τὸν τόπον. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. ix. pag. 255. Dioscoridi v. 152. Λίθος μόροχθος, ὃν ἔνιοι γαλαξίαν, κ. τ. λ.

29. Cap. lxvi. *Ponticarum plura sunt genera. Est stellata nunc sanguineis, nunc auratis guttis, &c.*] Prius legebatur, *atris guttis*. At Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et alii, *auratis*. In quibusdam etiam *aureis*. Solinus hunc locum exscribens, cap. 13. pag. 33. 'Mittit Pontus et gemmas,' inquit, 'quas a patria Ponticas diximus, genere diverso: quippe aliæ aureas, aliæ sanguineas habent stellas: et eæ quidem inter sacras habentur,' &c. Isidorus item Orig. xvi. 12. 'Ponticæ a Ponto dicuntur: genere diverso: nunc sanguineis, nunc auratis guttis micantes: aliæ habentes stellas: aliæ longis colorum ductibus lineatæ.'

30. Cap. lxviii. *Trichrus ex Africa nigra est: sed tres succos reddit, a radice nitrum, medio sanguinem, summo ochram*] Prius legebatur: *a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum*. Nos sincera fide totidem syllabis apicibusque locum repræsentamus, quot sunt in Mss. Reg. 2. Colb. 3. Vet. Dalec. aliisque. Adjuvat ex parte Isidorus, Orig. xvi. 11. 'Tricuus,' inquit, (lege 'Trichrus') 'ex Africa nigra est: sed tres succos reddit: a radice nigrum, (scribe, 'nitrum:') medio sanguinem: e summo ocreæ,' lege 'ochræ.'

31. Ibid. *Tecolithos oleæ nucleus videtur .... sed ungentium calculos frangit, pellitque*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. vet. Dalec. aliique: a quibus discedunt libri hactenus vulgati, in quibus, *oleæ nucleo similis*, et mox, *sed lingentium* legebatur. Equidem non eo inficias, tritum hunc lapidem potumque, prodesse calculosis, cum id diserte proditum a Dioscoride intel-

Digitized by Google

ligam, v. 155. a Solino, cap. 37. pag. 67. Alberto M. de Mineral. pag. 229. Marbodeo de Lapid. Pret. cap. 60. Prisciano in Periegesi, pag. 393. aliisque : et linctu sive in ecligmate sumta medicamenta complura auxiliari ægris scio. Verum hoc loco, aut lingi commode dictum a Plinio, quod tritum hauriri potu oporteat, aut non *unguentium*, quod Mss. omnes præ se ferunt, defendi oportere, id vero pertinaciter nego. Secutus enim Necepson Plinius videtur, quem in Indice sæpius appellat: qui, ut refert Aëtius de Re Med. II. 19. pag. 51. tecolithum lapidem, quem et Judaicum, et Syriacum appellat, tritum ait potumque ex aqua calida renum quidem calculos pellere: sed ad vesicæ calculos inutile esse : subactum tamen ex aqua ad glutini consistentiam, atque abrasis pilis pubi applicatum, frangere ac comminuere ipsos vesicæ calculos. Sic ille ex Ms. Græco : *Ἔστι δὲ τῶν ἐν νεφροῖς συνισταμένων λίθων δραστήριος, ἀνιέμενος ἐπ᾽ ἀκόνης, καὶ ποτιζόμενος δι᾽ ὕδατος θερμοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν κύστει λίθων οὐδὲν ἰσχυρὸν ἀνύει· ὁ δὲ Νεκεψώ φασι, περὶ τὴν κύστιν καὶ τὸ αἰδοῖον κατάχριε, καὶ τήκει τὸν λίθον τὸν ἐν τῇ κύστει.*

32. CAP. LXXI. *Adadunephros, ejusdem oculus, ac digitus Dei : et hic colitur a Syris*] Prius legebatur corruptissime : *Adadunephros ejusdem oculus dicitur: Deus et hic colitur Syris.* Sic triplex gemma in unicam conflabatur. In Reg. 2. *ejusdem oculus, digitus Dei, et hic colitur a Syris.* Nos adjecta vocula *ac* suum Plinianæ orationi nitorem sensumque reddidimus. Sic et Indicem hujusce loci refinximus : *Adadunephros, Adaduophthalmos, Adadudactylos:* cum in Mss. legeretur admodum vitiose : *Adaduenepros, Adaduophthalmos, Adaduosoculus.*

33. CAP. LXXIII. *Enhydros semper rotunditatis absolutæ, in candore est lævis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ovis liquor*] Sic libri omnes editi. At in Mss. Reg. 2. Colb. 3. Vet. Dalec. ceterisque, *novus liquor.* Et sane nihil de ovo Solinus cap. 37. pag. 67. 'Enhydros exsudat,' inquit, 'ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem.' Nihil Isidorus, qui Solinum exscripsit, Orig. XVI. 13. Nihil denique Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 28.

34. CAP. LXXV. *Sardonyches e ternis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi ars non possit : aliunde candido, aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio, &c.*] Prius legebatur, *Sardonyches e ceramiis.* Mss. Reg. 2. Colb. 3. *e granatis.* Alterum interpolantium conjectura, vitio amanuensium alterum temere oblatum. Nos *e ternis,* tum ex conjectura, quod sequantur proxime tergemini ii colores, qui simul glutinati sardonychem repræsentare dicuntur, tum auctore Isidoro, locum hunc Plinii exscribente, ex sincerioribus, ut apparet, exemplaribus, Orig. XVI. 14. 'Quippe cum inventum sit,' inquit, 'ex vero genere alterius in alia falsa transducere : ut sardonyches quæ trinis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint: fingunt enim eas ex diverso genere, nigro, candido, minioque colore.' Et sane tres eos colores sardonychum proprios esse Plinius ipse admonuit cap. 23.

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM

QUI VEL IN INDICE VEL TOTO OPERE A PLINIO APPELLANTUR.

A.

Accius, sive, ut alii malunt, *Attius:* utramque scripturam approbant inscriptiones veteres apud Gruterum. Prænomen ei Lucius fuit. Floruit Olymp. CLX. anno U. C. DCXV. belli Numantini temporibus. Tragœdiarum scriptor haud ignobilis. Pacuvio seni, ipse 50. annis junior, sua scripta Tarenti recitavit. Laudatur Accius in Pragmaticis a Gellio XX. 3. p. 1110. quod opus illud ipsum est, quod a Plinio Praxidicum appellatur, tum in Indice lib. XVIII. tum cap. 55. ejusdem libri. Scripsit et Annales carmine, quorum Macrobius meminit Saturn. I. 7. p. 221. Horum librum XXVII. citat Festus, verbo 'Metelli.'

Accius Plautus. Vide *Plautus.*

Acta Triumphorum. Videntur esse eæ Tabulæ Consulares et Triumphales, quarum fragmenta extant apud Onuphrium Panvinium. Auctorem illarum sunt qui Verrium Flaccum putent, de quo nos inferius: etsi ille Tiberii principatu obiit.

Acta Populi Rom. Lib. VIII. cap. 61. Acta Senatus laudat Sueton. in Augusto, c. 5. Acta publica, in Caligula, c. 8.

Acta temporum Augusti. Lib. VII. cap. 11.

Adimantus. 'Αδείμαντος Straboni lib. XIII. p. 589. Patria Lampsacenus.

Ælius Stilo. Hominem doctum, et Varronis Magistrum appellat hunc Gellius XVI. 8. p. 883. et Sosipater lib. I. p. 64. Eum Cicero adolescens audivit. Prænomen ei Lucius fuit: cognomen duplex, teste Suetonio de Illustr. Gramm. c. 3. p. 119. Nam et Præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, hoc est, præco fuerat, vocabatur: et Stilo sive Stylo, quod Orationes nobilissimo cuique scribere solebat. Meminit utriusque cognominis Plinius XXXIII. 6. Passim a Festo citatur.

Ælius. In Indice lib. XIV. et XV. et XIV. 15. tres Jurisconsulti simul a Plinio memorantur, Scævola, Ælius, Atteius Capito: quorum meminit Pomponius, Dig. I. tit. de Origine Juris. Sextus Ælius hic vocatur. Scripsit

Digitized by Google

Digitized by Google

Aglosthenes, contracte sic appellatus a Polluce IX. 6. p. 437. Ἀγλωσθένης pro Ἀγλαοσθένης: in Plinianis libris hactenus corrupte Æglosthenes et Ædosthenes dictus. Historiam Rerum Naxicarum conscripsit, ut auctor est Hyginus in Poët. Astron. lib. II. cap. de Arcto minore, fol. 58. et cap. de Aquila, p. 67. Incertæ ætatis scriptor.

Agriopas. Olympionicas scripsisse dicitur: tum in Indice lib. VIII. tum cap. 34. ejusdem libri. In codicibus Mss. quos vidi, tum in Indice, tum libri octavi cap. proxime appellato, Acopas modo, modo Cepas scribitur: atque ita retinent vetustæ editiones omnes usque ad Gelenium, qui suorum codicum fide Agriopam se dicit rescripsisse. Erit igitur Doricum nomen, Ἀγριώπας, ut Γοργώπας, pro Ἀγριωπὸς, Γοργωπός.

Agrippa, cui prænomen Marcus Vipsanius fuit, Augusti Cæsaris amicus et gener. Orbem terrarum in tabula spectandum proposuisse dicitur a Plinio III. 3. quam ipse secutum se profitetur.

Agrippina Claudii. Cæsaris illa Germanici et Agrippinæ Marco Agrippa natæ filia, Augusti proneptis, Cn. Domitii primum, et Passieni, tum Claudii Imp. conjux: mater Neronis. Meminit illius commentariorum de Vita sua, Tacitus Annal. IV. p. 118. et Plinius VII. 6.

Alcæus, qui Alcaico carmini nomen dedit: cujus 'minaces Camœnas' appellat Horatius IV. Od. 9. 7.

Alexander Magnus. Hujus Ephemerides sive Diarium citat Plutarchus in ejus Vita p. 706. Epistolas idem, p. 688. Libros de Herbis vetus interpres libri Physico-medici, qui Kiranidum Kirani Persarum regis falso inscribitur, p. 2. Circumfertur ejusdem Epistola ad Aristotelem de Mirabilibus Indiæ.

Alexander Polyhistor. Vide *Cornelius Alexander*.

Alfius Flavius, Cestii auditor, M. Senecæ æqualis, Tiberii temporibus floruit, ut liquet ex Controversia XIV. p. 127. De bello Carthaginiensi scripsisse, auctor est Festus, verbo 'Mamertini,' p. 8.

Amometus. De Attacoris Indiæ populis editum ab eo volumen Plinius testatur VI. 20. Eundem a Memphi ad Isidis fontem navigasse, Antigonus Carystius Hist. Mirabil. c. 164. Meminit ejusdem Ælianus de Animal. XVII. 6. et Sotion in Excerptis de Fluminibus et Fontibus, p. 140.

Amphilochus Athenæus, a Varrone et Columella cap. 1. operis sui, inter probatissimos Rusticæ Rei scriptores nominatur. Edidisse de Avena et Cytiso volumen, auctor est Plinius XVIII. 43.

Anacreon Teius poëta dictus ex urbe Ioniæ Teo. Floruit Olymp. LXII. ut scribit Euseb. in Chron. Scripta ejus omnia, si Odaria quædam exceperis, quæ extant hodieque, injuria temporum perierunt. Laudat Anacreontem ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῆς, *in libro de Re Herbaria*, Nicandri Scholiastes in Theriacis, pag. 28.

Anaxilaus. De eo Hieronymus in Chron. p. 154. 'Anaxilaus,' inquit, 'Larissæus, Pythagoricus, et Magus, ab Augusto Urbe Italiaque pellitur.' Medicus insignis fuit, qui ludicra quædam faceret, non maleficis artibus, sed arcanis quibusdam viis, quæ causæ ignaros rei novitate stupidos detineret. Refert ex iis quædam Plinius XXVIII. 49. et XXXV. 50. Anaxilai Παίγνια

Digitized by Google

Digitized by Google

Antigenes. Et hic a Plutarcho loco proxime citato inter scriptores Rerum Alexandri M. nominatur.

Antigonus Cymæus. Patria ei Cyme Æolidis fuit: unde cognomen. A Varrone et Columella de Re Rust. I. 1. inter scriptores Rei Rusticæ annumeratus. Est et alter ejusdem nominis

Antigonus, quem de toreutice, hoc est, de cælatoria arte, scripsisse auctor est Plinius in Indice l. XXXIII. Carystius ille est, cujus extant Historiarum Mirabilium Collectanea. Hunc περὶ πινάκων, hoc est, *de Tabulis* pictorum, scripsisse Laërtius in Chrysippo, p. 209. de Pictura Plinius idem XXXV. 36. de arte sua, hoc est, de Statuaria, idem XXXIV. 19. de Historia Italica Festus, verbo 'Romam:' de aliis denique alii fortassis tradiderunt.

Antipater. Lucius Cælius Antipater dictus est: certus Romanæ Historiæ auctor, inquit Valer. Max. I. 7. p. 54. Lucii Crassi magister, inquit Cicero in Bruto, p. 545. scripsit historiam ad L. Ælium Stilonem, Varronis magistrum, quam tanti fecisse M. Brutus dicitur, ut ex ea Epitomen fecerit. Auctor Cicero Epist. ad Attic. XIII. 8. p. 399.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ ἐν τῷ περὶ ζώων laudatur a Schol. Apollonii ad lib. II. vs. 89 qui ab illo diversus est; est enim ille *Antipater*, quem inter externos scriptores laudat Plinius in Indice lib. VIII. qui totus est de animalium Historia: Panætii, de quo sæpe Tullius, magister: Tiberio Graccho æqualis, Patria Rhodius.

Antistius, Labeo cognominatus. Scripsit Commentaria juris Pontificii, quæ Festus citat. Proconsulem Narbonensis Provinciæ fuisse, auctor est Plinius XXXV. 7. Oblatum ab Augusto Consulatum aspernatus est, quo studiis plurimum operam daret, ut scribit Pompon. Digest. I. tit. 2. Orig. Juris, § 47. ubi eum quadringenta volumina (alii *quadraginta* legunt ex Gellio XIII. 10. p. 671.) reliquisse testatur. Libros ejus XV. de Disciplinis Etruscis, aliosque, citat Fulgentius de Prisco Sermone, n. 4. Hujus arbitrio legendum Senatum Augustus permiserat, inquit Dio lib. LIV. p. 531.

Antisthenes. Non ille quidem Laërtio notus, aliisve scriptoribus: sed ab iis omnibus, qui eodem censentur nomine, plane diversus: quem de pyramidibus Ægypti scripsisse Plinius est auctor XXXVI. 17. de cujus ætate dicemus in Butorida.

Antonius Castor, vir Græcus, sed quod Romanos diligeret, civitate donatus, et Philoromæus appellatus. Deiotari Galatarum Regis, pro quo orationem habuit ad Cæsarem Tullius, filiam duxit. Scripsit de Nilo, *de Temporum Ignoratione*, τὰ Χρονικὰ Ἀγνοήματα, uti ex Apollodoro discimus lib. II. de Diis, p. 75. Romana etiam Instituta cum Pythagoricis contulit, teste Plutarcho in Quæst. Rom. p. 266. Et de Plantis edidisse volumina aliquot, ex Plinio ipso conjicimus, XX. 66.

Apelles, quem laudat Plinius in Indice lib. XXXI. et XXXII. Medicus is est, Thasius a patria cognominatus, cujus meminit et Galenus de Antidotis II. 8. pag. 910. et κατὰ γένη, V. 14. pag. 799. Hunc Gesnerus in Bibliotheca cum Apelle pictore male confundit, quando hunc Thasium facit: quem errorem secutus est et Reinesius Var. Lect. II. 6.

Apelles alter Cous a patria dictus, pictor fama insignis, cujus Vita, Scripta, Picturæ a Plinio XXXV. 36. prolixe narrantur.

Digitized by Google

Digitized by Google

645. *De Coronis et Unguentis*, περὶ Στεφάνων καὶ Μύρων, librum scripsit, unde Myronides est appellatus apud Athen. lib. xv. p. 691. Ex ejus libro *de Unguentis* Plinius multa transcribit xiii. 2. ut ibi diximus in Notis. Is est fortassis, quem a patria Memphitem appellat Cælius Aurel. iii. 8. fol. 274.

Apollonius Pitanæus, in Indice lib. xxix. a Pitane Laconici agri oppido cognomen accepit. An ille sit Apollonius, quem ἐν πρώτῳ τῶν Ὑπομνημάτων citat Apollonii Schol. ad i. 430. haud satis compertum.

Apollophanes Medicus, et idem fortasse Vates, cujus Comœdias laudat Athenæus lib. iv. p. 114. et lib. xi. p. 485.

Aquila, cui Julius prænomen fuit. Scripsit hic de Cultura Vitium librum singularem teste Columella, inquit Simlerus in Epitome Gesneri: sed Julium Atticum, credo, voluit dicere: nam de Julio Aquila ne γρῦ quidem apud Columellam. De Etrusca Disciplina scripsisse auctor est Plinius in Indice lib. xi.

Aratus, Solensis e Cilicia fuit, natus Olymp. circiter cxxiv. Scripsit Phænomena et Astrologica. In Medicina quoque quæ ad Anatomen et Compositionem Theriacorum attinent: Ὀστολογίαν, *de Ossibus*; Ἰατρικὰς Δυνάμεις, *de Medicis Facultatibus*; Διοσημείας, *de Ostentis*: Ἀνθρωπογονίαν, *de Hominum Generatione*; aliaque, quæ commemorat auctor ipsius Vitæ, quam Petavius edidit, p. 268. et 410. in Uranologio. Arati Κανόνα laudat Achilles Tatius in Phænom. cap. 19. p. 138.

Archelaus Rex, Cappadociæ nimirum, ut auctor est Plinius xxxvii. cap. 11. et 25. ubi quæ ex Archelao refert de Gemmis, ex eo libro depromta esse certum est, quem περὶ Λίθων, *de Lapidibus*, scriptum ab eo ait Plut. de Flumin. p. 1153. In nummo vetere, ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΡΧΕΛΑΟΥ. ΦΙΛΟΡ .... hoc est, Φιλορωμαίου, quod et aliis ante eum Cappadociæ regibus, Ariarathi et Ariobarzani, attributum cognomen fuisse, alii ante nos viderunt: Archelao, nos primi in eo nummo deprehendimus.

Archelaus, de quo Plinius in Indice lib. xxviii. quem Scholiastes Nicandri ad Theriaca p. 88. laudat ἐν τοῖς διφυέσι, hoc est, in libro de iis quæ sunt ancipitis naturæ, quo ex libro refert ea quæ ad murænarum coitum cum serpentibus attinent. Scripsit et Epigrammata ad Ptolemæum regem, de mira animalium natura, ut auctor est Antigonus Carystius Histor. Mirab. p. 23. ubi hunc fuisse patria Ægyptium docet: atque ab eo proinde diversum quem Χερρονησίτην fuisse Athenæus ait lib. ix. p. 409. ubi eum laudat in Ἰδιοφυέσι, hoc est, in eo opere quo agit de rebus quæ singulis in locis propria gignuntur.

Archibius. Scripsit ad Antiochum Regem, teste Plinio xviii. 70. Laudatur a Galeno κατὰ γένη, v. 14. p. 798.

Archidemus Medicus. Hujus extant capita aliquot de Mulomedicina, inter Veterinariæ Medicinæ scriptores Basileæ editos an. 1537.

Archimachus. Conscripsit hic rerum Euboicarum libros, quorum tertium citat Athenæus lib. iii. p. 264. et Clemens Alex. Strom. lib. i. Itaque de patria sua scripsit; Straboni enim lib. x. p. 465. Ἀρχέμαχος ὁ Εὐβοεὺς appellatur. Ætatis incertæ.

Archimedes, Syracusius, Arithmetices, Geometriæ, atque Astronomiæ peritia insignis; de quo alii satis multa.

Archytas Tarentinus, inter scriptores Rei Rusticæ Varroni et Columellæ

Digitized by Google

20. CAP. XLVI. *Et quidam vini ac croci nitor, semper extremus in visu: sed purpura coronatus, et his pariter omnibus*] Prius legebatur: *Et quidam vini aureus nitor .... sed purpura coronatus, madere singulis videtur his, et pariter omnibus.* Ex interpolantium scilicet officina. In Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. *vini aurei nitor:* cetera, uti edidimus. At vini aurei nitorem, vinumve aureum, qui viderit, requiro. Nos interim *vini ac croci* rescripsimus, indubitata emendatione, cujus auctor Solinus cap. 33. pag. 64. dum ex hoc Plinii loco epitomen facit: 'In pæderote,' inquit, 'congruit quicquid eximium est, quadam decoris prærogativa: crystallinum lucet, rubet purpura, in orarum extimis corona crocea, velut e liquido renidente: hac suavitate oculos afficit, visum illicit, detinet intuentes.'

21. CAP. LI. *In Carmania nascens*] Sic libri omnes editi. At Mss. ut cap. 33. sic et ista, *in Germania nascens.* Sic Plinii simius et transcriptor Solinus cap. 20. pag. 41. ubi postquam de succino Germaniæ disputavit, subjicit statim: 'Ceauniorum porro genera diversa sunt: Germanicum candidum est: splendet tamen cærulo: et si sub divo habeas, fulgorem rapit siderum.' Marbodeus similiter cap. 22. de ceraunia: 'Crystallo similem Germania mittere fertur, Cæruleo tantum infertum, rutiloque colore.' Certior his omnibus auctor Albertus M. de Mineral. pag. 232. 'Iris,' inquit, 'lapis est crystallo similis, et est ut frequentius hexagonus. Dicit autem Evax, quod ex Arabia venit, et in mari Rubro nascitur. Nos autem invenimus maximam copiam horum lapidum in montibus Germaniæ, qui sunt inter Rhenum fluvium et Treverensem civitatem: et diversæ quantitatis omnes sunt hexagoni.'

22. CAP. LIV. *Vocatur enim iaspachates*] Prius legebatur in Plinianis libris vulgatis, *passachates*, insulse. In Mss. Reg. 2. Colb. 3. aliisque, *peaspachates.* Nos certissima conjectura, *iaspachates* rescripsimus, non Aëtii modo, quem in prioribus Notis laudavimus, auctoritate nixi, sed et vetustioris, Orphei, iaspachaten describentis, et sardachaten, tit. Ἀχάτης, vs. 3. Πολλὰ μὲν οὖν ῥέα γ' ἐστὶν Ἀχάτου χρώματ' ἰδέσθαι· Ἐν γὰρ αἱ δήεις ὀρόων θάλλοντ' Ἰασπιν, Σάρδια δ' αἱματόεντα, καὶ αἰγλήεντα μάραγδον.

23. CAP. LVI. *Cappadocia in Phrygia nascitur, ebeni similis*] Sic totidem syllabis Mss. omnes. Qui Plinio edendo hactenus navarunt operam, cum gemmæ nomen esse Cappadociam non intelligerent, id quod ex Indice discere eos oportebat, ita scripsere: *In Cappadocia et in Phrygia nascitur, ebori similis.*

24. Ibid. *Circos, accipitri*] Subintellige, similis est, ex antecedente sententia. Libri omnes hactenus editi: *Circos pyris.* Turnebus Advers. XXVIII. 36. pag. 1021. conjiciebat, *spiris*, hoc est, circulis, quod circum appellari gemmam intelligeret. At vocibus Græcis fere gemmæ omnes redduntur a Plinio, non Latinis. Mss. Reg. 2. Colb. 3. et alii, *Circos acapiri.* Unde indubitatam lectionem eruimus, *Circos accipitri.* Nam κίρκον ex accipitrum genere esse, qui cum vulpibus inimicitias gerat naturæ repugnantia, quis ignorat, qui Græcas literas vel labris ultimis degustarit?

25. CAP. LIX. *Galactitis ex Nilo, colore lactis est ... Mittit eam et Achelous amnis*] Prius legebatur, *Galactites ex vivo colore lactis est.* Mss. *ex imo.* Nos certissima conjectura, *ex Nilo.* Auctor sic emendandi, Solinus primum, cap. 7. pag. 22. ubi de galactite: 'Quem post Nilum,' inquit, 'Achelous dat, nec alter alius.' Albertus M. de Mineral. pag. 232. 'Galactites lapis est similis cineri, et secundum plurimum invenitur in Nilo et Acheloo fluviis. Hic tritus dat

Digitized by Google

saporem lactis: et succus ejus in ore clausus turbat mentem,' &c. Isidorus Orig. xvi. 10. 'Mittunt eam Nilus et Achelous amnis,' &c. Marbodeus denique, cap. 31. 'Hunc mittit Nilus, producit et hunc Achelous. Hunc lapidem, cineri similem, Galactida dicunt. Lactis dat succum tritus, lactisque saporem. Sed turbat mentes, et clausus in ore liquescit.'

26. Ibid. *Gorgonia nihil aliud est, quam corallium: nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur. Emollit maria. Fulminibus et typhoni resistere affirmant*] Sic libri omnes, sive publici, sive conditivi. Ut inanis Salmasii emendatio videatur, ita legentis in Solinum, pag. 90. *in duritiam lapidis mutatur e molli marina*, quod nec Plinianam quoque orationem resipit, et aberrat a mente scriptoris. Expressit eam satis accurate Marbodeus de Lap. Pret. cap. de Corallio, quod esse idem cum Gorgonia Plinius ipse admonuit: 'Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit, A rate, vel tecto.'

27. Cap. lxii. *Leucopœcilos candorem lineis ex auro distinguit*] Prius legebatur, *Leucopetalos candorem nivis ex aureo distinguit.* Reg. 2. et Colb. 3. *Leucopetilos*, ceteraque uti edidimus. In Indice, *Leucopœcilos*, quod nomen sincerum est, ex argumento candoris cum lineis ex auro alternati, ut variegata ποικίλος, seu multicolor gemma videatur.

28. Cap. lxiii. *Morochitis porracea, lacte sudat*] Ita rescripsimus ope codicum Reg. 2. Colb. 3. et Indicis, in quo *Morochites*, non, ut in libris vulgatis, *Meroctes.* Moroxus idem et Leucographis appellatur ab Aëtio de Re Med. ii. 16. pag. 51. et a Galeno quoque: subviridis ipse quidem, sed ubi cote vel asperiore indumento teritur, aperte candicans. Codex Ms. Τῶν δὲ εἰς χυλὸν ἀναλυομένων, ἔστι καὶ ὁ κατ' Αἴγυπτον γινόμενος λίθος, ᾧ χρῶνται στιλπνοῦντες τὰς ὀθόνας, ὃν τινες μόροξον, οἱ δὲ λευκογραφίδα καλοῦσιν· ὑπόχλωρος γὰρ γενόμενος οὗτος, εἰ παρατριβείη ἀκόνῃ καὶ ἱματίῳ τραχυτέρῳ, λευκαίνει τὸν τόπον. Sic etiam Galenus de Fac. Simp. Med. lib. ix. pag. 255. Dioscoridi v. 152. Λίθος μόροχθος, ὃν ἔνιοι γαλαξίαν, κ. τ. λ.

29. Cap. lxvi. *Ponticarum plura sunt genera. Est stellata nunc sanguineis, nunc auratis guttis, &c.*] Prius legebatur, *atris guttis.* At Mss. Reg. 2. Colb. 3. Fux. et alii, *auratis.* In quibusdam etiam *aureis.* Solinus hunc locum exscribens, cap. 13. pag. 33. 'Mittit Pontus et gemmas,' inquit, 'quas a patria Ponticas diximus, genere diverso: quippe aliæ aureas, aliæ sanguineas habent stellas: et eæ quidem inter sacras habentur,' &c. Isidorus item Orig. xvi. 12. 'Ponticæ a Ponto dicuntur: genere diverso: nunc sanguineis, nunc auratis guttis micantes: aliæ habentes stellas: aliæ longis colorum ductibus lineatæ.'

30. Cap. lxviii. *Trichrus ex Africa nigra est: sed tres succos reddit, a radice nitrum, medio sanguinem, summo ochram*] Prius legebatur: *a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.* Nos sincera fide totidem syllabis apicibusque locum repræsentamus, quot sunt in Mss. Reg. 2. Colb. 3. Vet. Dalec. aliisque. Adjuvat ex parte Isidorus, Orig. xvi. 11. 'Tricuus,' inquit, (lege 'Trichrus') 'ex Africa nigra est: sed tres succos reddit: a radice nigrum, (scribe, 'nitrum:') medio sanguinem: e summo ocreæ,' lege 'ochræ.'

31. Ibid. *Tecolithos oleæ nucleus videtur .... sed ungentium calculos frangit, pellitque*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. vet. Dalec. aliique: a quibus discedunt libri hactenus vulgati, in quibus, *oleæ nucleo similis*, et mox, *sed lingentium* legebatur. Equidem non eo inficias, tritum hunc lapidem potumque, prodesse calculosis, cum id diserte proditum a Dioscoride intel-

Digitized by Google

ligam, v. 155. a Solino, cap. 37. pag. 67. Alberto M. de Mineral. pag. 229. Marbodeo de Lapid. Pret. cap. 60. Prisciano in Periegesi, pag. 393. aliisque : et linctu sive in ecligmate sumta medicamenta complura auxiliari ægris scio. Verum hoc loco, aut lingi commode dictum a Plinio, quod tritum hauriri potu oporteat, aut non *unguentium*, quod Mss. omnes præ se ferunt, defendi oportere, id vero pertinaciter nego. Secutus enim Necepson Plinius videtur, quem in Indice sæpius appellat: qui, ut refert Aëtius de Re Med. II. 19. pag. 51. tecolithum lapidem, quem et Judaicum, et Syriacum appellat, tritum ait potumque ex aqua calida renum quidem calculos pellere: sed ad vesicæ calculos inutile esse : subactum tamen ex aqua ad glutini consistentiam, atque abrasis pilis pubi applicatum, frangere ac comminuere ipsos vesicæ calculos. Sic ille ex Ms. Græco : *Ἔστι δὲ τῶν ἐν νεφροῖς συνισταμένων λίθων δραστήριος, ἀνιέμενος ἐπ' ἀκόνης, καὶ ποτιζόμενος δι' ὕδατος θερμοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν κύστει λίθων οὐδὲν ἰσχυρὸν ἀνύει· ὁ δὲ Νεκεψὼ φασι, περὶ τὴν κύστιν καὶ τὸ αἰδοῖον κατάχριε, καὶ τήκει τὸν λίθον τὸν ἐν τῇ κύστει.*

32. Cap. LXXI. *Adadunephros, ejusdem oculus, ac digitus Dei : et hic colitur a Syris*] Prius legebatur corruptissime : *Adadunephros ejusdem oculus dicitur : Deus et hic colitur Syris.* Sic triplex gemma in unicam conflabatur. In Reg. 2. *ejusdem oculus, digitus Dei, et hic colitur a Syris.* Nos adjecta vocula *ac* suum Plinianæ orationi nitorem sensumque reddidimus. Sic et Indicem hujusce loci refinximus : *Adadunephros, Adaduophthalmos, Adadudactylos:* cum in Mss. legeretur admodum vitiose : *Adaduenepros, Adaduophthulmos, Adaduosoculus.*

33. Cap. LXXIII. *Enhydros semper rotunditatis absolutæ, in candore est lævis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ovis liquor*] Sic libri omnes editi. At in Mss. Reg. 2. Colb. 3. Vet. Dalec. ceterisque, *novus liquor.* Et sane nihil de ovo Solinus cap. 37. pag. 67. 'Enhydros exsudat,' inquit, 'ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem.' Nihil Isidorus, qui Solinum exscripsit, Orig. XVI. 13. Nihil denique Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 28.

34. Cap. LXXV. *Sardonyches e ternis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi ars non possit : aliunde candido, aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio, &c.*] Prius legebatur, *Sardonyches e ceranniis.* Mss. Reg. 2. Colb. 3. *e granatis.* Alterum interpolantium conjectura, vitio amanuensium alterum temere oblatum. Nos *e ternis*, tum ex conjectura, quod sequantur proxime tergemini ii colores, qui simul glutinati sardonychem repræsentare dicuntur, tum auctore Isidoro, locum hunc Plinii exscribente, ex sincerioribus, ut apparet, exemplaribus, Orig. XVI. 14. 'Quippe cum inventum sit,' inquit, 'ex vero genere alterius in alia falsa transducere : ut sardonyches quæ trinis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint : fingunt enim eas ex diverso genere, nigro, candido, minioque colore.' Et sane tres eos colores sardonychum proprios esse Plinius ipse admonuit cap. 23.

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM

QUI VEL IN INDICE VEL TOTO OPERE A PLINIO APPELLANTUR.

A.

Accius, sive, ut alii malunt, *Attius:* utramque scripturam approbant inscriptiones veteres apud Gruterum. Prænomen ei Lucius fuit. Floruit Olymp. CLX. anno U. C. DCXV. belli Numantini temporibus. Tragœdiarum scriptor haud ignobilis. Pacuvio seni, ipse 50. annis junior, sua scripta Tarenti recitavit. Laudatur Accius in Pragmaticis a Gellio XX. 3. p. 1110. quod opus illud ipsum est, quod a Plinio Praxidicum appellatur, tum in Indice lib. XVIII. tum cap. 55. ejusdem libri. Scripsit et Annales carmine, quorum Macrobius meminit Saturn. I. 7. p. 221. Horum librum XXVII. citat Festus, verbo 'Metelli.'

Accius Plautus. Vide *Plautus.*

Acta Triumphorum. Videntur esse eæ Tabulæ Consulares et Triumphales, quarum fragmenta extant apud Onuphrium Panvinium. Auctorem illarum sunt qui Verrium Flaccum putent, de quo nos inferius: etsi ille Tiberii principatu obiit.

Acta Populi Rom. Lib. VIII. cap. 61. Acta Senatus laudat Sueton. in Augusto, c. 5. Acta publica, in Caligula, c. 8.

Acta temporum Augusti. Lib. VII. cap. 11.

Adimantus. 'Ἀδείμαντος Straboni lib. XIII. p. 589. Patria Lampsacenus.

Ælius Stilo. Hominem doctum, et Varronis Magistrum appellat hunc Gellius XVI. 8. p. 883. et Sosipater lib. I. p. 64. Eum Cicero adolescens audivit. Prænomen ei Lucius fuit: cognomen duplex, teste Suetonio de Illustr. Gramm. c. 3. p. 119. Nam et Præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, hoc est, præco fuerat, vocabatur: et Stilo sive Stylo, quod Orationes nobilissimo cuique scribere solebat. Meminit utriusque cognominis Plinius XXXIII. 6. Passim a Festo citatur.

Ælius. In Indice lib. XIV. et XV. et XIV. 15. tres Jurisconsulti simul a Plinio memorantur, Scævola, Ælius, Atteius Capito: quorum meminit Pomponius, Dig. I. tit. de Origine Juris. Sextus Ælius hic vocatur. Scripsit

Digitized by Google

Digitized by Google

Aglosthenes, contracte sic appellatus a Polluce IX. 6. p. 437. Ἀγλωσθένης pro Ἀγλαοσθένης: in Plinianis libris hactenus corrupte Æglostheues et Ædosthenes dictus. Historiam Rerum Naxicarum conscripsit, ut auctor est Hyginus in Poët. Astron. lib. II. cap. de Arcto minore, fol. 58. et cap. de Aquila, p. 67. Incertæ ætatis scriptor.

Agriopas. Olympionicas scripsisse dicitur: tum in Indice lib. VIII. tum cap. 34. ejusdem libri. In codicibus Mss. quos vidi, tum in Indice, tum libri octavi cap. proxime appellato, Acopas modo, modo Cepas scribitur: atque ita retinent vetustæ editiones omnes usque ad Gelenium, qui suorum codicum fide Agriopam se dicit rescripsisse. Erit igitur Doricum nomen, Ἀγριώπας, ut Γοργώπας, pro Ἀγριωπὸς, Γοργωπός.

Agrippa, cui prænomen Marcus Vipsanius fuit, Augusti Cæsaris amicus et gener. Orbem terrarum in tabula spectandum proposuisse dicitur a Plinio III. 3. quam ipse secutum se profitetur.

Agrippina Claudii. Cæsaris illa Germanici et Agrippinæ Marco Agrippa natæ filia, Augusti proneptis, Cn. Domitii primum, et Passieni, tum Claudii Imp. conjux: mater Neronis. Meminit illius commentariorum de Vita sua, Tacitus Annal. IV. p. 118. et Plinius VII. 6.

Alcæus, qui Alcaico carmini nomen dedit: cujus 'minaces Camœnas' appellat Horatius IV. Od. 9. 7.

Alexander Magnus. Hujus Ephemerides sive Diarium citat Plutarchus in ejus Vita p. 706. Epistolas idem, p. 688. Libros de Herbis vetus interpres libri Physico-medici, qui Kiranidum Kirani Persarum regis falso inscribitur, p. 2. Circumfertur ejusdem Epistola ad Aristotelem de Mirabilibus Indiæ.

Alexander Polyhistor. Vide *Cornelius Alexander*.

Alfius Flavius, Cestii auditor, M. Senecæ æqualis, Tiberii temporibus floruit, ut liquet ex Controversia XIV. p. 127. De bello Carthaginiensi scripsisse, auctor est Festus, verbo 'Mamertini,' p. 8.

Amometus. De Attacoris Indiæ populis editum ab eo volumen Plinius testatur VI. 20. Eundem a Memphi ad Isidis fontem navigasse, Antigonus Carystius Hist. Mirabil. c. 164. Meminit ejusdem Ælianus de Animal. XVII. 6. et Sotion in Excerptis de Fluminibus et Fontibus, p. 140.

Amphilochus Athenæus, a Varrone et Columella cap. 1. operis sui, inter probatissimos Rusticæ Rei scriptores nominatur. Edidisse de Avena et Cytiso volumen, auctor est Plinius XVIII. 43.

Anacreon Teius poëta dictus ex urbe Ioniæ Teo. Floruit Olymp. LXII. ut scribit Euseb. in Chron. Scripta ejus omnia, si Odaria quædam exceperis, quæ extant hodieque, injuria temporum perierunt. Laudat Anacreontem ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῆς, *in libro de Re Herbaria*, Nicandri Scholiastes in Theriacis, pag. 28.

Anaxilaus. De eo Hieronymus in Chron. p. 154. 'Anaxilaus,' inquit, 'Larissæus, Pythagoricus, et Magus, ab Augusto Urbe Italiaque pellitur.' Medicus insignis fuit, qui ludicra quædam faceret, non maleficis artibus, sed arcanis quibusdam viis, quæ causæ ignaros rei novitate stupidos detineret. Refert ex iis quædam Plinius XXVIII. 49. et XXXV. 50. Anaxilai Παίγνια

Digitized by Google

Digitized by Google

Antigenes. Et hic a Plutarcho loco proxime citato inter scriptores Rerum Alexandri M. nominatur.

Antigonus Cymæus. Patria ei Cyme Æolidis fuit: unde cognomen. A Varrone et Columella de Re Rust. i. 1. inter scriptores Rei Rusticæ annumeratus. Est et alter ejusdem nominis

Antigonus, quem de toreutice, hoc est, de cælatoria arte, scripsisse auctor est Plinius in Indice l. xxxiii. Carystius ille est, cujus extant Historiarum Mirabilium Collectanea. Hunc περὶ πινάκων, hoc est, *de Tabulis* pictorum, scripsisse Laërtius in Chrysippo, p. 209. de Pictura Plinius idem xxxv. 36. de arte sua, hoc est, de Statuaria, idem xxxiv. 19. de Historia Italica Festus, verbo 'Romam:' de aliis denique alii fortassis tradiderunt.

Antipater. Lucius Cælius Antipater dictus est: certus Romanæ Historiæ auctor, inquit Valer. Max. i. 7. p. 54. Lucii Crassi magister, inquit Cicero in Bruto, p. 545. scripsit historiam ad L. Ælium Stilonem, Varronis magistrum, quam tanti fecisse M. Brutus dicitur, ut ex ea Epitomen fecerit. Auctor Cicero Epist. ad Attic. xiii. 8. p. 399.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ ἐν τῷ περὶ ζῴων laudatur a Schol. Apollonii ad lib. ii. vs. 89 qui ab illo diversus est; est enim ille *Antipater,* quem inter externos scriptores laudat Plinius in Indice lib. viii. qui totus est de animalium Historia: Panætii, de quo sæpe Tullius, magister: Tiberio Graccho æqualis, Patria Rhodius.

Antistius, Labeo cognominatus. Scripsit Commentaria juris Pontificii, quæ Festus citat. Proconsulem Narbonensis Provinciæ fuisse, auctor est Plinius xxxv. 7. Oblatum ab Augusto Consulatum aspernatus est, quo studiis plurimum operam daret, ut scribit Pompon. Digest. i. tit. 2. Orig. Juris, § 47. ubi eum quadringenta volumina (alii *quadraginta* legunt ex Gellio xiii. 10. p. 671.) reliquisse testatur. Libros ejus xv. de Disciplinis Etruscis, aliosque, citat Fulgentius de Prisco Sermone, n. 4. Hujus arbitrio legendum Senatum Augustus permiserat, inquit Dio lib. liv. p. 531.

Antisthenes. Non ille quidem Laërtio notus, aliisve scriptoribus: sed ab iis omnibus, qui eodem censentur nomine, plane diversus: quem de pyramidibus Ægypti scripsisse Plinius est auctor xxxvi. 17. de cujus ætate dicemus in Butorida.

Antonius Castor, vir Græcus, sed quod Romanos diligeret, civitate donatus, et Philoromæus appellatus. Deiotari Galatarum Regis, pro quo orationem habuit ad Cæsarem Tullius, filiam duxit. Scripsit de Nilo, *de Temporum Ignoratione,* τὰ Χρονικὰ Ἀγνοήματα, uti ex Apollodoro discimus lib. ii. de Diis, p. 75. Romana etiam Instituta cum Pythagoricis contulit, teste Plutarcho in Quæst. Rom. p. 266. Et de Plantis edidisse volumina aliquot, ex Plinio ipso conjicimus, xx. 66.

Apelles, quem laudat Plinius in Indice lib. xxxi. et xxxii. Medicus is est, Thasius a patria cognominatus, cujus meminit et Galenus de Antidotis ii. 8. pag. 910. et κατὰ γένη, v. 14. pag. 799. Hunc Gesnerus in Bibliotheca cum Apelle pictore male confundit, quando hunc Thasium facit: quem errorem secutus est et Reinesius Var. Lect. ii. 6.

Apelles alter Cous a patria dictus, pictor fama insignis, cujus Vita, Scripta, Picturæ a Plinio xxxv. 36. prolixe narrantur.

Digitized by Google

Apion, Græcis 'Απίων. Cognomen huic multiplex fuit: Πλειστονίκης, a crebris victoriis, uti ex Plinio liquet XXXVII. 19. Gellio V. 14. p. 342. et Clemente Alex. Strom. lib. I. p. 320. quanquam Suidæ 'Απίων ὁ Πλειστονίκου dicitur, forte mendose. A parente, Posidonii F. Ab arte, Grammaticus. Alexandrinus, a patria, quod jus illius civitatis haberet, quanquam ipse Oasi, Ægypti civitate, natus. Denique ab ingenti eruditionis fama hunc cymbalum mundi Cæsar Tiberius appellavit, ut auctor est Plinius in præfatione ad Titum. Librum edidit adversus Judæos, quem Josephus libris adversus eum scriptis confutat. Scripsit et Ægyptiacorum libros quinque, uti prodidere Gellius et Clemens locis cit. Tatianus Orat. contra Gentes, pag. 185. et alii. Librum item de Apicii Luxu, apud Athen. lib. VII. p. 294. De Metallica Disciplina, Plinio teste in Indice lib. XXXV. *De Lingua Romana*, περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς Διαλέκτου, Athen. lib. XV. p. 680.

Apollodorus, quem eo nomine Plinius laudat in opere Geographico, in Indice libri quarti. Is ætatis incertæ scriptor est, cui Artemita cognomen fuit, a patria; nam Mesopotamenus fuit. Hujus opus de rebus Parthicis laudatur a Strabone passim, ut lib. II. p. 118. et lib. XI. p. 509. et ab Athen. lib. XV. p. 682. Alterum ejusdem opus de Insulis et Urbibus Tzetzes citat Chiliad. III. Hist. 100. Item ἐν νεῶν καταλόγῳ laudatur ab Athenæo lib. III. p. 82. et ab Apollonii Schol. ad III. 1089. qui meminit et libri de Rebus Ponticis ab eo conscripti ad II. 159.

Apollodorus Lemnius, Rei Rusticæ scriptor, cujus et Varro meminit I. 1. Fuit et eo nomine tertius

Apollodorus, quem de Bestiis Venenatis scripsisse, non solus auctor est Plinius in Indice libri undecimi, sed et Athenæus lib. XV. p. 681. Ælian. Hist. Animal. VIII. 7. et Schol. Nicandri in Theriac. p. 33. et 39. ubi librum ejus περὶ Θηρίων laudant. An idem cum isto necne sit Apollodorus ille quem de Odoribus scripsisse idem Plinius ait in Indice lib. XII. Athenæus, *de Coronis et Unguentis*, περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, lib. XV. p. 675. haud satis constat. Diversi certe ab istis, qui reliqui sunt

Apollodori duo, *Tarentinus* et *Citiensis*, a patria cognominati: hic Citio Cypri, ille Tarento Italiæ civitate. Ætatis uterque incertæ, sed famæ insignis Dioscoridi passim, ac reliquo veterum Medicorum choro celebrati. Citiensis, ut opinor, fuit, quem Plinius refert XIV. 9. volumine quodam perscripsisse Ptolemæo regi, quæ vina biberet. Apollonium pariter Citiensem medicum appellat Strabo lib. XIV. p. 683. et Cælius Aurel. Chron. I. 4.

Apollonides. Hujus ætas incerta. Europæ Περίπλουν scripsit, quem laudat Apollonii Schol. ad IV. 983. Meminit et hujus Strabo lib. II. p. 309.

Apollonius Pergamenus, inter Rei Rusticæ scriptores Varroni et Columellæ memoratus I. 1. Hunc esse Apollonium arbitror, quem περὶ Βοτάνων, *de Herbis*, edidisse volumen auctor est Scholiastes vetus Nicandri, p. 27. *de Facile Parabilibus Medicamentis*, τῶν Εὐπορίστων Φαρμάκων, Galenus lib. XI. de Facult. Simpl. Medic. cap. 1. p. 314. et cap. 8. p. 350.

Apollonius qui Μύρωσιν, (sic enim emendavimus in Indice lib. XXVIII. cum prius legeretur, *qui Myrsin*) hoc est, qui partem illam τῆς Κοσμητικῆς attigit, quæ fucos et pigmenta docet. Hic Herophileæ sectæ Medicus fuit, Μῦς cognominatus, ut auctor est Celsus in Præfat. lib. V. et Strabo lib. XIV. p.

Digitized by Google

645. *De Coronis et Unguentis*, περὶ Στεφάνων καὶ Μύρων, librum scripsit, unde Myronides est appellatus apud Athen. lib. xv. p. 691. Ex ejus libro *de Unguentis* Plinius multa transcribit xiii. 2. ut ibi diximus in Notis. Is est fortassis, quem a patria Memphitem appellat Cælius Aurel. iii. 8. fol. 274.

Apollonius Pitanæus, in Indice lib. xxix. a Pitane Laconici agri oppido cognomen accepit. An ille sit Apollonius, quem ἐν πρώτῳ τῶν Ὑπομνημάτων citat Apollonii Schol. ad i. 430. haud satis compertum.

Apollophanes Medicus, et idem fortasse Vates, cujus Comœdias laudat Athenæus lib. iv. p. 114. et lib. xi. p. 485.

Aquila, cui Julius prænomen fuit. Scripsit hic de Cultura Vitium librum singularem teste Columella, inquit Simlerus in Epitome Gesneri: sed Julium Atticum, credo, voluit dicere: nam de Julio Aquila ne γρῦ quidem apud Columellam. De Etrusca Disciplina scripsisse auctor est Plinius in Indice lib. xi.

Aratus, Solensis e Cilicia fuit, natus Olymp. circiter cxxiv. Scripsit Phænomena et Astrologica. In Medicina quoque quæ ad Anatomen et Compositionem Theriacorum attinent: Ὀστολογίαν, *de Ossibus*; Ἰατρικὰς Δυνάμεις, *de Medicis Facultatibus*; Διοσημείας, *de Ostentis*: Ἀνθρωπογονίαν, *de Hominum Generatione*; aliaque, quæ commemorat auctor ipsius Vitæ, quam Petavius edidit, p. 268. et 410. in Uranologio. Arati Κανόνα laudat Achilles Tatius in Phænom. cap. 19. p. 138.

Archelaus Rex, Cappadociæ nimirum, ut auctor est Plinius xxxvii. cap. 11. et 25. ubi quæ ex Archelao refert de Gemmis, ex eo libro depromta esse certum est, quem περὶ Λίθων, *de Lapidibus*, scriptum ab eo ait Plut. de Flumin. p. 1153. In nummo vetere, ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΡΧΕΛΑΟΥ. ΦΙΛΟΡ.... hoc est, Φιλορωμαίου, quod et aliis ante eum Cappadociæ regibus, Ariarathi et Ariobarzani, attributum cognomen fuisse, alii ante nos viderunt: Archelao, nos primi in eo nummo deprehendimus.

Archelaus, de quo Plinius in Indice lib. xxviii. quem Scholiastes Nicandri ad Theriaca p. 38. laudat ἐν τοῖς διφυέσι, hoc est, in libro de iis quæ sunt ancipitis naturæ, quo ex libro refert ea quæ ad murænarum coitum cum serpentibus attinent. Scripsit et Epigrammata ad Ptolemæum regem, de mira animalium natura, ut auctor est Antigonus Carystius Histor. Mirab. p. 28. ubi hunc fuisse patria Ægyptium docet: atque ab eo proinde diversum quem Χερρονησίτην fuisse Athenæus ait lib. ix. p. 409. ubi eum laudat in Ἰδιοφυέσι, hoc est, in eo opere quo agit de rebus quæ singulis in locis propria gignuntur.

Archibius. Scripsit ad Antiochum Regem, teste Plinio xviii. 70. Laudatur a Galeno κατὰ γένη, v. 14. p. 798.

Archidemus Medicus. Hujus extant capita aliquot de Mulomedicina, inter Veterinariæ Medicinæ scriptores Basileæ editos an. 1537.

Archimachus. Conscripsit hic rerum Euboicarum libros, quorum tertium citat Athenæus lib. iii. p. 264. et Clemens Alex. Strom. lib. i. Itaque de patria sua scripsit; Straboni enim lib. x. p. 465. Ἀρχέμαχος ὁ Εὐβοεὺς appellatur. Ætatis incertæ.

Archimedes, Syracusius, Arithmetices, Geometriæ, atque Astronomiæ peritia insignis; de quo alii satis multa.

Archytas Tarentinus, inter scriptores Rei Rusticæ Varroni et Columellæ

Digitized by Google

annumeratus, I. 1. Idem de educatione puerorum scripsisse dicitur a Philostrato de Vita Apoll. VI. 14. p. 306.

Aristagoras. Scripsit Ægyptiaca, quorum Stephanus meminit in *Τάκομψος*, et alibi sæpe. Eo in opere egit de pyramidibus, ex quo multa Plinius recitat XXXVI. 17. quo ex-capite colligimus fuisse Duridis Samii æqualem: atque adeo floruisse rege Ægypti Philadelpho, Olymp. circiter CXXIV.

Aristander, Varroni et Columellæ de Re Rust. I. Aristandrus Atheniensis dictus, inter scriptores Rei Rusticæ. Scripsit et de portentis, auctore Plinio XVII. 38.

Aristarchus Sicyonius, in Indice lib. V. De rebus Geographicis scripsisse videtur. Eundem esse suspicor, quem Pausanias lib. V. p. 325. rerum Olympicarum scriptorem appellat.

Aristeas Castrobii filius, Proconnesius poëta, inquit Herodotus lib. IV. p. 229. scripsit *Ἀριμάσπεια* carmina: *Θεογονίαν* versibus fere mille. Vixit temporibus Cyri et Crœsi. Vide Suidam p. 426. Vidisse se Aristeæ libros testatur Gellius IX. 4. p. 461. De eo plura ad Plinii VII. 2.

Aristides patria Milesius fuit. Scripsit libros rerum Sicularum, Italicarum, ac Persicarum, quæ laudat Plutarchus in Parallelis, p. 305. et alibi passim. Scripsit et Milesiacos, lascivum opus, ut ait idem Plut. in Crasso, p. 564. Aristidem laudat Pindari Scholiastes p. 216. *ἐν τῷ περὶ Κνίδου συγγράμματι.* Ætatis incertæ.

Aristocreon Terrarum, vel Africæ certe, situm descripsisse videtur: cum laudetur a Plinio in opere Geographico, V. 10. et VI. 35.

Aristocritus. Commentarium edidisse de Mileto, scribit Apollonii Scholiastes ad I. 185.

Aristogenes, Gnidius a solo natali, a diuturna commoratione idem Thasius Suidæ appellatus, p. 428. Chrysippi philosophi servus, et idem Regis Antigoni Goneatæ medicus. Floruit Olympiade CXXV. Scripsit multa de Rebus Medicis: in his, Auxiliorum Naturalium Epitomen, *φυσικῶν βοηθημάτων, πρὸς Ἀντίγονον.* De Facultate Medicamentorum, *περὶ δυνάμεως.* De venenatis animalibus, *περὶ δακετῶν*, et alia, de quibus Suidas loc. cit.

Aristogiton, Græcis *Ἀριστογείτων* Medicus, in Indice lib. XXVII. et c. 14. ejusdem libri, Plinio memoratus.

Aristomachus, patria Solensis Meliturgica scripsisse dicitur in Indice lib. XI. et cap. 9. ejusdem libri: cujus operis et Columella meminit, IX. 13. De conditura vini in Indice lib. XV.

Aristomachus alter Atheniensis, de quo Plinius in Indice lib. XIII. et cap. 47. ejusdem libri. De Plantis scripsisse videtur.

Aristophanes Milesius. Ita uno consensu libri omnes editi, et manu exarati: quorum auctoritati stare si quis voluerit, ex iis Varronem emendabit, apud quem non Milesius ille, sed Mallotes, ex Mallo nimirum Ciliciæ oppido, appellatur, I. 1. ubi eosdem de agricultura scriptores recenset, quos Plinius laudat in Indice lib. VIII. Aristophanem hunc ipsum *ἐν τοῖς Γεωργοῖς* citat Theocriti Scholiastes ad Idyll. I. 48.

Aristophanes ille priscæ Comœdiæ poëta notissimus, ut ait Plin. XXI. 16.

Aristoteles, Stagirites ille, Platonis magisterio, institutione Alexandri, scholæ Peripateticæ celebritate insignis. De quo satis multa alii.

Digitized by Google

Arruntius, sic enim in inscriptionibus antiquis scribitur, et apud Dionem lib. LVIII. p. 638. Λούκιος Ἀῤῥούντιος. De eo Seneca Ep. CXIV. p. 484. 'Arruntius,' inquit, 'vir raræ frugalitatis; qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, et in illud genus nitens,' &c. Vixit Augusti principatu, cujus judicio dignus ipse Arruntius principatu fuit.

Artemidorus Ephesius. Vixit is Olymp. CLXIX. ut Marcianus Heracleotes testatur in Periplo, p. 97. Terras descripsit, et maris περίπλουν libris undecim, ut idem Marcianus docet p. 31. qui eos redegit in Epitomen. Ipse scripsisse dicitur ἐπιτομὴν τῶν γεωγραφουμένων, a Scholiaste Apollonii ad Argon. III. 858. Artemidorum Ephesium lib. VIII. Γεωγραφουμένων laudat Diod. Sic. Bibl. lib. III. p. 149.

Artemon Medicus, in Indice lib. XXVIII. et cap. 2. ejusdem libri.

Asarubas, qui forte *Asdrubas*, vel *Asdrubal* vocandus, laudatur a Plinio, tum in Indice lib. XXXVII. tum cap. 11. ejusdem libri. Plinio ipsi coævus, ut ipse testatur, loco proxime notato.

Asclepiades Medicus, quem nonnulli crasso errore cum Asclepiade Myrleano confundunt, qui Ptolemæi Evergetis ætate vixit. Hic quem Plinius laudat VII. 14. 20. 22. 23. 24. 26. et 29. Prusiæus ex Bithynia fuit, Philophysicus cognominatus, Pompeii M. temporibus, teste Strabone lib. XII. p. 566. et Plinio ipso XXV. 3. Fuit is primum Rhetor, sed a Rhetorica postea ad Medicinam transiit, teste Plinio XXVI. 7. ubi plura de eo. Hinc 'eloquens Medicus' dicitur Ciceroni de Orat. lib. I. p. 283. qui se eo medico et amico usum esse gloriatur. Librum scripsit de tuenda sanitate, cujus Celsus meminit I. 3. p. 4. 'Multarum rerum,' inquit idem Celsus IV. 4. 'quas ipsi quoque secuti sumus, auctor bonus.' De dando vino volumen, quod a Plinio laudatur XXIII. 19. Ejusdem libros de hydrope laudat Cælius Aurel. III. 8. et alios alibi passim. Hujus denique ad Mithridatem scripta volumina de medicis rebus, auctor est Plinius XXV. 3.

Asclepiades qui Τραγῳδούμενα scripsit. Hunc Tragilensem fuisse, ex Tragilo Thraciæ oppido, prope Cherronesum, et Macedoniam, ac libris sex scripsisse *τὰ τραγῳδούμενα, ea quæ in tragœdiis decantantur*, auctor est Stephanus, verbo Τράγιλος. Meminere præterea Asclepiadæ ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις Athenæus lib. X. p. 456. Harpocration in Δυσαύλης, p. 90. Hesychius in Ῥήσαρχος, p. 814. et Schol. Apollonii ad II. 328.

Asclepiodorus. Est in Indice lib. XXXV. qui totus est de picturæ laude. Hunc igitur suspicor fuisse pictorem illum in symmetria admirabilem, quem Plinius laudat cap. 36. libri illius. De sua arte scripserit is fortassis aliquid, quod et alii fecerunt.

Asconius Pedianus, a Pedia gente, in quam qui primus est adoptatus, ita vocatus est. In vet. inscript. apud Gruter. p. 987. PEDIANVS: etsi Suidas et alii Græci aliquando Παιδιανὸς scribant. Fuit is Virgilio familiaris, a quo audierat se fixisse crucem Grammaticis illo versiculo: 'Tres pateat cœli spatium non amplius ulnas.' Hujus extant Commentarii in Orationes Ciceronis. Serius quam oportuit ejus obitum ponit Hieronym. in Chron. dum ad an. Vespasiani VII. sic loquitur: 'Q. Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui LXXIII. ætatis suæ anno captus luminibus, XII. postea annis in summo omnium honore consenescit.' Obierit igitur is anno Domi-

Digitized by Google

ligam, v. 155. a Solino, cap. 37. pag. 67. Alberto M. de Mineral. pag. 229. Marbodeo de Lapid. Pret. cap. 60. Prisciano in Periegesi, pag. 393. aliisque : et linctu sive in ecligmate sumta medicamenta complura auxiliari ægris scio. Verum hoc loco, aut lingi commode dictum a Plinio, quod tritum hauriri potu oporteat, aut non *unguentium*, quod Mss. omnes præ se ferunt, defendi oportere, id vero pertinaciter nego. Secutus enim Necepson Plinius videtur, quem in Indice sæpius appellat: qui, ut refert Aëtius de Re Med. II. 19. pag. 51. tecolithum lapidem, quem et Judaicum, et Syriacum appellat, tritum ait potumque ex aqua calida renum quidem calculos pellere: sed ad vesicæ calculos inutile esse : subactum tamen ex aqua ad glutini consistentiam, atque abrasis pilis pubi applicatum, frangere ac comminuere ipsos vesicæ calculos. Sic ille ex Ms. Græco : *Ἔστι δὲ τῶν ἐν νεφροῖς συνισταμένων λίθων δραστήριος, ἀνιέμενος ἐπ' ἀκόνης, καὶ ποτιζόμενος δι' ὕδατος θερμοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν κύστει λίθων οὐδὲν ἰσχυρὸν ἀνύει· ὁ δὲ Νεκεψώ φασι, περὶ τὴν κύστιν καὶ τὸ αἰδοῖον κατάχριε, καὶ τήκει τὸν λίθον τὸν ἐν τῇ κύστει.*

32. CAP. LXXI. *Adadunephros, ejusdem oculus, ac digitus Dei : et hic colitur a Syris*] Prius legebatur corruptissime : *Adadunephros ejusdem oculus dicitur : Deus et hic colitur Syris.* Sic triplex gemma in unicam conflabatur. In Reg. 2. *ejusdem oculus, digitus Dei, et hic colitur a Syris.* Nos adjecta vocula *ac* suum Plinianæ orationi nitorem sensumque reddidimus. Sic et Indicem hujusce loci refinximus : *Adadunephros, Adaduophthalmos, Adadudactylos:* cum in Mss. legeretur admodum vitiose : *Adaduenepros, Adaduophthulmos, Adaduosoculus.*

33. CAP. LXXIII. *Enhydros semper rotunditatis absolutæ, in candore est lævis, sed ad motum fluctuat intus in ea veluti in ovis liquor*] Sic libri omnes editi. At in Mss. Reg. 2. Colb. 3. Vet. Dalec. ceterisque, *novus liquor.* Et sane nihil de ovo Solinus cap. 37. pag. 67. 'Enhydros exsudat,' inquit, 'ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem.' Nihil Isidorus, qui Solinum exscripsit, Orig. XVI. 13. Nihil denique Marbodeus de Lapid. Pret. cap. 28.

34. CAP. LXXV. *Sardonyches e ternis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi ars non possit : aliunde candido, aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio, &c.*] Prius legebatur, *Sardonyches e ceravniis.* Mss. Reg. 2. Colb. 3. *e granatis.* Alterum interpolantium conjectura, vitio amanuensium alterum temere oblatum. Nos *e ternis*, tum ex conjectura, quod sequantur proxime tergemini ii colores, qui simul glutinati sardonychem repræsentare dicuntur, tum auctore Isidoro, locum hunc Plinii exscribente, ex sincerioribus, ut apparet, exemplaribus, Orig. XVI. 14. 'Quippe cum inventum sit,' inquit, 'ex vero genere alterius in alia falsa transducere : ut sardonyches quæ trinis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint: fingunt enim eas ex diverso genere, nigro, candido, minioque colore.' Et sane tres eos colores sardonychum proprios esse Plinius ipse admonuit cap. 23.

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM

QUI VEL IN INDICE VEL TOTO OPERE A PLINIO APPELLANTUR.

A.

Accius, sive, ut alii malunt, *Attius:* utramque scripturam approbant inscriptiones veteres apud Gruterum. Prænomen ei Lucius fuit. Floruit Olymp. CLX. anno U. C. DCXV. belli Numantini temporibus. Tragœdiarum scriptor haud ignobilis. Pacuvio seni, ipse 50. annis junior, sua scripta Tarenti recitavit. Laudatur Accius in Pragmaticis a Gellio XX. 3. p. 1110. quod opus illud ipsum est, quod a Plinio Praxidicum appellatur, tum in Indice lib. XVIII. tum cap. 55. ejusdem libri. Scripsit et Annales carmine, quorum Macrobius meminit Saturn. I. 7. p. 221. Horum librum XXVII. citat Festus, verbo 'Metelli.'

Accius Plautus. Vide *Plautus.*

Acta Triumphorum. Videntur esse eæ Tabulæ Consulares et Triumphales, quarum fragmenta extant apud Onuphrium Panvinium. Auctorem illarum sunt qui Verrium Flaccum putent, de quo nos inferius: etsi ille Tiberii principatu obiit.

Acta Populi Rom. Lib. VIII. cap. 61. Acta Senatus laudat Sueton. in Augusto, c. 5. Acta publica, in Caligula, c. 8.

Acta temporum Augusti. Lib. VII. cap. 11.

Adimantus. 'Αδείμαντος Straboni lib. XIII. p. 589. Patria Lampsacenus.

Ælius Stilo. Hominem doctum, et Varronis Magistrum appellat hunc Gellius XVI. 8. p. 883. et Sosipater lib. I. p. 64. Eum Cicero adolescens audivit. Prænomen ei Lucius fuit: cognomen duplex, teste Suetonio de Illustr. Gramm. c. 3. p. 119. Nam et Præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, hoc est, præco fuerat, vocabatur: et Stilo sive Stylo, quod Orationes nobilissimo cuique scribere solebat. Meminit utriusque cognominis Plinius XXXIII. 6. Passim a Festo citatur.

Ælius. In Indice lib. XIV. et XV. et XIV. 15. tres Jurisconsulti simul a Plinio memorantur, Scævola, Ælius, Atteius Capito: quorum meminit Pomponius, Dig. I. tit. de Origine Juris. Sextus Ælius hic vocatur. Scripsit

Digitized by Google

Digitized by Google

Aglosthenes, contracte sic appellatus a Polluce IX. 6. p. 437. Ἀγλωσθένης pro Ἀγλαοσθένης: in Plinianis libris hactenus corrupte Æglosthenes et Ædosthenes dictus. Historiam Rerum Naxicarum conscripsit, ut auctor est Hyginus in Poët. Astron. lib. II. cap. de Arcto minore, fol. 58. et cap. de Aquila, p. 67. Incertæ ætatis scriptor.

Agriopas. Olympionicas scripsisse dicitur: tum in Indice lib. VIII. tum cap. 34. ejusdem libri. In codicibus Mss. quos vidi, tum in Indice, tum libri octavi cap. proxime appellato, Acopas modo, modo Cepas scribitur: atque ita retinent vetustæ editiones omnes usque ad Gelenium, qui suorum codicum fide Agriopam se dicit rescripsisse. Erit igitur Doricum nomen, Ἀγριώπας, ut Γοργώπας, pro Ἀγριωπὸς, Γοργωπός.

Agrippa, cui prænomen Marcus Vipsanius fuit, Augusti Cæsaris amicus et gener. Orbem terrarum in tabula spectandum proposuisse dicitur a Plinio III. 3. quam ipse secutum se profitetur.

Agrippina Claudii. Cæsaris illa Germanici et Agrippinæ Marco Agrippa natæ filia, Augusti proneptis, Cn. Domitii primum, et Passieni, tum Claudii Imp. conjux: mater Neronis. Meminit illius commentariorum de Vita sua, Tacitus Annal. IV. p. 118. et Plinius VII. 6.

Alcæus, qui Alcaico carmini nomen dedit: cujus 'minaces Camœnas' appellat Horatius IV. Od. 9. 7.

Alexander Magnus. Hujus Ephemerides sive Diarium citat Plutarchus in ejus Vita p. 706. Epistolas idem, p. 688. Libros de Herbis vetus interpres libri Physico-medici, qui Kiranidum Kirani Persarum regis falso inscribitur, p. 2. Circumfertur ejusdem Epistola ad Aristotelem de Mirabilibus Indiæ.

Alexander Polyhistor. Vide *Cornelius Alexander*.

Alfius Flavius, Cestii auditor, M. Senecæ æqualis, Tiberii temporibus floruit, ut liquet ex Controversia XIV. p. 127. De bello Carthaginiensi scripsisse, auctor est Festus, verbo 'Mamertini,' p. 8.

Amometus. De Attacoris Indiæ populis editum ab eo volumen Plinius testatur VI. 20. Eundem a Memphi ad Isidis fontem navigasse, Antigonus Carystius Hist. Mirabil. c. 164. Meminit ejusdem Ælianus de Animal. XVII. 6. et Sotion in Excerptis de Fluminibus et Fontibus, p. 140.

Amphilochus Athenæus, a Varrone et Columella cap. 1. operis sui, inter probatissimos Rusticæ Rei scriptores nominatur. Edidisse de Avena et Cytiso volumen, auctor est Plinius XVIII. 43.

Anacreon Teius poëta dictus ex urbe Ioniæ Teo. Floruit Olymp. LXII. ut scribit Euseb. in Chron. Scripta ejus omnia, si Odaria quædam exceperis, quæ extant hodieque, injuria temporum perierunt. Laudat Anacreontem ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῆς, *in libro de Re Herbaria*, Nicandri Scholiastes in Theriacis, pag. 28.

Anaxilaus. De eo Hieronymus in Chron. p. 154. 'Anaxilaus,' inquit, 'Larissæus, Pythagoricus, et Magus, ab Augusto Urbe Italiaque pellitur.' Medicus insignis fuit, qui ludicra quædam faceret, non maleficis artibus, sed arcanis quibusdam viis, quæ causæ ignaros rei novitate stupidos detineret. Refert ex iis quædam Plinius XXVIII. 49. et XXXV. 50. Anaxilai Παίγνια

Digitized by Google

sive *Ludicra*, (sic enim inscripsisse librum is videtur,) citantur ab Epiphanio advers. Hæres. I. 34. p. 232. Item ab Irenæo adversus Marcum I. 8. p. 68.

Anaximander, Patria Milesius, Thaletis discipulus, Xenophonti æqualis fuit. Hunc Strabo primum extitisse ait lib. I. p. 7. qui orbis situm in tabula descripserit. Idem testatur et Agathemerus Geogr. I. 1. p. 1. Obiisse Olymp. LVIII. auctor est Apollodorus in Chronicis, apud Laërt. p. 33. in Anaximandro. Plura de eo dicemus II. 78.

Anaximenes. Lampsacum ei patria fuit: magister, Diogenes Cynicus. Rhetoricorum librorum, qui Aristoteli vulgo tribuuntur, auctorem hunc Anaximenem eruditi aiunt. Scripsit et de Rebus ab Alexandro Gestis, cui in expeditionibus comes fuit. Laudatur in Pliniano Indice lib. XII. quo in libro eæ arbores describuntur, quas in orbe Indico, ut Plinii verbis utar, mirata est Alexandri M. Victoria.

Anaxipolis Thasius, Varroni et Columellæ laudatus initio operis sui, cap. 1. inter scriptores Rei Rusticæ.

Andreas Medicus. Meminere illius Celsus in Præfat. lib. V. Dioscorides in Præfat. Galenus in Explic. Vocum Hippocr. tomo II. p. 92. ubi Ἀνδρέας ὁ τοῦ Χρύσαρος vocatur: et Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 32. qui librum ejus laudat, quem Νάρθηκα inscripserat. Ejus libri περὶ δακετῶν, *de iis quæ morsu venenata sunt*, et alterius, *De iis quæ falso creduntur*, mentio apud Athen. lib. VIII. p. 312.

Androtion. Ἀνδροτίων Theophrasto Hist. Plant. II. 8. et Athenæo lib. III. p. 75. Varroni et Columellæ initio operis sui laudatus inter scriptores Rei Rusticæ, quorum patriam non comperissent. Androtionis Georgicon citat Athenæus lib. III. p. 75. et 82. quod opus de Agricultura Plinius appellat in Indice lib. VIII. A Pausania rursum lib. VI. p. 357. et ab Harpocr. in Ἀμφίπολις, p. 20. Ἀτθίδος, hoc est, de Rebus Atticis commentarios scripsisse dicitur.

Annales. Pontificum Maximorum Annales Tullius vocat de Legibus *l.* I. p. 295. De his idem de Orat. lib. II. p. 355. 'Erat enim historia nihil nisi Annalium confectio: cujus rei, memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium Pontificem Max. res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. efferebatque in album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: iique etiamnunc Annales Maximi nominantur.'

Annius Fetialis, laudatur a Plinio XXXIV. 13. Historiam seu Annales rerum Romanarum condidisse is videtur.

Antæus. Medici hujus mentio est in Indice Pliniano lib. XII. et XXVIII. 2.

Antias. Vide *Valerius Antias*.

Anticlides. Ἀντικλείδης Harpocrationi in Καλαύρεια, p. 161. Librum περὶ νόστων, hoc est *de Reversione* Græcorum ab Expeditione Trojana, sive Argonautarum a Colchide, laudat Athenæus lib. XI. p. 465. et Euseb. Præp. lib. IV. p. 157. Opus libris ut minimum sedecim comprehensum. Suidas item, p. 302. et Aristoph. Schol. in Nub. p. 132. Δηλιακὰ item, sive *de Rebus Deliacis*, scripsisse auctor est Schol. Apollonii lib. I. ad vs. 1207. Ætas incerta. Laudatur a Plutarcho in Alexandro p. 691. inter scriptores de rebus ab eo gestis.

Digitized by Google

Antigenes. Et hic a Plutarcho loco proxime citato inter scriptores Rerum Alexandri M. nominatur.

Antigonus Cymæus. Patria ei Cyme Æolidis fuit: unde cognomen. A Varrone et Columella de Re Rust. i. 1. inter scriptores Rei Rusticæ annumeratus. Est et alter ejusdem nominis

Antigonus, quem de toreutice, hoc est, de cælatoria arte, scripsisse auctor est Plinius in Indice l. xxxiii. Carystius ille est, cujus extant Historiarum Mirabilium Collectanea. Hunc περὶ πινάκων, hoc est, *de Tabulis* pictorum, scripsisse Laërtius in Chrysippo, p. 209. de Pictura Plinius idem xxxv. 36. de arte sua, hoc est, de Statuaria, idem xxxiv. 19. de Historia Italica Festus, verbo 'Romam:' de aliis denique alii fortassis tradiderunt.

Antipater. Lucius Cælius Antipater dictus est: certus Romanæ Historiæ auctor, inquit Valer. Max. i. 7. p. 54. Lucii Crassi magister, inquit Cicero in Bruto, p. 545. scripsit historiam ad L. Ælium Stilonem, Varronis magistrum, quam tanti fecisse M. Brutus dicitur, ut ex ea Epitomen fecerit. Auctor Cicero Epist. ad Attic. xiii. 8. p. 399.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ ἐν τῷ περὶ ζώων laudatur a Schol. Apollonii ad lib. ii. vs. 89 qui ab illo diversus est; est enim ille *Antipater,* quem inter externos scriptores laudat Plinius in Indice lib. viii. qui totus est de animalium Historia: Panætii, de quo sæpe Tullius, magister: Tiberio Graccho æqualis, Patria Rhodius.

Antistius, Labeo cognominatus. Scripsit Commentaria juris Pontificii, quæ Festus citat. Proconsulem Narbonensis Provinciæ fuisse, auctor est Plinius xxxv. 7. Oblatum ab Augusto Consulatum aspernatus est, quo studiis plurimum operam daret, ut scribit Pompon. Digest. i. tit. 2. Orig. Juris, § 47. ubi eum quadringenta volumina (alii *quadraginta* legunt ex Gellio xiii. 10. p. 671.) reliquisse testatur. Libros ejus xv. de Disciplinis Etruscis, aliosque, citat Fulgentius de Prisco Sermone, n. 4. Hujus arbitrio legendum Senatum Augustus permiserat, inquit Dio lib. liv. p. 531.

Antisthenes. Non ille quidem Laërtio notus, aliisve scriptoribus: sed ab iis omnibus, qui eodem censentur nomine, plane diversus: quem de pyramidibus Ægypti scripsisse Plinius est auctor xxxvi. 17. de cujus ætate dicemus in Butorida.

Antonius Castor, vir Græcus, sed quod Romanos diligeret, civitate donatus, et Philoromæus appellatus. Deiotari Galatarum Regis, pro quo orationem habuit ad Cæsarem Tullius, filiam duxit. Scripsit de Nilo, *de Temporum Ignoratione,* τὰ Χρονικὰ Ἀγνοήματα, uti ex Apollodoro discimus lib. ii. de Diis, p. 75. Romana etiam Instituta cum Pythagoricis contulit, teste Plutarcho in Quæst. Rom. p. 266. Et de Plantis edidisse volumina aliquot, ex Plinio ipso conjicimus, xx. 66.

Apelles, quem laudat Plinius in Indice lib. xxxi. et xxxii. Medicus is est, Thasius a patria cognominatus, cujus meminit et Galenus de Antidotis ii. 8. pag. 910. et κατὰ γένη, v. 14. pag. 799. Hunc Gesnerus in Bibliotheca cum Apelle pictore male confundit, quando hunc Thasium facit: quem errorem secutus est et Reinesius Var. Lect. ii. 6.

Apelles alter Cous a patria dictus, pictor fama insignis, cujus Vita, Scripta, Picturæ a Plinio xxxv. 36. prolixe narrantur.

Digitized by Google

Apion, Græcis Ἀπίων. Cognomen huic multiplex fuit: Πλειστονίκης, a crebris victoriis, uti ex Plinio liquet xxxvii. 19. Gellio v. 14. p. 342. et Clemente Alex. Strom. lib. i. p. 320. quanquam Suidæ Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου dicitur, forte mendose. A parente, Posidonii F. Ab arte, Grammaticus. Alexandrinus, a patria, quod jus illius civitatis haberet, quanquam ipse Oasi, Ægypti civitate, natus. Denique ab ingenti eruditionis fama hunc cymbalum mundi Cæsar Tiberius appellavit, ut auctor est Plinius in præfatione ad Titum. Librum edidit adversus Judæos, quem Josephus libris adversus eum scriptis confutat. Scripsit et Ægyptiacorum libros quinque, uti prodidere Gellius et Clemens locis cit. Tatianus Orat. contra Gentes, pag. 185. et alii. Librum item de Apicii Luxu, apud Athen. lib. vii. p. 294. De Metallica Disciplina, Plinio teste in Indice lib. xxxv. *De Lingua Romana*, περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς Διαλέκτου, Athen. lib. xv. p. 680.

Apollodorus, quem eo nomine Plinius laudat in opere Geographico, in Indice libri quarti. Is ætatis incertæ scriptor est, cui Artemita cognomen fuit, a patria; nam Mesopotamenus fuit. Hujus opus de rebus Parthicis laudatur a Strabone passim, ut lib. ii. p. 118. et lib. xi. p. 509. et ab Athen. lib. xv. p. 682. Alterum ejusdem opus de Insulis et Urbibus Tzetzes citat Chiliad. iii. Hist. 100. Item ἐν νεῶν καταλόγῳ laudatur ab Athenæo lib. iii. p. 82. et ab Apollonii Schol. ad iii. 1089. qui meminit et libri de Rebus Ponticis ab eo conscripti ad ii. 159.

Apollodorus Lemnius, Rei Rusticæ scriptor, cujus et Varro meminit i. 1. Fuit et eo nomine tertius

Apollodorus, quem de Bestiis Venenatis scripsisse, non solus auctor est Plinius in Indice libri undecimi, sed et Athenæus lib. xv. p. 681. Ælian. Hist. Animal. viii. 7. et Schol. Nicandri in Theriac. p. 33. et 39. ubi librum ejus περὶ Θηρίων laudant. An idem cum isto necne sit Apollodorus ille quem de Odoribus scripsisse idem Plinius ait in Indice lib. xii. Athenæus, *de Coronis et Unguentis*, περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, lib. xv. p. 675. haud satis constat. Diversi certe ab istis, qui reliqui sunt

Apollodori duo, *Tarentinus* et *Citiensis*, a patria cognominati: hic Citio Cypri, ille Tarento Italiæ civitate. Ætatis uterque incertæ, sed famæ insignis Dioscoridi passim, ac reliquo veterum Medicorum choro celebrati. Citiensis, ut opinor, fuit, quem Plinius refert xiv. 9. volumine quodam perscripsisse Ptolemæo regi, quæ vina biberet. Apollonium pariter Citiensem medicum appellat Strabo lib. xiv. p. 683. et Cælius Aurel. Chron. i. 4.

Apollonides. Hujus ætas incerta. Europæ Περίπλουν scripsit, quem laudat Apollonii Schol. ad iv. 983. Meminit et hujus Strabo lib. ii. p. 309.

Apollonius Pergamenus, inter Rei Rusticæ scriptores Varroni et Columellæ memoratus i. 1. Hunc esse Apollonium arbitror, quem περὶ Βοτάνων, *de Herbis*, edidisse volumen auctor est Scholiastes vetus Nicandri, p. 27. *de Facile Parabilibus Medicamentis*, τῶν Εὐπορίστων Φαρμάκων, Galenus lib. xi. de Facult. Simpl. Medic. cap. 1. p. 314. et cap. 8. p. 350.

Apollonius qui Μύρωσιν, (sic enim emendavimus in Indice lib. xxviii. cum prius legeretur, *qui Myrsin*) hoc est, qui partem illam τῆς Κοσμητικῆς attigit, quæ fucos et pigmenta docet. Hic Herophileæ sectæ Medicus fuit, Μῦς cognominatus, ut auctor est Celsus in Præfat. lib. v. et Strabo lib. xiv. p.

Digitized by Google

645. *De Coronis et Unguentis*, περὶ Στεφάνων καὶ Μύρων, librum scripsit, unde Myronides est appellatus apud Athen. lib. xv. p. 691. Ex ejus libro *de Unguentis* Plinius multa transcribit xiii. 2. ut ibi diximus in Notis. Is est fortassis, quem a patria Memphitem appellat Cælius Aurel. iii. 8. fol. 274.

Apollonius Pitanæus, in Indice lib. xxix. a Pitane Laconici agri oppido cognomen accepit. An ille sit Apollonius, quem ἐν πρώτῳ τῶν Ὑπομνημάτων citat Apollonii Schol. ad i. 430. haud satis compertum.

Apollophanes Medicus, et idem fortasse Vates, cujus Comœdias laudat Athenæus lib. iv. p. 114. et lib. xi. p. 485.

Aquila, cui Julius prænomen fuit. Scripsit hic de Cultura Vitium librum singularem teste Columella, inquit Simlerus in Epitome Gesneri: sed Julium Atticum, credo, voluit dicere: nam de Julio Aquila ne γρῦ quidem apud Columellam. De Etrusca Disciplina scripsisse auctor est Plinius in Indice lib. xi.

Aratus, Solensis e Cilicia fuit, natus Olymp. circiter cxxiv. Scripsit Phænomena et Astrologica. In Medicina quoque quæ ad Anatomen et Compositionem Theriacorum attinent: Ὀστολογίαν, *de Ossibus*; Ἰατρικὰς Δυνάμεις, *de Medicis Facultatibus*; Διοσημείας, *de Ostentis*: Ἀνθρωπογονίαν, *de Hominum Generatione*; aliaque, quæ commemorat auctor ipsius Vitæ, quam Petavius edidit, p. 268. et 410. in Uranologio. Arati Κανόνα laudat Achilles Tatius in Phænom. cap. 19. p. 138.

Archelaus Rex, Cappadociæ nimirum, ut auctor est Plinius xxxvii. cap. 11. et 25. ubi quæ ex Archelao refert de Gemmis, ex eo libro depromta esse certum est, quem περὶ Λίθων, *de Lapidibus*, scriptum ab eo ait Plut. de Flumin. p. 1153. In nummo vetere, ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΡΧΕΛΑΟΥ. ΦΙΛΟΡ .... hoc est, Φιλορωμαίου, quod et aliis ante eum Cappadociæ regibus, Ariarathi et Ariobarzani, attributum cognomen fuisse, alii ante nos viderunt: Archelao, nos primi in eo nummo deprehendimus.

Archelaus, de quo Plinius in Indice lib. xxviii. quem Scholiastes Nicandri ad Theriaca p. 38. laudat ἐν τοῖς διφυέσι, hoc est, in libro de iis quæ sunt ancipitis naturæ, quo ex libro refert ea quæ ad murænarum coitum cum serpentibus attinent. Scripsit et Epigrammata ad Ptolemæum regem, de mira animalium natura, ut auctor est Antigonus Carystius Histor. Mirab. p. 28. ubi hunc fuisse patria Ægyptium docet: atque ab eo proinde diversum quem Χεῤῥονησίτην fuisse Athenæus ait lib. ix. p. 409. ubi eum laudat in Ἰδιοφυέσι, hoc est, in eo opere quo agit de rebus quæ singulis in locis propria gignuntur.

Archibius. Scripsit ad Antiochum Regem, teste Plinio xviii. 70. Laudatur a Galeno κατὰ γένη, v. 14. p. 798.

Archidemus Medicus. Hujus extant capita aliquot de Mulomedicina, inter Veterinariæ Medicinæ scriptores Basileæ editos an. 1537.

Archimachus. Conscripsit hic rerum Euboicarum libros, quorum tertium citat Athenæus lib. iii. p. 264. et Clemens Alex. Strom. lib. i. Itaque de patria sua scripsit; Straboni enim lib. x. p. 465. Ἀρχέμαχος ὁ Εὐβοεὺς appellatur. Ætatis incertæ.

Archimedes, Syracusius, Arithmetices, Geometriæ, atque Astronomiæ peritia insignis; de quo alii satis multa.

Archytas Tarentinus, inter scriptores Rei Rusticæ Varroni et Columellæ

Digitized by Google

Digitized by Google

Arruntius, sic enim in inscriptionibus antiquis scribitur, et apud Dionem lib. LVIII. p. 638. Λούκιος Ἀῤῥούντιος. De eo Seneca Ep. CXIV. p. 484. 'Arruntius,' inquit, 'vir raræ frugalitatis; qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus, et in illud genus nitens,' &c. Vixit Augusti principatu, cujus judicio dignus ipse Arruntius principatu fuit.

Artemidorus Ephesius. Vixit is Olymp. CLXIX. ut Marcianus Heracleotes testatur in Periplo, p. 97. Terras descripsit, et maris περίπλουν libris undecim, ut idem Marcianus docet p. 31. qui eos redegit in Epitomen. Ipse scripsisse dicitur ἐπιτομὴν τῶν γεωγραφουμένων, a Scholiaste Apollonii ad Argon. III. 858. Artemidorum Ephesium lib. VIII. Γεωγραφουμένων laudat Diod. Sic. Bibl. lib. III. p. 149.

Artemon Medicus, in Indice lib. XXVIII. et cap. 2. ejusdem libri.

Asarubas, qui forte *Asdrubas,* vel *Asdrubal* vocandus, laudatur a Plinio, tum in Indice lib. XXXVII. tum cap. 11. ejusdem libri. Plinio ipsi coævus, ut ipse testatur, loco proxime notato.

Asclepiades Medicus, quem nonnulli crasso errore cum Asclepiade Myrleano confundunt, qui Ptolemæi Evergetis ætate vixit. Hic quem Plinius laudat VII. 14. 20. 22. 23. 24. 26. et 29. Prusiæus ex Bithynia fuit, Philophysicus cognominatus, Pompeii M. temporibus, teste Strabone lib. XII. p. 566. et Plinio ipso XXV. 3. Fuit is primum Rhetor, sed a Rhetorica postea ad Medicinam transiit, teste Plinio XXVI. 7. ubi plura de eo. Hinc 'eloquens Medicus' dicitur Ciceroni de Orat. lib. I. p. 288. qui se eo medico et amico usum esse gloriatur. Librum scripsit de tuenda sanitate, cujus Celsus meminit I. 3. p. 4. 'Multarum rerum,' inquit idem Celsus IV. 4. 'quas ipsi quoque secuti sumus, auctor bonus.' De dando vino volumen, quod a Plinio laudatur XXIII. 19. Ejusdem libros de hydrope laudat Cælius Aurel. III. 8. et alios alibi passim. Hujus denique ad Mithridatem scripta volumina de medicis rebus, auctor est Plinius XXV. 3.

Asclepiades qui Τραγῳδούμενα scripsit. Hunc Tragilensem fuisse, ex Tragilo Thraciæ oppido, prope Cherronesum, et Macedoniam, ac libris sex scripsisse *τὰ τραγῳδούμενα, ea quæ in tragœdiis decantantur,* auctor est Stephanus, verbo Τράγιλος. Meminere præterea Asclepiadæ *ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις* Athenæus lib. X. p. 456. Harpocration in Δυσαύλης, p. 90. Hesychius in Ῥήσαρχος, p. 814. et Schol. Apollonii ad II. 328.

Asclepiodorus. Est in Indice lib. XXXV. qui totus est de picturæ laude. Hunc igitur suspicor fuisse pictorem illum in symmetria admirabilem, quem Plinius laudat cap. 36. libri illius. De sua arte scripserit is fortassis aliquid, quod et alii fecerunt.

Asconius Pedianus, a Pedia gente, in quam qui primus est adoptatus, ita vocatus est. In vet. inscript. apud Gruter. p. 987. PEDIANVS: etsi Suidas et alii Græci aliquando Παιδιανὸς scribant. Fuit is Virgilio familiaris, a quo audierat se fixisse crucem Grammaticis illo versiculo: 'Tres pateat cœli spatium non amplius ulnas.' Hujus extant Commentarii in Orationes Ciceronis. Serius quam oportuit ejus obitum ponit Hieronym. in Chron. dum ad an. Vespasiani VII. sic loquitur: 'Q. Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui LXXIII. ætatis suæ anno captus luminibus, XII. postea annis in summo omnium honore consenescit.' Obierit igitur is anno Domi-

Digitized by Google

tiani septimo, annos tamen natus, cum obiit, tantum LXXXV. qui familiaris Virgilio fuit, ante annos centum et quinque mortuo. Neque vero idcirco necesse est diversum putare illum Asconium Hieronymi ab eo cujus extant Commentarii in Ciceronem, ut voluit Scaliger in Eusebii Chron. p. 184. Quis enim scriptorem historicum clarum existimet, de quo ceteri scriptores silent? silent autem profecto, si diversus is a Critico, quem unum omnes noverunt.

Asinius Pollio. Hujus ad Ciceronem extat Epistola lib. X. ad Famil. Huic Maro Eclogam inscripsit. Edidit ipse historiarum Romanarum libros XVII. teste Suida in Ἀσίννιος, p. 456. 'Non minima pars Romani styli' appellatur a Valerio Max. VIII. 13. Ad eum Horatius: 'Insigne mœstis præsidium reis, Et consulenti Pollio curiæ.'

Astynomus. Laudat hunc Stephanus, in verbo Κύπρος. Geographica scripsisse videtur.

Attalus. In Indice Pliniano lib. VIII. sic habent libri fere omnes editi, *Hierone rege, Attalo Rege, Philometore item.* Atque importunum illud glossema *Rege*, quod insertum est post Attali nomen, incautum ita fefellit Fulvium Ursinum, in notis ad Varronem p. 12. ut existimarit duos hic diversos laudari a Plinio reges ac scriptores. Verum ex Varrone I. 1. intelligimus unius ejusdemque geminum illud nomen esse, atque adeo legendum ἁπλῶς *Hierone rege, Attalo Philometore item.* Fuit enim Attalus Pergami rex, Eumenis F. amicus populi Rom. quem moriens reliquit hæredem: Philometor idem cognominatus ob pietatem adversus matrem, uti ex Strabone liquet lib. XIII. p. 624. Plutarchus item scribens in Demetrio p. 897. Ἄτταλος ὁ Φιλομήτωρ ἐκήπευε τὰς φαρμακώδεις βοτάνας, κ. τ. λ. ejus in re herbaria curanda diligentiam extollit. Ex his corrigendus est Columella, apud quem I. 1. pariter legitur, 'Attalus et Philometor,' perperam. Haud diversum ab eo puto Attalum esse eum, quem Medicum appellat Plinius in Indice lib. XXXII. et XXXIII. cum hunc ipsum Pergamenorum regem omnis generis medicamentorum perquam studiosum fuisse Galenus affirmet, κατὰ γένη, I. 13. p. 657. et de Antidotis I. 1. p. 865. De Medicinis ex animalibus scripsisse de Facult. Simp. Medic. X. 1. p. 275.

Atteius Capito, cui Lucius prænomen fuit. Hunc Augusti ævo Consulem fuisse cum Vibio Postumo, et Pomponius lib. I. Digest. tit. 2. de Orig. Juris, § 24. et vetus testatur inscriptio, an U. C. DCCLVIII. Sed suffectos Consules oportet fuisse, non ordinarios. Maximæ auctoritatis Jurisconsultus vocatur a Pomponio. Conjectanea illius, ac libri de Jure Pontificio, a Gellio laudantur IV. 6. p. 286. Commentarius de judiciis publicis ab eodem X. 6. p. 515. Liber primus Sacrificiorum, a Macrobio Saturn. III. 10. p. 408.

Atteius Philologus. De eo Suetonius de Illustr. Gram. c. 10. p. 121. 'Atteius Philologus, libertinus, Athenis natus. Hunc Capito Atteius Jurisconsultus, inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum fuisse ait. . . . Philologi appellationem assumsisse videtur, quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vendicavit, multiplici variaque doctrina censebatur. Coluit familiarissime C. Sallustium, et eo defuncto Asinium Pollionem.' Citatur a Festo, verbo 'Naucum.' Ejus liber glossematorum,

Digitized by Google

ab eodem, verbo 'Ocrem,' Tertius *πυάκων*, a Sosipatro lib. I. p. 108. Pudentis Grammatici discipulum se fuisse ipse profitetur in inscriptione vetere apud Gruter. p. 653.

Atticus Julius. Hunc sui temporis scriptorem, et Corn. Celso æqualem vocat Columella: eundemque ait I. 1. p. 13. de una specie culturæ pertinentis ad vites singularem librum edidisse.

Atticus Pomponius. Huic Titus prænomen fuit: idem post adoptionem Q. Cæcilius Pomponianus Atticus vocatus. Ciceronis familiaritate notissimus. Scripsit de virorum illustrium imaginibus, teste Plinio xxxv. 2. Citantur ejus Annales ab Asconio Pediano in Orat. Cicer. in Pison. p. 6.

Augustus Cæsar. Scripsisse eum de Vita sua libros XIII. auctor est Suetonius in Augusto: unde decerptum illud quod Plinius refert II. 23. etsi id quidem non aperte Plinius significet: sed ex Bæbii Macri verbis agnoscitur apud Servium in Georg. I. eadem ex eo opere narrantis. Hosce commentarios rerum suarum ad Agrippam et Mæcenatem inscripsit, teste Plutarcho in Cicer. p. 887. et in Antonio p. 947. Scripsit et Breviarium totius imperii, de quo idem Suetonius cap. ult. Notitiam imperii posterior ætas vocasset. Ex ejus commentariis compositionem medicam exscribit et laudat Plinius Valer. de Re Med. I. 18. Librum Epistolarum D. Augusti, quas ad Caium nepotem suum scripsit, laudant Quintilianus I. 6. p. 60. Gellius XV. 7. p. 807. Plin. XVIII. 38.

B.

Bæton, Βαίτων Athenæo lib. X. p. 442. dimensor itinerum Alexandri, cui comes fuit, in eo libro quem inscripsit, *Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας, Stationes Expeditionis Alexandri.*

Bacchius Milesius, Varroni et Columellæ laudatus inter scriptores Rei Rusticæ, I. 1. Idem fortassis, ac Herophileus ille medicus, quem Hippocratis libros Epidemiorum, et obscuriora loca Commentariis illustrasse, auctor est Galenus Comm. I. in l. VI. Hippocr. Epidem. tomo IX. p. 354.

Basilis. Inter eos qui Æthiopiæ mensuram literis consignarunt hic annumeratur a Plinio VI. 35. Ab Agatharchide de Rubro Mari c. 31. apud Photium in Bibl. p. 1360. cod. 250. inter eos qui orientis loca descripserunt, Βάσιλις, καὶ Ἑκαταῖος, κ. τ. λ. Denique ex ejusdem libro secundo Rerum Indicarum nonnulla refert Athenæus lib. IX. p. 390.

Bassus Calpurnius, sic enim in vetustis omnibus Inscript. legitur apud Gruter. non uti vulgo *Calphurnius.* Laudatur in Indice Pliniano lib. XVI. et sequentium.

Bassus Julius. Vixit hic Augusti temporibus: ac licet homo Latinus, Græce tamen de Re Medica scripsit, teste Dioscoride in Præfat. in qua Βάσσος ὁ Τούλιος, non ὁ Τύλιος vel Τυλαῖος, uti et apud Epiph. adv. Hæres. I. 3. ubi ejus Bassi meminit, inter insignes medicos, legi oportere viderunt ante nos eruditi. Julius Bassus a Scribonio laudatur in Compos. 29.

Berosus. Non Mosis ille temporibus, ut quidam statuunt, sed Alexandri M. æqualis, ut docet Eusebius lib. X. Præpar. p. 493. Scripsit Babylonica sive Chaldaica, hoc est, de patria sua libris tribus, teste Tatiano contra Græ-

Digitized by Google

Digitized by Google

cinna. De Etrusca disciplina, ut Plinius ait in Indice lib. II. volumen edidit: ex quo nonnulla de fulguribus recitat Seneca Natur. Quæst. II. 56. p. 858. cum hoc elogio: 'Facundus vir,' inquit, 'qui habuisset aliquod in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra pressisset.'

Cælius. Vide *Antipater Cælius.*

Cæpio Tiberii principatu vixit. Scripsit de floribus et coronamentis.

Cæsar Dictator, in Indice lib. XVIII. Græce is dicitur, ut Tarrutius fecit, Astrologicum studium illustrasse. Ideo, credo, Græce maluit quam Latine, quod in eo Astrologiæ studio familiariter uteretur Sosigene, homine Ægyptio Græce perito, non item Latine. Macrobius Saturn. I. 16. p. 269. 'Julius Cæsar,' inquit, 'siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Ægyptiis disciplinis hausit.' Ex hoc opere Cæsaris permulta de ortu siderum et occasu Plinius refert lib. XVIII. An commentarii de Bello Gallico, qui sub ejus nomine vulgo circumferuntur, illius sint, an Julii Celsi, lis est inter criticos. Priscianus tamen Cæsari adjudicat, lib. VII. p. 770.

Cæsennius. In Indice lib. XIX. dicitur κηπουρικὰ scripsisse, hoc est, *de Re Hortensi.* At qui illius meminisset, præter Plinium, reperi adhuc neminem. Animus aliquando fuit *Cæsennium* in *Cæsellium* mutare, cujus Commentarii Lectionum Antiquarum citantur a Gellio II. 16. p. 147. et III. 16. p. 256. sed religio deinde fuit contra omnium codicum, quos vidi, fidem ire.

Calippus, Græce Κάλιππος, Cyzicenus a patria cognominatus apud Censorinum, c. 18. Astronomus antiquissimus, cujus apud Geminum mentio in Elementis Astronomiæ, c. 6. et Ptolemæum de Apparentiis p. 93. apud Petavium in Uranologio, ubi Calippi observationes in Hellesponto factæ narrantur.

Callicrates, in Indice lib. v. Geographica scripsisse videtur.

Callidemus, in Indice lib. IV. Laudatur a Solino, c. 11. p. 30.

Callimachus, patria Cyrenæus, vixit ad Ptolemæi Evergetæ tempora: scripsit κτίσεις, sive *Origines* Insularum et Urbium: de Rebus in Peloponneso et Italia admirandis: de Piscibus: de Ventis: *de Avibus*, περὶ ὀρνέων, cujus operis meminit et Isaac. Tzetzes in Lycophr. p. 82. et Schol. Apollonii ad I. 1040. de Orbis Terrarum Fluminibus, aliaque multa quæ ex Suida peti possunt, p. 1360. Edidit præterea hymnos, qui hodieque extant. De Asiæ fluminibus edidisse volumen, auctor est Schol. Apollonii ad I. 1165.

Calliphanes, in Indice lib. III. et VII. ac VII. 2. Scripsit τὰ γεωγραφούμενα.

Callisthenes. Patria hic Olynthius fuit, teste Æliano Hist. Anim. XVI. 3. Aristotelis auditor idem et consobrinus, teste Laërtio in Theophrasto, p. 123. scripsit libros decem rerum a Græcis gestarum, teste Diodoro Siculo lib. XIV. p. 325. et Athenæo lib. X. p. 452. De radicum herbarumque viribus, ut auctor est Epiphanius adv. Hær. I. 3. Ejusdem Macedonica laudat Stobæus Serm. XLVIII. p. 171. et Plutarchus in Parallelis, p. 307. Thracica, idem p. 313. Metamorphoses, idem p. 306. et Stobæus loc. cit. p. 172. Persica, Suidas tomo II. p. 717. in Σαρδαναπάλλους: Strabo lib. XVII. p. 813. libros de rebus gestis Alexandri. Denique Callisthenes ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Περίπλου laudatur ab Apollonii Schol. ad I. 1040.

Callistratus. Laudatur a Plinio XXXVII. 12. et 25. quibus ex locis apparet scripsisse Callistratum περὶ λίθων, *de Lapidibus Pretiosis*, sive *de Gemmis.*

Digitized by Google

Calpurnius. Vide *Bassus Calpurnius.*

Calvinus Domitius, in Indice lib. XI.

Calvus Licinius. Catullo hic familiaris fuit, ut ex hujus ad illum hendecasyllabis liquet: cum Tullio de facundiæ principatu decertavit, ut testis est Seneca Controv. III. 19. p. 150. Hujus in Julii Cæsaris famam exaratos versus recitat Suetonius in Julio, c. 49. p. 9. Ejusdem poëma laudat Charisius lib. I. p. 120. Orationes lib. II. p. 203.

Cassius Hemina. Laudat hunc Solinus c. 2. p. 13. Nonius c. 2. n. 163. 'Cymbalissare,' inquit, 'est cymbala quatere. Cassius Hemina lib. III. 'Mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbalissabat.' Ejusdem librum Annalium primum citat Gellius XVII. 21. p. 982. secundum Macrobius Saturn. I. 16. p. 266. Quartum idem Nonius c. 2. n. 495. verbo 'Litterosus.' Vixit Ludis Sæcularibus quartis, C. Corn. Lentulo, L. Mummio Achaico Coss. anno U. C. DCVII. teste Censorino c. 17. Quare Simlerus hallucinatus, qui eum scripsisse ad Tiberium putat, quem imperare scimus cœpisse anno DCCXC. Cassium Heminam scilicet cum Cassio Severo confundit.

Cassius Parmensis, idem *Severus* cognominatus: unus e Cæsaris percussoribus, qui omnium postremus parricidii pœnas luit, ut a Velleio proditum lib. II. Scripsit ad Antonium epistolam, quam Plinius laudat XXXI. 8. De eo Horat. I. epist. 4. 'Scribere, quod Cassî Parmensis opuscula vincat.' Hujus extat epigramma de Orpheo, inter poëmatia vetera a Pithœo edita, Paris. 1590. lib. IV. p. 185.

Cassius Severus Longulanus, a natali solo, Italiæ oppido, sic appellatus, ut a Cassio Severo Parmensi distingueretur. Floruit extremis Augusti temporibus, et Tiberii principatu: insignis orator a Plinio vocatus VII. 10. et a Quintil. X. 1. p. 753. ubi eximie ejus ingenii forma et acerbitas depingitur. Hactenus in Plinianis editionibus legebatur divisim: *Cassio Severo, Longulano:* unde Simlerus in Epitome Gesneri, ut scriptorum, credo, numerus cresceret, Longulanum putavit proprium esse scriptoris nomen. Hujus Cassii Severi libellum scriptum ad Mæcenatem citat Charisius lib. I. pag. 79. et Priscianus lib. VII. p. 759. Ad Tiberium librum secundum, Diomedes lib. I. p. 370.

Castor. Vide *Antonius Castor.*

Castritius. Falso Simlerus aliique existimant, laudari a Plinio T. Castritium Rhetorem, de quo mentio frequens apud Gellium, qui se eo usum esse magistro testatur XIII. 21. p. 699. Hadriani Imp. ætate. Hujus patrem potius fuisse oportet eum, quem scripsisse κηπουρικὰ, hoc est, *de Re Hortensi*, Plinius ait in Indice lib. XIX.

Cato Censorius. Laudat hunc breviter, at eximie, Quintilian. XII. 11. p. 914. De eo multa diximus VII. 28. Scripsit de Re Militari, ut in Notis ad præfat. Plinianam diximus, p. 189. n. f. Epistolam ad filium, cujus meminit Priscianus l. VII. p. 762. Originum libros, quorum septem a Grammaticis citantur. Agricolationem Latine loqui primus instituit, inquit Columella de Re Rust. I. 1. Extat hodieque hic ejus liber de Re Rustica.

Celsus. Vide *Corn. Celsus.*

Chæreas Athenæus, Varroni et Columellæ laudatus inter probatissimos Rei Rusticæ scriptores, I. 1.

Chæristus vel *Chæristeus*, Atheniensis, qui Columellæ *Chrestus*, Varroni

Digitized by Google

rectius *Chæristeus:* ab utroque loc. cit. annumeratus inter scriptores de agricultura.

Chares Mitylenæus, quem *Characem* pro *Charete* scripserunt hactenus Plinii editores in Indice lib. XII. Hunc de gestis Alexandri scripsisse auctor est Plutarch. in ejus Vita, p. 696. Cujus historiæ librum decimum laudat Athenæus lib. XII. p. 538. Χάρης a Græcis dicitur. De eo plura Suidas. Characem quidem non diffiteor historiarum Græcarum condidisse libros XL. in quibus, ut idem Suidas ait, Augusti Cæsaris facta narrantur, et Neronis, et successorum. Verum is, et Plinio junior, ut apparet, et Lampsacenus idem, non Mitylenæus fuit.

Chrysermus. Medicus hic fuit, cujus placita laudantur a Plinio XXII. 32. ab historico cognomine, patria Corinthio, de quo Plutarchus de Fluviis, pag. 1150. et Stobæus Serm. CLVII. p. 551. fortasse diversus.

Chrysippus Philosophus, qui natus Solis, Ciliciæ oppido, Cleanthis auditor fuit. Vitam illius scripsit Laërtius lib. VII. p. 207. Edita ab illo aiunt volumina DCCVII. Vixit Ptolemæi Evergetæ et Philopatoris ætate: obiit Olymp. CXLIII. ut Suidas refert. Libros ejus περὶ φύσεως laudat Plutarchus de Stoicor. Repugnant. p. 1045. aliaque opera.

Chrysippus Medicus, Erasistrati magister, ut Plinius ait, XXIX. 3. Galenus de Venæ Sectione contra Erasistr. c. 2. et Erasistratus ipse apud Laërt. lib. VII. in Chrysippo, p. 209. Vixit igitur is Alexandri M. et Ptolemæi Lagidæ temporibus: patria Cnidius fuit. Venæ sectionem improbabat. De brassica scripsisse scimus ex Plinio Laërtioque. Sed et opus integrum περὶ λαχάνων, *de Oleribus,* ab eo editum auctor est Scholiastes Nicandri ad Theriac. p. 39. Chrysippum alium ab eo diversum, Medicum pariter, sed Rhodium, laudat Scholiastes Theocriti ad Idyll. XVI. 128.

Cicero. Marcus Tullius, ille Romanæ facundiæ parens.—'Scripsisse librum de Admirandis a Plinio dicitur, XXXI. 8. et 38. De consiliis suis, a Boëtio, de Musica cap. 1.' *Ed. sec.*

Claudius Cæsar. Scriptas ab eo historias, auctor est Seneca in Ἀποκολοκυντώσει, p. 932. Suetonius in Claudio c. 41. et 42. historiam ait scribere illum aggressum in adolescentia, T. Livio hortante, Sulpicio Flavio etiam adjuvante: initium duxisse a Cæsaris cæde: reliquisse de hoc argumento XLIII. volumina: octo, de Vita sua: Epistolarum, unum: Τυῤῥηνικὰ item et Καρχηδονιακὰ, &c.

Cleemporus Medicus, in Indice prætermissus: laudatur autem XXII. 44. et XXIV. 101.

Cleobulus in Indice lib. IV. laudatur a Plinio: quamobrem scripsisse Γεωγραφούμενα videtur. Diversus certe ab iis quos eodem homine fuisse appellatos prodidere Laërtius et Stobæus.

Cleophantus. Vini rationem ab eo illustratam ait Plinius XXVI. 8. De eo Celsus III. 14. agens de tertiana febri: 'Quidam ex antiquioribus medicis Cleophantus,' inquit, 'in hoc genere morborum, multo ante accessionem caput ægri multa calida aqua perfundebat, deinde vinum dabat: quod, quamvis pleraque ejus viri præcepta secutus est Asclepiades, recte tamen præteriit: est enim anceps.' Asclepiadem igitur antecessit ætate: Prusiæum intelligo, qui Mithridatis et Pompeii M. temporibus floruit. Idem a

Digitized by Google

scriptis, Latini Hippocratis nomen est adeptus. Laudat hunc eximie Columella II. 2. p. 42. Et Quintil. XII. p. 915. 'Cornelius Celsus,' inquit, 'mediocri vir ingenio, non solum de his omnibus conscripsit artibus, (historia scilicet, et eloquentia,) sed amplius etiam rei militaris, et rusticæ etiam, et medicinæ præcepta reliquit: dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus.'

Cornelius Nepos. Floruit Ciceronis temporibus, Augusti principatu obiit. Scripsit de Viris Illustribus: quem forte Exemplorum librum inscripsit: nam hujus operis liber quintus laudatur a Gellio VII. 18. p. 441. Chronicorum item primus ab eodem XVII. 21. p. 982.

Cornelius Valerianus.

Corvinus Messala, cui Valerius prænomen fuit, ex nobili Messalarum familia, 'orator nitidus et candidus,' ut Quintiliani verbis utar, X. 1. p. 752. 'et quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam.' Ut biennio toto ante obitum memoria omni defecerit, diximus VII. 24. Obiit extremis Augusti temporibus.

Cotta Messalinus, Messalæ oratoris, quo de proxime ante egimus, filius, a Plinio dicitur X. 27. Vide quæ de illo ibi diximus.

Crates Grammaticus, ab arte quam exercuit, idem a patria, Mallo Ciliciæ oppido, *Mallotes* appellatus, Μαλλώτης. 'Primus, quantum opinamur,' inquit Sueton. de Illustr. Grammat. cap. 2. p. 119. 'studium Grammaticæ in Urbem intulit Crates Mallotes, Aristarchi æqualis, qui missus ad Senatum ab Attalo Rege, inter secundum ac tertium Bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem,' &c. Laudat eum et Sextus Empir. advers. Math. c. 2. p. 10. Librum ejus quintum de Lingua Attica Athenæus lib. XI. p. 497.

Crates Pergamenus, a patria sic cognominatus, laudatur a Plinio VII. 2. Æliano Hist. Anim. XVII. 9. Κράτης ὁ ἐκ τοῦ Μυσίου Περγάμου.

Cratevas, a Dioscoride in Præf. ὁ Ῥιζοτόμος cognominatus, quam vocem explicabimus in Metrodoro. A Plinio item XXV. 4. Ab Epiphanio adv. Hær. I. 3. Scripsit de Plantis, quod opus Ῥιζοτομικὸν appellavit. Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 32. Κρατεύας ἐν Ῥιζοτομικῷ. Hujus operis fragmenta quædam Græce edidit in opere de simplicibus Italico sermone a se conscripto Aloysius Anguillara, p. 27. et alibi. Alium ejusdem nominis Medicum multo vetustiorem, hoc est, Hippocratis ævo, fuisse scio. Hic Pompeii ætate vixit, quippe qui multas Mithridati, ut auctor est Plinius loc. cit. herbas ascripserit.

Cremutius. Vide *Cordus Cremutius.*

Critodemus Astrologus. Hujus Apotelesmatica extare in Bibliotheca Cæsarea Viennæ, cod. 141. auctor est P. Lambecius lib. VII. p. 284.

Criton. Hunc in Imperatorum ædibus Medicum fuisse, libros quatuor τῶν κοσμητικῶν, hoc est, eorum quæ ad ornatum corporis attinent, scripsisse, refert Galenus κατὰ τόπους, I. 3. p. 341. et 342.

Ctesias, patria Gnidius, Medicus Artaxerxis: cujus historici fidem laudat Aristoteles Hist. Animal. VIII. 28. Plutarchus, in Artaxerxe, aliique elevant. Excerpta Persicarum Indicarumque rerum, quas ille scripsit, extant apud Photium plurima, in Bibl. LXXII. Indicas scripserat libro singulari: Persicas, voluminibus tribus et viginti. Librum primum τῶν περιόδων laudat

Digitized by Google

Scholiastes Apollonii ad II. 1017. Asiæ Periplum Harpocration, verbo Σκιάποδες. Librum primum de Fluminibus Plutarchus de Flum. p. 1160. Librum de Tributis Asiæ Athenæus lib. x. p. 442.

Curio Pater. Actiones Curionis patris, quibus Cæsaris famam perstrinxit, Suetonius commemorat in Julio Cæsare c. 49. p. 9. Curionis filii Cicero meminit ad Att. II. 24. p. 72.

D.

Dalion Medicus. Idem fortassis, qui primus in Æthiopiam ultra Meroën subvectus dicitur VI. 35. ac de rebus Æthiopicis multa prodidisse. Herbarium Plinius appellat, XX. 73.

Damastes. Δαμάστης, Sigeensis ex Sigeo Troadis promontorio dictus, Herodoto σύγχρονος. Avienus de eo: 'Quin et Damastes nobilis natus Sige.' Sua ex Hecatæo descripsisse, ac periplum edidisse, auctor est Agathemerus I. 1. p. 2. τὰ ἐκ τοῦ Ἑκαταίου μεταγράψας, περίπλουν ἔγραψεν. Suidas p. 639. et Valer. Max. VIII. 13. hujus operis meminerunt: Auctoris Strabo lib. I. p. 47. et lib. XIV. p. 684. et Plut. in Camillo, p. 138.

Damion, Medicus, de Bulbis egisse dicitur XX. 40. Idem fortassis, qui ab aliis appellatur

Damon Cyrenæus, quem de Philosophis scripsisse scimus ex Laërtio in Thalete, p. 10. quem Medicum Plinius Valerianus appellat III. 20. ubi Plinii nostri locum proxime a nobis laudatum transcribit. Ejus liber quartus Ἀττίδος, sive Tribuum Atticæ, laudat Athen. lib. III. p. 96.

Demetrius Physicus, *Phalereus* idem cognominatus, Theophrasti auditor, Alexandrinæ Bibliothecæ præfectus, Ptolemæi Lagidæ et Philadelphi temporibus. Seriem ejus operum Laërtius exhibet in ejus Vita lib. V. p. 133. et Suidas p. 677. De quaternario numero scriptum ab eo quiddam Plinius ait XXVIII. 17. De statuis ei dicatis ab Atheniensibus vide quæ diximus XXXIV. 12. Hunc potius a Plinio Demetrium hic designari autumo, quam Scepsium, aliumve quempiam ex iis XX. qui ejusdem nominis fuisse dicuntur apud Laërtium.

Demetrius alter, cujus est mentio XXXVI. 17. is mihi videtur esse Byzantius historicus, qui, uti Laërtius testatur, de Ptolemæi et Antiochi rebus gestis scripsit, ac de Libyæ statu.

Democedes Medicus, sic enim emendavimus, cum prius *Democlides* legeretur. Crotoniates hic Medicus fuit, qui in Ægina insula Medicinam exercuit, Polycratem Samiorum tyrannum curavit: a Dario deinde in Persidem est accersitus. Scripsit librum de Medicina. Narrant ista de eo Suidas p. 479. Tzetzes Chiliad. III. Hist. 97. vs. 544. Dio lib. XXXVIII. p. 71. et ante eos Herodotus lib. III. p. 310. Ab his Δημοκήδης vocatur. Nec sum nescius Δημοκλείδεα quendam ab Athenæo laudari, lib. IV. p. 174. sed quem historicum potius quam Medicum esse appareat.

Democles, Suidæ Δημοκλῆς. Ab eo accepta esse, quæ Plinius de Sipylo eversa narrat, II. 93. discimus ex Strabone lib. I. p. 58.

Democrates. Vide *Servilius Democrates.*

Democritus Abderites a patria appellatus, quæ urbs est Thraciæ. Floruit

Digitized by Google

circa Olymp. LXXX. Hippocrati æqualis. Scripta ab eo Laërtius enumerat lib. IX. p. 249. Cosmographica, Geographica, Historica. Agricolationem attigit. De Chamæleone scripsisse Plinius ait XXVIII. 29. quod opus tamen a Laërtio prætermissum. Ejus liber, qui inscribitur περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν, laudatur a Gellio IV. 13. p. 303. a Columella XI. 3. p. 390. Is, quem Γεωργικῶν appellavit, a Fulgentio Mythol. l. III. c. de Peleo, p. 145. liber φυσιολογουμένων. De opere, quod Χειροκμήτων erat inscriptum, diximus XXIV. 102. Plurima Doli Mendesii commentaria, ὑπομνήματα, quibus continebantur curationes medicæ diversæ, sub ementito Democriti nomine apparuisse conqueritur Columella de Re Rust. VII. 5. p. 262. Sed ibi legendum, *Boli*. Sic enim Suidas in litera B: Βῶλος Δημοκρίτειος φιλόσοφος, ἱστορίαν καὶ τέχνην ἰατρικήν· ἔχει δὲ ἰάσεις φυσικὰς, κ. τ. λ. Et postea, Βῶλος Μενδήσιος appellatur. Suidas genuinos Democriti partus duos agnoscit, p. 680. quorum alter inscriptus esset, Μέγας διάκοσμος, alter περὶ φύσεως κόσμου. De Democriti peregrinationibus Plinium ipsum vide XXV. 5.

Demodamas. Milesius a patria cognominatus apud Stephanum, verbo Ἀντισσα. Citatur a Plinio VI. 18. ubi perperam *Demonax* scribitur. Hunc se maxime sequi in itineribus Alexandri describendis Plinius profitetur. Librum de Halicarnasso edidisse dicitur ab Athenæo lib. XV. p. 682. a quo Halicarnasseus vocatur.

Demostratus. Senatorem Romanum vocat Ælianus XV. 19. a quo passim alibi laudatur. Δαμοστράτου (nam et sic quoque ea vox effertur) ἁλιευτικῶν, sive *de Piscatione*, meminit, præter Ælianum, Sosipater apud Photium in Bibl. cod. 161. p. 339. et Suidas p. 640. qui libros ait fuisse omnino XX. hoc de argumento. Additque scripsisse item *de Divinatione per Aquam*, περὶ τῆς ἐνύδρου μαντικῆς, aliaque plurima ad historiam spectantia. Oratorem vocat Plut. in Alcibiade p. 200.

Demoteles inter eos qui de pyramidibus Ægypti scripserunt numeratur XXXVI. 17. et 19. Tertullianus libro de spectaculis, c. 8. auctor est, de obeliscis quidpiam prodidisse literis Hermatelem nescio quem: quam quidem vocem depravatam esse conjicio, illumque hunc ipsum esse, quo de Plinius hoc loco agit: atque adeo *Demotelem* ibi rescribendum.

Diagoras medicus. Scripsit de Rebus Hortensibus, seu περὶ φυτῶν, *de Plantis*. Laudat hunc Dioscorides IV. 63.

Dicæarchus, Messenius e Sicilia fuit, Aristotelis auditor, teste Schol. Aristoph. in Pace, p. 716. et Suida p. 730. a quo etiam accipimus, id quod Plinius tradit II. 65. scripsisse eum dimensiones montium Peloponnesi: libros deinde tres de populis et civitatibus Græciæ: cujus operis meminit etiam Athenæus lib. XIII. p. 557. et Cicero ad Attic. II. 2. p. 45. et VI. 2. p. 171. Ipsius Geographiam extare Ms. in Bibliotheca Fuggerorum, ait P. Labbeus, in Nova Bibl. librorum Mss. p. 169. Sed quæ forte haud alia est quam illa ejus Ἀπογραφὴ τῆς Ἑλλάδος πρὸς Θεόφραστον, quæ edita est Augustæ Vindel. an. 1600. Dicæarchi Παναθηναϊκὸν laudat Schol. Aristoph. in Vespis, p. 467. Τριπολιτικὸν, Athenæus lib. IV. p. 140.

Dieuches Medicus, Διεύχης Galeno, Comment. II. in lib. Hippocr. de Natura Hom. tom. III. p. 137. et in Proœm. lib. VI. de Facult. Simp. Medic. p. 144. Scripsit de Brassica, et Θεραπευτικά. Laudatur et ab Athenæo Διεύχης ἰατρὸς

Digitized by Google

lib. I. p. 5. Ex Dieuchis Commentariis de parandis alimentis multa refert Oribasius lib. IV. p. 50. et alibi passim.

Dino Clitarchi pater, Περσικῆς πραγματείας historicus, cujus historiæ liber quintus ab Athenæo laudatur lib. XIII. pag. 609. et a Laërtio in Procemio, pag. 2.

Diocles Medicus, idem Diocles Carystius, a patria, Eubœæ oppido Carysto, appellatus XXVI. 6. Medicorumque secundus post Hippocratem ætate ac fama. Hesychio in Συγκομιστὸς, p. 873. *Διοκλῆς ὁ ἰατρός*. Citatur liber ejus de Re Herbaria a Scholiaste Nicandri, in Theriac. p. 30. *Διοκλῆς ἐν τῷ Ῥιζοτομικῷ*. Ab Oribasio IV. 3. p. 48. liber de alimentorum præparatione. A Galeno de locis affectis, III. 10. p. 441. tom. 7. et a Cælio Aurel. Chron. I. 4. liber de passionibus et curationibus. Ab Athenæo lib. III. p. 110. liber primus de Tuenda Valetudine: lib. VII. p. 320. Ὑγιεινῶν, sive *Salubrium*, liber primus ad Plistarchum. Et l. XV. p. 681. *περὶ θανασίμων φαρμάκων, de Medicamentis Letalibus*. Ab Erotiano in Onomastico vocum Hippocr. tomo III. operum Galeni, p. 110. liber *κατὰ τὸ ἰητρεῖον, de Officina Medendi*. Ab aliis denique alii. Extat Dioclis Carystii Epistola ad Antigonum Regem, de morborum præsagiis, et extemporaneis remediis per hortensia, Latine reddita ab Antonio Mizaldo Medico, Paris. apud Feder. Morellum, 1573. Dioclis fragmentum insigne extat apud Galenum de Facult. Simp. Medic. II. 5. p. 34. et 35. ex eo opere, cui Archidami nomen inscripserat. Inter priscos maximosque medicos fuisse Dioclem, Celsus ait, VI. 5.

Diodorus Prienæus. Hunc sibi inprimis vindicasse agricolationis prudentiam, ait Columella I. 1. Varroni pariter et Columellæ inter scriptores Rei Rusticæ annumeratur. Diodori Periegetæ, ejusque operis *de Monumentis, περὶ μνημάτων*, meminit Plutarchus in Themist. p. 128.

‘ *Diodorus Syracusanus*. Citatur in Indice lib. III. et V. In toto opere nusquam apparet. Is, cujus Bibliothecam Historicam habemus, nullibi se Syracusanum vocat: immo lib. I. p. 5. Agyrium sibi solum natale dicit fuisse: *ἡμεῖς γὰρ ἐξ Ἀγυρίου τῆς Σικελίας ὄντες.’ Ed. sec.*

Diodotus Petronius. Utrius potissimum auctoritati standum sit de hujus scriptoris appellatione, an Dioscoridis qui Diodotum sejunxit a Petronio, diversosque scriptores existimavit, Pliniine potius qui quasi dedita opera hæc duo nomina tum in Indice, tum XX. 32. et XXV. 64. conjunctim legit, nec nisi unicum scriptorem his duobus nominibus repræsentari putat, haud proclive est statuere. Dioscoridem secutus est sane Epiphanius, adv. Hær. I. 3. sed transcriptoris tantum munere ibi perfunctus, non critici vel judicis: Πετρώνιος, inquit, Νίγερ, καὶ Διόδοτος, et quæ sequuntur, cum Dioscoride. Ut ut est, Ἀνθολογούμενα, hoc est, *Florilegia*, scripsisse Diodotus a Plinio dicitur XX. 32. Ἐμπειρικὰ c. 48.

Diognetus, Itinerum Alexandri dimensor appellatus a Plinio VI. 21. cum Bætone, quo de antea egimus.

Dion Colophonius. Varro et Columella I. 1. inter scriptores de Re Rustica hujus meminere.

Dionysius, de quo Plinius in Indice lib. IV. Non ille Periegetes est qui ab opere nomen accepit, idemque a patria, quæ Alexandria (Susianæ, non Ægypti) Alexandrinus dictus est; is enim Augusti principatu floruit, id quod

Digitized by Google

tum ex ejus carmine, tum ex Plinii testimonio VI. 31. compertissimum est. Quem vero Plinius testem hic advocat, Alexandri M. expeditionum comes et scriptor fuit. Situs viresque gentium sub Ptolemæo Philadelpho literis consignavit, teste eodem Plinio VI. 21.

Dionysius Medicus, quem Plinius in partes advocat in Indice libri XII. et XXII. Patria huic in Asia Miletum fuit, unde Milesius Galeno cognominatus κατὰ τόπους, IV. 7. p. 437. et Apollonii Scholiastæ ad IV. 223. Dionysii medici meminit etiam Cælius Aurel. II. 13. Idem libros Ἀργοναυτικῶν scripsit, teste eodem Apollonii Scholiaste ad IV. 1153.

Dionysius qui Magonem transtulit, Cassius Dionysius vocabatur, idem a patria Uticensis cognominatus. Magonis libros, quos Græca lingua libris XX. transtulit, Sextilio Prætori misit. Ita Varro et Columella I. 1. de Re Rust. Librum primum Ῥιζοτομικῶν Dionysii Uticensis Stephanus citat in Ἰτύκη. Nicandri etiam Scholiastes ad Theriaca p. 25. Διονύσιον laudat ἐν τοῖς Ῥιζοτομικοῖς.

Dionysius Sallustius. Vide *Sallustius.*

Diophanes, 'ex Dionysio Epitomen fecit,' inquit Plinius in Indice lib. VIII. Nempe Magonis libros, quos Dionysius Uticensis transtulerat, libris XX. in sex libros ipse contraxit, ac Deiotaro regi dicavit. Horum sex librorum rursum Epitomen aliam libris quatuor confecit Asinius Pollio, teste Suida, verbo Πωλίων, tomo II. p. 579. Meminere hujus Diophanis Varro et Columella de Re Rust. I. 1. Ille Nicæensem ab urbis natali solo, iste Bithynum a regione in qua Nicæa est, cognominat. Diophanes in Geoponicis X. 29. et alias sæpe citatur: et inter Veterinariæ medicinæ scriptores.

Diotimus Thebanus. Ille fortassis cujus librum quintum et LX. παντοδαπῶν ἀναγνωσμάτων, *omnigenarum lectionum*, laudat Stephanus, verbo Πασσαργάδαι. Vel Διότιμος ὁ γυμναστὴς, quem Theophrastus ait scripsisse de Sudoribus, opusc. de Sudor. p. 153.

Diyllus, perperam hactenus in Plinianis libris *Duillius* appellatus. Atheniensis fuit, Δίυλλος Harpocrationi, verbo Ἀριστίων, p. 47. Librum ejus historiarum nonum laudat Athenæus lib. IV. p. 155. et lib. XIII. p. 593. Historiam contexuit usque ad Philippi Macedonis obitum. Diodor. Sicul. lib. XVI. p. 418. rerum Græcarum et Sicularum scriptos ab eo libros XXVII. refert.

Domitius Cæsar, sive *Domitius Nero*, cujus carmen in Poppæam laudat Plinius XXXVII. 12. et quem disertissime scribere carmina solitum ait Seneca Natur. Quæst. I. 5. p. 836.

Domitius Calvinus. Cn. Domitii Calvini mentio apud Festum in Fragm. p. 4.

Domitius Corbulo. Vide *Corbulo.*

Dorotheus Atheniensis. Laudatur a Phlegonte, Mirabil. cap. 26. Dorotheus medicus, cujus etiam scripta commendantur inprimis. Incerta ætas: nec multo id certius, num idem ille sit cujus librum sextum historiarum Alexandri laudat Athenæus lib. VII. p. 276. primum rerum Sicularum, Stobæus Serm. CXLVIII. p. 511. quartum Italicarum, Eusebius lib. IV. Præpar. p. 157.

Dossenus Mundus, Poëta Comicus, Atellanarum scriptor haud ignobilis, cujus meminit Horatius Epist. II. 1. 173. 'Quantus sit Dossenus edacibus

Digitized by Google

in parasitis.' Inscriptum Dosseni monumento titulum recitat Seneca Epist. 89. p. 392.

Dosiades. Laudat eum Plinius iv. 20. dum de Creta agit. Et librum Dosiadæ quartum de rebus Creticis citat Athenæus lib. iv. p. 143. et lib. vi. p. 264. Δωσιάδας, κ. τ. λ. Δωσίδας Eusebio lib. iv. Præpar. p. 157.

Dositheus Astrologus, auctor octaëteridis, quæ Eudoxo tribuitur, teste Censorino c. 18. Meminere hujus præter Plinium xviii. 74. et Censorinum, Geminus et Ptolemæus, in Uranologio Petavii. Vide ne hunc Dositheum Astrologum cum historico confundas, cujus Plutarchus meminit.

Duris Samius, qui se ex Alcibiadis genere ortum ferebat, teste Plut. in Alcib. p. 209. Philadelphi tempore floruit. Scripsit Macedonica libris xv. ex Scholiaste Aristoph. in Nub. p. 150. et Apollonii Schol. ad iv. 264. Libros ut minimum decem de historia Agathoclis, quorum meminit Athenæus lib. xii. p. 541. qui aliarum historiarum librum xxii. citat lib. xii. p. 546. De pyramidibus Ægypti, ex Plinio xxxvi. 17. De Euripide et Sophocle librum, ex Athen. lib. iv. p. 184. Homo in historia diligens a Tullio vocatur ad Attic. vi. 1. p. 167. Apud Suidam tomo ii. p. 8. verbo Λάμια, laudatur Δῶρις ἐν δευτέρῳ Λιβυκῶν, (lege Δοῦρις,) libro ii. Rerum Libycarum. Et p. 726. verbo Σελίνου στέφανος, Δοῦρις ἐν τῷ περὶ ἀγώνων, opere inscripto, *de Certaminibus.* Apud Athenæum lib. xv. p. 696. scripsisse dicitur de Samiorum, hoc est, de patriæ suæ, finibus. Apud Laërt. in Thalete, περὶ ζωγραφίας, *de Pictura* liber: de Toreutice, sive Cælatura, apud ipsum Plinium in Indice lib. xxxiv.

E.

Eculeo, cui Decius prænomen fuisse dicitur xxxv. 10. In libris hactenus editis, ut ante monuimus, deformata hæc vox in Indice fuerat, atque in *Deculonem* conversa. Historiam quampiam de rebus gestis a Tiberio, vel certe de picturis volumen aliquod, videtur condidisse. Tamen, ut ne quid dissimulem, suspecta valde mihi hæc vox est, quam nusquam offendi in Romanis familiis. Atque inclinat quidem animus, ut scriptum fuisse suspicer, *D. Aculeo*, hoc est, *Decimus Aculeo:* Aculeonum enim nota Romæ familia, ex qua C. Aculeo, quem Cicero propinquum suum vocat, de Orat. lib. ii. p. 341. Notum et prænomen Decimi, quod cum unica litera D. in libris manu exaratis aliisque soleat effingi, in Decii nomen sæpenumero librarii transformarunt.

Elephantis. Poëtria fuit, de qua in Priapeiis mentio, carm. iii. Et apud Martialem xii. 43. 'Nec molles Elephantidos libelli.' De κοσμητικοῖς, hoc est, de rebus iis quæ ad corporis ornatum spectant, mandasse literis aliquid dicitur a Galeno in libris κατὰ τόπους. De libris Elephantidis, ut impurissimis, Suetonius in Tiberio, c. 43.

Empedocles Agrigentinus, Pythagoræ discipulus, vixit Olymp. circiter lxxxiv. Ut auctor est Laërtius in ejus Vita lib. viii. p. 231. Carmen edidit de animalium proprietate, Æliano teste Hist. Anim. xvi. 29. Scripsit τὰ φυσικὰ, quorum librum tertium citat Tzetzes Chiliad. vii. vs. 523. et Suidas, p. 890. De Rebus etiam Persicis: de Re Medica, aliaque, quæ Laërtius refert. Virum medicinæ peritum Celsus appellat in Præf. lib. i. p. 1. Empedoclis

Digitized by Google

errantium inerrantiumque stellarum Sphæram libro uno comprehensam servari Mss. in Bibl. Strozziana, ait Labbeus in Bibl. Nova librorum Mss. p. 170.

Ennius poëta, Annalium libros XVIII. carmine scripserat, quos passim Charisius et Priscianus laudant.

Ephippus. Cumanus hic ortu fuit, Isocratis auditor. Historiarum libros scripsit XXX. Rerum admirabilium libros XV. aliaque quæ videre licet apud Suidam, p. 1110.

Ephorus, Cuma Æolidis civitate oriundus, Isocratis auditor: de quo Cicero de Claris Orat. p. 575. 'Isocratem,' inquit, 'in acerrimo ingenio Theopompi, et lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frænos.' Seneca minus paulo honorifice Natur. Quæst. VII. 14. p. 923. 'Ephorus,' inquit, 'non religiosissimæ fidei, sæpe decipitur, sæpe decipit.' Scripsisse historiam vel ipsum, vel filium ejus libris XXX. auctor est Athenæus lib. VI. p. 232. De Origine Urbium Polybius apud Strab. lib. X. p. 465. Uterque miris eum effert laudibus. *De Rebus Inventis,* περὶ τῶν εὑρημάτων, idem Strabo lib. XIII. p. 622. et Athen. lib. VIII. p. 352. et lib. IV. p. 182. De civitatibus Thraciæ librum quartum laudat Harpocration, verbo Αἶνος. p. 11. De Nili Incremento Apollonii Schol. ad IV. 269. At de Ephori ipsius furtis libros duos scripsisse Lysimachum, auctor est Porphyrius apud Euseb. lib. I. Præpar. p. 467.

Epicharmus, Siculus vates dictus Horatio II. Ep. 1. 58. Syracusanus fuit: Pythagoræ auditor. Plurimos de Physiologia ac Medicina libros scripsit, quos Laërtius in ejus Vita enumerat, lib. VIII. p. 232. De Brassica scripsisse Plinius admonet XX. 34. 'Diligentissime conscripsit pecudum medicinas,' inquit Columella, VII. 3. p. 251.

Epidius, cui prænomen Caius, Ludum docendi aperiens, Rhetoricen docuit præter ceteros M. Antonium et Augustum, ut ait Sueton. de Claris Rhetor. c. 4. Epidia gens Romæ notissima: ex qua Marullus Epidius Trib. pl. cujus meminit Suetonius in Julio, c. 79. Vide etiam Dionem lib. XLIV. p. 244.

Epigenes Rhodius a Varrone et Columella I. 1. inter scriptores Rei Rusticæ annumeratur. Laudatur a Censorino c. 17. Plinius VII. 57. gravem inprimis auctorem vocat: in Indice lib. II. Gnomonicum, ab ea Astrologiæ parte, quam Gnomonicem vocant, quæ rationem umbrarum docet ad dignoscendas horas, solisque motus. Apud Chaldæos studuisse se gloriabatur, inquit Seneca Natur. Quæst. VII. 3. p. 930.

Erasistratus, ex Julide urbe Ceæ insulæ, Juliates et Ceius appellatus, teste Suida, p. 1032. Aristotelis Stagiritæ ex filia nepos: Chrysippi medici, vel, ut plerisque placuit, Theophrasti discipulus: quem male Samium ait fuisse Julianus in Misopog. pag. 72. Veterum Medicorum nobilissimum appellat Macrob. Saturn. VII. 15. p. 632. Vide Plin. XXIX. 3. Hujus lib. II. Salutarium Præceptorum laudat Cælius Aurel. Chron. II. 7. Librum de Hydrope, III. 8. De Podagra quoque, V. 2. Denique *περὶ δυνάμεων καὶ θανασίμων, de Medicaminibus et Venenis,* Dioscorides V. 18. Ab eo Erasistrateorum Medicorum Schola nomen accepit, quam ab Hicesio Smyrnæ excitatam Strabo prodidit, lib. XII. pag. 580. Horum sectam Galenus damnavit, pluribus adversus Erasistratum, ejusque asseclas, scriptis voluminibus, tomo operum decimo.

Digitized by Google

Digitized by Google

inquit August. de Civit. Dei VII. 26. post Tullium de Nat. Deor. lib. I. p. 49. Messanensis e Sicilia, Ptolemæi Lagidæ temporibus vixit. Laudatur et a Columella IX. 2. p. 318.

Eumachus. Laudatur a Phlegonte Eumachus *ἐν περιηγήσει*, seu orbis terrarum descriptione, cap. 18. Rerum mirabil. p. 86. Eumachus Neapolitanus libro secundo historiæ Hannibalis, apud Athen. lib. XIII. p. 577.

Euphranor, fictor idem et pictor egregius, volumina composuit de Symmetria et coloribus, teste Plinio XXXV. 40. n. 25. Vide præterea XXXIV. 19. n. 16.

Euphronius Athenæus, inter rei rusticæ scriptores a Varrone et Columella reponitur, de Re Rust. I. 1.

Euphronius Medicus. Εὐφρόνιος ἐν ὑπομνήμασιν, *in Commentariis*, laudatur ab Athenæo lib. XI. p. 495.

Euripides Poëta Tragicus, Atheniensis, Platonis *σύγχρονος*, de quo alii satis multa. Inter eos numeratur qui de Nili incremento scripserunt, ab Apollonii Schol. ad lib. IV. 269. Priscianus lib. VI. p. 707. ex Indice Pliniano, scriptorum nomina quædam colligens, 'Plinius,' inquit, 'in XXXVII. Naturalis Historiæ, Neuripede:' corriges, 'Euripide,' cum et in Indice Plinii, et ipso lib. XXXVII. cap. 11. *Euripides poëta* planissime scribatur.

F.

Fabianus Papirius, 'naturæ rerum peritissimus,' inquit Plin. XXXVI. 24. 'Vir egregius et vita et scientia, et, quod post illa est, eloquentia quoque,' inquit Seneca Epist. XL. p. 243. quo adolescente floruit Fabianus, Tiberii principatu. Hunc idem cum Cicerone, Asinio Pollione, et Livio confert, Epist. C. p. 445. Charisius lib. I. p. 81. et 119. et Diomedes lib. I. p. 372. Fabiani libros de animalibus, et Causarum naturalium sæpe in partes vocant.

Fabius Pictor, cui prænomen Quinto fuit, scriptorum Romanorum antiquissimus vocatur a Livio lib. I. p. 16. in historia scribenda secutus Dioclem Peparethium, inquit Plutarchus in Romulo, p. 19. Græco sermone scripsit, ut auctor est Dionys. Halic. lib. I. p. 5. Vixit temporibus belli Hannibalici, ut Livius docet lib. XXII. p. 210. Fabii Maximi, qui Hannibalem fregit, *propinquus*, *συγγενὴς*, a Plutarcho dicitur in Fabio, p. 184. Hujus liber primus Rerum Naturalium citatur a Nonio, c. 12. n. 3. verbo 'Picumnus.' Juris Pontificii primus, a Macrobio, Saturn. III. 2. p. 386. Ejusdem operis, ut videtur, lib. XVI. a Nonio, c. 15. p. 791. De eo plura Suidas et alii. Nos quoque de tota Pictorum familia diximus XXXV. 7. Quæ ab Annio Viterbiensi, sub Fabii Pictoris nomine, sunt edita, supposititia esse consentiunt eruditi.

Fabius Vestalis in Indice lib. VII. &c.

Fabricius Tuscus in Indice libri tertii, et seq.

Fenestella, prænomine Lucius, historiarum scriptor et carminum, obiit novissimo Tiberii Cæsaris principatu, inquit Plinius XXXIII. 52. Annales exscripsisse scimus ex Nonio c. 3. n. 188. Annalium commentatorem vocat Tertullianus, adversus Valent. c. 34. p. 262. Librum de Romanis magistra-

Digitized by Google

Digitized by Google

Hecatæus Milesius vixit Olymp. LXV. ut Suidas ait, qui Herodotum ex ejus libris plurimum profecisse scribit. Ejus περιήγησιν citat Rufus Festus Avienus in Descript. Oræ Maritimæ, vs. 42. eos scriptores recensens quos secutus est: 'Multa rerum jünximus,' inquit, 'Ex plurimorum sumta commentariis: Hecatæus isthic quippe erit Milesius, Hellanicusque Lesbius,' &c. Citat et Athenæus lib. II. p. 70. et lib. X. p. 447. Stephanus item, verbo Γαῦλος. Hecatæi Milesii opus historicum laudat Eusebius lib. X. de Præpar. p. 466. Scio apud Ælian. XI. 1. ex Hecatæo Abderita referri ea, quæ Plinius de Hyperboreis narrat IV. 26. Difficile proinde esse statuere, Abderitane potius quam Milesius a Plinio designetur. Abderitæ Hecatæi librum περὶ τῶν ὑπερβορέων laudat Apollonii Schol. ad II. 677. Summa fide atque integritate virum, Alexandri expeditionum comitem Josephus appellat, qui ex libro singulari, quem de Judæa Hecatæus scripserat, multa pro Judæis adducit adversus Apionem: quod et Eusebius facit lib. IX. Præpar. p. 408.

Hegesias Maroneus, a Maronea Thraciæ oppido appellatus. A Varrone et Columella I. 1. inter scriptores Rei Rusticæ ponitur. A Vitruvio VIII. 4. p. 166. 'magna vigilantia, et infinito studio, locorum proprietates, et aquarum virtutes, scriptis declarasse' dicitur.

Hegesidemus Cythnius. Laudat hunc pariter Solinus c. 12. p. 32.

Heliodorus. Refert Athenæus lib. VI. p. 229. et lib. IX. p. 406. excerpta quædam ex libris Heliodori Atheniensis Periegetæ, περὶ ἀκροπόλεως, de Athenarum arce, quod opus libris XV. constabat. Meminit quoque Harpocration, verbo Προπύλαια, p. 255. Is ipse est nimirum, quem de Atheniensium anathematis scripsisse Plinius ait. Ita fortassis librum inscripserit, περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει: cujusmodi inscriptio Polemonis Periegetæ operi est præfixa, teste Strabone lib. IX. p. 596. Ejusdem liber de Spectaculis Italicis laudatur a Stobæo, Serm. 242. p. 792.

Hellanicus Mitylenæus historicus, Herodoto annis 12. vetustior, teste Gellio XV. 23. p. 841. Scripsit *de Urbium Originibus*, κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων, cujus operis varias partes laudant Athen. lib. X. p. 447. Schol. Pindari, p. 431. Isaac. Tzetzes in Lycophr. p. 45. et Schol. Apollonii ad I. 916. Hellanicus in Ægyptiacis citatur a Gellio I. 2. p. 11. et Athenæo lib. XV. p. 679. Liber de Gentium Nomenclaturis, ἐν ταῖς ἐθνῶν ὀνομασίαις, ab eodem Athen. lib. XI. p. 462. et Schol. Apollonii ad IV. 322.

Hemina. Vide *Cassius Hemina.*

Heraclides Ponticus, ex Odesso, Ponti civitate, Pontici nomen traxit. Hujus vitam et scripta Laërtius tradit lib. V. p. 135. Aristotelis auditor fuit. Heraclidis librum *de Origine Urbium*, κτίσεις, citat Clemens Alexandr. in Protreptico, pag. 25. Περὶ νόσων, *de Morbis:* (forte περὶ νήσων legendum :) et aliud opus ab isto diversum περὶ τῆν ἄπνουν, *de Fœmina Carente Spiritu*, Laërtius in Empedocle lib. VIII. p. 226. et 228. et Galenus tomo VII. de Locis Affectis VI. 5. p. 518. An vero idem sit Heraclides, quem patria non appellata Plinius citat in Indice lib. IV. an alium potius Cretensem, cujus librum de Urbibus Græciæ laudat Apollonius Hist. Comment. c. 19. p. 22. an ad istum pariter pertineat liber de Origine Urbium citatus a Clemente, haud est ita proclive statuere.

Heraclides medicus Erythræus, ab Erythris haud procul Epheso, Asiæ ci-

Digitized by Google

Digitized by Google

ro et Columella I. 1. cum Attalo Philometore Pergami rege. Multa de eo præclara habet Valerius Max. VIII. 13. p. 405.

Himilco Carthaginiensium Dux, quem iter suum, seu Περίπλουν, literis Punicis consignasse testis est Festus Avienus his versibus, in Descriptione Oræ Maritimæ, vs. 412. 'Hæc olim Himilco Pœnus Oceano super Spectasse semet, et probasse retulit: Hæc nos ab imis Punicorum annalibus Prolata longo tempore edidimus tibi.'

Hipparchus Nicænus e Bithynia, ut Suidas ait p. 1264. Astrologorum sua ætate princeps. Floruit Olymp. CLIV. Extant illius libri tres Enarrationum ad Arati et Eudoxi Phænomena, Petavio nostro interprete. Scripsit et librum singularem de mense Lunari, ut auctor est Galenus tom. VIII. lib. de Diebus Decretoriis, III. 4. p. 496. Alium item de stellarum inerrantium constitutione, teste eodem Suida.

Hippocrates Cous, qui primus, ut Plinii verbis utar, medendi præcepta clarissime condidit: de quo Macrobius magnifice, 'Hippocrates, qui tam fallere, quam falli nescit,' in Somn. Scip. I. 6. p. 39. De eo plura VII. 37.

Hirtius. Thuanæus codex, et Colb. 2. Q. Hirrium vocant.

Homerus. Ille Græcorum poëtarum princeps:

Horatius Flaccus, Lyricorum, inter Latinos.

Horus Assyriorum rex, qui multa medicamenta excogitavit. Laudat eum Plinius XXX. 51.

Hyginus, cognomento Polyhistor, inquit Hieronym. in Chron. ad Olymp. CXCII. an. 4. De eo Suetonius de Illustr. Gramm. c. 20. p. 123. 'C. Julius Hyginus, Augusti libertus, natione Hispanus, . . . præfuit Palatinæ Bibliothecæ . . . familiarissimus Ovidio poëtæ,' &c. Scripsit de urbibus Italicis, ut testatur Macrobius Saturn. I. 7. p. 216. Quintum librorum, seu Commentariorum, quos in Virgilium fecit, laudat idem Saturn. VI. 9. p. 569. Meminit ejusdem operis Gellius quoque I. 21. p. 92. qui præterea Exemplorum volumen ab eo editum, X. 18. p. 545. aliosque alibi libros recenset. Ascon. Pedian. in Orat. in Pison. p. 6. librum priorem 'De Viris Claris.' Secundum de Agricultura, Charisius lib. I. p. 115. Egregium est Columellæ de eo elogium, IX. 2. p. 317. 'De alveorum cura,' inquit, 'neque diligentius quicquam præcipi potest, quam ab Hygino jam dictum est, nec ornatius quam Virgilio, nec elegantius quam Celso. Hyginus veterum auctorum placita secretis dispersa monumentis industrie collegit: Virgilius poëticis floribus illuminavit: Celsus utriusque memorati adhibuit modum.' Scripsisse præterea de apibus significat idem Columella IX. 13. p. 334. Extat hodieque ejus Astronomicum poëticum. At liber de limitibus constituendis alterius Hygini est multo recentioris.

Hylas. Scripsit de auguriis, teste Plinio X. 18. Inter externos scriptores censendus, nec Romanos.

I.

Iacchus. Inter Grammaticos Iacchus censetur apud Sueton. de Illustr. Gramm. c. 3. p. 120.

Icetidas Medicus, de quo Plin. XXVIII. 23. perperam in Indice scriptus *Icacidas.*

Ictius. Quis ille sit, adhuc incompertum. In Indice edito legitur, *C. Ictio.*

Digitized by Google

In cod. R. 2. et Colb. 2. *Ciccio*. An igitur scribendum *Cincio*, cujus liber quintus de Re Militari laudatur a Gellio XVI. 4. p. 865. An C. *Icco?* Fuit enim Iccus Tarentinus Medicus, qui LXXVII. Olympiade vixit, cujus meminit Plato in Protagora, Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος ἰατρὸς, κ. τ. λ. Vix certe existimem Itium hic habere locum posse, ad quem est Horatii Ode XXIX. inscripta, cujus est initium hujusmodi: 'Iti, beatis nunc Arabum invides Gazis,' &c. Sic enim scribendum aiunt, non 'Icti,' ut vulgo, tum ex vetustis exemplaribus, tum ex nummis Itiæ gentis.

Iollas Bithynus medicus, de quo Dioscorides in Præfat. Ἰόλας ὁ Βιθυνός. Laudatur a Galeno de Antidotis I. 1. p. 867. Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 32. Ἰόλαον vocat, ac de herbarum virtutibus scripsisse ait. Cave hunc medicum cum historico Claudio Julio confundas, cujus Stephanus meminit: quod Salmasius facit, p. 975. Exercit. in Solin.

Isidorus Characenus. Charax, quæ urbs Parthiæ est, ortum ei et nomen dedit. Parthiam descripsit eo libro qui hodieque extat, Σταθμοὶ Παρθικοὶ inscriptus. Augusti principatu claruit.

Isigonus Nicæensis, a patria sic appellatus a Plinio VII. 2. Gellioque IX. 4. p. 461. a quo inter scriptores haud parvæ auctoritatis censetur, quorum libri pleni sunt rerum incredibilium. Hujus liber Ms. De Aquis in Bibliotheca Florentina dicitur asservari. Liber secundus Ἀπίστων, hoc est *Incredibilium*, laudatur a Sotione, in Collectaneis de Fluminum Fontiumque Miraculis, p. 138.

Ismenias. Περὶ λίθων scripsisse videtur. Legato Græcorum Thebano id nomen est apud Ælian. Var. I. 21.

Juba rex, Jubæ senioris filius, ejus qui Numidiæ ac Mauritaniæ alterius rex fuit: Romam in triumphum ductus a Cæsare: qua occasione Romanis institutus disciplinis, factus est, inquit Plinius V. 1. studiorum claritate memorabilior etiam, quam regno. Πολυμαθέστατον Athenæus vocat lib. III. p. 83. quanquam eo loci auctoritatem ejus Democritus elevat his verbis: εἴτι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ, χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις, ἔτι δὲ ταῖς Ἄννωνος πλάναις. Scripsit ad C. Cæsarem Augusti F. de Expeditione Arabica, teste Plinio VI. 31. Ejusdem liber primus Libycorum citatur a Plut. in Parall. p. 311. De Rebus Assyriorum scripsisse auctor est Tatianus Orat. contra Græcos, p. 184. De Euphorbia Herba volumen, Plin. XXV. 38. et Galenus κατὰ τόπους, IX. 4. p. 609. Librum Jubæ octavum *de Pictoribus*, περὶ ζωγράφων, laudat Harpocration verbo Παῤῥάσιος, p. 236. Περὶ γραφικῆς, *de Pictura*, in Πολύγνωτος, p. 248. cujus operis librum alterum citat Photius in Bibl. cod. CLXI. p. 338. Librum quartum Historiæ Theatricæ, Athenæus IV. p. 175. Librum decimum septimum Photius, cod. CLXI. p. 341. Antonii et Cleopatræ filiam duxit uxorem, ex qua Ptolemæum filium tulit, Mauritaniæ utriusque regem. Nummus ex argento, quem vidimus: REX JUBA. ex aversa parte: ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ.

Julius Aquila. Vide *Aquila*.

Julius Atticus. Vide *Atticus*.

Julius Bassus. Vide *Bassus*.

Julius Cæsar Dictator. Ejus Epistolæ laudantur a Plinio XIV. 8. ubi nos plura de iis. Vide supra *Cæsar Dictator*.

Digitized by Google

Julius Græcinus, 'Julii Attici velut discipulus,' inquit Columella I. 1. p. 13. 'duo similia volumina præceptorum de vineis composita facetius, eruditius posteritati tradenda curavit.' Tacitus in Vita Julii Agricolæ, cujus Græcinus pater fuit: 'Julius Græcinus,' inquit, 'vir Senatorii ordinis, studio eloquentiæ, sapientiæque notus, iisque virtutibus iram C. Cæsaris meritus.' Seneca de Benef. II. 21. 'Græcinus Julius,' inquit, 'vir egregius, quem C. Cæsar (Caligula) occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quenquam tyranno expediret.' Celsum in libris suis transcripsisse a Plinio dicitur XIV. 4.

Junius Gracchanus, quem Varro de L. L. lib. V. p. 50. Junium Gracchum vocat, a C. Graccho Trib. pl. nomen accepit, ut ait Plinius XXXIII. 9. Hujus Commentarios Historicos laudat idem Varro de L. L. lib. V. p. 64. Macrobius Saturn. I. 13. p. 253. aliique. Ulpianus Junium pariter Gracchanum vocat, de Offic. Quæst. lib. I. laudatque librum ejus septimum, De Potestatibus.

L.

Labeo. Vide *Antistius Labeo.*

Laberius Mimographus, Eques Rom. ita in scena dicax, ut ne astanti quidem ipsi Cæsari parceret. Prænomen ei Decimus est, apud Macrob. Saturn. II. 6. p. 342. qui quidem fragmentum egregium recitat ex ipsius mimis, c. 7. p. 343. atque inter jocos quibus Cæsarem petiit, illum in primis, 'Necesse est multos timeat, quem multi timent.' De eo Horatius: 'Et Laberî mimos, et pulchra poëmata miror.' Laberii vitam et fragmenta reperies in collectione veterum poëtarum Latinorum Lugduni edita, 1603. Decimo post C. Julii Cæsaris necem mense Puteolis obiit, inquit Hieron. in Chron. p. 153.

Lais obstetrix, de mulierum morbis scripsisse videtur. Geminam hoc nomine scio a veteribus commendari: alteram matrem, filiam alteram, sive naturalem, sive adoptivam, ambas ob meretriciam artem celebratas: priorem quidem, Alcibiadis amicam, de qua Athenæus lib. XIII. p. 574. alteram juniorem, de qua scitum illud Demosthenis dictum Gellius refert I. 8. p. 37. 'Ego pœnitere tanti non emo.' Num harum altera, num ab ambabus diversa quædam laudetur a Plinio, mihi non satis compertum.

Lenæus Pompeius. Hunc Pompeio Magno, cujus libertus fuit, in omnibus fere expeditionibus comitem fuisse, ac post patroni obitum schola se sustentasse, auctor est Suetonius de Illustr. Gramm. c. 15. p. 122. Inter primos fuisse, qui de Re Medica scripserunt apud Romanos, testatur Plinius XXV. 3.

Licinius Calvus. Vide *Calvus Licinius.*

Licinius Macer. Repetundarum reus aliquando is factus, a Cicerone defensus est, teste Plutarcho in Cicer. p. 865. et Cic. ipso in Epist. ad Attic. Historiarum ejus liber primus a Macrobio Saturn. I. 10. p. 230. et 13. p. 253. Inter scriptores annalium haud ignobiles recensetur a Dionys. Halic. lib. I. p. 6.

Licinius Mucianus, Græcis *Μουκιανός*. Hic M. Licinius Crassus Mucianus dictus est, quod P. Mucii filius, P. Mucii Scævolæ frater, e Mucia gente in Liciniam transierit a Crasso adoptatus. Consors imperii a Vespasiano, ob eximia ejus in se merita, appellatus. Ter consul fuit, quo illum elogio ab

Digitized by Google

M.

Digitized by Google

Augusti ætate, ut putat Scaliger, sed Constantini M. vixisse, eruditi viri opinantur.

Marsus Poëta, cui Domitius prænomen fuit, ut ait Suetonius de Illustr. Gramm. cap. 9. p. 121. Scripsisse Herculis certamen adversus Amazonas, auctor est Martialis IV. 28. Fabellarum liber nonus laudatur a Charisio lib. I. p. 55. Virgilio coævus fuit.

Marsyas Macedo, ex oppido percelebri Pella : Antigoni frater, ejus qui post Alexandrum regnavit. Scripsit de rebus Atticis libros XII. De Macedonicis, X. Cujus posterioris operis Harpocration meminit, verbo Ἀμφίπολις, p. 20. Utriusque Suidas tomo II. p. 100. Laudatur et a Plutarcho, in Demosth. p. 854.

Masurius Sabinus, Græcis Μασούριος, vir equestris ordinis, Augustæi ævi Jurisconsultus nobilissimus : de quo Persius Sat. V. 'Excepto, si quid Masurî rubrica notavit.' Libros ejus de jure civili laudat Gellius IV. 1. p. 272. Memorialium librum undecimum, idem V. 6. p. 326. Secundum, Macrobius Saturn. III. 6. p. 397. Libros de triumphis Romanorum, Plinius XV. 38.

Maximus Valerius, extremis Tiberii temporibus, libros Exemplorum, sive Dictorum Factorumque Memorabilium scripsit. Ex iis multa Plinius decerpsit, verbum fere de verbo transcribens. Quod cum facit, appellato prius candide et ingenue, ut solet, idque sæpius in Indice, Valerii Maximi nomine, et hunc seipso vetustiorem aliquanto, et quod nunc omnium manibus teritur, genuinum esse Valerii opus, dilucide probat. Quanquam in priore libro pars capitis primi postrema, a num. 5. ad caput 5. ejusdem libri, cui de Ominibus titulus est, non ipsius Valerii est, sed ejus potius, qui ex Valerio Epitomen fecit : quod et præfationes illas exempla singula, quæ hoc intervallo continentur, egressusque non habent Maximo tam familiares ; et quod in vetustioribus exemplaribus ea desunt, quæ hic inseruntur, quorum loco notatum est 'Deesse multa.' Sed qua demum ætate vixerit, Valerius ipse prodit II. 6. 8. p. 106. dum se in Asiam esse profectum dicit cum Sexto Pompeio Nepote, qui, ut Fasti loquuntur, Consulatum eo anno gessit, quo Augustus obiit. Tum vero maxime ejusdem libri c. 9. n. 6. p. 131. ubi a Claudio Nerone ortum ducere Tiberium ait, quem 'Principem nostrum salutarem' appellat.

Medius. Inter vetustiores medicos laudantur a Galeno Medius et Plistonicus, Μήδειος καὶ Πλειστόνικος, tomo III. Comment. II. in Hippocr. de Natur. Hum. p. 137.

Megasthenes. Vixit is Ptolemæi Lagidæ principatu. Ejus historiæ fidem derogat Strabo lib. II. p. 76. Laudat eum ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἰνδικῶν, Clemens Alexandr. Strom. lib. I. p. 305. ubi cum Seleuco Nicatore vixisse tradit.

Meges Chirurgus, de quo XXXII. 24. Celsus Chirurgicorum peritissimum vocat, V. 28. et in Præfatione libri septimi.

Mela Pomponius, natione Hispanus, vixit Claudii Cæsaris principatu, ut quidem Vossius existimat post Vadianum. Vide quæ diximus XIX. 33. Edidit libros tres de situ orbis, quibus nihil est elegantius. In Geographicis rebus describendis, ab eruditione Strabo, a diligentia Plinius, ab arte Mela commendatur.

Melanthius, Pictor, de quo diximus XXXV. 32.

Digitized by Google

Digitized by Google

nis, Misoromæi cognomen habuit, teste Plinio xxxiv. 16. Est porro Scepsis Troadis oppidum. Hunc apud Tullium Antonius de Orat. lib. ii. p. 545. adhuc ætate sua vixisse ait. Scripsit *de Ratione Inungendi Athletas*, περὶ τῆς ἀλειπτικῆς, teste Athenæo lib. xii. p. 552. Cum in Indice lib. iii. atque ejusdem libri cap. 20. appelletur, qui liber totus est in rebus Geographicis explicandis, eundem esse existimo qui in Indice librorum sequentium, quarti scilicet, et quinti, quanquam patria non designata, laudatur: cum in eodem illi versentur argumento: atque adeo hunc Metrodorum Scopsium περιήγησιν, seu *Terrarum Orbis Descriptionem*, instituisse, ex qua Plinius profecerit: unde et Periegeticus appellatus est a Placido Lactantio, sive, ut alii aiunt, Lutatio, in librum tertium Thebaidos Statii, vs. 478. p. 105. Laudatur idem ἐν πρώτῳ τῶν περὶ Τιγράνην ab Apollonii Schol. ad iv. 133.

Metrodorus, qui de Architectonice scripsit, ut dicitur in Indice libri xxxv. a Metrodoro Scepsio, diversitate argumenti in quo versatur, et patria, et ætate dispar, ut diximus xxxv. 40.

Metrodorus Medicus, Chius, Hippocratis magister, qui τῶν ῥιζοτομουμένων epitomen scripsisse dicitur xx. 81. hoc est, de perfecta cognitione, dissectione, ac præparatione herbarum ad medicamenta conficienda. Plerique veterum, qui de herbis medicis scripserunt, libros suos inscribere soliti sunt, περὶ ῥιζοτομουμένων, vel 'Ριζοτομικόν. Ut Amerias apud Athen. lib. xv. p. 681. ἐν ῥιζοτομικῷ, Eumachus Corcyræus ἐν ῥιζοτομικῷ, ibidem. Metrodori Chii librum de Natura Tullius laudat, Academ. Quæst. lib. iv. p. 58.

Micton. Lib. xx. cap. 96. in cod. Chiffl. legitur *Mycon*. In Colb. 1. *Mycon*. xxix. 38. *Picton*. In Indice hactenus edito, et xx. 96. *Miction qui rhizotomumena*. Haud dubie *Micton* rescribendum: etsi Salmasius *Miccion*, Μικκιὼν legi velit. Nam Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 29. laudat Μίκτωνα ἐν τῷ περὶ 'Ριζοτομικῶν. Quo ex loco rursum Plinius corrigendus xxviii. 7. ubi *Marcion Smyrnæus*, pro *Micton Smyrnæus*, perperam scribitur: idem enim est qui de simplicium scripsit effectibus, ut eo loci dicitur, et qui, quod idem est, ῥιζοτομούμενα tractavit. In Indice librorum nondum editorum, confecto a Scipione Tettio, edito a P. Labbeo in nova Biblioth. librorum Mss. p. 172. extare dicuntur in Florentina Bibl. Mystionis Smyrnæi Gynæcia, capitibus 1072. comprehensa. Scribe, *Mictonis*.

Miletus. Forte *Melitus* scribi satius foret, Μέλιτος, quem Suidas ait tragicum et oratorem fuisse, Socratis ævo: Aristoph. Schol. in Ranis, p. 273. et Ælian. Var. x. 6.

Mithridates ille Ponti ac Bithyniæ rex, omnium sermone celebratus. De arcanis morborum remediis commentarios scripsit, quos Pompeius, eo devicto, Romam abstulit, atque a liberto suo Lenæo Pompeio verti Latine jussit. Scriptis suis multa ad historiam naturæ pertinentia intexuerat.

Mnaseas. Inter scriptores Rei Rusticæ a Varrone et Columella laudatus, i. 1. Liber ejus tertius *de Rebus Europæ*, Εὐρωπιακῶν, laudatur ab Athenæo lib. iv. p. 158. ex quo Fulgentium emendabis, qui libro de Prisco Sermone, Mnaseam citat 'in Cecrope libro,' mendose, pro 'in Europes libro,' ut Suidas appellat, p. 584. tomo ii. verbo Πραξιδίκη. Ipsumque vicissim Athenæum corriges, qui loco cit. Μνασέαν τὸν Πατρέα vocat, cum Παταρέα scribi oporteat. Μνασέας ὁ Παταρεὺς laudatur a Schol. Pindari, p. 99. et 236. Fuit igitur is

Digitized by Google

Patarensis, e Lyciæ civitate. Scripsit præter ista Mnaseas Periplum, teste eodem Athen. lib. VIII. p. 331. qui et librum secundum de Asia citat, pag. 346. Græcæ gentis non obscurus scriptor vocatur a Columella, XII. 4. p. 414.

Mnesides Medicus. Sic eum Priscianus vocat lib. VI. 707. ubi ex Pliniano Indice quædam scriptorum nomina referens, sic ait: *In XI. Menecrate. In XII. Mneside.* Sic etiam scribitur apud Plinium ipsum, XX. 76. in Mss. Reg. 1. 2. Colb. &c.

Mnesigiton. Græcis Μνησιγείτων.

Mnesitheus Atheniensis medicus, Μνησίθεος Plutarcho in Quæst. Natur. p. 918. Ejus Epistolam περὶ κωθωνισμοῦ laudat Athenæus lib. XI. p. 483. Librum *de Eduliis*, περὶ ἐδεστῶν, lib. III. p. 80. unde Varro quædam excerpsit de variis vini generibus, quæ Gellius refert XIII. 30. p. 730. De coronis egisse dicitur in Indice Pliniano lib. XXI. Hic scripsit, inquit Athen. lib. I. p. 22. responso Pythiæ Atheniensibus jussum esse, ut Bacchum Medicum venerarentur: hoc est, ut vi medica vini uterentur.

Moschion Græcus, de Raphano condidit volumen, teste Plinio XIX. 26. Extat in Gynæciorum libris Μοσχίωνος περὶ γυναικείων παθῶν, *de Mulierum Morbis*, opus: cum aliis excerptis ex Cleopatra, et Moschione forte altero. Sed ex iis alterutrum a Plinio laudari existimo. Scripsit et alter fortassis Μοσχίων, ab his diversus, libellum de Nave Hieronis Syracusii, apud Athen. lib. V. p. 206. ex quo ætas scriptoris discitur.

Mucianus. Vide *Licinius Mucianus.*

Mundus Dossenus. Vide *Dossenus Mundus.*

Musæus Poëta, Orphei discipulus, Eleusinius. Fuit et alter eo nomine Thebanus, qui Trojani belli tempore Lyricos versus scripsit. Alteruterne ex iis, num ab iis diversus quispiam assignetur a Plinio, difficile est statuere. Hesiodo uterque, quem Plinius Musæo præponit, longe antiquior.

Myrsilus Lesbius, Μύρσιλος Λέσβιος, inquit Clemens Alex. in Protrept. p. 20. Lesbiaca composuit, ut auctor est Antigonus Carystius, c. 5. 17. et 129. Laudat eum Strabo lib. XIII. p. 617.

N.

Nearchus. Is Alexandri navium gubernator, cum eo militavit, ac de rebus ab eo gestis scripsit historiam, quam Strabo laudat lib. XV. p. 686. et alibi passim: Curtius item, Arrianus in Indicis, p. 544. et Suidas. In insula, quam Indus amnis in ostio facit, Patale dicta, sepultum tradit Philostratus de Vita Apol. III. 15. p. 155.

Necepsos, Græcis Νεχεψώς. ‘Ægypti Imperator justissimus, et Astrologus valde bonus,’ inquit Julius Firmicus IV. 16. De illo Ausonius: ‘Quique Magos docuit mysteria vana Necepsos.’ Νεχεψὼς ὁ βασιλεὺς citatur a Galeno de Facult. Simp. Medic. IX. 2. p. 258. ἐν τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ βίβλῳ.

Neoptolemus. Μελιτουργικὰ, hoc est, *de Ratione Conficiendi Servandique Mellis* scripsisse dicitur in Indice lib. XI. Laudatur ab Athenæo liber de Epigrammatis Neoptolemi Pariani lib. X. p. 454. Liber tertius Glossarum, lib. XI. p. 476. Denique ejusdem Dionysius, lib. III. p. 82.

Nepos Cornelius. Vide *Cornelius Nepos.*

Digitized by Google

Nicander Colophonius, idem Poëta, idem Medicus, idem insignis Grammaticus fuit: is est cujus Theriaca extant, et Alexipharmaca. Vixit temporibus Attali, postremi Pergamenorum regis. Scripsit collectionem remediorum: item prognostica, quæ ex Hippocrate transtulit. Hæc Suidas tomo II. p. 229. Scripsit et Georgica, quorum præter Suidam meminit Athenæus lib. II. p. 72. Quo de opere ita Tullius de Orat. lib. I. p. 284. 'Constat inter doctos, hominem ignarum Astrologiæ, ornatissimis atque optimis versibus, Aratum de cœlo stellisque dixisse: de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium poëtica quadam facultate, non rustica, scripsisse præclare.' Ejusdem Μελιτουργικὰ laudantur ab Athenæo lib. II. p. 68. Liber Glossarum tertius, lib. VII. p. 288. Ætolicorum lib. VI. p. 296. Bœoticorum, lib. VII. p. 329. Colophoniorum quartus, lib. XI. p. 496. Denique *ἑτεροιουμένων*, sive *Transformationum*, seu *Metamorphoseon*, lib. III. p. 82. Ejusdemque operis liber quartus lib. VII. p. 305. ut ex iis et Apollonii Scholiasten, qui ad I. 1235. *ἑταιροιουμένων*, et Suidam emendandum putem, qui fœdum huic operi titulum affingit, *ἑταιροιουμένων βίβλια πέντε*, *De iis qui meretricis more vivunt.* Meminit et Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 28. libri quem ille Hyacinthum inscripserat, Νίκανδρος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑακίνθῳ. Apollonii Schol. ad IV. 57. libri secundi Εὐρώπης.

Niceratus. Inter recentiores medicos Augustæi ævi a Dioscoride recensetur in Præf. Librum Nicerati de catalepsi laudat Cælius Aurelian. Chron. II. 5. Hujus compositiones Medicas refert Galenus *κατὰ τόπους*, III. 1. p. 401. et VII. 5. p. 553.

Nicias. Νικίας Μαλλώτης, a Mallo Ciliciæ oppido cognominatus, *ἐν τοῖς περὶ λίθων*, libro *de Lapidibus*, sive *Gemmis*, laudatur a Plutarcho de Flumin. p. 1161. et a Stobæo Serm. de Morbis, 242. p. 793. Pyrrhi regis medicus fuit.

Nicobulus. Videtur is cum Onesicrito et Nearcho expeditionum Alexandri comes fuisse, vel cum Diogneto et Bætone itinerum dimensor.

Niger Sextius homo Latinus, Græce de Medicina scripsit: sed in herbis explicandis, Dioscoridi si credimus in Præf. multa peccavit. Plinio contra XXXII. 13. diligentissimus auctor medicinæ dicitur. De Materia Medica, *περὶ ὕλης*, scripsisse scimus ex Erotiano, in Onomastico vocum Hippocratis, tomo II. operum Galeni, p. 125.

Niger Trebius. Vide *Trebius.*

Nigidius Figulus, Senator, post M. Varronem Romanorum doctissimus; quo socio atque adjutore in extinguenda Catalinæ conjuratione Cicero usus est. Astrologica scientia præstitisse auctor est Dio lib. XLV. p. 270. imperiumque prædixisse Octavio Augusto, eo ipso quo natus est die. Maximum rerum naturalium indagatorem vocat Q. Serenus Sammonicus apud Macrob. Saturn. II. 12. p. 364. ubi librum ejus quartum de Animalibus laudat, quo loco de acipensere egit. Librum secundum ejusdem operis, Gellius VII. 9. p. 420. Secundum item, de Vento, II. 22. p. 166. De Extis, XVI. 6. p. 875. De Sphæra Barbarica et Græcanica, Servius in Georg. I. Unde ei Figuli nomen adhæserit, docet August. de Civit. Dei V. 3. De eo Lucanus I. 639. 'At Figulus, cui cura Deos, secretaque mundi Nosse fuit, quem non stellarum Ægyptia Memphis Æquaret visu, numerisque moventibus astra,' &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

Hist. 128. vs. 172. De medicamentis compositis scripsisse auctor est Galenus de Antidotis II. 7. p. 908. Fuit ille porro bello Trojano antiquior. Qui falso ei ascripti libri fuerint, Suidas docet tomo II. p. 338. In Indice Pliniano lib. XXVIII. legitur, *Orpheo qui Diophios*, mendose, ut monuimus. Nam cum sequatur statim, *Archelao qui item*, hoc est, qui in eodem argumento tractando versatus est; hunc autem suo loco ostendimus ἐν τοῖς διφυέσι laudari a Nicandri Scholiaste; effici inde necesse est, Orpheum pariter Διφυεῖς scripsisse, hoc est, de iis animalibus quæ sunt ancipitis naturæ, ut sunt murænæ, &c. Scio Reinesium Variar. Lect. II. 1. conatum esse restituere Ἰδιοφυεῖς: sed conjectura parum felici, cum Archelaum non viderit Διφυεῖς tractasse. Denique de medicamentis Orpheum hunc exarasse volumen, auctor est Galenus de Antid. II. 7. p. 908.

Osthanes. Duo ejus nominis laudantur a Plinio XXX. 2. Prior Xerxem in bello comitatus, posterior Alexandrum. Uterque magicæ professioni auctoritatem dedit, de ea arte scriptis voluminibus. De utroque ibi diximus. Osthanem citat Lactantius Placidus in Thebaid. Statii I. 710.

Ovidius Naso, cujus libros Halieuticon laudat inprimis Plinius XXXII. 5. et 54.

P.

Panætius Rhodius, Lælii ac junioris Africani familiaris fuit: huic etiam in Ægyptiaca legatione comes singularis, teste Tullio Academ. Quæst. IV. p. 25. Scripsit inprimis libros de Officiis, de quibus sæpe Cicero.

Papirius Fabianus. Vide *Fabianus.*

Parmeniscus Grammaticus Aratum Commentariis illustrasse dicitur in fine opusculi Eratosthenis ad Arati Phænomena, p. 267. Fabulosam præterea scripsit de Sideribus historiam, cujus Hyginus meminit lib. II. p. 59. et 64. Ex Parmenisco fragmentum recitat Scholiastes Euripidis in Medeam.

Parrhasius Pictor nobilis, de quo multa Plinius XXXV. 36.

Pasiteles qui Admirabilia, hoc est, qui quinque volumina scripsit nobilium operum in toto orbe, ut ait Plinius XXXVI. 4. Statuarius is fuit, in Magna Græcia natus, at civitate Romana donatus, ut idem scribit. Quare diversus ab illo Pasitele est, qui Phidiam habuit magistrum.

Patrocles. Seleuci Nicatoris temporibus Indicum mare classe lustravit. Huic præ omnibus fidem habendam ait Strabo lib. I. p. 68.

Paulinus Suetonius, Consulatum gessit cum L. Pontio Telesino, sed extraordinarium: suffectus enim Neroni Principi fuit. Caligulæ antea principatu, Proprætor in Numidia, Mauros perdomuerat, ut præter Plinium Dio docet lib. LX. p. 670.

Paulus Sergius.

Pedianus Asconius. Vide *Pedianus.*

Pelops. Fuit is Hippocratis interpres, novus Anatomiæ scriptor, quem adolescens admodum Galenus audivit, ut est auctor ipse lib. VI. de Hippocr. et Platonis decretis, c. 3. p. 186. tomo III. Fuit igitur Plinio σύγχρονος, cum Trajani principatu florere Galenus cœperit.

Periander. Nemo Periandrum ignorat illum e sapientibus septem unum, Corinthi tyrannum, qui duobus versuum millibus præcepta conscripsit, teste

Digitized by Google

Laërtio in ejus Vita, p. 25. An alius a Plinio in Indice libri quinti signetur, haud satis liquido possumus affirmare.

Petosiris Ægyptius Mathematicus, de quo Juvenalis Sat. VI. 378. 'Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.' Astrologica scripsisse auctor est Suidas tomo II. p. 512. Hujus epistolam Astrologicam ad Nechepsum Regem in Bibliotheca Cæsarea Viennæ extare Ms. auctor est P. Lambecius lib. VII. p. 118. et in Bibl. Mss. Renati Moræi Med. Paris. P. Labbeus, in Nova Bibl. librorum Mss. p. 213. Ejusdem Petosiris ad Nechepsum Regem organum Astrologicum asservari testatur idem Lambecius in Bibliotheca jam ante laudata, loc. cit. Petosirin et Necepsum Julius Firmicus lib. IV. Mathes. in præf. p. 45. divinos viros appellat, atque omni admiratione dignos, quorum prudentia et ipsa secreta divinitatis accessit, &c.

Petrichus. Sic enim illa vox scribi debet, ut in Colb. cod. 1. 2. lib. XX. 96. aliisque quibusdam in locis. Ophiaca scripsisse a Plinio dicitur loco citato: et a Nicandri Scholiaste, ad Theriaca, p. 27. Πέτριχος, ἐν 'Οφιακοῖς. Et pag. 30. Πέτριχος ἐν τῷ 'Οφιακῷ, hoc est, in eo libro, quo de *Serpentium Natura* disputat.

Petronius. De eo diximus in Diodoto.

Phanias Physicus, quem laudat Antigonus Carystius Histor. Mirab. c. 171. patria Lesbius, ut ait Plutarchus in Solone, p. 85. et in Themistocle, p. 115. vel, ut Athenæus ait lib. II. p. 51. et Laërtius in Aristippo, p. 49. Eresius: est enim Eresos Lesbi insulæ oppidum: Aristotele magistro profecit. Hujus librum quintum περὶ φυτῶν, *de Plantis*, laudat Athenæus lib. III. p. 84. De tyrannis Siciliæ, lib. VI. p. 232. Contra Sophistas, lib. XIV. p. 638. &c.

Phemonoë. Φημονόην laudat in Thalete Laërtius, p. 10. atque ab ea profectum τὸ Γνῶθι σεαυτὸν, quod vulgo Thaleti ascribitur, ex Antisthene refert. Hæc prima vates versibus heroicis fudit oracula apud Delphos, inquit Euseb. in Chron. 104. cui concinit Proclus in Chrestomathia, referente Photio in Bibl. cod. 239. p. 981. τὸ μέλος πρῶτον μὲν ἐφεῦρε Φημονόη ἡ 'Απόλλωνος προφῆτις. Primus illius versus hexameter hic fuit: Συμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι. Delphis vixisse Φημονόην auctor est præterea Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 334. et alii. De ea Lucanus v. 186. 'Sic plena laborat Phemonoë Phœbo.' In Indice librorum nondum editorum, confecto a Scipione Tettio Neapolitano, quem edidit P. Labbeus in Nova Bibl. librorum Mss. p. 172. recensetur Phemonoës ὀρνεοσόφιον, quo ex libro decerpta videntur ea quæ x. 3. ex Phemonoë recitantur a Plinio.

Philemon 'mediæ comœdiæ scriptor, fabulas cum Menandro in scena dictavit, certavitque cum eo, fortasse impar, certe æmulus,' inquit Apuleius Florid. III. p. 19. 'namque eum vicit sæpenumero,' &c. Floruit Alexandri M. temporibus. Hunc Suidas Syracusium facit, p. 1052. Fortassis quod ibi docendi ludum aperuerit. Strabo lib. XIV. p. 671. Pompeiopoli Ciliciæ oppido natum refert. De omnigenis oraculis eum scripsisse narrat Athenæus lib. IV. p. 114. Citatur a Diomede lib. III. p. 486. aliisque Grammaticis.

Philinus Cous, qui Empiricæ medicorum sectæ præfuisse dicitur, in Medico, c. 4. p. 363. tomo II. operum Galeni: Φιλῖνος Κῷος. In Plinianis libris *Phyllinus* perperam legebatur. Hunc laudat Athenæus lib. XV. p. 681. inter

Digitized by Google

eos qui de Plantis Floribusque scripserunt. Philini compositionem medicam commendat Galenus κατὰ τόπους, VII. 5. p. 558. et κατὰ γένη, V. 13. p. 796.

Philippus Astronomus antiquissimus, cujus Geminus c. 6. meminit in Elementis Astronomiæ, et Ptolemæus de Apparentiis, p. 89. et Hipparchus in Phænom. lib. I. p. 179. 'Parapegmata Astronomica composuit,' inquit Vitruvius IX. 7. p. 196.

Philistides Mallotes, a Mallo Ciliciæ oppido cognominatus: uti Aristophanes Mallotes, Crates Mallotes, et alii. Hoc verius multo arbitror, Philistidis nimirum patriam hac voce *Mallotes*, quam nomen viri proprium designari: quanquam nec sum nescius a Suida tomo II. pag. 87. laudari Μαλλώτην Tragicum poëtam, ex urbe Dionysiade.

Philistion Siculus, Eudoxi Cnidii in medica disciplina magister: idem Locrensis appellatus, quod in ea Italiæ parte diu sit versatus. Gellius XVII. 11. p. 959. veterem medicum et nobilem vocat. Huic liber de Diæta a quibusdam ascribitur, qui inter Hippocratis opera extat. Sed et hujus Philistionis frater libros scripsit de Adjutoriis, ad medicinam pariter pertinentes, quorum secundus ac vicesimus a Cælio Aureliano laudatur Chron. V. 1.

Philistus. Φίλισκος, ἢ Φίλιστος, inquit Suidas tomo II. p. 1055. Syracusanus fuit. Doctum hominem et diligentem Cicero vocat de Divin. lib. I. p. 173. Dionysio seniori, cujus cognatus fuit, in constituendo principatu favit. Scripsit res Siculas libris XI. teste Diodoro lib. XIII. p. 222. Ægyptiaca libris XII. Suida teste. Ἱστοριογράφος dictus a Tzetze Chiliad. X. Hist. 358. vs. 829. In ratione historiæ conscribendæ 'Thucydidis imitator,' ait Quintilian. X. 1. p. 743. 'et aliquatenus lucidior.' Desiisse tamen placere sua ætate scribit Cicero in Bruto, p. 534. Qui μελιτουργικὰ scripsisse dicitur in Indice lib. XI. et cap. 9. ejusdem libri, Thasius patria cum fuerit, ab isto diversus plane extitit.

Philometor. Vide *Attalus.*

Philonides. Medicus eo nomine Dyrrachenus fuit, cujus Stephanus meminit verbo Δυῤῥάχιον, qui libros edidit quinque et XL. Alium præterea Suidas Atheniensem Comicum poëtam narrat, cujus ipse fabulas quasdam nominat. Hunc potius laudari a Plinio putem, in Indice lib. IV. et V. quam illum priorem, aliumve Siculum, quem de Medica Re scripsisse ait Galenus lib. IV. de Differ. Puls. *De Coronis vero et Unguentis*, περὶ μύρων καὶ στεφάνων, Athen. lib. XV. p. 674.

Philopator. Galenus de Cognosc. Curandisque Animi Morbis, cap. 8. tomo VI. p. 532. Philopatoris Stoici meminit. Verum in cod. R. 1. 2. et Colb. 2. in Pliniano Indice lib. XXIX. non *Philopatore* legitur, sed *Phalapato*, ut forte *Palæphato* legi scribique oporteat. Sunt autem plurimi ea appellatione magni nominis scriptores, quos videre est apud Suidam tomo II. p. 408. et 409. Est enim Palæphatus Atheniensis, vetustissimus post Phemonoën, poëta, qui κοσμοποιΐαν scripsit. Alter Prienæus, qui Artaxerxis ætate vixit: ediditque libros quinque Ἀπίστων, hoc est, *Rerum Incredibilium.* Tertius Abydenus historicus, qui Cypriaca, Deliaca, Attica, et Arabica scripsit, Aristoteli valde familiaris. Quartus Ægyptius, qui fabulosa conscripsit, &c.

Philostephanus, Callimachi Cyrenæi conterraneus, et σύγχρονος sive æqua-

Digitized by Google

lis, et eidem familiaris fuit, ut auctor est Athenæus lib. VIII. p. 331. De civitatibus Asiæ scripsisse idem narrat, lib. VII. p. 297. Περὶ εὑρημάτων, *de Rebus Inventis*, Clemens Alexandr. Strom. lib. I. p. 308. *De Insulis*, περὶ νήσων, Harpocration, verbo Στρύμη, pag. 275. *De Cyllene*, περὶ Κυλλήνης, Scholiastes Pindari, p. 55.

Philoxenus Poëta, Cytherius, Dithyrambicus vates Athenæo dictus, lib. VIII. p. 341. cujus Δεῖπνον, sive *Convivium*, laudat lib. IV. p. 146. Hunc Dionysio juniori familiarem fuisse auctor est Pausanias in Atticis.

Phylarchus, Ptolemæi Evergetæ temporibus vixit. Ejus historiarum librum XXXV. laudat Athenæus lib. IV. p. 141. Atheniensisne sit, an Naucratites dicendus, dubitat idem Athenæus lib. II. p. 58. et Suidas tomo II. p. 1098. apud quem hæc illius scripta recensentur inprimis: Περὶ εὑρημάτων, *de Rebus Inventis*: ἐπιτομὴ μυθική, *Compendium Fabulosum*: Res ab Antigono et Eumene gestæ, &c. Græcis Φύλαρχος scribitur, ut apud Ælian. Hist. Anim. VI. 29. &c.

Piso. L. Calpurnius Piso Frugi: scripsit Annales, quos passim Gellius laudat, inprimis VI. 9. p. 379. Gessit Consulatum anno U. C. DCXXI. Censor fuit cum Q. Cæcilio Metello Balearico, an. DCXXXIV. Unde Censorius appellatur XIII. 27. ubi *C. Piso* perperam appellatur, cum *Lucius* dictus sit; et in Indice tum libri secundi, tum libri ipsius tertii decimi, et II. 54. et in Mss. R. 1. Colb. 2. diserte, ac sine compendii nota *Lucius Piso* vocetur. Accedit Dionysii Halic. auctoritas, qui rem plane conficit, cum lib. II. p. 105. L. Pisonem virum Censorium historicum vocat: ὡς Πίσων Λεύκιος ὁ τιμητικὸς ἱστορεῖ. Pisonis Frugi secundum Annalium citat Priscianus lib. X. p. 887.

Plato, ille Aristotele alumno haud minus, quam suo ipsius merito inclytus.

Plautus, *M. Accius* appellatus, Comœdiæ Latinæ parens. Obiit Urbis anno DLIV.

Plistonicus, Praxagoræ discipulus, arte Medicus, ut auctor est Celsus in Præf. lib. I. p. 2. Scripsisse de Humoribus, testatur Galenus de Atra Bile, c. 1. p. 165. tomo III. Scripsit etiam de Commodis ex Aquæ Potu, teste Athenæo lib. II. p. 45.

Pollio Asinius. Vide *Asinius*.

Polybius Megalopolitanus ex Arcadia, cujus Historiarum libri quidam supersunt, et Excerpta ex aliis qui interierunt. Obiit annis XVII. ante Ciceronis natalem. Diximus de eo plura VIII. 18. Hunc, quia Romanorum inprimis res scripsit, Romanis scriptoribus Plinius semel accenset, in Indice lib. XXXI.

Polycritus Mendæus, a Mendis Siciliæ oppido, cognominatus. Dionysii Siculi res gestas literis mandavit, teste Laërtio lib. II. in Æschine, p. 48. Apud Plinium XXXI. 2. *Polyclytus* mendose scribitur, pro *Polycrito*: uti ex Antigono Carystio constat, qui eadem cum Plinio narrat, Histor. Mirab. c. 150.

Polyhistor. Vide *Cornelius Alexander*.

Pompeius Lenæus. Vide *Lenæus*.

Pompeius Trogus. Vide *Trogus*.

Pomponius Atticus. Vide *Atticus*.

Pomponius Mela. Vide *Mela*.

Posidonius Apameensis idem et Rhodius appellatus, illud ab natali solo,

Digitized by Google

istud a Magistratu quem Rhodi gessit, nomen adeptus: Stoicus idem ab ea doctrina, in qua se exercuit. Strabo lib. XI. p. 491. Pompeii amicum vocat. Idem illius librum de Oceano et æstu commendat lib. I. p. 6. Librum XVI. Historiarum, Athenæus lib. X. p. 439.

Praxagoras Medicus laudatur a Celso in præf. lib. I. p. 1. Ejus liber secundus Curationum citatur a Cælio Aurel. Chron. I. 4. Tertius, ab eodem II. 13. Hunc patria Coum, medicum antiquissimum vocat Athenæus lib. II. p. 41. De veneno pharico librum edidisse, auctor est Scholiastes Nicandri. De Humoribus, Galenus tomo III. de Atra Bile, c. 1. p. 165.

Procilius. Laudatur a Varrone de Ling. Lat. l. IV. p. 36. Doctissimum sui temporis Grammaticum vocat Trebellius Pollio, in Æmiliano, p. 195. sed mendose ibi Proculus vocatur.

Ptolemæus Lagi F. primus ejus nominis Ægypti principatum tenuit. Alexandri M. sub quo militarat, res gestas perscripsit, ut auctor est Curtius lib. IX. et Plutarchus in Alexandro. Γεωγραφικὰ scripsisse testis est Marcianus Heracleotes, p. 31. Πτολεμαῖον τὸν ἐπικαλούμενον Λαγῶν appellat Origenes apud Euseb. lib. VI. Præpar. p. 285. Alii Lagidam, seu Lagi F.

Pythagoras Samius, de quo Laërtius multa lib. VIII. p. 214. De ejus ætate diximus II. 6. De Brassica scripsisse auctor est Plinius XX. 33. De Bulbis et Scilla, XIX. 30. De Herbis Magicis, XXIV. 99. Alia Laërtius refert loc. cit. Verum qui περὶ τῆς σκίλλης, *de Scilla*, scripsit, hunc medicum fuisse a Philosopho Samio longe diversum, ex nonnullorum sententia ait idem Laërtius p. 225. Pythagoras librum de Mari Rubro scripsisse dicitur apud Athen. lib. XIV. p. 634. Quas ille terras peragrando lustraverit, Plinius enumerat, lib. XXV. 5.

Pytheas Massiliensis, Ptolemæi Philadelphi ætate vixit. Citatur a Plutarcho in Demosth. p. 855. Vix ullam historiis ejus, in quibus regiones sitúsque terrarum descripsit, habendam fidem Strabo ait lib. II. p. 104. et lib. I. p. 63. Πυθέας ἀνὴρ ψευδέστατος.

R.

Rabirius Medicus, de quo l. XXVIII. 21.

Rufus. Publius Rutilius Rufus, qui cum C. Manilio Consulatum gessit anno U. C. DCXLIX. idem Asiæ postea Proconsul, ut ait Pomponius lib. I. Digest. tit. 2. de Orig. Juris, § 40. Scripsit Romanam Historiam Græce, quam laudat Athenæus lib. VI. p. 274. et lib. XII. p. 543. Ejusdem Historiam Hispanicam, Appianus in Iber. p. 303. Virum probum et veracem Plutarchus appellat, in Mario p. 422. Scripsit et de Tragœdis, Comœdis, saltatoribus: de theatris, festis, ludis, tibicinibus; ac de aliis argumentis, quæ Photius recitat in Bibl. cod. CLXI. p. 340.

S.

Sabinus Masurius. Vide *Masurius.*

Sabinus Tiro. Librum κηπουρικῶν, sive *Rerum Hortensium*, dicasse Mæcenati dicitur, XIX. 57.

Sallustius Dionysius. Laudatur a Plinio XXXII. 26. quo ex loco Medicum

Digitized by Google

Digitized by Google

hujus Democratis Medici Galenus κατὰ τόπους, VII. 2. p. 536. ejusque simul operis, quod inscripserat, Φιλίατρος. Librum integrum scripsisse carmine dicitur, de Confectione Antidotorum, de Theriaca ad Pison. cap. 12. p. 948. et lib. I. de Antidotis, cap. 15. p. 892. Alterum item, qui Κλινικὸς vocabatur, κατὰ τόπους, X. 2. p. 635. M. Servilii Consularis viri filiam sanasse dicitur a Plinio XXIV. 28. Gessisse autem Consulatum hunc invenimus, Augusti principatu, urbis anno DCCLV. ante Plinii obitum LXXV.

Servius Sulpicius, quem principem in jure civili Tullius vocat: Consulem fuisse cum M. Marcello, anno U. C. DCCIII. Florus in Epitome Liviana lib. CVIII. testatur, quo tempore bellum ortum est Cæsarem inter et Pompeium. Libros scripsit prope centum et LXXX. teste Pomponio, lib. I. Digest. tit. 2. de Orig. Juris, § 43. Cum in legatione periisset, de qua Cicero in Philip. IX. statuam ei populus Rom. pro Rostris Augusti posuit.

Severus Cassius. Vide *Cassius.*

Sextilius. Romanum in hac voce sonum agnosco, non peregrinum: ut quo casu in numerum scriptorum externorum irrepserit, in Indice lib. XXXI. valde mirer. Toto opere ne semel quidem appellatur.

Sextius Niger. Vide *Niger Sextius.*

Silanus, cui prænomen Decimus Junius fuit, qui paulo post Carthaginem captam Magonis Pœni volumina duodetriginta de agricultura e Punico sermone transtulit in Latinum, jussu Senatus. Ita Plinius XVIII. 5.—'Ubi vide quæ de 'Familia' ejus 'clarissima,' ut ait Plinius, diximus: ut et in Notis et Emend. ad lib. VII. n. 49.' *Ed. sec.*

Silenus Historicus, de quo Cicero de Divin. lib. I. p. 176. 'Hoc idem in Sileni, quem Cælius sequitur, Græca historia est: is autem diligentissime res Hannibalis persecutus est,' &c. Σιλανὸς συγγραφεὺς a Strabone appellatur, lib. III. p. 172.

Simonides Minor. A Simonide Ceo, et a Lyrico plane diversus, et utroque recentior: quippe qui in insula Meroë, priorum ætate nondum cognita, de Rebus Æthiopicis scripserit, ut auctor est Plinius VI. 35.

Simus Medicus, a quo trifolium Simonianum dictum Columellæ VI. 17. p. 227.

Solon Smyrnæus: hæc enim illius patria indigitatur XX. 83. De Re Medica, et de Herbaria scripsit. Σόλων διαιτητὴς, *Solon Diætarius*, a Galeno laudatur, κατὰ τόπους, III. 1. p. 400.

Sophocles poëta Atheniensis, cujus exquisitum elogium et elegantissimæ brevitatis, vide apud Plin. XXXVII. 11. Scripsit fabulam, Triptolemum appellatam, anno ætatis vicesimo, ut diximus XVIII. 12.

Sornatius. In Indice Pliniano lib. XXXI. id nomen scriptoris legitur quidem: at in Reg. cod. 2. *Surnatino* scriptum vidi. An Soranus hoc loco reponendus sit, Valerius ille nimirum, quem ut familiarem et doctum hominem Græcis Latinisque literis, Cicero laudat in Bruto, p. 564. viderint ii quibus plus erit otii. Nam Soranum Ephesium Medicum longe Plinius antecessit.

Sosigenes Astrologus Ægyptius, cujus opera usus est Cæsar Dictator in anno ad Solis cursum accommodando. Librum edidit περὶ τῶν ἀνελιττουσῶν, *de Revolutionibus*, ut auctor est Proclus, in hypotyposi, p. 45.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sura Mamilius. Vide *Mamilius.*

T.

Tarquitius. Apud Ammianum Marcell. lib. xxv. p. 289. Tarquitianorum librorum fit mentio: et apud Macrob. Saturn. III. 7. p. 399. Tarquitii Ostentarium Tuscum laudatur. Unde emendamus alterum Macrobii locum, II. 16. p. 378. ubi 'Tarquinius Priscus in ostentario arborario' legitur, cum scribi oporteat, 'Tarquitius Etruscus,' vel 'Tuscus.' Sic vetus inscriptio apud Gruter. p. 625. L. TARQVITIO. L. F. POM. ETRVSCO. SVLPICIANO. SCRIBAE QVAESTORI. Alius est Tarquitius Priscus, Bithyniæ proconsul, Neronis principatu, de quo Tacitus Annal. XIV. p. 234.

Tarutius, Prænomine Lucius, ortu Firmanus, insignis Mathematicus, Varroni familiaris et Ciceroni, de quo Plutarchus in Romulo, p. 24. Græcis Ταρούτιος. Solinus c. 1. p. 2. Mathematicorum nobilissimum vocat. Plinius in Indice lib. XVIII. Græce de astris scripsisse ait. Cicero de Divin. lib. II. p. 251. inprimis Chaldaicis rationibus fuisse eruditum.

Tauron. An *Taurion* potius? Nam Græci Ταυρίωνα vocant: quo nomine appellatur Macedoniæ procurator sub Antigono Rege, apud Polyb. lib. IV. p. 383.

Tergilla. In Indice lib. XIV. laudatur a Plinio, ut de Agricolatione is scripsisse videatur.

Thales Milesius, unus e sapientibus septem, atque adeo primus sapiens appellatus: cujus Vitam describit Laërtius, p. 9. De eo eleganter Apuleius Florid. lib. IV. p. 28. 'Fuit Geometriæ penes Graios primus repertor, et naturæ rerum certissimus explorator, et astrorum peritissimus contemplator... temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, Solis annua reverticula; idem Lunæ vel nascentis incrementa, vel decrescentis dispendia,' &c. De ejus ætate, II. 7. Scripsit duo volumina περὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας, *de Solstitio et Æquinoctio*: etiam et de Astronomia carmen versibus ducentis, teste Laërtio, p. 6. et 9.

Themison Laodicenus Syrus, Pompeii M. ætate vixit. Novam medicinæ condidit sectam, teste Seneca, ep. 95. 'Alia est,' inquit, 'Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis.' Hæc Methodica est nominata. Θεμίσων laudatur a Democrate apud Galenum κατὰ τόπους, VII. 2. p. 536. A Celso in Præf. lib. I. Juvenale Sat. X. 221. 'Quot Themison ægros autumno occiderit uno.' Summus auctor vocatur a Plinio XIV. 21. Themisonis liber primus Tardarum Passionum citatur a Cælio Aurel. Chron. I. 1. Liber quartus Epistolarum, ab eodem III. 6. Liber Salutaris, II. 7. Solus e Latinis de Elephantiasis Curatione scripsit, inquit idem IV. 1. Singulare volumen de Herba Plantagine laudatur a Plinio XXV. 39.

Theochrestus. Rerum Libycarum, quas Theochrestus descripsit, librum primum citat Apollonii scholiastes, ad lib. IV. vs. 1750.

Theodorus Medicus, quem Plinius laudat XX. 40. Is Athenæi cujusdam fuisse discipulus traditur a Laërtio, in Aristippo, lib. II. p. 58.

Theomenes. Quæ de electro scripsit, referuntur a Plinio XXXVII. 11.

Theomnestus. Hujus capita quædam extant de Mulomedicina, inter

Digitized by Google

Veterinariæ medicinæ scriptores. Item de Re Rustica fragmenta quædam in Geoponicis.

Theophrastus Aristotelis in schola Atheniensi alumnus idem, et successor, patria Eresius, Menandri Comici magister: cujus operum elenchum Laërtius habet, lib. v. p. 124. Meursius libro singulari collegit. Harpocration, p. 166. verbo Κεγχρεὼν meminit opusculi *περὶ μετάλλων*.

Theopompus Chius, Isocratis auditor. Scripsit de Rebus Græcis, a fine Thucydidis et Xenophontis, libros XII. inquit Diodorus lib. XIV. p. 308. De Terræ Motibus, teste Phlegonte, de Rebus Mirab. c. 19. p. 86. De Rebus Admirandis, teste Apollonio, Hist. Comment. c. 10. Philippica libris LVIII. teste Diodoro lib. XVI. &c.

Thrasyllus Mendesius, Augusti ac Tiberii principatu vixit, teste Suetonio, p. 37. et 51. Scripsit *de Lapidibus*, *περὶ λίθων*, ut auctor est Plutarch. de Flumin. p. 1157. De Rebus Ægyptiacis, idem p. 1158. Tacitus Annal. VI. pag. 141. Chaldæorum artis, sive Astrologiæ peritisssimum fuisse significat.

Thucydides, Peloponnesiaci belli scriptor omnibus notus.

Timæus Siculus. Tauromenitam fuisse Athenæus docet lib. II. p. 163. ubi librum nonum laudat ejus Historiarum. Librum vero XXII. citat idem lib. VI. p. 250. Scripsit et alia, de quibus Suidas. Pyrrhi bellum descripsisse auctor est Cicero in Epistola ad Luceium, et quidem singulari ei bello dicato volumine, ut ait Dionys. Halic. lib. I. p. 5. Vixit Agathoclis Siculi Regis temporibus.

Timæus Mathematicus, ab historico Tauromenita, de quo proxime diximus, diversus. Locrus hic patria fuit, professione Pythagoreus Philosophus. Scripsit Mathematica, unde illi cognomen adhæsit Mathematici, in Indice Pliniano lib. v. et lib. XVI. Vide Suidam tomo II. p. 910.

Timæus qui de Metallica Medicina scripsit, ut Plinius ait in Indice lib. XXXIII. a Siculo, et Mathematico, ut quidem videtur, diversus.

Timagenes Alexandrinus, Romæ docuit, Pompeio Cæsarique gratissimus. Periplum scripsit libris quinque. Hæc Suidas tomo II. p. 907. Scripsit et de Antiquitatibus Galliæ, teste Ammiano Marcell. lib. XV. p. 50. quod opus vehementer laudat. De eo Seneca pater, Controv. XXXIV.

Timaristus. De plantis scripsisse dicitur a Plinio XXI. 105. At in Colb. 2. *Timaretus* appellatur.

Timosthenes. Vixisse hunc ætate Ptolemæi Philadelphi auctor est Strabo lib. IX. p. 421. ubi dicitur] *ναύαρχος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου*. Et Marcianus Heracl. p. 95. *Τιμοσθένης ὁ Ῥόδιός ἐστιν ἀρχικυβερνήτης τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου* Opus ejus Περὶ λιμένων, *de Portubus*, libros decem complexum laudabat Eratosthenes: sed errata in eo nec pauca, nec exigua, deprehendit Strabo lib. II. p. 92. Inter veteres primæ notæ Geographos ponitur a Scymno Chio, p. 5. Stephanus, verbo Ἀγάθη, ejus Σταδιασμὸν laudat, hoc est, *Dimensionem Terræ per stadia*. De eo Agathemerus Geogr. I. 2. *Τιμοσθένης δὲ ὁ γράψας τοὺς περίπλους, κ. τ. λ.*

Titus Imperator Cæsar. De eo diximus in præfatione ad ipsum inscripta a Plinio, rursumque II. 22.

Tlepolemus Medicus. Laudatur XX. 73.

Digitized by Google

Trebius Niger. De eo IX. 48.

Trogus Pompeius. Livii ætate, et Augusti principatu vixit. Gallum se ipse facit lib. XLIII. Scripsit Historiarum Philippicarum libros XLIV. hoc est, de imperio Philippico, sive Macedonico: quarum nunc Epitomen solam a Justino concinnatam habemus. Libros ejus de Animalibus laudat Charisius lib. I. p. 79. unde hausisse aliqua Plinium constat, XI. 114. ubi auctorem severissimum Trogum vocat.

Tubero. Cui Quintus prænomen datur in Indice Plinii lib. II. Tuberonem distinguere hoc loco tergeminum, operæ pretium fuerit. Primus est Q. Ælius Tubero, Q. F. gener Pauli Æmilii Macedonici, ejusdem nepos a Cic. in Bruto, p. 549. vocatus. Agit de eodem Valerius Max. VII. 5. et alii. Alter est L. Ælius Tubero historicus, qui Ciceronis legatus in Asia fuit, de quo ipse Tullius ad Q. Fratr. I. 1. p. 576. Tertius est, Q. Ælius Tubero, historici filius, qui multa scripsit de Jure Civili, quem Cicero propinquum suum appellat in Ligariana. Ex his apparet in Indice signari, non historicum illum, cui Lucii prænomen fuit, quod Vossius credidit, de Historicis Latinis, I. 12. sed patrem ipsius, Q. Ælium Tuberonem.

Tuditanus. Is est C. Sempronius Tuditanus, qui Consulatum gessit cum M'. Aquilio, anno U. C. DCXXV. Commentariorum ejus Historicorum meminit, præter Plinium, Gellius XIII. 15. p. 685. ubi liber tertius decimus laudatur. Tuditanus idem libro tertio Magistratuum laudatur a Macrobio Saturn. I. 13. p. 253.

Tullius Tiro. De Vita patroni sui Ciceronis, cujus libertus fuit, libros scripsit, quorum quartum citat Asconius Pedianus in Orat. pro Milone, p. 24. Gellius XIII. 9. p. 667. 'Tullius Tiro,' inquit, 'M. Ciceronis alumnus, et libertus, adjutorque in literis studiorum ejus fuit. Is libros complures de usu atque ratione linguæ Latinæ: item de variis atque promiscuis quæstionibus composuit. In his esse præcipui videntur, quos Græco titulo Πανδέκτας inscripsit tanquam omne rerum atque doctrinarum genus continens.' Præclarum hujus elogium apud eundem Gellium VII. 3. p. 401.

Turranius Gracilis, sic enim scribi nomen illud mihi magis placet, omnibus codd. Mss. R. 1. 2. Colb. 2. et Chiffl. tum in Indice, tum cap. 1. libri tertii, consentientibus, quam, uti antea legebatur, *Graccula.* Helii Gracilis Tacitus meminit Ann. XIII. p. 215. Turranii lib. I. p. 6. Hunc Ovidius in poëtarum albo collocat, ex Ponto IV. 16. 29. 'Musaque Turrani tragicis subnixa cothurnis.' Hispanus fuit, prope Mellariam Bæticæ natus, auctore Plinio in Prooemio lib. III. D. Turranium hominem χρηστομαθῆ appellat Cicero ad Attic. I. 6. p. 8.

Tuscus Fabricius. In Indice libri tertii.

V.

Valerius Antias. Syllæ temporibus vixit. Scripsit Annales, haud exiguæ molis opus: nam librum eorum LXXIV. citat Priscianus lib. IX. p. 871. Gellius etiam quintum et LXX. VII. 9. p. 422. Vide et Macrob. Saturn. I. 13. p. 253. Plutarchum in Romulo, p. 25. Dionys. Halic. lib. I. p. 6.

Valerius Maximus. Vide *Maximus.*

Valgius. Citatur a Gellio XII. 3. p. 622. secundus liber eorum, quos C.

Digitized by Google

Digitized by Google

Umbricius Melior, quem haruspicum suo ævo peritissimum appellat Plinius x. 6. is est Haruspex Umbricius, qui sacrificanti pro æde Apollinis Galbæ tristia exta, instantes insidias, et domesticum hostem prædixit, ut refert Tacitus Hist. I. p. 18. De Etrusca Disciplina librum scripsisse dicitur in Indice lib. XI.

X.

Xanthus, Historiarum auctor vocatus, XXV. 5. Sardianus fuit: Olymp. circiter LXX. floruit: scripsit de Rebus Lydiæ, teste Strabone l. XII. p. 572. Dionys. Halic. lib. I. p. 22. et Athenæo lib. XII. p. 515. Item Magica, teste Clemente Alex. Stromat. lib. III. p. 431. et Laërtio in Præf. p. 1.

Xenagoras. Hujus liber primus Chronicorum laudatur ab Apollonii Schol. ad IV. 262. Liber *περὶ νήσων, de Insulis*, ab Etymologo, verbo Σφήκεια. Extare is liber dicitur Ms. in Bibl. Vaticana, referente P. Labbeo, in Bibl. Nova librorum Mss. p. 174. Patria Xenagoræ incerta. Qui Syracusium faciunt, corrupto Plinii loco inducti sunt in fraudem, cujus loci vitium omne deteximus et sanavimus VII. 57.

Xenocrates Platonis auditor, cujus Vitam Laërtius scribit lib. IV. p. 97. Extat Xenocratis de alimento ex aquatilibus libellus, cum Jani Dubravii, de Piscinis et Piscium naturis, lucubratione excusus. Citatur hic Xenocratis liber ab Oribasio l. II. c. 58. p. 25. Idem multo locupletior asservatur in Bibl. Regia, teste P. Labbeo in nova Bibl. Mss. libror. p. 127. et in Vaticana, cum libro ejusdem *περὶ λίθων, de Gemmis*, ut ait idem p. 174. Scripsit et alia plurima, quorum Indicem Laërtius exhibet, p. 99.

Xenocrates, qui de toreutice scripsit, insignis fuit pingendi cælandique artifex. Tisicratis discipulus fuisse dicitur XXXIV. 19. Tisicrates Lysippi. Fuit autem Lysippus Alexandri M. temporibus. Vixisse igitur necesse est hunc Xenocratem statuarium ætate Ptolemæi Philadelphi.

Xenocrates Zenonis, de quo Plinius in Indice lib. XXXIII. XXXV. et XXXVII. Ephesium hunc fuisse, eundemque Neronis ac Vespasiani ævo vixisse, Plinius docet XXXVII. 11. De pictura scripsisse, XXXV. 35.

Xenophon Atheniensis, cujus Vitam Laërtius describit, lib. II. p. 45. Præter Κύρου παιδείαν, aliaque quæ extant, scripsisse Periplum certum est, tum ex Valerio Max. VIII. 13. tum ex Plinio qui Valerium est secutus, VII. 49. nisi forte is Xenophon, cujus Periplum eo loci appellat, alter ab illo Xenophonte fuerit: Ephesius fortassis, cujus Ephesiaca, libris octo comprehensa, servari ait in Bibl. Florentina Labbeus in nova Bibl. librorum Mss. p. 174. Xenophontis prioris extant fragmenta aliquot in Γεωπονικῶν libris, excerpta ex opere de Re Rustica.

Xenophon Lampsacenus. Laudatus a Solino c. 19. p. 38.

Z.

Zachalias Babylonius, qui libros scripsisse de Gemmis dicitur ad Mithridatem Regem, XXXVII. 60. Ille fortassis, qui Apuleio Asin. Aur. lib. II. p. 213. 'Zachlas Ægyptius, Propheta primarius,' hoc est, Magus appellatur.

Zeno. Non illum Stoicæ disciplinæ principem laudari a Plinio arbitror,

Digitized by Google

sed medicum Herophileum, Laodicea quæ ad Lycum est oriundum, quem laudat Laërtius in Zenone lib. VII. p. 172. et Galenus κατὰ γένη, VI. 10. p. 818. Scripserat de notis morborum libellum, quem Aristoxenus Herophileus refutavit, ut docet idem Galenus de Differ. Puls. IV. 8. pag. 94. tomo VIII.

Zonothemis, Tzetzæ Ζηνόθεμις, Chiliad. VII. Hist. 144. vs. 163. inter eos scriptores laudatur, qui carmine aliqua tradidere de fabulosis hominum formis. Ejus deinde Periplum laudat idem, vs. 684. Meminit illius etiam Ælianus Hist. Animal. XVII. 30. et Scholiastes Apollonii ad II. 967.

Zoilus Macedo, Amphipolites enim fuit, quod Macedoniæ oppidum est: Demosthenis magister: Homeromastix cognominatus, et Canis Rhetoricus, apud Ælian. Var. Hist. XI. 10. De Amphipoli, hoc est, de Rebus Patriis, libros tres edidisse Suidas ait, p. 1131.

Zoroastres. Unus hic fuerit, an multiplex, non satis constat, inquit Plinius XXX. 2. Zoroastrem annis ante bellum Trojanum quingentis extitisse ait Suidas p. 1133. circumferri libros ejus quatuor περὶ φύσεως: alium περὶ λίθων. Libros demum quinque Prædictionum ex inspectione stellarum, ἀστεροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ, qui libri maxime illi argumento congruunt, quod Plinius lib. XVIII. pertractat, cujus in libri Indice Zoroastrem advocat, et libro ipso XVIII. cap. 55.

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

C. PLINII SECUNDI

NATURALEM HISTORIAM.

Digitized by Google

EX EDITIONE GRONOVIANA,
LUGD. BAT. 1668. 8vo.

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

C. PLINII SECUNDI

NATURALEM HISTORIAM.

LIBER I.

PRÆF. *C. Plinius Secundus Vespasiano suo S.*

Namque tu solebas meas, &c.] In Catullo est: 'Cui dono lepidum meum libellum, Arida modo pumice expolitum? Corneli, tibi: namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas.' Visus autem legere Plinius: 'Corneli, tibi. tu putare namque (vel 'namque tu putare') Nugas esse aliquid meas solebas:' quod profecto durius et asperius fuit. *Dalec.*

Veraniolis suis et Fabulis] Catullus sæpe scribit ad amicos et familiares suos Fabullum et Veranium, quem ὑποκοριστικῶς blandiens nonnunquam vocat Veraniolum, ut hoc versu: 'Et Veraniolum meum, et Fabullum.' *Idem.*

Sciantque omnes quam ex æquo, &c.] Sic legend. *Sciantque omnes quam ex æquo tecum vivat Imperium, Triumphali, et Censorio sexiesque Consule, ac Tribunitiæ potestatis participe, et quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter, et equestri ordini præstas Præfecto prætorio ejus, omniaque hæc Reipublicæ. Et nobis quidem qualis in Castrensi contubernio. Imperium* vocat Plinius homines qui sub Imperio sunt. Ut sciant, inquit, omnes, quam ex æquo vivat Imperium, id est, illi qui tibi subjecti sunt, quam pari jure tecum vivant, qui Triumphalis es, et Censorius, et sexies Consul. Vide Salmas. 1197. b. et 1198. a.

Vis eloquentiæ] Suetonio Titus Latinæ Græcæque linguæ vel in orando vel in fingendis poëmatibus promptus et facilis fuit, vel usque ad extemporalitatem. *Dalec.*

Pecunias deponerent candidati] Qui honores a populo petebant, solebant coram captandæ gratiæ causa per centurias certam pecuniæ summam pronunciare, eamque præsentem apud aliquem virum gravem deponere, ne clanculum furtiva largitione populum corrupisse suffragiaque emisse crederentur. Vide Sueton. in Julio c. 19. 'Operas campestres' Cicero pro Plancio sequestros eos vocat. Deponebantur vero apud illos a candidatis pecuniæ, ut iis multarentur, si ambitus aut corruptorum suffragiorum convicti damnatique fuissent,

Digitized by Google

quia in Campo Martio ad honores petendos deferendosque destinato coiret populus. *Dalec.*

Pro innocentia] Seneca Epistol. I. 3. 'candidatos' omnes publico nomine bonos viros appellari scribit. *Idem.*

L. Scipio Asiaticus] L. Scipio Asiaticus devicto Antiocho repetundarum accusatus, cum a Senatus judicio sibi timeret, Tribunos plebis appellavit, tametsi Gracchum, qui tum eum magistratum gerebat, inimicissimum esse sibi cognosceret ac infensissimum. Nec spe falsus est. Prohibuit enim Gracchus ne in carcerem et vincula traheretur. Eutropius.

Ne quid vestris putetis cessatum horis] Noverat Plinius a Theophrasto dictum *χρόνον εἶναι πολυτελὲς ἀνάλωμα*: præterea brevem acutamque hanc sententiam, fuisse hominum sapientum, *χρόνου φείδου.* Victorius cap. 19. 11. *Dalec.*

Cum præsertim sors fiat ex usura] Cum præsertim libris alienis utendo non solum nihil nobis depereat, aut detrimenti accedat, ut iis qui pecuniam ad usuram et fœnus sumpserunt, sed etiam lucri multum adquiratur. *Dalec.*

Lactis gallinacei] 'Lac gallinaceum' de summa felicitate olim usurpabatur. Strabo lib. XIV. eos, qui Sami fœcunditatem laudabant, ei proverbium accommodasse tradit, quo aiunt *φέρειν ὀρνίθων γάλα.* *Idem.*

Jam Musæ] Suos libros 'Musas' et 'Prata' veteres inscripsisse testatur etiam Aul. Gellius. *Idem.*

Πινακίδιον] *Πίναξ*, navium assamentum: tabula cerata, pugillar, in quo stylis scribitur: vas cui cibus ac potus imponitur: operis alicujus et libri index, qua significatione hic usurpatur. *Guillandinus.*

Artiumque] Ut Musica, Grammatica, &c. *Dalec.*

Sesculixem et Flexibulas] *Flexabulas* et *Sesquiulyssem* Nonius multis locis legit. *Idem.*

Apion quidem Grammaticus] *Πληστονίκης*, vel *πλειστονίκης*, et *πολυίστωρ*, infra XXXVII. 5. Ut ait Seneca Epist. LXXXIX. tota circumlatus Græcia sub C. Cæsare. *Dalec.*

Pendenti titulo inscripsisse] Dubio et ambiguo: vel pendulo, suspenso, affixo. *Idem.*

Ut Apelles faciebat] Vide Politianum c. 47. Miscel. *Idem.*

Homeromastigas] Zoili Macedonis poëtæ Homeromastigis scitu dignam historiam vide apud Vitruvium Præfat. lib. VII. *Idem.*

Fœminam] Leontium meretriculam. *Idem.*

Suspendio arborem eligendi] De re vehementer indigna, nec ullo pacto toleranda. Vide Erasmi Chiliades. Veteris legis carmine arbor infelix dicebatur e qua suspendio strangulatus aliquis fuisset. Rhodig. c. 7. 10. *Idem.*

Cum mortuis non nisi larvas luctari] Apud Rhodig. c. 32. 21. Philostratus Æliano Sophistæ, mortui Ginnidis accusationem paranti, miraturum se dixit si vivum accusasset. *Dalec.*

Valerius Soranus] Q. Valer. de quo Varro de Ling. Lat. lib. IV. et posthac III. 5. *Idem.*

LIBER II.

CAP. I. *An finitus sit mundus, et an unus.*

Mundum et hoc quod alio nomine cælum, &c.] Duo scripta exemplaria, alterum semivetus bibliothecæ Salmanticensis Academiæ, alterum an-

Digitized by Google

tiquissimum nuper ad nos allatum e templo Divæ Mariæ Toletanæ, aliter hunc locum legunt: *Mundum et hoc quodcunque cœlum appellare libuit.* Cui lectioni subscribit Mela in initio suæ Geographiæ: 'Omne,' inquit, 'hoc (quicquid id est) cui mundi cœlique nomen indidimus, unum id est.' Horum exemplarium fide, in his quæ sequentur, usuro, admonere lectorem in ipsis initiis libuit. *Pintian.*

Cœlum] Vetustissimi Romani cœlum *cohum* appellaverunt. Ennius: 'pilam vix Sol mediam, complere cohum terroribus audet.' *Dalec.*

Cujus circumflexu] Horum nonnulla ex Arist. de Cœlo lib. I. vide num Plato aliter senserit. *Dalec.*

Totus in toto] Hoc est, extra quod nihil est, nec motus, nec tempus. *Dalec.* *Totus in toto*] Nec corpus ullum, naturam quidem rerum quod attinet. Quid ibi agatur de sententia Peripateticorum docet Scalig. advers. Card. exercit. 365. n. 5. Aliorum autem opiniones recenset Stat. super Arat. p. 86.

Finitus] Finitum esse ingeniosis rationibus probat Rhodig. II. 19. *Dalec.* *Finitus et infinito similis*] Prædicta exemplaria, et impressa, non Romana tantum, sed cætera omnia, quæ ante Hermolai castigationes excusa sunt, e contrario hunc locum legunt: *Infinitus ac finito similis.* Hermolaus, quia Aristoteles et reliqui Peripatetici Mundum finitum esse coarguunt, antiquam lectionem invertit; quasi vero nesciamus, libere Plinium dissentire solitum, et ab Aristotele et a reliqua Philosophorum caterva, non modo in altioribus naturæ mysteriis, sed in ipsa etiam animalium natura ac proprietate, ut infra constabit; et non fuerint Philosophi, qui mundum infinitum esse tradiderint, ut Seleucus et alii, nec magnitudine tantum, sed numero quoque infinitos prodiderint, ut fuerunt Democritus, Epicurus, et eorum discipulus Metrodorus. Nec Hermolaum quicquam juverint verba, quæ statim sequuntur, 'Omnium rerum certus, et similis incerto;' si recte percipiantur. Nihil itaque existimo ex vetere lectione immutandum. *Pintian.*

Naturæ opus] Hæc antithesis conatur probare mundum nec cœpisse, nec desiturum esse, sed sibi esse caussam æternam. *Dalec.*

Innumerabilis, &c.] Ea fuit Democriti opinio apud Aristot. et Valer. Max. et Æliani Var. Hist. lib. v. cap. ult. Atque adeo et Metrodori apud Plutarch. de Plac. Phil. I. 5. et II. 1. et Epicuri teste Laërt. ex ejus Epist. ad Pythoc. mihi pag. 414. sectatorumque ipsius, Lucr. de Nat. Rer. lib. II. refutata ab S. August. de Civ. Dei XII. 11. *Idem.*

Totidem tamen] Ab absurdo monstrat non plures esse mundos ex Arist. *Idem.*

Termino] Sensus est: Si plures sint mundi, fore ut nunquam sciri possit, ubi sit primus, nec disputationis ac quæstionis finem unquam futurum. *Idem.*

Quasi vero, &c.] Corpus nullum extra mundum per naturam esse docet Aristoteles Phys. IV. 5. et de Cœlo I. 9. Scalig. contra Card. exercit. 365. num. 5. *Idem.*

CAP. II. *De forma ejus.*

Formam ejus in speciem] De forma mundi vide Aristotelem de Mundo c. 2. Phys. lib. VIII. de Cœlo lib. II. et Ptolem. μεγαλ. συνταξ. I. 2. et Papp. Alexandr. v. 17. *Dalec.*

Finem, &c.] Apud Philonem Byblium Sanchuniates Berytius antiquissimus rerum Phœniciæ scriptor, mundum ὅμοιον τῷ τοῦ ᾠοῦ σχήματι esse vult. Quam opinionem in cæteris quoque refert tacito auctoris nomine Plutarch. de Plac. Phil. II. 2. Itaque Initiis et Orgiis sacris Liberi patris ovum, tanquam imago mundi, religiosissime colebatur, auctore Macrobio VII. 17. Saturn. et Plutarcho

Digitized by Google

in Sympos. Apud Probum grammaticum, Varro in Logistorico: Cœlum est testa: item vitellum, terra: inter illa duo humor quasi in sinum conclusus aëris, in quo calor. Quidam mundum figura literæ ω esse volunt, in qua extremum lineamentum Oceanum repræsentat, ζωστῆρα κόσμου, ut ait idem Probus, itemque Cyrillus. ὠκεανός τ', ᾧ πᾶσα περίῤῥυτος ἐνδέδεται χθών. Had. Jun. III. 4. Ad formam vero hemisphæricam, aut, ut ipse ait, πνιγέως, *suffocatorii*, a Socrate traditum suo more calumniatur Aristoph. Pluto. Quem tamen postea errorem aperte secuti sunt Lactantius et Augustinus elegantissimi alioquin scriptores ecclesiastici, uti apud hunc de Civ. Dei XVII. 9. videre est. Canonicam quoque a nonnullis mundo affictam figuram; suis vero mundis ab Epicuro varias tribui, licet non omnes, notat Plut. de Placit. Phil. II. 2. et Diogen. Laërt. in Vita ipsius pag. 409. *Idem.*

Convexus] Homerus ideo terram ἀπείρονα vocat, propter globosam, orbiculatam, rotundamque figuram, fine carentem ac initio. *Idem.*

CAP. III. *De motu ejus.*

Excedens] Hæc fuit sententia Pythagoricorum: de qua re vide Somn. Scipionis ex Plat. Vide item Arist. Phys. VIII. *Excedens*] Vide Macr. super Somn. Scip. II. 1. paulo tamen aliter Manuel Bryen. Harmon. I. 1. ad 7. nimirum planetarum sphæras octava fixarum adjecta: collataque ea Pythagoræ octo chordarum lyra cum heptachordo Mercurii. Adeatur et Boëth. Mus. I. 27. Censorin. de Die Nat. cap. 8. Auctor ipse infra cap. 22. Erroris autem hujus caussa attingitur ab Arist. Metaphys. I. 5. *Dalec.*

Esse innumeras] Error puerilis notatusque jam olim ab Achille super Arat. pag. 105. et Sex. Empir. adversus Mathemat. cap. 21. pag. 105. et Theone super Arat. pag. 110. *Id.*

Quod clarissimi auctores] Martianus Capella globosum ac tenerum corpus vocat, superni roris levitate compactum instar speculi prænitentis. Plato, in Timæo, levem esse mundum ait, extrinsecus undique politum et cum æqualitate summa tornatum. Cicero, 'Qui terram tenero circumjectu amplectitur.' Euripides, ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις· ὑγρὸν *molle* ac *tenerum* est, quod hic Plinius vocat 'levitate lubricum.' Virg. 'et ipse tener mundi concreverit orbis.' *Idem.*

Tenerum argumentis indicatur] Scribendum reor contra omnia exemplaria, *Rerum argumentis indicatur*, ex familiari huic auctori loquendi modo, quo etiam proximo capite usus est: 'Sed et rerum argumenta docent.' Nec *super verticem* agnoscit scripta lectio; sed *per verticem*. Pintian.

CAP. IV. *Cur mundus dicatur.*

Κόσμον] Varro in satura Dolio: 'Mundus domus est maxima omnium: quam quinque altitonæ fragmine zonæ cingunt. Per quem limbus pictus bis sex signis stellimicantibus, altus in obliquo æthere Lunæ Bigas acceptat posthumi, cui seplasia fœtet.' Vocatur a cælatura cælum: Græce ab ornatu, κόσμος. Aristoteles ὠνόμασε τὸν κόσμον ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων τάξεως. Latine a puritie mundus dicitur. Vide Popmæ Frag. Varr. ubi quædam aliter legit, et Platonem in Gorgia, et Plutarch. de Placit. Phil. II. 1. et Achil. super Arat. p. 85. *Dalec.*

Cœlum quidem, &c.] Aërem etiam olim vocarunt τὸ χάος Græci, ut *inane* Latini. Euripides in Cadmo apud Probum, οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κενὸς φερῶν ἕδος δαιμόνων· τὸ δὲ ἐν μέσῳ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. Aristophanes in Avibus, διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους. Theoc. ἐν πτέρυξιν ἅπαντα ὅσα ἕρπει δι' αἴθρας χάους τε. Inde etiam fortassis veteres *cohum* cælum dixerunt. Vide annot. c. 1. *Idem.*

Cælati argumento] Imo vero παρὰ

Digitized by Google

τοῦ κοίλου ἢ τῆς κοιλότητος. Unde et prisci Rom. *Coilum* scripsere: quod religiose observat in suo Ennio doctiss. Merula. De auctoris tamen derivatione nonnihil et Varro de Ling. Lat. lib. IV. *Idem.*

Solis cursus] Exemplar Tolet. non *cursus* legit, sed *cursui*, rectius puto. *Pint.*

Cap. v. *De quatuor elementis.*

De elementis] De elementorum ratione vide Aristotelem de Generatione et Corruptione, lib. II. et de Cœlo IV. 5. et P. Merulam super Enn. p. 119. et seqq. et Sex. Empir. Pyrrhon. Hypot. III. 4. Censorin. de Die Nat. cap. 3. Muret. Var. VII. 17. Nomen a Platone inventum monet Simplic. super Phys. *Dalec.*

Ignium summum] Falso Plinius putat eandem esse materiam ignis et cœli, Epicureos secutus. *Ignium summum*] Imo vero astra tantum ignea putarunt Epicurei. Lucr. lib. v. 'Per rara foramina terræ Partibus erumpens primus se sustulit æther Signifer, et multos secum levis abstulit ignes.' Et paulo post ætherem cognominat igniferum. Platonem autem in Epinomide Timæoque cœlum ignem dixisse notat Theopol. Academ. Contempl. VIII. 1. Vide et Plutarch. de Plac. Phil. II. 11. Et Achill. super Arat. pag. 84. in fin. et Hieron. Mag. de Mundi Exust. I. 13. ubi Anaxagoræ eam opinionem adscribit; qui eam ob caussam ætherem παρὰ τοῦ αἴθειν dictum voluerit. Ex Aristot. Meteor. I. 3. Parmenidi, Heraclito, Stratoni, et Zenoni vero Stob. Eclog. I. 25. p. 53. *Idem.*

Aëra appellant] Hunc αἰθέρα Græci vocant. Euripides: ὁρᾷς τὸν ὕψου τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις; Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Hos versus sic Latinos fecit Cic. de Nat. Deor. II. *Vides sublime fusum immoderatum æthera, Qui terram tenero circumjectu amplectitur? Hunc summum habeto Divum, hunc perhibeto Jovem.* Dalec.

Per cuncta rerum meabilem] Seneca Nat. Quæst. II. 9. 'Spiritus non aperta tantum intendens, sed etiam abdita et inclusa.'

Mutuo complexu] Late hac de re Achill. sup. Arat. p. 83. et Manil. Astron. I. 168. *Dalec.*

Cap. vi. *De septem planetis.*

Medius Sol fertur] Chaldæi errantia sidera ad hunc numerum redegerunt: Ptolemæus vero ac Theon Solem et Lunam inter errantia non recensent. De Planetarum numero, motu, et situ, vide Arist. de Mundo, c. 2. *Idem.*

Totius animum] Elegantissimi hac de re Orphei versus: Κλῦθι, μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα, Τιτὰν χρυσαυγής, Ὑπερίων, οὐράνιον φῶς. Et paulo post: Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς, ὦ ἐλάσιππε, Μάστιγι λιγυρῇ τετράορον ἅρμα διώκων. Cæteras laudes videbis in Neandri Phys. p. 32. *Idem.*

Hic reliqua sidera occultat] Adde *illustrat*, ex Cod. Tolet. ut sit, *Hic reliqua sidera occultat, illustrat.* Nec accipio *illustrat*, quia reliquis sideribus lumen impertiat; hoc enim infra dicet; sed quia præsens obscuret sidera, absens illustret. *Pintian.*

Cæteris quoque, &c.] Imo vero soli Lunæ. Cætera namque sidera de suo lucent, monente Scal. advers. Card. exerc. 64. *Dalec.*

Cap. vii. *De Deo.*

Effigiem Dei, &c.] Veterum opiniones de Deo vide apud Arist. de Mundo c. 7. et Stob. Eclog. in princ. et Plutarch. de Placit. Phil. I. 7. et Neandr. Phys. et Sex. Empir. Pyrrhon. Hypot. III. 1. et Henr. Steph. Phil. Poët. et αὐτοσχ. III. 5. et seq. et Just. Martyr. ἐπιτρεπτ. et Lactant. Divin. Inst. I. 5. et seq. *Idem.*

Totus animæ] *Animæ*, ψυχῆς, quæ omnibus vita præditis eam præbet: *animi*, τοῦ νοῦ, qui quæ in universo fiunt omnia admirabili sapientia regit et administrat. D. Augustino 'anima' vitæ est, 'animus' consilii. Ani-

Digitized by Google

mam Virg. Æneid. vi. 'spiritum' vocat. *Idem.*

Fidem] Plaut. in Aul. 'Ut te auferam Aula in Fidei fanum, ibi abstrudam probe.' *Idem.*

Ideoque etiam publice Febri fanum, &c.] Febrem in urbe cultam fuisse constat tum apud Augustin. de C. D. iv. 15. tum etiam apud Ciceronem iii. de Nat. Deorum, cujus verba mox subjiciam. De Mala Fortuna eodem etiam loco Cicero. Cæterum de Orbona Dea, et apud hos quos dixi scriptores, et apud reliquos quos legerim, altum silentium. Quæ causa varie conjectandi materiam subministravit his, qui ante me in Plinium Annotationes composuerunt. Et Hermolaus quidem rem intactam omisit. Georgius Valla in commentariolo, quem in hunc secundum lib. composuit, fraudata prima syllaba dictione, pro *Orbonæ* substituit *Bonæ*, et de Bona Dea Plinium locutum censuit. Sabellicus, Macrobii verba secutus, rationem conjecturamque iniit quandam, haud mihi satis probatam: quum interim neque apud ipsum, quem citat, Macrobium, ulla subsit Orbonæ vel minima suspicio, neque alium proferat auctorem, qui Orbonæ meminerit. Crinitus *Orbonam* et ipse agnoscit, sine auctore tamen, depravata Plinii lectione deceptus. Quamobrem, cum egregia hæc Dea Orbona orba sit scriptore aliquo, qui eam celebret, nullibique omnino compareat, præterquam hoc Plinii loco, sitque in comperto apud omnes, numerosissimas in Plinio dictiones, et interdum versus superfluere, quæ divinare non sit, unde in ejus libros irrepserint; sic in animum induxi, ut, explosis omnium sententiis, Orbonam hanc, tanquam adulterinam et supposititiam Deam, exterminandam e Plinianis finibus putem: ut verba, quæ sequuntur, permutato tantum conjunctionis loco, legantur hoc pacto: *Ideoque etiam publice Febri fanum in Palatio dicatum est ad ædem Larium, et ara Malæ Fortunæ Æsquiliis.* Quod ex Cicerone manifeste desumptum est loco citato. Verba ejus subjunxi: 'Eos enim, qui Dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum. Qui tantus error fuit, ut perniciosis etiam rebus non nomen solum tribueretur Deorum, sed etiam sacra constituerentur. Febris enim fanum in palatio ad ædem Larium, et aram Malæ Fortunæ Æsquiliis consecratam videmus.' Hactenus Cicero: a quo in secundo etiam de Legg. eadem repetuntur. *Pintian.*

Febri fanum] Pavorem Hostilius atque Pallorem coluit; mox a nescio quo Febris dedicata. Minutius Fœlix. Idem D. Cyprianus de Idolorum Vanitate. Arnobius adversus Gent. lib. iv. 'Ab erroribus viarum Dea Vibialia liberat; in tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes; in Næniæ, quibus extrema tempora.' Cicero de Nat. Deor. iii. 'Febris enim fanum in Palatio, et ædem Larium et aram malæ Fortunæ Exquiliis consecratam videmus.' Febris fana tria Romæ fuerunt, unum in capite vici Longi, alterum in Palatio, tertium juxta monumenta Mariana. Huic et Malæ Fortunæ, Postvertæ, Prorsæ, Vejovi, Timori, Pallori, Robigo, Averrunco; apud Lacedæmonios Morti et Timori; apud Gades Paupertati et Senectæ ædes aræque positæ sunt: non ut opem ferant, aut quidquam juvent, sed ne quicquam obsint, aut noceant. Unde ἀποτρόπαιοι a Græcis, *averrunci* ab Latinis dicti. *Dalec.*

Geniosque adoptando] Natalis Deus Genius virorum: sic natalis mulierum Juno. Tibullus: 'Natalis Juno sanctos cape thuris acervos.' Plaut. in Menæchm. 'Teneo dextra genium meum.' Idem in Mercatore: 'I hac mecum, ut videas simul tuam Alcumenam pellicem, Juno mea.' Minutius Fœlix præstites vocat Genios, quod præsint hominum actionibus: homi-

Digitized by Google

num custodes Hesiodus; manes Servius. Ammianus, lib. XII. ex Menandro, statim in lucem editis hominibus numina sociata sic vocat, quæ vitæ cursum regunt, admodum paucis visa insigni virtute viris. Menandri versus sunt: Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται Εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου. *Dalec.*

Gentes vero quædam animalia etiam aliqua obscœna] Commutandus rursus conjunctionis locus, scribendumque: *animalia etiam et aliqua obscœna*, ex vetere lectione. *Pintian.*

Per fœtidos cibos] Allia, porrum, cepas Ægyptii. Vide Alex. ab Alex. v. 10. *Dalec.*

Atricolores] Plutarchus testatur Mortem albi fuisse coloris, Osirim subnigri, Typhona flavi. *Idem.*

Juvare mortalem] Cicero pro Ligario scribit homines ad Deos nulla re propius accedere, quam salutem hominibus dando: id quod Strabo lib. x. Εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν. *Idem.*

Quis non interpretatione naturæ fateatur] Mallem legeres accusandi casu, *interpretationem.* Sensus enim horum verborum peti debet ab illis Ciceronianis: 'Eos enim qui Dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum.' *Pintian.*

Naturæ] Cicero enim ait eos, qui Dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum. *Dalec.*

Irridendum, &c.] Hic sibi caveant veri ac pii Christiani, legantque Lactant. Instit. Div. I. 2. *Idem.*

Sacris] Magica intelligit, quos nostri 'exorcismos' vocant: et annulos magica arte formatos oblique sugillat, quibus vim magnam tribuebant veteres, iis maxime in quibus Cynocephali, vel Harpocratis imago sculpta esset. *Idem.*

Capitolio] Ut sanctiora essent pacta et conventa, cum jurisjurandi religio interposita esset, in ipso Capitolio nonnunquam fiebant, velut præsente et audiente Deo, qui trisulcum in perjuros telum gerere censebatur. Plaut. in Curcul. 'Coq. Namque incubitare satius te fuerat Jovi, Tibi qui auxilio in jurejurando fuit. Cap. Siquidem incubare velint qui pejeraverint, Locus non præberi potis est in Capitolio.' *Idem.*

Fortuna] Fortunæ varia cognomina vide apud Alex. ab Alex. I. 13. et Plaut. in Pseud. 'Centum doctûm hominum consilia hæc devincit Dea Fortuna: atque hoc verum est, Perinde ut quisque fortuna utitur, ita præcellit, atque exinde sapere eum dicimus.' In Rhetoricis ad Herennium leguntur Pacuvii versus graves et sententiosi: 'Fortunam insanam esse, et cæcam, et brutam perhibent Philosophi.' *Idem.*

Sors ipsa pro Deo sit] In denario vetusto Romano percusso a quodam Plætoriæ gentis, qui ejus templum vel dedicaverat, vel refecerat, Sortis imago impressa est cum his literis, SORS. M. PLAETOR. CEST. S. C. *Dalec.*

Eventus assignat] Ex opinione Poëtarum id sumptum, qui singula nobis attributa sidera scribunt. Papinius: 'Perpetuis frenis atque uni serviet astro:' et alibi, 'locum cervix dabit omnibus astris.' *Idem.*

Semelque in omnes futuros unquam Deo decretum] Sincerior lectio Salmanticensis codicis, *Dei decreto:* ut tres dandi casus inter se conveniant, *Astro suo, nascendi legibus, Dei decreto.* Pintian.

Parca dictu] Hoc est, humilia, vilia, spernenda. Hac phrasi utitur Fabius: 'Avidas longe fugare volucres, et pascere parva dictu animalia.' Eadem significatione usurpat auctor infra VII. 53. 'frivolum dictu.' *Dalec.*

Uno quidem vel præferenda cunctis bonis] Lego, repugnantibus cunctis exemplaribus, *præferendo*, non *præferenda.* Pintian.

Digitized by Google

Ne Deum quidem posse omnia] Agatho dilaudante Arist. Eth. Nicom. VI. 2. μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται, Ἀγένητα ποιεῖν ὅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. Et Plutarch. Consolat. ad Apol. mihi pag. 199. sub fin. τὸ μὲν γὰρ γεγεννημένον οὐδὲ θεὸν δυνατόν ἐστι ποιεῖν ἀγέννητον. Et ne nimium longi simus, Theognis vs. 583. et Sophoc. Trachin. et Pind. Olymp. Od. II. et Sen. de Brevit. Vitæ mihi p. 133. et Horat. III. Od. 29. et S. Aug. de Civit. Dei V. 10. &c. *Dalec.*

Aut revocare defunctos] Hier. Mag. de Exust. Mund. V. 1. *Idem.*

Ut facetis quoque, &c.] Ita scil. judicat de his divinissimis scientiis hoc hominum genus. Quanto vero rectius doctiss. Muret. Var. Lect. VI. 1. *Idem.*

CAP. VIII. *De natura siderum errantium, et eorum ambitu.*

Singulis attributa nobis] Confutat hic Epicureos, qui singulis hominibus singulas tributas esse stellas credebant. In eadem opinione fuit et Manilius poëta. *Dal. Singulis attributa nobis*] Imo vero et Manilius communem astrologorum secutus est sententiam, horoscopum seu positum siderum natalium tempore suam cuique homini distribuere sortem III. 38. et Epicurus omnia atomorum concursu regi, nilque ab hujusmodi causis pendere ad animi tranquillitatem facere proculdubio putavit: aut si Stobæo credimus, qui Eclog. I. 25. pag. 54. de hac quoque re mentionem facit: τοῦ ἐνδεχομένου ἧχε. Quamobrem me suasore Plinio credimus, vulgi has fuisse superstitiones: cujusmodi et aliæ olim multæ, et utinam nunc omnes desitæ. Cæterum de stellarum casu vide Hier. Mag. de Exust. Mundi III. 3. et 7. et Laërt. lib. X. pag. 423. ubi Epicuri ea de re opinionem refert.

Non tanta cœlo societas nobiscum est ut nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor] Non *ille* habet exemplar Toletan. sed *ibi*, venustiore proculdubio sensu. *Pintian.*

Nimio alimento, &c.] Cleomedes, libris κυκλικῆς θεωρίας, sidera, stellas, astra, oceani, terræque vaporibus ali credidit, quoniam alimento privatus ignis statim extinguitur. Virg. 'Convexa polus dum sidera pascet.' Λίμνην enim τὴν θάλατταν etiam Homerus vocat. Zeno apud Laërtium ait: τὰ ἄστρα ἔμπυρα τρέφεσθαι, τὸν μὲν ἥλιον ἐκ μεγάλης θαλάττης, τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποταμίων ὑδάτων, τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ τῆς γῆς. Cujus sententiæ et alios auctores adducit Hier. Mag. de Mundi Exust. I. 13. et 16. et seq. et Theon super Arat. pag. 108. ἰστέον δ' ὅτι ἡ τοῦ οὐρανοῦ κίνησις γίνεται ἔκ τινων ἀναθυμιάσεων κατὰ τὸν φυσικὸν, αἵ τινες ἀναθυμιάσεις ῥυθμῷ τινὶ αὐτὸν κινοῦσι. Error ortus ex optices ignorantia, generatimque accuratæ Philosophiæ. Totum porro hunc locum Plinii lubenter ita legerim: *Hinc redeamus ad reliqua sidera, quæ affixa diximus mundo, non illa, ut existimat vulgus, singulis attributa nobis, adnumerataque mortalibus, et clara divitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cujusque lucentia, nec cum suo, &c.* Dalec.

Decidere creduntur] 'Sæpe etiam stellas vento impellente videbis Præcipites cœlo labi, noctisque per umbras Flammarum longos a tergo albescere tractus.' Ptolemæus διαθέειν stellas, *discurrere*, dixit. Paulo post c. 36. trajectiones eas et emicationes auctor vocat 'discursus.' Ammianus Marcellinus eum fulgorem appellat δίφρου ὁλκὴν, quasi currus orbitam. Transversas stellas et cadentes, quæ prætervolant et secant aëra, Seneca vocat: ἀποῤῥοίας esse stellarum Græci putant.

Suo demonstrabimus loco] Vide locum sub finem hujus libri.

Quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo inventionibus non dilatis] Sic Vett. codd. leg. ita ut *tota* referatur

Digitized by Google

ad *ratio*, non ad *modulatio*, quæ vox in Mss. non est, et sensus sit: De uno signifero circulo hic se dicturum, quod circa eum primi Anaximander et Cleostratus observaverint, cæterorum circulorum mentionem cum mentione terræ aptius conjungendam; quod facit in fine libri. *Gelenius.*

Sphæram ipsam, &c.] Eam Anaximandri inventum quoque tradit VII. 56. *Sphæram ipsam ante multo Atlas*] Lege, *Sphæram ipso pandente mundo Atlas.* Mundus ipse, hoc est, cœlum, sphæricum et plane sphæram sese esse fatetur et pandit: ipso igitur pandente mundo sphæram invenit Atlas, qui primus intellexit cœlum vel mundum sphæram esse. Sequitur, quod sic legendum: *hoc est siderum ortus foris aperuisse.* Vide Salmas. p. 823. a. b.

Saturni sidus] Saturnus lingua Syriaca sive Aramæa, qua usi sunt Thusci, latentem significat, ab סתם, *occuluit sese, latuit*, uti monet P. Merula super Enn. p. 94. Inde Latinum vocaverunt, et ejus uxorem Latiam, sive Latiam Saturni. *Dalec.*

Lævum] Plinius, augurum disciplinam sequutus, pronam faciem intuentis in Austrum spectare voluit: indeque lævum erit ubi sol oritur, dextrum ubi occidit. Aristoteli mundi dextra sunt exortiva, læva occidua: Solino dextra septentrionalia, læva meridionalia. Ebræis meridies dexter, septentriones sinistri. In ludis Circensibus cur Solini ratio observata sit, explicat J. Gorop. Hierogl. l. III. p. 37. *Idem.*

Tertium Martis, quod quidam Herculis vocant, ignea ardentis Solis vicinitate, binis fere annis converti] Vetus lectio, *Ignei, ardentis a Solis vicinitate*, quemadmodum et Livius sæpe loquitur. Causam dedit, non cur biennio circulum absumat, sed cur ardens sit et igneus. *Gelen.*

Temperari Jovem salutaremque fieri Deum] De sidere loquitur, non de Deo. Scriba proxime sequentem particulam *Deinde* depravavit in *Deum inde.* Gelen.

Luciferi nomen accepit] Luciferum diurnam stellam vocat Plaut. in Menæchm. 'Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus cras.' Vesperuginem quidam Veneris esse stellam putaverunt, ac ideo Venerem noctivigilam appellarunt, ut Plaut. in Curc. aut noctilucam, ut Levinus: 'Venerem igitur almam adorans, sive fœmina sive mas est, ita uti alma Noctiluca est.' *Dalec.*

Vesper] Inde Vesperugo, extrema diei pars, et prima noctis. Varro: 'Inter vesperuginem et jubar dicta nox intempesta, (omitto quædam,) quam Ælius dicebat, cum tempus agendi est nullum: quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent:' *κνέφας vesperuginem* Græci appellare videntur, quod terra luce carere incipiat. Hom. Il. A. Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν. Vesperi exortum primam facem Apuleius et Macrobius dixerunt: non quod tunc faces accenderentur et lucernæ, quam ob rem Gal. ἡμμένων ἄρτι λύχνων horam vespertinam ait, ut meridiem Lucianus, ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, quod ea diei parte maxima sit in foro frequentia, sed quod Vesperi stella post solis occasum prima luceat. *Dalec.*

Pythagoras Samius] Pythagoræ longam historiam, et incredibilium rerum quas gessit miracula, vid. apud Rhod. XIX. 7. *Idem.*

CAP. IX. *De Lunæ natura.*

Lunæ] Lineam ἐκλειπτικὴν, Lunæ orbitam, Tarentina voce 'circulum manacum' veteres appellarunt, quasi maniacum, μηνιακόν: unde Arabibus Kalendarium Almanach. Vitruvius lib. XI. 'Circinatio circuli menstrui agatur, qui Manacus dicitur.' *Scalig.*

Sinuata in orbem] Lego, *sinuata*

Digitized by Google

in orbe maculosa, &c. Nam sinus in orbe non potest intelligi. Vel certe: *sinuosa, orbe pleno immensa ac repente nulla, eademque subito prænitens, maculosa alias, &c.* Dalec. *Modo sinuata in orbem*] Hunc locum correctionibus suis pessime corruperunt eruditi, dum legunt, *sinuata, in orbe maculosa.* Nam sinus, inquiunt, in orbe non potest intelligi: inepte. 'Sinuari arcus' dicitur, qui curvatur; 'sinuari vela,' quæ curvantur et inflantur: curvari et cavari invicem ponuntur, unde et κοιλαίνειν Græci pro *curvare* accipiunt, ita et *sinuare.* Luna igitur *in orbem sinuata* est quæ Græcis ἀμφίκυρτος, in orbem scilicet protumida undique et in orbem curvata. *Salmas.* Exercitat. Plin. p. 376.

Quæ mensis exitu latet] Melior meo judicio lectio, *Quin mensis exitu latet.* Pintian.

Cum laborare non creditur] Luna cum plena est, inciditque in fastigium umbræ noctis, extinguitur, quod veteres 'laborare' dixerunt. At vero mensis exitu, quamvis nullum ejus lumen sit, tamen eam laborare veteres non credebant. Credebant etiam veneficarum carminibus et incantationibus deficientem eripi, solicitari, affici, ac deduci. Quapropter, ne illarum verba exaudiret, clamoribus et æris crepitu obstrepebant. Ambrosius: 'Quod cum requirerem quid sibi clamor hic velit, dixerunt mihi quod laboranti Lunæ vestra vociferatio subveniret, et defectum ejus suis clamoribus juvaret.' Et iterum: 'Tunc, inquam, apud vos turbatur carminibus globus Lunæ, quando calicibus turbantur et oculi.' *Dalechamp.* *Cum laborare non creditur*] Id est, interquiescere creditur, eo quod tunc lucere desinat. Unde quod interlunio fit, aliquoties Plinio 'silente Luna' fieri dicitur. *Gelen.*

Non sumus profecto grati erga eos qui labore curaque] Scribendum reor, *Ne simus profectu ingrati erga eos qui, &c.* hoc sensu, mentionem habitam Endymionis, summque illi redditum, quod ingrati hominis sit, cum literis profecerit, oblivisci eorum, qui primum aditum primasque fores ad ipsas disciplinas reseravere. Hunc sensum aptiorem esse, magisque e dignitate et gravitate Pliniana, quam is, quem Hermolaus comminiscitur, intelliget, qui verba hæc Plinii contulerit cum illis quæ mox cap. 15. habentur: 'In quibus aliter multa quam priores tradituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris qui primi quærendi vias demonstraverunt, modo ne quis desperet sæcula posse proficere.' Est autem, ni fallor, æmulatio Senecæ Nat. Quæst. lib. VI. 'Nova,' inquit, 'omnia erant primo tentantibus. Postea eadem limata sunt. Et, si quid inventum est, illis nihilominus referri debet acceptum. Magni animi fuit rerum naturæ latebras dimovere, neque contentum exteriori ejus conspectu introspicere, et in Deorum secreta descendere.' *Pintian.*

Ut scelera hominum noscantur mundi ipsius ignaris] Scribendum arbitror, *numinum*, non *hominum;* ut sit sensus, tantam esse humani animi arrogantiam, ut cœlum ipsum ignorantes profiteantur se scelera numinum tenere. Confirmant hanc correctionem verba mox ante præcedentia: 'In hac luce mira humani ingenii peste sanguinem et cædes condere annalibus juvat;' et quæ sequuntur cap. 12. *Idem.*

Solis fulgore eam ut reliqua sidera tegi] Legendum *regi*, non *tegi;* tum ex cap. 15. ubi dicet: 'Postea radiorum ejus contactu reguntur:' tum etiam ex Toletano codice. *Pintian.* *Reliqua sidera tegi*] Ob hanc causam Græci poëtæ Solis filiam vocant. Euripides in Phœnissis: ὦ λιπαροζώνου θύγατερ Ἡλίου σελαναία, Χρυσεόκυκλον φέγγος. Hesiodus vero et Virgilius, sororem: 'Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna.' *Dalechamp.*

Digitized by Google

Illo regerat] Berosus, auctore Cleomede, atque etiam Vitruvius, putavit Lunæ corpus pilam esse altera parte candentem, altera cœruleam, ejusque mutationes fieri prout magis minusve a Sole corripitur. Vide Vitruv. IX. 4. *Idem.*

Humore terreno pasci] Sic infra c. 68. hujus lib. de Oceano: 'Sidera ipsa tot et tantæ magnitudinis pascens.' Ejusdem opinionis fuit et Seneca Quæst. Nat. II. 5. 'Ex cœlo et terra alimenta omnibus animalibus, omnibus satis, omnibus stellis dividuntur. Profertur quo sustineantur tot sidera, tam exercitata, tam avida per diem noctemque, ut in opere, ita in pastu.' Lucret. 'Unde æther sidera pascit.' Lucan. 'Nec non Oceano pasci Phœbumque polumque Credimus.' *Idem.*

Quia orbe dimidio nonnunquam maculosa cernatur] Minus male legetur commutato negationis loco, *nunquam non maculosa cernatur*, hoc est, non nihil maculosa, non in totum, qua subjungit ratione. *Pintian.*

Maculas enim, &c.] Poëtæ fingunt maculas illas esse puerum, quem dilectum secum Luna ferat, præ pudore faciem celantem. Valerius Cato in Diris: 'Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum, Inque vicem excurrunt, tunc aureus orbis ephebi, Luna, tui tecum est, cur non est et mea mecum?' Apud Plutarchum Agesianarum Poëta: περὶ τοῦ προσώπου ἐμφαινομένου ἐν κύκλῳ τῆς σελήνης· Πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα μέσσῃ Γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται ἥυτε κοῦρος Ὄμμα; καὶ ὑγρὰ μέτωπα δ' ἐρεύθει ἔνθα ἔοικε. *Dalec.*

CAP. X. *De Defectu Solis et Lunæ, et de Nocte.*

Aliud esse noctem, &c.] Noctis præsidem Deum, Nocturnum Plautus appellat in Amphitryone: 'Certe ædepol scio, si quicquam est quod credam, aut certo sciam, Credo ego hac noctu Nocturnum obdormisse ebrium.' Idem in Bacchid. 'Vulcanus, Sol, Dies, et Luna, Dei quatuor, Scelestiorem nullum illuxere alterum.' *Dalec.*

Mucrone tantum ingruat] Hic monendus est Lector, Plinium sequutum quosdam qui eclipsium rationes non intellexerunt, et ideo cum illis turpiter errasse. Haud enim verum est umbram mucrone tantum in Lunam incidere. Hoc enim modo fieret, ut non plus uno puncto de corpore lunari obscurare posset, quantum videlicet mucro, seu acies contineret. Quod falsum esse experientia testatur: siquidem totam Lunam deficere, atque etiam aliquandiu in umbra commorari, vel rudi vulgo notum est. Hac de re vide Jacobi Milichii in hunc secundum librum commentaria. *Id.*

Obscuretur] Ratio est, quia Venus et Mercurius nunquam tam longe recedunt a sole ut obscurari possint. *Idem.*

Scrupulis, &c.] Hoc est in capite et cauda Draconis. *Idem.*

CAP. XI. *De siderum magnitudine.*

Si terra major, &c.] Hæc in Euclide latius tractata videre poterit studiosus lector. *Idem.*

Immensum esse constat, quia arborum, &c.] Verbum *constat*, quod in aliis reperitur, redundat. Refertur enim hæc tota oratio ad præcedens verbum, *aperitur*, et *qui arborum* habent veteres codices, non *quia*: scriba *A* literam geminavit. *Gelenius.*

Montem Idam exoriens, &c.] Doctiss. poëta: 'Jamque jugis summæ surgebat Lucifer Idæ.' *Dalec.*

Namque cum, &c.] Theon. Præf. super Euclid. optica. Magin. Theoric. II. 24. *Idem.*

CAP. XII. *Quæ quis invenerit in observatione cœlesti.*

Defectus utriusque] Vide Valer. Max. VIII. 11. et Liv. lib. XLIV. *Idem.*

Primus omnium Thales Milesius]

Digitized by Google

Thalem et Lycurgum fuisse viros sapientes, vel ut possent leges condere, et præcepta Philosophiæ, clare indicat Plaut. in Bacchidib. 'Nam ita me Dii ament, vel Lycurgus, mihi quidem ut videtur, posset hic ad nequitiam adducier.' Ac rursum: 'Quem ego sapere nimio censui quam Thalem.' *Idem.*

Ac situs locorum et vicos populorum] Lego *visus populorum*, non *vicos populorum*, ex scripta lectione. Recentiores astrologi diversitatem aspectus appellant. *Pintianus.*

Pindari] Pindarus in cantico de radiis Solis obscuratis: Πολέμου δ' ἢ σᾶμα φέρεις τινὸς, Ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον, Κενέωσιν ἀνὰ πέδον, Ὕδατι ζακότῳ διερόν· Ἀνδρῶν νέων ἐξ ἀρχῆς Ἢ καρποῦ φθίσιν, Ἢ στάσιν οὐλομέναν, ἢ πόντου Ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος, Ἢ γαῖαν κατακλύσασα θήσεις Γένος ὁλοφυδνόν. *Dalec.*

Crepitu dissono auxiliante] Ovid. hac de re: 'Te quoque, Luna, traho, quoniam Temesæa labores Æra tuos minuant.' Livius lib. XXVI. scribit, 'Campanorum imbellem multitudinem cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte fieri solet, clamorem edidisse.' Alexander putat sic abigi pravos dæmones, tum feroces et insultantes, cum vim suam in terras deficiens sidus non potest homini salutarem mittere, et illorum cohibendæ insolentiæ efficacem. Credidit etiam simplex antiquitas Lunam de cœlo in terras carminibus trahi posse: nec non depressam cogi in herbas subditas spumam et virus effundere, quibus ad magica fœlicius utantur. 'Despumare Lunam' id dixit Apul. Asini aurei lib. I. Lucanus lib. VI. 'Et patitur cantu tantos depressa labores, Donec suppositas propior despumet in herbas.' Hæc omnia commentum Aglaonicæ, Agetoris filiæ, Astrologiæ peritæ, fuisse, Plutarch. de Oraculorum Defectu auctor est. Vide quæ supra c. 9. in verbo 'laborare,' annotavimus, et Cleomed. Cycl. lib. II. p. 520. *Idem.*

Nicias Atheniensium imperator] Nicias Atheniensis, clarus alioqui imperator, sed tardior, ac nimius cunctator, in quem hoc facetissimum Aristophanis dicterium: καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυστάζειν ἔτι Ὥρ' ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾷν. Vide Plutarch. in ejus Vita. *Idem.*

Argumenti repertores quo Deos hominesque vicistis] Legendum reor non *vicistis*, sed *vinxistis*: hoc est, colligastis, et paris fere conditionis fecistis. *Pintianus.*

CAP. XIII. *De defectibus.*

Omnibus autem annis] Aut textus hoc loco mendosus est, aut aliquem auctorem secutus est Plinius, qui eclipsium rationem non intellexit. Nam horizontis diversa positio nihil, aut admodum parum, ad eclipsium rationes pertinet: et omnino hæc res nullam habet rationem, ut singulis annis eclipses sub terra fiant, et non etiam singulis annis supra terram. *Dalec.*

Sed ab aliis atque aliis hoc cerni] Lege, *Sed ab aliis hoc cerni.* Reliqua demenda, ex antiquis codicibus. *Pintian.*

Nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus, et quanam ratione] Commutandum puto locum conjunctionis *et;* legendumque, *Et nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Quanam ratione.* Idem.

CAP. XIV. *De Lunæ motu.*

Lucere, &c.] *Lucere dodrantes semuncias* est, lucere tres unius horæ quartas, et insuper ejusdem partem vicesimam quartam; ut explicat Bud. de Asse lib. I. Secundo die lucet dextantem et silicium horæ unius: infra XXXII. 18. *Dalec.*

Quo argumento amplior, &c.] Lege: *Quo argumento amplior errantium cæterarum quam lunæ magnitudo colligitur;* non, *errantium stellarum*: nam luna etiam una ex errantibus, et *er-*

Digitized by Google

rantes absolute dicuntur. *Salmas.* p. 722. a.

Cum æque diu ac noctu luceant] Dele verbum *diu*, ex Tolet. codice. Dixit enim statim ante, ' Interdiu non cerni.' *Pintian.*

CAP. XV. *Errantium motus, et luminum canonica.*

Tres] Saturnus, Jupiter, et Mars. *Dalec.*

Exoriuntur vero, &c.] Legend. *Exoriuntur vero matutino, dissitæ partibus nonnunquam amplius undenis.* Salmas. p. 721. b.

In triquetro] In trino aspectu. *Dalec.*

Stationes matutinas faciunt] Planetæ dicuntur stationarii cum tardissime moventur. *Idem.*

Duæ] Mercurius et Venus. *Idem.*

CAP. XVI. *Quare eadem alias altiora, alias inferiora videantur.*

Exortusque matutinos in initio cujusque fieri: stationes in mediis latitudinum articulis] *Stationis* legunt ambo codices, non *stationes*, ut jungatur superioribus. *Pintian.*

CAP. XVII. *Catholica siderum errantium.*

Primum igitur dicatur, &c.] Sic legend. *Primum igitur dicatur cur Veneris stella nunquam longius XLV. partibus, Mercurius viginti tribus a sole abscedant.* Salmas. p. 754. a. Paulo inferius legit: *Digredi autem latitudine, &c.* Plinius *degredi* ea dicit quæ ab altitudine descendunt, pro quo multis locis *digredi* perperam editum est; nam aliud *degredi*, aliud *digredi*. Salmas. p. 754. b.

At enim cur non, &c.] Lege: *At enim cur non semper ad quadraginta sex et partes viginti perveniunt? Immo vero. Sed ratio canonicos fallit.* Salmas. p. 741. b.

Digredi autem latitudine, motumque minuere ab exortu matutino] Exemplar Salmant. *ab exortu vespertino* legit. Nec si aliter legatur, sensus videtur posse constare; nam si, ut paulo ante dictum est, ab exortu matutino, incipit latitudinem scandere, qua ratione ab eodem matutino exortu potest digredi ab eadem latitudine. *Pintian.*

CAP. XVIII. *Quæ ratio colores eorum mutet.*

Utralibet] Sive ascendant, sive descendant. *Dalec.*

CAP. XIX. *Solis motus, et dierum inæqualitatis ratio.*

Æquata nocte diei] Æquinoctium nunc vocant: olim Festus ait æquidiale, τὴν ἰσημέριαν vocatum fuisse, quod nox diei potius adnumerari debeat, quam dies nocti. *Idem.*

CAP. XX. *Quare Jovi fulmina assignentur.*

Fulminum nomen habeant] Quasi fluminum: vel fulmina, quasi, flumina, ut fere perpetuo in Manuscr. legitur, quod ad terram defluant. *Idem.*

Præscita secum afferens] Tria antiquitus fulgurum genera feruntur, postulatoria, pestifera, et peremptalia: e quibus postulatoria votorum aut sacrificiorum spretam religionem desiderabant: pestifera mortem aut exilium denunciabant: peremptalia vero superiorum fulgurum portentorumque significationem pariebant. De expiationibus fulgurum vide Senecam Natur. Quæst. lib. II. *Idem.*

CAP. XXI. *Intervalla siderum.*

Intervalla quoque siderum] Idem conatus est Cardan. referente Dan. Santbech. Probl. Astron. prop. 18. *Idem.*

CAP. XXII. *De Siderum Musica.*

Appellat tonum] Tonus sic sumitur pro unitate integra, hoc est, ex Pythagoræ sententia, pro 125000. stadiis. *Idem.*

In ea Saturnum Dorio moveri] Veteres ii, qui tres tantum modos agnovere, de quibus Porphyr. super Ptol. Harmon. et Athenæus Dipnos. lib. XIV. et Fab. Paulin. Hebdom. II. 2. vocabant gravem tonum seu modum Dorium, medium Lydium, acutum Phrygium: qua re moti inepti qui-

Digitized by Google

in Sympos. Apud Probum grammaticum, Varro in Logistorico: Cœlum est testa: item vitellum, terra: inter illa duo humor quasi in sinum conclusus aëris, in quo calor. Quidam mundum figura literæ ω esse volunt, in qua extremum lineamentum Oceanum repræsentat, ζωστῆρα κόσμου, ut ait idem Probus, itemque Cyrillus. ὠκεανός τ', ᾧ πᾶσα περίῤῥυτος ἐνδέδεται χθών. Had. Jun. III. 4. Ad formam vero hemisphæricam, aut, ut ipse ait, πνιγέως, *suffocatorii*, a Socrate traditum suo more calumniatur Aristoph. Pluto. Quem tamen postea errorem aperte secuti sunt Lactantius et Augustinus elegantissimi alioquin scriptores ecclesiastici, uti apud hunc de Civ. Dei XVII. 9. videre est. Canonicam quoque a nonnullis mundo affictam figuram; suis vero mundis ab Epicuro varias tribui, licet non omnes, notat Plut. de Placit. Phil. II. 2. et Diogen. Laërt. in Vita ipsius pag. 409. *Idem.*

Convexus] Homerus ideo terram ἀπείρονα vocat, propter globosam, orbiculatam, rotundamque figuram, fine carentem ac initio. *Idem.*

CAP. III. *De motu ejus.*

Excedens] Hæc fuit sententia Pythagoricorum: de qua re vide Somn. Scipionis ex Plat. Vide item Arist. Phys. VIII. *Excedens*] Vide Macr. super Somn. Scip. II. 1. paulo tamen aliter Manuel Bryen. Harmon. I. 1. ad 7. nimirum planetarum sphæras octava fixarum adjecta: collataque ea Pythagoræ octo chordarum lyra cum heptachordo Mercurii. Adeatur et Boëth. Mus. I. 27. Censorin. de Die Nat. cap. 3. Auctor ipse infra cap. 22. Erroris autem hujus caussa attingitur ab Arist. Metaphys. I. 5. *Dalec.*

Esse innumeras] Error puerilis notatusque jam olim ab Achille super Arat. pag. 105. et Sex. Empir. adversus Mathemat. cap. 21. pag. 105. et Theone super Arat. pag. 110. *Id.*

Quod clarissimi auctores] Martianus Capella globosum ac tenerum corpus vocat, superni roris levitate compactum instar speculi prænitentis. Plato, in Timæo, levem esse mundum ait, extrinsecus undique politum et cum æqualitate summa tornatum. Cicero, 'Qui terram tenero circumjectu amplectitur.' Euripides, ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις· ὑγρὸν *molle* ac *tenerum* est, quod hic Plinius vocat 'levitate lubricum.' Virg. 'et ipse tener mundi concreverit orbis.' *Idem.*

Tenerum argumentis indicatur] Scribendum reor contra omnia exemplaria, *Rerum argumentis indicatur*, ex familiari huic auctori loquendi modo, quo etiam proximo capite usus est: 'Sed et rerum argumenta docent.' Nec *super verticem* agnoscit scripta lectio; sed *per verticem*. Pintian.

CAP. IV. *Cur mundus dicatur.*

Κόσμον] Varro in satura Dolio: 'Mundus domus est maxima omnium: quam quinque altitonæ fragmine zonæ cingunt. Per quem limbus pictus bis sex signis stellimicantibus, altus in obliquo æthere Lunæ Bigas acceptat posthumi, cui seplasia fœtet.' Vocatur a cælatura cælum: Græce ab ornatu, κόσμος. Aristoteles ὠνόμασε τὸν κόσμον ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων τάξεως. Latine a puritie mundus dicitur. Vide Popmæ Frag. Varr. ubi quædam aliter legit, et Platonem in Gorgia, et Plutarch. de Placit. Phil. II. 1. et Achil. super Arat. p. 85. *Dalec.*

Cœlum quidem, &c.] Aërem etiam olim vocarunt τὸ χάος Græci, ut *inane* Latini. Euripides in Cadmo apud Probum, οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς κενὸς φωτῶν ἕδος δαιμονίων· τὸ δὲ ἐν μέσῳ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. Aristophanes in Avibus, διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους. Theoc. ἐν πτέρυξιν ἅπαντα ὅσα ἕρπει δι' αἴθρας χάους τε. Inde etiam fortassis veteres *cohum* cælum dixerunt. Vide annot. c. 1. *Idem.*

Cælati argumento] Imo vero παρὰ

Digitized by Google

τοῦ κοίλου ἢ τῆς κοιλότητος. Unde et prisci Rom. *Coilum* scripsere: quod religiose observat in suo Ennio doctiss. Merula. De auctoris tamen derivatione nonnihil et Varro de Ling. Lat. lib. IV. *Idem.*

Solis cursus] Exemplar Tolet. non *cursus* legit, sed *cursui*, rectius puto. *Pint.*

CAP. V. *De quatuor elementis.*

De elementis] De elementorum ratione vide Aristotelem de Generatione et Corruptione, lib. II. et de Cœlo IV. 5. et P. Merulam super Enn. p. 119. et seqq. et Sex. Empir. Pyrrhon. Hypot. III. 4. Censorin. de Die Nat. cap. 3. Muret. Var. VII. 17. Nomen a Platone inventum monet Simplic. super Phys. *Dalec.*

Ignium summum] Falso Plinius putat eandem esse materiam ignis et cœli, Epicureos secutus. *Ignium summum*] Imo vero astra tantum ignea putarunt Epicurei. Lucr. lib. V. 'Per rara foramina terræ Partibus erumpens primus se sustulit æther Signifer, et multos secum levis abstulit ignes.' Et paulo post ætherem cognominat igniferum. Platonem autem in Epinomide Timæoque cœlum ignem dixisse notat Theopol. Academ. Contempl. VIII. 1. Vide et Plutarch. de Plac. Phil. II. 11. Et Achill. super Arat. pag. 84. in fin. et Hieron. Mag. de Mundi Exust. I. 13. ubi Anaxagoræ eam opinionem adscribit; qui eam ob caussam ætherem παρὰ τοῦ αἴθειν dictum voluerit. Ex Aristot. Meteor. I. 3. Parmenidi, Heraclito, Stratoni, et Zenoni vero Stob. Eclog. I. 25. p. 53. *Idem.*

Aëra appellant] Hunc αἰθέρα Græci vocant. Euripides: ὁρᾷς τὸν ὕψου τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις; Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. Hos versus sic Latinos fecit Cic. de Nat. Deor. II. *Vides sublime fusum immoderatum æthera, Qui terram tenero circumjectu amplectitur? Hunc summum habeto Divum, hunc perhibeto Jovem.* Dalec.

Per cuncta rerum meabilem] Seneca Nat. Quæst. II. 9. 'Spiritus non aperta tantum intendens, sed etiam abdita et inclusa.'

Mutuo complexu] Late hac de re Achill. sup. Arat. p. 83. et Manil. Astron. I. 168. *Dalec.*

CAP. VI. *De septem planetis.*

Medius Sol fertur] Chaldæi errantia sidera ad hunc numerum redegerunt: Ptolemæus vero ac Theon Solem et Lunam inter errantia non recensent. De Planetarum numero, motu, et situ, vide Arist. de Mundo, c. 2. *Idem.*

Totius animum] Elegantissimi hac de re Orphei versus: Κλῦθι, μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα, Τιτὰν χρυσαυγής, Ὑπερίων, οὐράνιον φῶς. Et paulo post: Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς, ὦ ἐλάσιππε, Μάστιγι λιγυρῇ τετράορον ἅρμα διώκων. Cæteras laudes videbis in Neandri Phys. p. 32. *Idem.*

Hic reliqua sidera occultat] Adde *illustrat*, ex Cod. Tolet. ut sit, *Hic reliqua sidera occultat, illustrat.* Nec accipio *illustrat*, quia reliquis sideribus lumen impertiat; hoc enim infra dicet; sed quia præsens obscuret sidera, absens illustret. *Pintian.*

Cæteris quoque, &c.] Imo vero soli Lunæ. Cætera namque sidera de suo lucent, monente Scal. advers. Card. exerc. 64. *Dalec.*

CAP. VII. *De Deo.*

Effigiem Dei, &c.] Veterum opiniones de Deo vide apud Arist. de Mundo c. 7. et Stob. Eclog. in princ. et Plutarch. de Placit. Phil. I. 7. et Neandr. Phys. et Sex. Empir. Pyrrhon. Hypot. III. 1. et Henr. Steph. Phil. Poët. et αὐτοσχ. III. 5. et seq. et Just. Martyr. ἐπιτρεπτ. et Lactant. Divin. Inst. I. 5. et seq. *Idem.*

Totus animæ] *Animæ*, ψυχῆς, quæ omnibus vita præditis eam præbet: *animi*, τοῦ νοῦ, qui quæ in universo fiunt omnia admirabili sapientia regit et administrat. D. Augustino 'anima' vitæ est, 'animus' consilii. Ani-

Digitized by Google

mam Virg. Æneid. VI. 'spiritum' vocat. *Idem.*

Fidem] Plaut. in Aul. 'Ut te auferam Aula in Fidei fanum, ibi abstrudam probe.' *Idem.*

Ideoque etiam publice Febri fanum, &c.] Febrem in urbe cultam fuisse constat tum apud Augustin. de C. D. IV. 15. tum etiam apud Ciceronem III. de Nat. Deorum, cujus verba mox subjiciam. De Mala Fortuna eodem etiam loco Cicero. Cæterum de Orbona Dea, et apud hos quos dixi scriptores, et apud reliquos quos legerim, altum silentium. Quæ causa varie conjectandi materiam subministravit his, qui ante me in Plinium Annotationes composuerunt. Et Hermolaus quidem rem intactam omisit. Georgius Valla in commentariolo, quem in hunc secundum lib. composuit, fraudata prima syllaba dictione, pro *Orbonæ* substituit *Bonæ*, et de Bona Dea Plinium locutum censuit. Sabellicus, Macrobii verba secutus, rationem conjecturamque iniit quandam, haud mihi satis probatam: quum interim neque apud ipsum, quem citat, Macrobium, ulla subsit Orbonæ vel minima suspicio, neque alium proferat auctorem, qui Orbonæ meminerit. Crinitus *Orbonam* et ipse agnoscit, sine auctore tamen, depravata Plinii lectione deceptus. Quamobrem, cum egregia hæc Dea Orbona orba sit scriptore aliquo, qui eam celebret, nullibique omnino compareat, præterquam hoc Plinii loco, sitque in comperto apud omnes, numerosissimas in Plinio dictiones, et interdum versus superfluere, quæ divinare non sit, unde in ejus libros irrepserint; sic in animum induxi, ut, explosis omnium sententiis, Orbonam hanc, tanquam adulterinam et supposititiam Deam, exterminandam e Plinianis finibus putem: ut verba, quæ sequuntur, permutato tantum conjunctionis loco, legantur hoc pacto: *Ideoque etiam publice Febri fanum in Palatio dicatum est ad ædem Larium, et ara Malæ Fortunæ Æsquiliis.* Quod ex Cicerone manifeste desumptum est loco citato. Verba ejus subjunxi: 'Eos enim, qui Dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum. Qui tantus error fuit, ut perniciosis etiam rebus non nomen solum tribueretur Deorum, sed etiam sacra constituerentur. Febris enim fanum in palatio ad ædem Larium, et aram Malæ Fortunæ Æsquiliis consecratam videmus.' Hactenus Cicero: a quo in secundo etiam de Legg. eadem repetuntur. *Pintian.*

Febri fanum] Pavorem Hostilius atque Pallorem coluit; mox a nescio quo Febris dedicata. Minutius Fœlix. Idem D. Cyprianus de Idolorum Vanitate. Arnobius adversus Gent. lib. IV. 'Ab erroribus viarum Dea Vibialia liberat; in tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes; in Næniæ, quibus extrema tempora.' Cicero de Nat. Deor. III. 'Febris enim fanum in Palatio, et ædem Larium et aram malæ Fortunæ Exquiliis consecratam videmus.' Febris fana tria Romæ fuerunt, unum in capite vici Longi, alterum in Palatio, tertium juxta monumenta Mariana. Huic et Malæ Fortunæ, Postvertæ, Prorsæ, Vejovi, Timori, Pallori, Robigo, Averrunco; apud Lacedæmonios Morti et Timori; apud Gades Paupertati et Senectæ ædes aræque positæ sunt: non ut opem ferant, aut quidquam juvent, sed ne quicquam obsint, aut noceant. Unde ἀποτρόπαιοι a Græcis, *averrunci* ab Latinis dicti. *Dalec.*

Geniosque adoptando] Natalis Deus Genius virorum: sic natalis mulierum Juno. Tibullus: 'Natalis Juno sanctos cape thuris acervos.' Plaut. in Menæchm. 'Teneo dextra genium meum.' Idem in Mercatore: 'I hac mecum, ut videas simul tuam Alcumenam pellicem, Juno mea.' Minutius Fœlix præstites vocat Genios, quod præsint hominum actionibus: homi-

Digitized by Google

num custodes Hesiodus; manes Servius. Ammianus, lib. XII. ex Menandro, statim in lucem editis hominibus numina sociata sic vocat, quæ vitæ cursum regunt, admodum paucis visa insigni virtute viris. Menandri versus sunt: Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται Εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου. *Dalec.*

Gentes vero quædam animalia etiam aliqua obscœna] Commutandus rursus conjunctionis locus, scribendumque: *animalia etiam et aliqua obscœna*, ex vetere lectione. *Pintian.*

Per fœtidos cibos] Allia, porrum, cepas Ægyptii. Vide Alex. ab Alex. V. 10. *Dalec.*

Atricolores] Plutarchus testatur Mortem albi fuisse coloris, Osirim subnigri, Typhona flavi. *Idem.*

Juvare mortalem] Cicero pro Ligario scribit homines ad Deos nulla re propius accedere, quam salutem hominibus dando: id quod Strabo lib. X. Εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν. *Idem.*

Quis non interpretatione naturæ fateatur] Mallem legeres accusandi casu, *interpretationem*. Sensus enim horum verborum peti debet ab illis Ciceronianis: 'Eos enim qui Dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum.' *Pintian.*

Naturæ] Cicero enim ait eos, qui Dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras Deorum. *Dalec.*

Irridendum, &c.] Hic sibi caveant veri ac pii Christiani, legantque Lactant. Instit. Div. I. 2. *Idem.*

Sacris] Magica intelligit, quos nostri 'exorcismos' vocant: et annulos magica arte formatos oblique sugillat, quibus vim magnam tribuebant veteres, iis maxime in quibus Cynocephali, vel Harpocratis imago sculpta esset. *Idem.*

Capitolio] Ut sanctiora essent pacta et conventa, cum jurisjurandi religio interposita esset, in ipso Capitolio nonnunquam fiebant, velut præsente et audiente Deo, qui trisulcum in perjuros telum gerere censebatur. Plaut. in Curcul. 'Coq. Namque incubitare satius te fuerat Jovi, Tibi qui auxilio in jurejurando fuit. Cap. Siquidem incubare velint qui pejeraverint, Locus non præberi potis est in Capitolio.' *Idem.*

Fortuna] Fortunæ varia cognomina vide apud Alex. ab Alex. I. 13. et Plaut. in Pseud. 'Centum doctûm hominum consilia hæc devincit Dea Fortuna: atque hoc verum est, Perinde ut quisque fortuna utitur, ita præcellit, atque exinde sapere eum dicimus.' In Rhetoricis ad Herennium leguntur Pacuvii versus graves et sententiosi: 'Fortunam insanam esse, et cæcam, et brutam perhibent Philosophi.' *Idem.*

Sors ipsa pro Deo sit] In denario vetusto Romano percusso a quodam Plætoriæ gentis, qui ejus templum vel dedicaverat, vel refecerat, Sortis imago impressa est cum his literis, SORS. M. PLAETOR. CEST. S. C. *Dalec.*

Eventus assignat] Ex opinione Poëtarum id sumptum, qui singula nobis attributa sidera scribunt. Papinius: 'Perpetuis frenis atque uni serviet astro:' et alibi, 'locum cervix dabit omnibus astris.' *Idem.*

Semelque in omnes futuros unquam Deo decretum] Sincerior lectio Salmanticensis codicis, *Dei decreto*: ut tres dandi casus inter se conveniant, *Astro suo*, *nascendi legibus*, *Dei decreto*. Pintian.

Parca dictu] Hoc est, humilia, vilia, spernenda. Hac phrasi utitur Fabius: 'Avidas longe fugare volucres, et pascere parva dictu animalia.' Eadem significatione usurpat auctor infra VII. 53. 'frivolum dictu.' *Dalec.*

Uno quidem vel præferenda cunctis bonis] Lego, repugnantibus cunctis exemplaribus, *præferendo*, non *præferenda*. Pintian.

Digitized by Google

Ne Deum quidem posse omnia] Agatho dilaudante Arist. Eth. Nicom. vi. 2. μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται, Ἀγέννητα ποιεῖν ὅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. Et Plutarch. Consolat. ad Apol. mihi pag. 199. sub fin. τὸ μὲν γὰρ γεγεννημένον οὐδὲ θεὸν δυνατόν ἐστι ποιεῖν ἀγέννητον. Et ne nimium longi simus, Theognis vs. 583. et Sophoc. Trachin. et Pind. Olymp. Od. ii. et Sen. de Brevit. Vitæ mihi p. 133. et Horat. iii. Od. 29. et S. Aug. de Civit. Dei v. 10. &c. *Dalec.*

Aut revocare defunctos] Hier. Mag. de Exust. Mund. v. 1. *Idem.*

Ut facetis quoque, &c.] Ita scil. judicat de his divinissimis scientiis hoc hominum genus. Quanto vero rectius doctiss. Muret. Var. Lect. vi. 1. *Idem.*

Cap. viii. *De natura siderum errantium, et eorum ambitu.*

Singulis attributa nobis] Confutat hic Epicureos, qui singulis hominibus singulas tributas esse stellas credebant. In eadem opinione fuit et Manilius poëta. *Dal.* *Singulis attributa nobis*] Imo vero et Manilius communem astrologorum secutus est sententiam, horoscopum seu positum siderum natalium tempore suam cuique homini distribuere sortem iii. 38. et Epicurus omnia atomorum concursu regi, nilque ab hujusmodi causis pendere ad animi tranquillitatem facere proculdubio putavit: aut si Stobæo credimus, qui Eclog. i. 25. pag. 54. de hac quoque re mentionem facit: τοῦ ἐνδεχομένου ἧχε. Quamobrem me suasore Plinio credimus, vulgi has fuisse superstitiones: cujusmodi et aliæ olim multæ, et utinam nunc omnes desitæ. Cæterum de stellarum casu vide Hier. Mag. de Exust. Mundi iii. 3. et 7. et Laërt. lib. x. pag. 423. ubi Epicuri ea de re opinionem refert.

Non tanta cælo societas nobiscum est ut nostro fato mortalis sit ille quoque siderum fulgor] Non *ille* habet exemplar Toletan. sed *ibi*, venustiore proculdubio sensu. *Pintian.*

Nimio alimento, &c.] Cleomedes, libris κυκλικῆς θεωρίας, sidera, stellas, astra, oceani, terræque vaporibus ali credidit, quoniam alimento privatus ignis statim extinguitur. Virg. 'Convexa polus dum sidera pascet.' Λίμνην enim τὴν θάλατταν etiam Homerus vocat. Zeno apud Laërtium ait: τὰ ἄστρα ἔμπυρα τρέφεσθαι, τὸν μὲν ἥλιον ἐκ μεγάλης θαλάττης, τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποταμίων ὑδάτων, τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ τῆς γῆς. Cujus sententiæ et alios auctores adducit Hier. Mag. de Mundi Exust. i. 13. et 16. et seq. et Theon super Arat. pag. 108. ἰστέον δ' ὅτι ἡ τοῦ οὐρανοῦ κίνησις γίνεται ἔκ τινων ἀναθυμιάσεων κατὰ τὸν φυσικὸν, αἵ τινες ἀναθυμιάσεις ῥυθμῷ τινὶ αὐτὸν κινοῦσι. Error ortus ex optices ignorantia, generatimque accuratæ Philosophiæ. Totum porro hunc locum Plinii lubenter ita legerim: *Hinc redeamus ad reliqua sidera, quæ affixa diximus mundo, non illa, ut existimat vulgus, singulis attributa nobis, adnumerataque mortalibus, et clara divitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cujusque lucentia, nec cum suo, &c.* Dalec.

Decidere creduntur] 'Sæpe etiam stellas vento impellente videbis Præcipites cælo labi, noctisque per umbras Flammarum longos a tergo albescere tractus.' Ptolemæus διαθέειν stellas, *discurrere*, dixit. Paulo post c. 36. trajectiones eas et emicationes auctor vocat 'discursus.' Ammianus Marcellinus eum fulgorem appellat δίφρου ὁλκὴν, quasi currus orbitam. Transversas stellas et cadentes, quæ prætervolant et secant aëra, Seneca vocat: ἀποῤῥοίας esse stellarum Græci putant.

Suo demonstrabimus loco] Vide locum sub finem hujus libri.

Quando ad eam tota pertinet, Signiferi modo inventionibus non dilatis] Sic Vett. codd. leg. ita ut *tota* referatur

Digitized by Google

ad *ratio*, non ad *modulatio*, quæ vox in Mss. non est, et sensus sit: De uno signifero circulo hic se dicturum, quod circa eum primi Anaximander et Cleostratus observaverint, cæterorum circulorum mentionem cum mentione terræ aptius conjungendam; quod facit in fine libri. *Gelenius.*

Sphæram ipsam, &c.] Eam Anaximandri inventum quoque tradit VII. 56. *Sphæram ipsam ante multo Atlas*] Lege, *Sphæram ipso pandente mundo Atlas.* Mundus ipse, hoc est, cœlum, sphæricum et plane sphæram sese esse fatetur et pandit: ipso igitur pandente mundo sphæram invenit Atlas, qui primus intellexit cœlum vel mundum sphæram esse. Sequitur, quod sic legendum: *hoc est siderum ortus foris aperuisse.* Vide Salmas. p. 823. a. b.

Saturni sidus] Saturnus lingua Syriaca sive Aramæa, qua usi sunt Thusci, latentem significat, ab סתם, *occuluit sese, latuit*, uti monet P. Merula super Enn. p. 94. Inde Latinum vocaverunt, et ejus uxorem Latiam, sive Latiam Saturni. *Dalec.*

Lævum] Plinius, augurum disciplinam sequutus, pronam faciem intuentis in Austrum spectare voluit: indeque lævum erit ubi sol oritur, dextrum ubi occidit. Aristoteli mundi dextra sunt exortiva, læva occidua: Solino dextra septentrionalia, læva meridionalia. Ebræis meridies dexter, septentriones sinistri. In ludis Circensibus cur Solini ratio observata sit, explicat J. Gorop. Hierogl. l. III. p. 37. *Idem.*

Tertium Martis, quod quidam Herculis vocant, ignea ardentis Solis vicinitate, binis fere annis converti] Vetus lectio, *Ignei, ardentis a Solis vicinitate*, quemadmodum et Livius sæpe loquitur. Causam dedit, non cur biennio circulum absumat, sed cur ardens sit et igneus. *Gelen.*

Temperari Jovem salutarèmque fieri Deum] De sidere loquitur, non de Deo. Scriba proxime sequentem particulam *Deinde* depravavit in *Deum inde.* Gelen.

Luciferi nomen accepit] Luciferum diurnam stellam vocat Plaut. in Menæchm. 'Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus cras.' Vesperuginem quidam Veneris esse stellam putaverunt, ac ideo Venerem noctivigilam appellarunt, ut Plaut. in Curc. aut noctilucam, ut Levinus: 'Venerem igitur almam adorans, sive fœmina sive mas est, ita uti alma Noctiluca est.' *Dalec.*

Vesper] Inde Vesperugo, extrema diei pars, et prima noctis. Varro: 'Inter vesperuginem et jubar dicta nox intempesta, (omitto quædam,) quam Ælius dicebat, cum tempus agendi est nullum: quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent:' *κνέφας vesperuginem* Græci appellare videntur, quod terra luce carere incipiat. Hom. Il. A. *Ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν.* Vesperi exortum primam facem Apuleius et Macrobius dixerunt: non quod tunc faces accenderentur et lucernæ, quam ob rem Gal. *ἡμμένων ἄρτι λύχνων* horam vespertinam ait, ut meridiem Lucianus, *ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν*, quod ea diei parte maxima sit in foro frequentia, sed quod Vesperi stella post solis occasum prima luceat. *Dalec.*

Pythagoras Samius] Pythagoræ longam historiam, et incredibilium rerum quas gessit miracula, vid. apud Rhod. XIX. 7. *Idem.*

CAP. IX. *De Lunæ natura.*

Lunæ] Lineam *ἐκλειπτικὴν*, Lunæ orbitam, Tarentina voce 'circulum manacum' veteres appellarunt, quasi maniacum, *μηνιακόν*: unde Arabibus Kalendarium Almanach. Vitruvius lib. XI. 'Circinatio circuli menstrui agatur, qui Manacus dicitur.' *Scalig.*

Sinuata in orbem] Lego, *sinuata*

Digitized by Google

in orbe maculosa, &c. Nam sinus in orbe non potest intelligi. Vel certe: *sinuosa, orbe pleno immensa ac repente nulla, eademque subito prænitens, maculosa alias, &c.* Dalec. *Modo sinuata in orbem*] Hunc locum correctionibus suis pessime corruperunt eruditi, dum legunt, *sinuata, in orbe maculosa.* Nam sinus, inquiunt, in orbe non potest intelligi: inepte. 'Sinuari arcus' dicitur, qui curvatur; 'sinuari vela,' quæ curvantur et inflantur: curvari et cavari invicem ponuntur, unde et κοιλαίνειν Græci pro *curvare* accipiunt, ita et *sinuare.* Luna igitur *in orbem sinuata* est quæ Græcis ἀμφίκυρτος, in orbem scilicet protumida undique et in orbem curvata. *Salmas.* Exercitat. Plin. p. 376.

Quæ mensis exitu latet] Melior meo judicio lectio, *Quin mensis exitu latet.* Pintian.

Cum laborare non creditur] Luna cum plena est, inciditque in fastigium umbræ noctis, extinguitur, quod veteres 'laborare' dixerunt. At vero mensis exitu, quamvis nullum ejus lumen sit, tamen eam laborare veteres non credebant. Credebant etiam veneficarum carminibus et incantationibus deficientem eripi, solicitari, affici, ac deduci. Quapropter, ne illarum verba exaudiret, clamoribus et æris crepitu obstrepebant. Ambrosius: 'Quod cum requirerem quid sibi clamor hic velit, dixerunt mihi quod laboranti Lunæ vestra vociferatio subveniret, et defectum ejus suis clamoribus juvaret.' Et iterum: 'Tunc, inquam, apud vos turbatur carminibus globus Lunæ, quando calicibus turbantur et oculi.' *Dalechamp.* *Cum laborare non creditur*] Id est, interquiescere creditur, eo quod tunc lucere desinat. Unde quod interlunio fit, aliquoties Plinio 'silente Luna' fieri dicitur. *Gelen.*

Non sumus profecto grati erga eos qui labore curaque] Scribendum reor, *Ne simus profectu ingrati erga eos qui, &c.* hoc sensu, mentionem habitam Endymionis, suumque illi redditum, quod ingrati hominis sit, cum literis profecerit, oblivisci eorum, qui primum aditum primasque fores ad ipsas disciplinas reseravere. Hunc sensum aptiorem esse, magisque e dignitate et gravitate Pliniana, quam is, quem Hermolaus comminiscitur, intelliget, qui verba hæc Plinii contulerit cum illis quæ mox cap. 15. habentur: 'In quibus aliter multa quam priores traditури, fatemur ea quoque illorum esse muneris qui primi quærendi vias demonstraverunt, modo ne quis desperet sæcula posse proficere.' Est autem, ni fallor, æmulatio Senecæ Nat. Quæst. lib. VI. 'Nova,' inquit, 'omnia erant primo tentantibus. Postea eadem limata sunt. Et, si quid inventum est, illis nihilominus referri debet acceptum. Magni animi fuit rerum naturæ latebras dimovere, neque contentum exteriori ejus conspectu introspicere, et in Deorum secreta descendere.' *Pintian.*

Ut scelera hominum noscantur mundi ipsius ignaris] Scribendum arbitror, *numinum*, non *hominum*; ut sit sensus, tantam esse humani animi arrogantiam, ut cœlum ipsum ignorantes profiteantur se scelera numinum tenere. Confirmant hanc correctionem verba mox ante præcedentia: 'In hac luce mira humani ingenii peste sanguinem et cædes condere annalibus juvat;' et quæ sequuntur cap. 12. *Idem.*

Solis fulgore eam ut reliqua sidera tegi] Legendum *regi*, non *tegi*; tum ex cap. 15. ubi dicet: 'Postea radiorum ejus contactu reguntur:' tum etiam ex Toletano codice. *Pintian.* *Reliqua sidera tegi*] Ob hanc causam Græci poëtæ Solis filiam vocant. Euripides in Phœnissis: ὦ λιπαροζώνου θύγατερ Ἡλίου σελαναία, Χρυσεόκυκλον φέγγος. Hesiodus vero et Virgilius, sororem: 'Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna.' *Dalechamp.*

Digitized by Google

Illo regerat] Berosus, auctore Cleomede, atque etiam Vitruvius, putavit Lunæ corpus pilam esse altera parte candentem, altera cœruleam, ejusque mutationes fieri prout magis minusve a Sole corripitur. Vide Vitruv. IX. 4. *Idem.*

Humore terreno pasci] Sic infra c. 68. hujus lib. de Oceano: 'Sidera ipsa tot et tantæ magnitudinis pascens.' Ejusdem opinionis fuit et Seneca Quæst. Nat. II. 5. 'Ex cœlo et terra alimenta omnibus animalibus, omnibus satis, omnibus stellis dividuntur. Profertur quo sustineantur tot sidera, tam exercitata, tam avida per diem noctemque, ut in opere, ita in pastu.' Lucret. 'Unde æther sidera pascit.' Lucan. 'Nec non Oceano pasci Phœbumque polumque Credimus.' *Idem.*

Quia orbe dimidio nonnunquam maculosa cernatur] Minus male legetur commutato negationis loco, *nunquam non maculosa cernatur*, hoc est, non nihil maculosa, non in totum, qua subjungit ratione. *Pintian.*

Maculas enim, &c.] Poëtæ fingunt maculas illas esse puerum, quem dilectum secum Luna ferat, præ pudore faciem celantem. Valerius Cato in Diris: 'Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum, Inque vicem excurrunt, tunc aureus orbis ephebi, Luna, tui tecum est, cur non est et mea mecum?' Apud Plutarchum Agesianarum Poëta: περὶ τοῦ προσώπου ἐμφαινομένου ἐν κύκλῳ τῆς σελήνης· Πᾶσα μὲν ἧδε πέριξ πυρὶ λάμπεται, ἐν δ' ἄρα μέσσῃ Γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται ἠΰτε κοῦρος Ὄμμα; καὶ ὑγρὰ μέτωπα δ' ἐρεύθει ἔνθα ἔοικε. *Dalec.*

CAP. X. *De Defectu Solis et Lunæ, et de Nocte.*

Aliud esse noctem, &c.] Noctis præsidem Deum, Nocturnum Plautus appellat in Amphitryone: 'Certe ædepol scio, si quicquam est quod credam, aut certo sciam, Credo ego hac noctu Nocturnum obdormisse ebrium.' Idem in Bacchid. 'Vulcanus, Sol, Dies, et Luna, Dei quatuor, Scelestiorem nullum illuxere alterum.' *Dalec.*

Mucrone tantum ingruat] Hic monendus est Lector, Plinium sequutum quosdam qui eclipsium rationes non intellexerunt, et ideo cum illis turpiter errasse. Haud enim verum est umbram mucrone tantum in Lunam incidere. Hoc enim modo fieret, ut non plus uno puncto de corpore lunari obscurare posset, quantum videlicet mucro, seu acies contineret. Quod falsum esse experientia testatur: siquidem totam Lunam deficere, atque etiam aliquandiu in umbra commorari, vel rudi vulgo notum est. Hac de re vide Jacobi Milichii in hunc secundum librum commentaria. *Id.*

Obscuretur] Ratio est, quia Venus et Mercurius nunquam tam longe recedunt a sole ut obscurari possint. *Idem.*

Scrupulis, &c.] Hoc est in capite et cauda Draconis. *Idem.*

CAP. XI. *De siderum magnitudine.*

Si terra major, &c.] Hæc in Euclide latius tractata videre poterit studiosus lector. *Idem.*

Immensum esse constat, quia arborum, &c.] Verbum *constat*, quod in aliis reperitur, redundat. Refertur enim hæc tota oratio ad præcedens verbum, *aperitur*, et *qui arborum* habent veteres codices, non *quia:* scriba *A* literam geminavit. *Gelenius.*

Montem Idam exoriens, &c.] Doctiss. poëta: 'Jamque jugis summæ surgebat Lucifer Idæ.' *Dalec.*

Namque cum, &c.] Theon. Præf. super Euclid. optica. Magin. Theoric. II. 24. *Idem.*

CAP. XII. *Quæ quis invenerit in observatione cœlesti.*

Defectus utriusque] Vide Valer. Max. VIII. 11. et Liv. lib. XLIV. *Idem.*

Primus omnium Thales Milesius]

Digitized by Google

Thalem et Lycurgum fuisse viros sapientes, vel ut possent leges condere, et præcepta Philosophiæ, clare indicat Plaut. in Bacchidib. ‘Nam ita me Dii ament, vel Lycurgus, mihi quidem ut videtur, posset hic ad nequitiam adducier.’ Ac rursum: ‘Quem ego sapere nimio censui quam Thalem.’ *Idem.*

Ac situs locorum et vicos populorum] Lego *visus populorum*, non *vicos populorum*, ex scripta lectione. Recentiores astrologi diversitatem aspectus appellant. *Pintianus.*

Pindari] Pindarus in cantico de radiis Solis obscuratis: Πολέμου δ' ἢ σᾶμα φέρεις τινὸς, Ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον, Κενέωσιν ἀνὰ πέδον, Ὕδατι ζακότῳ διερόν· Ἀνδρῶν νέων ἐξ ἀρχῆς Ἢ καρποῦ φθίσιν, Ἢ στάσιν οὐλομέναν, ἢ πόντου Ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος, Ἢ γαῖαν κατακλύσασα θήσεις Γένος δλοφυδνόν. *Dalec.*

Crepitu dissono auxiliante] Ovid. hac de re: ‘Te quoque, Luna, traho, quoniam Temesæa labores Æra tuos minuant.’ Livius lib. XXVI. scribit, ‘Campanorum imbellem multitudinem cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ silenti nocte fieri solet, clamorem edidisse.’ Alexander putat sic abigi pravos dæmones, tum feroces et insultantes, cum vim suam in terras deficiens sidus non potest homini salutarem mittere, et illorum cohibendæ insolentiæ efficacem. Credidit etiam simplex antiquitas Lunam de cœlo in terras carminibus trahi posse: nec non depressam cogi in herbas subditas spumam et virus effundere, quibus ad magica fœlicius utantur. ‘Despumare Lunam’ id dixit Apul. Asini aurei lib. I. Lucanus lib. VI. ‘Et patitur cantu tantos depressa labores, Donec suppositas propior despumet in herbas.’ Hæc omnia commentum Aglaonicæ, Agetoris filiæ, Astrologiæ peritæ, fuisse, Plutarch. de Oraculorum Defectu auctor est. Vide quæ supra c. 9. in verbo ‘laborare,’ annotavimus, et Cleomed. Cycl. lib. II. p. 520. *Idem.*

Nicias Atheniensium imperator] Nicias Atheniensis, clarus alioqui imperator, sed tardior, ac nimius cunctator, in quem hoc facetissimum Aristophanis dicterium: καὶ μὴν μὰ τὸν Δι' οὐχὶ νυστάζειν ἔτι Ὥρ' ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾷν. Vide Plutarch. in ejus Vita. *Idem.*

Argumenti repertores quo Deos hominesque vicistis] Legendum reor non *vicistis*, sed *vinxistis*: hoc est, colligastis, et paris fere conditionis fecistis. *Pintianus.*

Cap. XIII. *De defectibus.*

Omnibus autem annis] Aut textus hoc loco mendosus est, aut aliquem auctorem secutus est Plinius, qui eclipsium rationem non intellexit. Nam horizontis diversa positio nihil, aut admodum parum, ad eclipsium rationes pertinet: et omnino hæc res nullam habet rationem, ut singulis annis eclipses sub terra fiant, et non etiam singulis annis supra terram. *Dalec.*

Sed ab aliis atque aliis hoc cerni] Lege, *Sed ab aliis hoc cerni.* Reliqua demenda, ex antiquis codicibus. *Pintian.*

Nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus, et quanam ratione] Commutandum puto locum conjunctionis *et*; legendumque, *Et nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab exortus. Quanam ratione.* Idem.

Cap. XIV. *De Lunæ motu.*

Lucere, &c.] *Lucere dodrantes semuncias* est, lucere tres unius horæ quartas, et insuper ejusdem partem vicesimam quartam; ut explicat Bud. de Asse lib. I. Secundo die lucet dextantem et silicium horæ unius: infra XXXII. 18. *Dalec.*

Quo argumento amplior, &c.] Lege: *Quo argumento amplior errantium cæterarum quam lunæ magnitudo colligitur;* non, *errantium stellarum*: nam luna etiam una ex errantibus, et *er-*

Digitized by Google

rantes absolute dicuntur. *Salmas.* p. 722. a.

Cum æque diu ac noctu luceant] Dele verbum *diu*, ex Tolet. codice. Dixit enim statim ante, 'Interdiu non cerni.' *Pintian.*

CAP. XV. *Errantium motus, et luminum canonica.*

Tres] Saturnus, Jupiter, et Mars. *Dalec.*

Exoriuntur vero, &c.] Legend. *Exoriuntur vero matutino, dissitæ partibus nonnunquam amplius undenis.* Salmas. p. 721. b.

In triquetro] In trino aspectu. *Dalec.*

Stationes matutinas faciunt] Planetæ dicuntur stationarii cum tardissime moventur. *Idem.*

Duæ] Mercurius et Venus. *Idem.*

CAP. XVI. *Quare eadem alias altiora, alias inferiora videantur.*

Exortusque matutinos in initio cujusque fieri: stationes in mediis latitudinum articulis] *Stationis* legunt ambo codices, non *stationes*, ut jungatur superioribus. *Pintian.*

CAP. XVII. *Catholica siderum errantium.*

Primum igitur dicatur, &c.] Sic legend. *Primum igitur dicatur cur Veneris stella nunquam longius XLV. partibus, Mercurius viginti tribus a sole abscedant.* Salmas. p. 754. a. Paulo inferius legit: *Digredi autem latitudine, &c.* Plinius *degredi* ea dicit quæ ab altitudine descendunt, pro quo multis locis *digredi* perperam editum est; nam aliud *degredi*, aliud *digredi*. Salmas. p. 754. b.

At enim cur non, &c.] Lege: *At enim cur non semper ad quadraginta sex et partes viginti perveniunt? Immo vero. Sed ratio canonicos fallit.* Salmas. p. 741. b.

Digredi autem latitudine, motumque minuere ab exortu matutino] Exemplar Salmant. *ab exortu vespertino* legit. Nec si aliter legatur, sensus videtur posse constare; nam si, ut paulo ante dictum est, ab exortu matutino, incipit latitudinem scandere, qua ratione ab eodem matutino exortu potest digredi ab eadem latitudine. *Pintian.*

CAP. XVIII. *Quæ ratio colores eorum mutet.*

Utralibet] Sive ascendant, sive descendant. *Dalec.*

CAP. XIX. *Solis motus, et dierum inæqualitatis ratio.*

Æquata nocte diei] Æquinoctium nunc vocant: olim Festus ait æquidiale, τὴν ἰσημέριαν vocatum fuisse, quod nox diei potius adnumerari debeat, quam dies nocti. *Idem.*

CAP. XX. *Quare Jovi fulmina assignentur.*

Fulminum nomen habeant] Quasi fluminum: vel fulmina, quasi, flumina, ut fere perpetuo in Manuscr. legitur, quod ad terram defluant. *Idem.*

Præscita secum afferens] Tria antiquitus fulgurum genera feruntur, postulatoria, pestifera, et peremptalia: e quibus postulatoria votorum aut sacrificiorum spretam religionem desiderabant: pestifera mortem aut exilium denunciabant: peremptalia vero superiorum fulgurum portentorumque significationem pariebant. De expiationibus fulgurum vide Senecam Natur. Quæst. lib. II. *Idem.*

CAP. XXI. *Intervalla siderum.*

Intervalla quoque siderum] Idem conatus est Cardan. referente Dan. Santbech. Probl. Astron. prop. 18. *Idem.*

CAP. XXII. *De Siderum Musica.*

Appellat tonum] Tonus sic sumitur pro unitate integra, hoc est, ex Pythagoræ sententia, pro 125000. stadiis. *Idem.*

In ea Saturnum Dorio moveri] Veteres ii, qui tres tantum modos agnovere, de quibus Porphyr. super Ptol. Harmon. et Athenæus Dipnos. lib. XIV. et Fab. Paulin. Hebdom. II. 2. vocabant gravem tonum seu modum Dorium, medium Lydium, acutum Phrygium: qua re moti inepti qui-

Digitized by Google

dam hic Mercurium interposuerunt, et legunt, *Mercurium Lydio*. Idem.

In ea Saturnum Dorio moveri, Mercurium phthongo, Jovem Phrygio] Verbum *Mercurium* in Toletano codice desideratur, et quidem recte. Omni enim ratione carebat, inter superiores Planetas, Saturnum ac Jovem, locari Mercurium, qui est ferme infimus. Legatur itaque: *In ea Saturnum Dorio moveri phthongo, Jovem Phrygio*. Pintian.

* CAP. XXIII. *De mundi geometria.*

* Mart. Capell. Phil. lib. VI. pag. 228. *Dalec.*

Stadium centum] Mensuræ trium sunt generum. Aliæ namque simplices sunt, seu porrectæ, εὐθυμετρικαὶ Græcis dictæ. Aliæ vero planæ seu constratæ, ἐμβαδομετρικαί. Aliæ denique solidæ στερεομετρικαὶ, quas Latini non sat apte quadratas vocant; cum cubicæ potius essent nuncupandæ. Cæterum porrectarum mensurarum nomina, atque simplex usitataque divisio hæc est: Digitus continet quatuor grana hordei: palmus quatuor digitos: pes quatuor palmos: cubitus sesqui pedem, seu ulnam: passus quinque pedes: stadium centum viginti quinque passus: stadia septem semis unum conficiunt milliare Italicum. Suidas, ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Notandum enim stadia non ubique eandem terræ mensuram continere, sed pro diversitate gentium esse diversas stadiorum mensuras; quemadmodum et milliaria modo longiora, modo breviora aliis atque aliis nationibus existunt. Unde Ptolomæus ait 500. stadia in terra uni gradui cœlesti respondere. At Eratosthenes et Plinius 700. numerant. *Idem.*

Posidonius non minus, &c.] Posidonius bifariam partitur distantiam a terra ad cœlestes orbes. Ab ea enim ad aërem, ubi tempestates fiunt, XL. stadia assignat: a nubibus ad Lunam vicies centena stadiorum millia: indeque ad Solem quinquies mille stadia. *Idem.*

Imperturbatæ lucis aërem] *Aëra*, Græca desinentia, exemplar Toletanum. *Pintian.*

Sed tam prodenda, quam sunt prodita] Scribendum ex eodem, *Sed prodenda quia sunt prodita.* Idem.

Nam cum CCCLX. et fere sex partibus orbis solis ex circuitu ejus patere appareat] Credo vitium esse in ordine verborum, legendumque: *Nam cum CCCLX. et fere VI. partibus, patere circulum, per quem meat orbis solis, ex circuitu ejus appareat.* Idem.

Dimetiens tertiam partem] Hoc est, circumferentia semper continet ter diametrum, et fere unam septimam. In hac tamen supputatione neglexit septimam unius tertiæ. *Dalec.*

Quoniam sit medius Sol] Si enim Sol fertur medio mundi, distatque a terra sexaginta gradibus, distantia terræ et Signiferi erit duplicata, hoc est, 120. graduum. *Idem.*

CAP. XXIV. *De repentinis sideribus.*

CAP. XXV. *De Cometis et cœlestibus prodigiis, natura et situ, et generibus eorum.*

Cometas Græci vocant] Vide Senecam Quæst. Natural. I. 14. et 15. Item Aristot. Meteor. I. 3. et 4. et de Mundo III. et Corn. Gem. Cosmocrit. I. 8. *Idem.*

De qua Tiberius Imperator Cæsar præclaro carmine scripsit] Exemplar Salmant. *Titus* agnoscit, non *Tiberius*, quod non displicet. Nam eximium poëtam fuisse Titum, Tranquillus docet. 'Latinæ,' inquit, 'Græcæque linguæ vel in orando, vel in fingendis poëmatis, promptus et facilis, ad extemporalitatem usque.' Septies etiam consulem fuisse, idem auctor prodit, quorum neutrum Tiberio convenit. Poëtam fuisse Tiberium constat, præclarum non constat. *Pintian.*

Disceus suo nomini similis] Disceus fit quando materia undique sibi si-

Digitized by Google

milis existit. *Dalec.*

Pithetes doliorum cernitur figura] Uterque codex *Pitheus* legit, non *Pithetes:* qua dixit forma statim ante 'disceus,' et mox infra 'hippeus.' *Pintian.*

Lampades ardentes imitantur faces] Sic alii, sed leg. *Lampadias ardentes imitatur faces*, ut iidem habent, qua inflexione enunciavit, ''Cerătias,' 'Xiphias,' 'Acontias.' Scio nihilominus et ab Aristotele libro de Mundo, et in Meteoris, et a Seneca in Naturalibus Quæstionibus, et a Plinio in sequentibus, 'lampadas' vocari: quam recte, non ausim statuere. *Idem.*

Hippeus] Fuit et Hippeus sculptor ac faber insignis, de quo Athenæus pagina 233. vs. 48. *Dalec.*

Specieque humana Dei effigiem in se ostendens] Hæc verba adulterina esse nec Pliniano dogmati congruentia, ostendunt manifeste quæ ipse supra capite septimo dixit de Deo: 'Effigiem dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est alius, si modo est alius, et quacunque in parte, totus est sensus, totus est visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui.' *Pintian.*

Brevissimum quo cernerentur spacium septem dierum annotatum est, longissimum octoginta] Addendum puto verbum *centum;* ut legatur, *centum octoginta*, ex Seneca libro septimo Naturalium Quæstionum. 'Atqui cometes,' inquit, 'senis mensibus manent, quod non fieret, si duarum stellarum conventu gignerentur.' *Idem.*

Plures cerni] Fieri potest ut imago veri cometæ fulserit in opposita nube, non aliter quam imagines in speculis redduntur. *Dalec.*

Typhon] Typhon infra c. 48. ventus est, et vibratus ecnephias. *Idem.*

Nunquam in occasura parte] Sinistre hic Plinius Aristot. interpretatus est: non enim dicit in occasu cometas nunquam apparere, sed quod sæpe dissipentur supra Horizontem, ac evanescant. *Idem.*

In nostro vero ævo circa veneficium] Eo anno quo Cl. Cæsar veneno extinctus est; qui fuit U. C. 808. Christi vero nati 55. *Idem.*

Aut cujus stellæ vires accipiat] *Virus*, non *vires*, nostri habent codices scripti. *Pintian.*

Cometes] Hujus meminit Suetonius in vita Julii Cæsaris. Vide Senecam Quæst. Nat. VI. 17. Cometes hic Christi Servatoris nostri natalem prænunciasse creditur. *Dalec.*

Ludorum meorum diebus] *Ludorum eorum diebus*, iidem Codd. *Pintian.*

Cæsaris animam, &c.] In antiqui denarii Romani altera parte spectatur Cæsaris effigies cum literis: IMP. CAESAR DIVI II. VIR. R. P. C. in altera vero, templi Veneris anterior facies cum stella, Cæsaris statua augurali habitu, et ara ad quam sacrificare, vota suscipere, et controversias dirimere, interposito jurejurando, per Cæsarem, solebant, cum his literis DIVO IVL. Uti videre est in nummis a Vico, Goltzio, Ursino, aliisque editis. *Dalec.*

CAP. XXVI. *Hipparchus de sideribus, per exempla historica, faces, lampades, trabes, bolides, et chasma cœli.*

Animasque nostras partem esse cœli] Fortean alludit ad dogma Platonicum, qui animas, antequam in corpora hæc inferiora descendunt, stellæ cuipiam mancipatas putavit. Qua de re Theupol. Acad. Contempl. IV. 12. et Procl. super Alcibiad. *Dalec.*

Ad nomen expungere] Hoc est, Hipparch. stellas ad sidera redegisse, in singulis sideribus quot essent numerasse, nomina etiam reddidisse cum illis, tum sideribus.

Si quisquam, qui rationem eam caperet, inventus esset] Lego, *Si quisquam qui cretionem eam, &c.* ex exemplari Toletano rectissime. Est autem Cretio hæreditatis aditio Ciceroni in

Digitized by Google

Bruto, seu de claris Oratoribus, et in Oratore ad Brutum, et Justiniano sexto libro Codicis, Titulo De Jure Deliberandi; et Cernere hæreditatem, adire est, sive cedere, apud Sextum Pompeium et Nonium Marcellum. *Pintian.*

Lampades vocant plane faces] Codex Salmanticensis *lampadas* legit: ut forte scribendum sit, *lampadias*, ut supra notatum est: nisi forte quis dicat, ad differentiam illas priores *lampadias* dictas esse, has vero *lampadas*. Idem.

Emicant et trabes simili modo, quas Docos vocant] Utraque scripta lectio *docus* legit, non *docos*, Græca accusativi terminatione. *Idem.*

Chasma] Est et chasma terra *αὐτομάτως* discedente ac patefacta factus hiatus et vorago. Severus in Ætna vocat charos. Id cum subito accideret, inferorum et Deorum manium Romani veteres appellarunt, quomodo Græci *χαρώνια*. Cæterum de cœli chasmatis legatur Corn. Gem. Cosmocrit. I. 6. et II. 2. ubi et effigies eorundem depingit. *Dalec.*

CAP. XXVII. *De cœli coloribus.*

Incendium] Chasmatum proprii colores sunt puniceus et purpureus. Aristot. Meteorolog. I. 2. et de Mundo III. *Idem.*

Sed ea accidisse] De hoc fuse Seneca Nat. Quæst. II. 32. *Idem.*

CAP. XXVIII. *De flamma cœli.*

CAP. XXIX. *De coronis cœlestibus.*

Coronæ circa lunam] Coronas hic vocat quod Græci ἅλωνας, et Latini areas: quando videlicet circa Solem, vel Lunam, vel aliam claram stellam circulus conspicitur. Cujusmodi depictas videbis apud Corn. Gem. Cosmocrit. I. 6. et 8. *Idem.*

CAP. XXXI. *Plures Soles.*

Plures soles simul cernuntur] Quos historici Soles, Græci *παρήλια* vocant: nostri vero virgas nominant. Fiunt autem quando nubes ex latere Solis vel orientis vel occidentis collocata, velut speculum, *εἴδωλον* seu *imaginem* Solis recipit atque exprimit. Exempla aliquot recenset Corn. Gem. Cosmocrit. I. 8. *Idem.*

Semel in meridie] Vetus lectio, *Semel et meridie.* Exemplaria consentiunt. Mox post singula paria Consulum adjecimus conjunctionem, quo evidentius anni ab invicem secernerentur. *Gelen.*

CAP. XXXII. *Plures Lunæ.*

Lunæ quoque trinæ] Παρασελήνη dicitur, et eandem habet causam materialem et efficientem, quam parelius. *Dalec.*

CAP. XXXIII. *Dierum lux nocte.*

Lumen de cœlo noctu visum] Nihil aliud est quam chasma supradictum. *Idem.*

CAP. XXXV. *Ostentum cœli.*

Postquam in Lunæ magnitudinem facta sit] Sic alii leg. sed miror, cur hic Hebraismus placuerit. Sic enim illi loquuntur: 'Factus est mihi Deus in protectorem, et in locum refugii.' Nostri cod. habent *Lunæ magnitudine.* Gelen.

CAP. XXXVI. *De discursu stellarum.*

Discursus] Scintillas et discursus stellarum vocat id quod Ptolomæus trajectiones. Ea de re acute Scalig. advers. Card. exer. 63. *Dalec.*

CAP. XXXVII. *De stellis Castoribus.*

Fulgorem effigie ea] Græci hoc meteoron vocant *πολυδεύχεα.* Latini Castorem et Pollucem. *Dalec.*

Helenam] Solinus expositis multis malis, quæ adfert mulierum sanguis menstruus: 'Habet,' ait, 'plane id solum salutare, quod avertit sidus Helenæ, perniciosissimum navigantibus.' Apollo tamen, in Oreste apud Euripidem, salutarem nautis Helenam esse pronuntiat: *Ζηνὸς γὰρ οὖσαν ζῆν νιν ἀφθιτὸν χρεών, Κάστορί τε Πολυδεύκει τ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς Σύνθακος ἔσται ναυτίλοις σωτήριος. Idem.*

Hominum quoque capita vespertinis horis] Superfluit ultimum verbum in

Digitized by Google

script. lect. *Pintian.* *Hominum quoque capita vespertinis horis*] Sic apud Virgilium Æneid. II. sub finem, caput Iuli ardere visum: 'Ecce levis summo de vertice visus Iuli Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.' *Dalec.*

CAP. XXXVIII. *De aëre.*

Quod alio nomine aëra] Elegantissimi sunt versus Pacuvii in Chryse, de aëre: 'Hoc vide circum supraque quod complexu tenet Terram, quod nostri cœlum memorant, Græci perhibent æthera. Quicquid est hoc, is omnia format, animat, auget, alit, serit, Sepelit, recipitque in se omnia, omniumque idem est pater, Indidemque eadem quæ oriuntur, de integro æque eadem occident.' Vide supra caput primum, et Varr. de Ling. Lat. lib. IV. *Idem.*

Inani simile] Videri enim propter raritatem non potest. *Idem.*

Infra Lunam hæc sedes multo inferior (ut animadverto propemodum constare infinitum) ex superiore natura aëris, et terreni halitus miscens, utraque sorte confunditur] Planior lectio: *Infra Lunam hæc sedes multoque inferior (ut animadverto propemodum constare) infinitum ex superiore natura aëris, infinitum et terreni halitus miscens, utraque sorte confunditur.* Attestantur ambo exemplaria. *Gelen.*

Hinc nubila, tonitrua et alia fulmina] Legendum puto, *et illa fulmina*, vulgato more addendi id pronomen, ubi agitur de re memoranda. Fulminum autem mirandos effectus pete ab Aristotele, Seneca, et infra Plinio. *Pintian.* *Hinc nubila, tonitrua, et illa fulmina*] Enumeratio est impressionum, quæ in aëre fiunt, ex congressu et pugna contrariarum qualitatum. *Dalec.*

CAP. XXXIX. *De statis tempestatibus.*

Tempestatum, rerumque quasdam statas esse causas] *Statas tempestates* vocat simpliciter ortus et occasus siderum, qui certis temporibus ac vicibus oriuntur et occidunt: fortuitas quæ nulla certa cœlesti ratione gubernantur. *Idem.*

Transitus] Transitum hunc vulgo apertiones portarum vocant. *Idem.*

In Suculis] Sunt septem stellæ obscuræ, præter eam quæ λαμπαδιὰς a Græcis dicitur, connumeratisque duabus ad exortum cornuum; iis namque omissis alii quinque tantum numerant, in capite tauri: estque vehemens sidus terra ac mari. Vid. inf. XVIII. 26. et Henr. Decimat. de Stell. pag. 31. et 108. Cæterum de universæ hujus artis inventoribus Vitruv. Archit. IX. 8. Ubi tamen procul dubio legendum, 'Eudoxus, Euctemon, Calippus, Meton,' &c. Incertitudinem autem notat, nec artem sed fortuitam tantum consignationem esse contendit Geminus εἰσαγωγ. p. 209. ubi tamen egregie explicat methodum, quam veteres hac in re indaganda observavere. *Idem.*

CAP. XL. *De vi Caniculæ.*

Caniculæ exortu accendi Solis, &c.] Negat profecto magni apud vet. nominis Mathematicus Geminus auctis nonnullis excogitatis ratiunculis εἰσαγ. p. 221. At contra Delrius super Sen. Trag. par. ult. p. 84. *Idem.*

Origem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus contra stare, et contueri tradit, ac velut adorare cum sternuerit] Vocem etiam tunc edebat, nec in exortu caniculæ tantum hoc faciebat, sed etiam solis ac lunæ. Et cur dicit, *ac velut adorare cum sternuerit?* An respexit ad morem veterum, quo sternuentes non tantum ab his qui aderant salutabantur, sed etiam ipsi sibi qui sternuebant Deum propitium precabantur et adorabant? *Salmas.* 474. Vide et infra VIII. 53.

CAP. XLI. *Sidera in aliis signorum partibus, et temporibus alias influere.*

Cum tempestatibus confiti] Usus est

Digitized by Google

hypallage, cum dixit *sidus confici tempestatibus*, pro 'conficere tempestates.' *Dalec.*

Afflantur alii sidere] Hoc est, siderantur. Morbi genus est, quem Græci ἀστροβολισμὸν appellant, aut quando corpus exarescit et fit tabidum, aut sit quis velut attonitus. Hoc in conjunctione Saturni cum Venere in Virgine fieri solet. *Idem.*

Corpora augeri, ac rursus] Lucilius: 'Luna alit ostrea, et implet echinos, muribus fibras et pecui addit.' Sola omnium capitatarum cæpa Luna senescente augetur, juvenescente flaccessit, quasi sideris cursum perosa. Quamobrem eam Pelusiotæ in cibis execrantur. *Idem.*

Patrocinatur vastitas cæli immensa discreta altitudine in duo atque septuaginta signa] Puto legendum alio verborum conceptu: *Patrocinatur vastitas cæli, immensa altitudine discreta in duo, &c.* Præterea, *quadraginta* scriberem potius quam *septuaginta*. Higinius in principio Astronomici: *Rursusque redeuntes ad sphæram, duo et quadraginta signa nominatim pernumeravimus.* Alphonsus Hispaniæ rex, studiorum claritate memorabilior etiam quam regno, quadraginta octo signa in octavo orbe constituit, Ptolemæum secutus septimo et octavo libro maximæ Constructionis. Marcianus libro octavo quadraginta septem ponit. Legendus quoque Vitruvius nono. Illud non præterierim: Si velit quispiam, ut idem Marcianus tradit, in numerum signorum gestamina ipsorum asciscere, multo majorem signorum numerum consurrecturum, proximumque huic Pliniano, quem castigavimus. Exempli gratia: Capram Heniocho superpositam, aut hœdos qui ejus humeris sustinentur, aut serpentem quem Ophiuchus tenet, aut Pantheram quam Centaurus gestat: quæ sidera velut partes habendæ sunt potiorum. *Pintian.*

Atque XL.] Ex Higinio. Martianus 47. numerat. Ptolemæus et Alfonsus 48.

Septem] Fama et opinione vulgi septem esse Vergilias, sive Pleiadas, Aratus scribit, conspici tamen sex tantum: Ἑπτάποροι δὴ ταί γε μετ' ἀνθρώπους καλέονται, Ἓξ οἶαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσι· Οὐ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς ἀστὴρ, Ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούσαμεν· ἀλλὰ μάλ' αὔτως Εἴρεται· ἑπτὰ δ' ἐκεῖναι ἐπιῤῥήδην καλέονται. Homerus Odys. M. tradit, cum Pleiades occidunt, Symplegadum scopulorum concursu et collisu unam semper obteri; sed alteram in ejus locum a Jove restitui, ut earum numerus integer sit. Vide Athenæum lib. XI. ὀρίας Pindarus vocat, tanquam οὐρίας, quod in Tauri cauda sitæ sint. *Dalec.*

Booten] Hunc Musæus in Leandro tardum vocat: Καὶ μὴν ὀπιπτεύων οὐκ ὀψὲ δύοντα Βοώτην, Οὐ θρασὺν ὠρίωνα, καὶ ἄβροχον ὁλκὸν ἁμάξης. Axem, Booten, et Temonem Varro appellat. Septentriones Homerus ἅμαξαν, Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν. *Idem.*

CAP. XLII. *Imbrium, ventorum, et nubium causæ.*

Alias vero propter vapores fumidam caliginem exhalare] Vetus lectio *exhalari* legit, non *exhalare*. Pintian.

CAP. XLIII. *De tonitruis et fulguribus.*

Posse in has et ignes superne] Fuit hæc sententia Epicureorum. At quam falsa, nemo non intelligit; stellæ enim non cadunt, nec ignis nisi superius tendit. Vide Arist. Meteor. III. et Stob. Eclog. lib. I. pag. 64. *Dalec.*

Posse et repulsu siderum depressum qui a terra meaverit spiritum] Exemplar Tolet. *qui ad terram meaverit spiritum.* Cui lectioni favent verba quæ paulo post sequuntur: 'Posse et attritum, dum in præceps feratur, illum quisquis est spiritum accendi.' *Pintian.*

Digitized by Google

Bruta fulmina et vana] Quæ fulmina dicantur vana, et quæ fatidica, infra dicetur c. 54. *Dalec.*

Simili modo ventos] Quidam hic cap. aliud incipiunt de ventis. *Idem.*

Ex arido siccoque] Hæc est opinio Aristotelis Meteorol. II. 1. *Idem.*

Solis impulsu agi] Arist. Meteor. lib. II. ὁ δ' ἥλιος καὶ παύει καὶ συνεξορμᾷ τὰ πνεύματα.

Fluctus aëris] Plutarch. in Caus. Nat. Ἀναξίμαρχος λέγει ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος. Idem: Στωϊκοὶ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν. Ἀναξίμανδρος ῥύσιν ἀέρος τὸν ἄνεμον εἶπε. Achil. Stat. super Arat. p. 102. vide et Daut. Anemograph. *Idem.*

CAP. XLIV. *Qua ratione echo redditur.*

Echo] Latinis imaginem dici notat Philargyr. super Virgil. pagina 267. *Dalec.*

Et conflexa cubito aut confracta in humeros juga concavi vallium sinus] Depravatissimus est locus. Codex Toletanus, pro *conflexa cubito*, *complexu subito* habet, ut forte minus incommode legi possit ad hunc modum: *Aut complexi subito anfractu in numerosa juga concavi, &c.* Ut sit eadem sententia aliis verbis repetita. *Pintian.*

Inde resultantem aëra] *Ideo resultantem aëra* prædicta exemplaria. *Idem.*

Voces multis in locis reciprocas facit] Ausonius ait Echo 'aëris et linguæ filiam' esse. Varro in Sesquiulysse: 'Pieridum comes quæ tenes cavata putri gelu montium saxa.' Vide Ovid. Met. III. *Dalec.*

CAP. XLV. *De ventis iterum.*

Sine fine ventos generant jam quidam etiam specus] Scribendum puto alio verborum ordine: *Jam sine fine ventos generant quidam etiam specus;* ex familiari modo loquendi Plinii. *Pintian.* *Sine fine ventos generant jam, &c.*] De ventis vide Aristot. de Mundo cap. 3. et Meteor. II. 2. et Achil. Stat. ad Arat. p. 102. et Vitruv. Archit. I. 6. et VIII. 2. et Veget. de Re Mil. IV. 38. et Daut. Anemograph. *Idem.*

In Cyrenaica provincia] Vide Pomp. Melam lib. I. cap. de Cyrenaica. *Idem.*

Illos status atque perspirantes, &c.] Legend. *Illos status ac semper spirantes quos non tractus aliquis, verum terræ sentiunt: qui non aura, non procella, sed mares appellatione quoque ipsa venti sunt: qui sive assiduo mundi incitu, et contrario siderum occursu nascuntur, sive hic est ille genitabilis rerum naturæ spiritus, huc illucque tanquam in utero aliquo vagus, sive disparili errantium siderum ictu radiorumque multiformi jactu flagellatus aër, sive a suis sideribus exeunt, his propioribus, sive ab illis cælo affixis cadunt, palam est illos quoque legem habere naturæ non ignotam, etiamsi nondum percognitam.* Vide Salmas. p. 755. b.

Qui non aura, non procella maris, sed appellatione quoque ipsa venti sunt] Convertenda verba, prætereaque legendum *mares*, non *maris*, ex codice Toletano: *Qui non aura, non procella, sed mares appellatione ipsa quoque venti sunt.* Pintian.

Qui sive assiduo mundi incitu] Verbum *qui* non habetur in eodem, et *incitatu* legit, non *incitu*. Idem.

Sive a suis sideribus exeunt] Hoc ex Epicureorum sententia. Cujusmodi tamen nihil legimus nec apud Lucr. qui lib. VI. ait, ventum fieri ubi sit agitando percitus aër, nec apud Laërt. qui in Epist. ad Pythoclem longe aliam ventorum caussam ab Epicuro redditam ponit. *Dalec.*

CAP. XLVI. *Naturæ et observationes ventorum.*

Non erant majora præmia] Festiviorem reddes orationem si per interrogationem legas, *Num erant majora præmia?* Pintian.

Namque mores hominum senuere, non fructus] Deme dictionem *namque*, ex

codice Tolet. *Idem.*

CAP. XLVII. *Ventorum genera.*

Ventorum genera] Vetera exemplaria non separant hoc caput a præcedenti. *Dalec.*

Veteres quatuor omnino servavere, per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebeti ut mox judicatum id est. Secuta ætas octo addidit, ratione nimis subtili et concisa. Proximis inter utramque media placuit] Est quidem sensus idem in antiqua lectione, mirum tamen, quantum sibi hic indulserit castigator nescio quis, dictiones alias addendo, alias transponendo, alias divisas componendo, unamque continuam orationem in plures minutas inepte concidendo. Talem audaciam ardelionum probare non possum. Hermolaus extra culpam est: Aleriensis fortasse non est. Nunc vide sinceriorem lectionem: *Veteres quatuor omnino servavere, per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat, hebeti ut mox judicatum est ratione: secuta ætas octo addidit, nimis subtili et concisa, proximis inter utramque media placuit.* Quod si quis contendat nostram lectionem scribarum temeritate invectam; primum exemplaria consentiunt; deinde scribæ non solent tam feliciter errare. Castigatorum hæc solertia est, depravationibus speciem aliquam sinceritatis affingere, quorum impudentia sæpius, quam vellem, ansam destomachandi præbet. *Gelen.*

Homerus] Odyss. E. Σὺν δ' εὖρός τε νότος τ' ἔπεσε, ζέφυρός τε δυσαὴς, Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης. Musæus: Μαρναμένων ἀνέμων, ζεφύρῳ δ' ἀντέπνεεν εὖρος, Καὶ νότος ἐς βορέην μεγάλας ἀφέηκεν ἀπείλας. Arist. tamen lib. II. Meteorolog. ventos ex adverso ruentes simul flare non posse tradit. *Dalec.*

A Meridie Auster, et ab Occasu] Mirum quod Aristoteles Meteor. II. Austrum a mundi parte quæ antarctico polo subjecta est flare negat, quod tam procul ad nos usque flatus pervenire non possit, cum in Problem. et lib. de Mundo ad Alex. illinc flare tradat. Ovid. certe ex Ponto IV. ab ortu suo procul digressum, languidum accedere scribit: 'Hic oritur Boreas, oræque domesticus huic est, Et sumit vires a propiore loco. At Notus adversa tepidus qui spirat ab arce, Est procul et rarus, languidiorque venit.' *Idem.*

A Septentrionibus, Septentrio] Ovid. 'Scythiam Septemque triones Horrifer invasit Boreas: contraria tellus Nubibus assiduis pluvioque madescit ab Austro.' Idem: 'Letiferi calidi spirarunt flatibus Austri.' Νότος ἀπὸ τοῦ νοτίδος, *ab humore et nebula.* Hom. κατὰ δὴ νότιος ῥέεν ἱδρώς. Idem: οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ προτὶ χέρσον, Ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ βορέω ἀλεγεινῇ. *Idem.*

Ab ortu solstitiali Phœniciam media regione inter ortum brumalem et meridiem] Ventus interjacens ortum brumalem et meridiem qua ratione possit spirare ab ortu solstitiali minime percipio, quum ortus solstitialis submotus sit ab ortu brumali octo ferme et quadraginta partibus ex supputatione astronomorum nostri temporis, et longe pluribus a meridie. Quapropter verba illa, *ab ortu solstitiali*, ad superiora pertineant necesse est: etsi existimo magis expositionem esse, glossulamque, ut dicunt, interlinearem, quam Pliniana verba, ut ex ordine prodendi apparet. Verbum autem *Phœniciam* initium præstat sequenti cæso. Qui ventus ita dictus est, quod a Carbanis gente Phœnices spiret, auctore innominato scriptore Græco, de signis aquarum et ventorum. *Pintian.*

Inter Meridiem et hibernum Occidentem Libanoton] Scribo *libonoton*, non *libanoton*, ex Aristotele Meteor. II. et Alexandro ejus expositore, item Vitruvio primo, et Seneca quinto Naturalium Quæstionum: a quo observatum est, carere eum ventum Lati-

Digitized by Google

no nomine. *Idem.*

Sunt etiam quidam peculiares quibusdam gentibus venti non ultra certum procedentes tractum, ut Atheniensibus Sciron, paulum ab Argeste deflexus, &c.] Imo Sciron non est ventus peculiaris Attici soli, sed peculiare hoc nomen Argestæ sive Chauri quo illum vocabant Athenienses quod ex Scironiis saxis eum sentirent: et cum hoc quidem nomine, non alibi notus quam in Attica regione. Vide Salm. 1257. b. Falsum ergo quod addit Plinius de hoc eodem Argeste, qui et Olympias et Sciron et Iapyx localiter appellabatur: *Consuetudo omnibus his nominibus Argesten intelligi.* Non consuetudo hoc facit; sed situs regionum quæ apud se ventis ex aliquo loco venientibus nomen fecerunt ex eo ipso loco, unde flatus eorum percipiunt. *Idem.*

Ut Atheniensibus Sciron] Strabo zephyros et præcipue Argestas *σκείρωνας* vocari ab Atheniensibus scribit, *ὅτι πνέουσιν ἀπὸ Σκειρωνίδων σκοπέλων*; *quoniam spirant a scopulis Sceironiis.* Quidam hunc ventum eundem esse putant cum Iapyge, Cauro, Hellespontio, Olympia. *Dalec.*

Argesten intelligit et Cæciam] Distingue, ut Cæcias sequentibus cohæreat, *Et Cæciam aliqui vocant Hellespontiam.* Gelen.

Et Cæciam aliqui vocant Hellespontium] Lego, *Hellespontiam*, prima inflexione, tum ex ambobus scriptis codicibus, tum ex Aristotele libro paulo ante citato, et auctore de signis aquarum et ventorum, et reliquis, ne plures in re comperta citando auctores tundam: quod video multos libenter facere, jactandæ potius doctrinæ avidos, quam juvandi studiosos. *Pintian.*

Circius] Hunc Strabo lib. IV. 'Melamborum' vocat, Circio tam vehementi ut tecta nonnunquam auferat: ne Galliam rapidus infestaret Augustus aliquando votum exsolvit et sacrum fecit. Anemothides Palladis Methone templum fuit. Vide Alex. ab Alexand. III. 22. *Dalec.*

Ver ergo aperit navigantibus maria] Maria hieme clausa sunt cœlo tempestatibus fœdo ac procelloso: aperiuntur vere. Diem anni quo navigationem auspicabantur feriis publicis celebrabant. Veget. 'Post natalem vero navigationis, qui solenni certamine, publicoque spectaculo multarum gentium celebratur,' &c. Turnebus Adversar. XVIII. 24. *Idem.*

Favonii] Favonius inter omnes ventos mitissimus. Horat. 'Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni.' Plaut. in Milite: 'Liquidiusculusque ero quam ventus est Favonius.' Idem ibid. 'Hic Favonius serenus est, istic Auster imbricus, hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.' *Idem.*

Intercalationes] Quarto quoque anno. *Idem.*

Prodromos] Vide infra XVIII. 28. circa medium; et Del. super Sen. Trag. par. ult. p. 367. *Idem.*

Constantius perflant diebus quadraginta] Exemplar Salmanticense *triginta* præfert, non *quadraginta.* Apollonius Rhodius primo, *quadraginta*, cum Plinii impressa lectione. Interpretes Apollonii, *quinquaginta*, ex Timosthene, qui eisdem referentibus, prodit flare Etesias sole obtinente postremam partem Cancri, et totum Leonem, donec ingrediatur vicesimam partem Virginis. *Pintian.*

Etesias] Etesias constat flare a Septentrione. Lucret. 'Etesiæ flabra Aquilonum.' Licenter poëtæ Aquilonem, sive Boream, medium inter Orionem et Ursam, Septentrionem, Græcorum Aparctiam vocant. Flant Prodromi diebus octo ante ortum Caniculæ: Etesiæ vero biduo post. Aristoteli et Suidæ gignuntur sole dissolvente collectum humorem. Ἀπὸ *τοῦ ἔτους* nomen est impositum quod sint anniversarii. Occidentem versus ii flant ad Zephyrum, Argesten,

Thrascian, Orientem vero ad Aphelioten. 'Navales,' vel, ut alii legunt, 'Nivales,' Varro appellat in Ephemeride: 'Navales Etesiæ diutius et uberius flaverant, et autumnum ventosum fecerant.' *Dalec.*

Vocant] Vide infra x. 32. *Idem.*

Hi dies traxere] Vide Senecam. *Id.*

Nec tamen sævitia tempestatum concludit mare] *Cludit*, melius quam *concludit*, vetusta lectio. *Pintian.*

Saluberrimus autem omnium Aquilo, quia siccus et frigidior: noxius Auster, fortasse quia magis humidus] Non video, cur hic quoque libuerit castigatoribus tantum verborum transponere, fortiter contempta fide archetyporum. Auster, qui Græcis Notus, sæpius quidem imbrifer, interdum tamen serenificus est, vel Horatio teste: 'Albus ut obscuro detergit nubila cœlo Sæpe Notus:' neque semper imbres adfert: utroque modo noxius: atque etiam magis quoties est siccus, quod tunc etiam æstuosus sit. Id an non satis Latine Plinius expressit his verbis? *Saluberrimus autem omnium Aquilo. Noxius Auster: et magis siccus, fortassis quia humidus frigidior est.* Sequenti versu in ambobus legitur, *Etesiæ nocte desinunt fere*, non *Flare*. Et quorsum attinebat supponere *Flare*, cum æque perfecta locutio sit, *Etesiæ noctu desinunt?* Nec male nostri in sequenti versu, *Cum vocantur Ornithiæ*, pro quo in vulgatis est, *Qui vocantur.* Nam Ornithiæ sunt Etesiæ, atque stati. *Gelen.*

Etesiæ noctu desinunt fere] Codex Salmanticensis et omnis impressa lectio 'flare, non *fere*, agnoscit. Et sic proculdubio scribendum, ex eodem Aristotele loco sæpe allegato. *Pintian.*

Asia ab oriente flatus est eorum] Venti Septentrionales omnes numero quinque: Aquilo, Cæcias, Aparctias, Thrascias, Argestes. *Dalec.*

Vocantur Ornithiæ] Etesiæ imbecilliores. *Idem.*

Navigatur prolatis pedibus] *Pes*, nauticum vocabulum, imus est veli angulus: aliis funis quo velum tenditur. Virgil. 'Una omnes fecere pedem:' id est, vela tetenderunt. 'Proferre pedem' Servio est, funibus et suis podiis imam veli partem minus adducere, sive utramque veli partem æquatam esse non pati, quod fit obliquato veli sinu, dum producitur funis alter, alter reducitur. Sic colligitur ventus ut adversæ naves eodem vento inflatæ ac pulsæ possint concurrere. Funes hos 'vorsoria' vocat Plautus: 'Hic ventus nunc secundus est, cape vorsorium.' Propedes Isidorus ex Turpilio: 'Quasi cum ventus fert navem in mare secundum si quis propedem misit in veli sinistrum.' Sic 'anginam' ex Cinna vocat funem: 'Qui autem navi ad malum constringit atque angina regit stabilem fortissima cursum.' Turn. Advers. xx. 4. *Idem.*

Et est principium lustri ejus semper intercalari anno Caniculæ ortu] Lege, *et est principium lustri ejus semper in canario anno Caniculæ ortu. Canarius annus* est Ægyptiacus, quia Ægyptii ab ortu canis anni sui exordium sumebant. Vide Salmas. p. 553. a.

CAP. XLVIII. *De repentinis flatibus.*

Nunc de repentinis flatibus] De his Aristoteles in Meteor. et Gellius lib. XIX. Rhodig. xx. 19. *Dalec.*

Rursusque dejecti in terram, obducta nubium cute] Antiqua scriptura, *Rursusque dejecti, interim obducta.* Gelen.

Qui Typhon vocatur] Gellius loco citato. Alius est Typhon cometes supra c. 25. *Dalec.*

Quod si majore depressæ nubis eruperit specu, sed minus alto, quam procella] Scribo *lato*, non *alto*. Superius enim dixerat: 'Si late siccam ruperint nubem procellam gignunt.' *Gelen. Quod si majore depressæ, &c.*] Τὸν στρόβιλον. Ventos hos nubibus inclusos et tanto impetu erumpentes Ennius his versibus significat: 'Per ego Deum subli-

mes subices humidas, Unde oritur imber sonitu sævo et spiritu.' Vide Festum hac de re. *Dalec.*

Turbinem] Huc videtur pertinere prima sequentis capitis periodus, perperam ex hac sua sede in alienam trajecta. *Idem.*

Prester] Est etiam πρηστὴρ χθόνιος. Arist. ἀναφύσημα vocat, cum spiritus ex terræ hiatibus explosus mare vi se circumagit et contorquet. *Idem.*

Cap. xlix. *Alia prodigiosa genera tempestatum.*

Non fit autem Aquilonius Typhon, nec nivalis, aut nive jacente Ecnephias] Repugnent licet omnia exemplaria, persuasum habeo, tria illa verba, *aut nive jacente,* Plinii non esse, ut innumera alia in historia naturali. Movet me Aristoteles, cujus verba ex initio tertii Meteorωn subjeci, 'Borea flante non fit typhon, neque ningente ecnephias.' De reliquo quis ita est mente captus, ut non videat, tum ex ordine eorum quæ indicantur, tum ex Aristotele a quo cuncta hæc ad literam, ut aiunt, hausit Plinius, verba supra dicta alienum locum occupasse, proprio relicto, et statuenda esse post illud cæsum proximi capitis, cujus finis est, *sorbetque in excelsum?* Nam cum tractatio ecnephiæ et typhonis claudatur illo loco, non potuere commodius alibi subtexi accidentia utriusque: presertim cum ea parte, qua inserta sunt, seriem disturbent, continuationemque interrumpant, turbinis, presteris, fulminis, quorum commentatio interscindenda non erat interpositione accidentium diversarum tempestatum. *Pintian.*

Quod si simul rupit nubem, exarsitque, et ignem habuit, aut postea concepit fulmen est] Lego, *non postea concepit.* Id addit ad differentiam presteris, quem in fine præcedentis capitis dixit rupta nube demum dum furit accendi. *Gelen.*

Vortex] *Vorticem* Græci σιφῶνα, alii τυφῶνα vocant. Apollodorus in Meteor. Arist. 'Αριστοτέλης, inquit, τυφῶνα οἷον τυπῶνα καλεῖ, διὰ τὸ τύπτειν σφόδρως καὶ ῥηγνύειν τὰ στερεὰ σώματα· ναῦται δὲ σιφῶνα διὰ τὸ δικὴν σιφῶνος ἀνασπᾷν τὸ ὕδωρ θαλάσσης. Vide Turn. Advers. iv. 20. *Dalec. Vortex autem hoc meando distat a turbine, quo stridor a fragore*] Non displicet, quod habent nostra exemplaria: *Vortex autem remeando distat a turbine, et quod stridor a frigore.* Gelen.

Aquam trahit] Præter Ecnephian, sive procellam, vorticem, sive typhonem, turbinem, sive strobilum, et presterem nominat Aristoteles, θύελλαν, ἐξυδρίαν, λαίλαπα, κατ' αἰγίδα, ἀναφύσημα, de quibus Rhodig. ἐγκολπίας vero, ἀπογείους, εὐθύπνους, hic referre nihil attinet, cum aliam naturam rationemque habeant, ut et imbres τροπαῖοι. Petrus Victorius Romæ in prima regione ædem Tempestati fuisse sacram tradit. *Dalec.*

Cap. l. *Quibus in terris fulmina non cadant.*

Ægyptum] Et Æthiopiam. Nam et hanc immunem esse a fulminibus testatur Plutarch. περὶ δεισιδαιμ. p. 287. b. *Idem.*

Raras admodum tenuesque et infirmas densantur in nubes] Duo illa verba, *et infirmas,* desiderantur in exemplari Toletano, et quidem puto recte. Quid enim est aliud, *raras admodum tenuesque,* quam infirmas? *Pintian.*

Quæ a septentrione descendunt ad teporum, qualis est omnis Campaniæ tractus] Rursus in ambobus Mss. est: *Quæ a septentrione discedunt ad teporem, qualis est Urbis et Campaniæ tractus.* Gelen.

Cap. li. *Fulgurum genera, et miracula.*

Fulgurum genera] Fulgurum genera Rhodigino viii. 13. καταβαταὶ, ἀργῆτες, ψολόεντα, quæ, ut vult Suidas, maxima celeritate icta comminuunt. Ab his tribus generibus quidam *trisulcum* fulmen dictum volunt. *Dalec.*

Digitized by Google

Intactis operimentis] Vide Senecam Quæst. Natur. II. 31. Arist. de Mundo c. 3. Meteor. II. 1. III. 1. *Idem.*

Argentum liquatur intus] Vide quod adnotatum est de Mithridate XXV. 2. Varro Rerum Divinarum lib. III. 'Lucius Scipio cum aurum haberet in cista viminea, ita fulmine est icta, ut cista esset integra, aurum vero colliquisset.' Nonius in voce Liquidum. Plutarchus in Symposiis: Καὶ κυλιχνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγκειμένων ἐλύτροις, τὸν μὲν ἄργυρον σύζεσαι τακέντα, τὸ δὲ ξυλὸν ἄθικτον καὶ ἀπαθὲς εὑρεθῆναι. *Idem.*

In Catilianis prodigiis] Vetus lectio, *Catilianis*. Lego, *Catilinanis*. Nam ut a Sylla Syllanus, sic a Catilina Catilinanus. *Pintian.*

CAP. LII. *De observationibus.*

Thuscorum literæ novem] Hetrusci judicabant fulmina ob hoc tantum fieri, ut aliquid significarent: Philosophi contra fulminum causam efficientem nubium collisioni assignabant: postquam vero facta essent, aliquid portendere existimabant. *Dalec.*

Summano] Plutoni summo Deorum Manium. Quis tamen Summanus esset, Ovidius dubitare videtur his versibus: 'Reddita, quisquis is est, Summano templa feruntur Tunc cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.' Hac tota de re Delr. super Sen. Herc. Œt. p. 852. et par. ult. p. 501. *Idem.*

Frigidioris cœli] Quia locis tepentibus cœlum propter ἀντιπερίστασιν frigidius est. *Idem.*

Volsinii oppidum Thuscorum opulentissimum] Et Lugdunum, florentissima civitas, Nerone imperante. Hetrusci, quas vocarunt *manubias*, id est, fulminum jactus, a tribus superioribus sideribus, Saturno, Jove, Marte decidere putarunt; sed præcipue Jove, qui colluctantes inter se nimium Saturni humorem, et immodicum ardorem Martis, medius ipse prorumpere cogit. Jovis fulmina mitiora esse tradunt, Saturni sæva et execrabilia, Martis cremantia. Itaque Jovis fulmen afflare tantum, levique injuria lædere, Saturni punire, ac perimere: Martis accendere: unde 'trisulca' quoque fulmina appellata fuisse quidam censent. Abstrusius est, quod fulguralibus Hetruscorum libris continebatur, ex undecim manubiis, novem Diis traditis, tres Jovem habuisse: quarum prima est ejus solius arbitrii, placida et monitoria tantum; secunda ex consilio Deorum concentum, quæ non impune mittitur; tertia consensu Deorum superiorum, seu involutorum, quæ pervastat et imis summa commiscet. Had. Jun. v. 16. Alex. ab Alex. v. 13. Sunt et postulatoria fulmina, quæ contempta nec procurata expiatione indigent. *Idem.*

Familiaria in totam vitam fatidica] Seneca Quæst. Natur. II. 47. 'Fulmina perpetua, quorum significatio in totam vitam pertinet, nec unam rem id enunciat, sed contextum rerum per omnem deinceps ætatem futurarum complectitur. Hæc sunt fulmina quæ prima accepto patrimonio et in novo hominis aut urbis statu fiunt.' *Idem.*

Ultra decem annos portendere] Seneca idem, Quæst. Nat. II. 48. 'Privata fulgura negant ultra decimum annum, publica ultra tricesimum posse differri.' *Idem.*

CAP. LIII. *De fulminibus evocandis.*

Impetratum Volsiniis et urbe et agris depopulatis, subeunte monstro quod vocavere Oltam] Sic Vet. et Chiffl. sed sincera lectio est: *Impetratum, Volsinios urbem agris depopulatis, subeunte monstro, quod vocavere Voltam.* Alioqui serum erat Jovis Tonantis auxilium jam depopulata urbe. Quod autem ad monstri nomen attinet, Tusci terram vocabant Volam. Inde Volta terrigena bellua.' *Gelen.*

Digitized by Google

Ictum fulmine] Idem scribitur XXVIII. 2. *Dalec.*

Feretrios] Feretrio opima spolia dicabantur. Numæ Pompilii lex prima: 'Quojus auspicio, classe procincta opima spolia capiuntor, Jovei Feretrio bovem cædito, quei cepit, æris tercenta darier oporteto.' Secunda: 'Spolia in Martis asam: in campo suovetaurilia utra voluerit cædito.' Tertia: 'Spolia Jano Quirino agnum marem cædito, quei ceperit centum æris dato. Quojus auspicio capta Dis piacolom dato.' Fulv. Ursin. not. ad ll. P. Merula super Enn. p. 193. *Idem.*

Nec minus hebetis beneficiis abrogare fidem] *Habitis* legit codex Tolet. non *hebetis.* Pintian.

Ventura] Seneca II. 49. ex Cecinna: 'Peremptalia fulmina quæ tollunt priorum minas: Regalia, quæ regum civitati minantur: Monitoria, quæ docent quid cavendum sit, aut impendentis periculi evitationem continent.' *Dalec.*

Peremptura] Exoratura, placatura, ut pericula submoveantur. Vide Senecam Quæst. Nat. XXVI. 35. *Idem.*

Apertura] Aversura. *Idem.*

CAP. LIV. *Catholica fulgurum.*

Fulgetrum prius] Fulminis vim et impetum eleganter describit Plautus in Amphitryon. his verbis: 'Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus, ut subito, ut propere, ut tonuit valide!' *Id.*

Læva prospera existimantur] Ad consuetudinem Romani augurii dixit Ennius: 'Quom tonuit lævum bene tempestate serena.' At Homericus Ulysses apud Achillem querens de ferocitate Trojanorum, nescio quid hoc modo enunciat: 'Prospera Juppiter his dextris fulguribus edit.' Cicero de Divinat. lib. II. Homeri versus est: Ζεὺς δέ σφιν Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων. Idem testatur Pausan. Messen. p. 132. Victorius III. 3. Muretus in Varronem III. 6. Apud Nonium e Catone. Fulguratores dicuntur fulgurum inspectores, ut extispices, haruspices. Vide Alex. ab Alex. v. 13. Turneb. XXIX. 35. vide supra cap. 8. *Idem.*

In XVI. partes cælum in eo respectu divisere Thusci] Exemplar Salmant. *in eo spectu* habet, rectius: præcessit enim mox ante: 'Nec tam adventus spectatur, quam reditus.' *Pintian.*

Hominem ita exanimatum] Credidit antiquitas Jovem tonare ac fulminare si quando iratus impios et perjuros ulcisci velit, aut lucos et sacra loca violata, profanata, contaminata, parum caste habita, expiari. Itaque, ut Acro scribit, Aruspicum et Pontificum doctrina, pollutum fuit quicquid de cœlo tangeretur. Turn. XXIX. 29. Inde apud Plautum in Trinummo, 'fulguritæ arbores.' Scalig. in Festum voce Occisum et Bidental. Turneb. XVI. 22. in leg. XII. Tabul. *Dalec.*

Condi terra] Antiquitus priusquam gleba injecta esset, locus, ubi crematum corpus erat, nil religionis habebat: injecta gleba tumulis corpus humatum dicebatur. *Idem.*

CAP. LV. *Quæ non feriantur fulmine.*

Quas vitulos appellant] Phocas scilicet. Harum pellis ut et Hiænarum fulmine non tangitur. *Idem.*

Ædem Feroniæ] Feronia libertorum Dea, in cujus templo ii, sive bello capti, sive compedibus ac ergastulo educti, seu vindicta manumissi forent, seu testamento, seu censu liberorum, statum, munera, et conditionem accipiebant. Alex. ab Alex. IV. 10. In Feroniæ templo numine afflati super ignem citra noxiam incedebant, ut et virgines dicatæ templo Dianæ Persicæ in Castrabalis, et ad montem Soractis Hyrpiarum familiæ, quibus senatus consulto perpetua munerum vacatio concessa est. Idem VI. 2. Plin. VII. 2. *Idem.*

CAP. LVI. *De prodigiosis pluviis, lacte,*

Digitized by Google

sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis.

De prodigiosis pluviis] Cœlestes aquas sive pluvias in sublime piscium examina secum rapere vide xxxi. 1. Apud Athenæum lib. viii. ex Phinia et Phylarcho piscibus aliquando pluit. Contigit in Chersoneso toto triduo. Auctore Eustathio in Dardania et Pæonia ranis pluit tam multis, ut incolis aufugiendum fuerit. Diodorus Biblioth. lib. iv. Idem accidisse scribit in Vellauniis non ita ante multos annos: una nocte tantum erucarum e cœlo decidit, ut eas in domo reptantes, biduo toto, accensa palea urere necessum fuerit, vix ad id sufficiente hominum mulierumque turba. Vide Rhodig. xxiv. 3. Jul. Obseq. de Prodig. 32. 34. 59. 60. *Idem.*

Inferiore cœlo relatum] Cum hæc prodigia ostentaque acciderent prodigiali Jovi sacrum fiebat. Plautus in Amphyt. 'Sed, mulier, postquam experrecta es, prodigiali Jovi Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatam oportuit.' *Idem.*

Et sæpe alias carne, sicut L. Volumnio, Servio Sulpicio Consulibus] Tria illa verba, *et sæpe alias*, præcedentibus junge. Deinde conversis verbis scribe quæ sequuntur: *Sicut carne, L. Volumnio, &c.* ex apographo Toletano. *Pintian. Et sæpe alias carne, &c.*] Livius lib. iii. primæ Decad. *Dalec.*

T. Annius Milo] Cæsari Belli Civilis lib. iii. lapidis ictu periit, dum oppugnaretur Cossa in agro Taurino. *Idem.*

Cap. lvii. *De crepitu armorum et tubarum de cœlo audito.*

Ab Amerinis] Jul. Obsequens de prodig. 118. 125. *Idem.*

Spectata arma cœlestia] Idem num. 76. 103. *Idem.*

Ardere cœlum] Jul. Obseq. num. 13. 14. 15. 16. 30. &c. *Idem.*

Cap. lviii. *De lapidibus e cœlo cadentibus.*

Anaxagoram Clazomenium] Hegesibuli vel Eubuli filium, Archelai et Euripidis magistrum, Anaximenis discipulum: de quo Leopard. iv. 17. *Idem.*

Magnitudine vehis] Sic quidem exemplar Toletanum, at Salmanticense *vehibilis* agnoscit. *Pintian.*

Decidere tamen] Vide i. 31. *Dalec.*

In Abydi gymnasio ex ea] Romæ quoties lapidibus pluisset, vel ab urbano Prætore, vel a Maximo Pontifice novendiale sacrificium indicebatur; procurandi expiandique ostenti gratia. Alex. ab Alex. v. 27. Sæpius autem pluisse refert Jul. Obseq. de Prodig. num. 3. 30. 32. &c. *Idem.*

Cap. lix. *De arcu cœlesti.*

Arcus vocamus] Vide Rhodig. lib. xxii. a c. 24. usque ad 32. Vitell. optica lib. x. Jo. Fleschier. de iridibus. *Idem.*

Nam ne pluvios quidem] Seneca: 'Undecunque apparuit non easdem minas affert. A Meridie ortus magnam vim aquarum vehit. Vinci enim non potest vehementissimo sole, tantum est illi virium. Si circa Occasum refulsit, rorabit, et leniter impluet. Si ab Ortu circave surrexerit, serena promittit.' Plautus de anu bibace in Curcul. 'Ecce autem bibit arcus: pluet, credo, hercle hodie.' Poëta Elegiacus: 'Cæruleus pluvias cur bibit arcus aquas?' Irin geminam copiosissimum imbrem portendere hoc versu docet Aratus, Ἢ δίδυμος ἔζωσε διὰ μέγαν οὐρανὸν ἶρις. Interpres ejus Theon causam reddit. *Id.*

Immissum cavæ nubi] Humidus enim vapor, in nubem concrescens, ac deinde εἰς μικρὰς ῥανίδας νοτίζων, *in exiguas stillas liquescens*, non imaginem figuræ τὴν τοῦ σχήματος μορφὴν, sed coloris ostendit varietatem. *Idem.*

Colorumque varietatem] Tales colores apparent in Sapphiro nitida candelæ objecta, in aquæ cyatho quem feriunt solis radii, in vitri cry-

Digitized by Google

stallive angulosa massa, ad lucem conversa: πολυώνυμον ὕδωρ vocat Hesiodus. *Idem.*

Igniumque fieri] Fit etiam per emphasin, sive symphasin, lineis non rectis sed refractis. Plutarch. de Placit. Phil. III. 5. Stob. Eclog. p. 67. *Idem.*

Nisi quartadecima Luna posse] Ἐν τῇ πανσελήνῳ. Arist. Eodem anno bis visam nocturnam Irin in Aquilone, Luna in Meridie posita, non quidem plena, sed amphicyrto, observatum est. *Idem.*

Cætera ejusdem naturæ multis dubia esse video] Hæc verba initium esse debent capitis sequentis: alioqui magna lectoribus ariolandi occasio præstaretur. Disseret enim Plinius capite proximo, de grandine, nive, rore, pruina, nebula, quæ ejusdem videntur esse naturæ. *Pint. et Dalec.*

CAP. LX. *De grandine, nive, pruina, nebula, rore.*

Grandinem conglaciato] Plutarch. de Plac. Phil. III. 4. Stob. Eclog. Phys. I. 24. p. 63. *Dalec.*

Rores neque gelu] Ros imber tenuis. Alcam. ait esse Jovis et Lunæ filiam: Διὸς θυγάτηρ ἕρσα τρέφει καὶ σελάνας δίας. Nam, ut inquit Plutarchus, πανσέληνος δροσοβόλος ἐστίν: ac ideo canes pleniluniis ἥκιστα ἰχνοσκοπίαις ἐντυγχάνουσιν, quoniam roris frigiditas odorem abolet, nec ἐᾷ ῥεῖν τὰς τῶν ζώων ἀποφοράς: quæ causa est cur δισθήρευτος sit ἡ ὥρα τοῦ ἔαρος, Rhodig. XXVI. 26. Victorius XIV. 17. Plutarchus ἐν φυσικαῖς αἰτίαις tradit obesas mulieres rore pannis aut mollibus velleribus collecto ac excepto pinguedinem minuere ac consumere. Victorius II. 6. A rore milites Rorarii dicuntur: qui et Ferentarii, qui primi armatura levi prælium committunt, quemadmodum cœlum rorat ante pluviam. Plaut. in Frivolaria: 'Ubi rorarii estis? D. en sunt.' Vide Stewech. super Veget. I. 20. p. 51. *Idem.*

CAP. LXI. *De nubium imaginibus.*

De nubium imaginibus] Vide Arist. Meteor. I. 2. *Idem.*

CAP. LXII. *De proprietatibus cœli in locis.*

In lacu Velino] *Lago di Riete* hodie dicitur. Alias appellationes habes apud Ortel. Onomast. seu Thesaur. Geogr. *Idem.*

CAP. LXIII. *De natura terræ.*

Maternæ venerationis] Barn. Brisson. Form. lib. I. p. 49. *Idem.*

Complexa gremio] Ennius apud Varronem: 'Est corpus terra; quæ dederat ipsa capit, neque dispendii facit hilum.' Alibi: 'Quæ dedit illa capit, neque dispendii facit hilum.' Idem ex Epicharmo: 'Isthæc terra gentes omnes peperit, et resumit denuo: Isthæc dat cibaria, isthæc omnibus fruges gerit.' *Idem.*

Ut mater, operiens] Magnam olim et impiam fraudem admittere censebatur, qui in naufragum, aut insepultum quemvis, terram non injecisset, Buzyre apud Athenienses ejus caput execrato, qui id neglexisset. Horat. 'Ne parce malignus arenæ Ossibus et capiti inhumato Particulam dare.' Catullus in Argonaut. 'Nec injecta tumulabor mortua terra.' *Idem.*

Sacros facit] Vetus lex fuit: 'Ubi corpus hominis demortui condas, sacer locus esto.' Plutarchus sacros mortuos appellat; quoniam eorum sacra sepulchra sunt: inde Græcis dictum ἀκινητὰ μὴ κίνει. Rhodig. XVII. 19. *Idem.*

Cujus numen ultimum jam nullis imprecamur, rati grave] Quid est imprecari numen? Imprecamur mala. Numen, nisi aliquid addas, nihil mali est. Transposuit unam syllabam nescio quis, *Imprecamur rati* scribendo, pro *Precamur irati.* Dicebant enim male precantes, 'Sit tibi terra gravis:' sicut contra bene precantes, 'Sit tibi terra levis:' ut est videre in epitaphiis. Irati pre-

Digitized by Google

camur defunctis terram gravem, cupientes et ipsam eis iratam, quasi nesciamus solum nunquam homini irasci. *Gelen.*

Ne in tædio vitæ diræ famis mors, terræ meritis alienissima] Verbum *diræ* redundat ex Toletano archetypo. In quo etiam *fames*, in recto, non *famis*. Pint.

Et ut verum fateamur] Duæ priores dictiones itidem redundant in eodem. *Idem.*

Nos enim et ferrum quo carere potuissemus, simili modo utimur] Archetypum idem, *Non enim, &c.* rectissime; ut sit interrogatio urgens. *Idem.*

Quasi non ad delicias quasque, non ad contumelias serviat homini] Elegantior scripta lectio cum interrogandi nota, *Quas non ad delicias, quasque non ad contumelias servit homini?* Idem.

Ut digito gestetur gemma, quam petimus] Eadem, cum interrogatione, *Ut digito gestetur gemma, quo petitur?* Idem.

Placatiore tamen dea utimur] Postremum verbum desideratur in scripta lectione. *Idem.*

CAP. LXIV. *De forma terræ.*

Orbem certe dicimus] Esse τυμπανοειδῆ quosdam existimasse, alios κωνοειδῆ, alios τραπεζοειδῆ, Plutarchus in Placitis Philosophorum scribit, III. 10. Qui globosam esse putant, ob id *apeirona* vocant, quod rotundi corporis nullus sit finis, nullum initium. *Dalec.*

Tanta camporum planitie] Ea ratione Sophocles in Œdipode *Sternuchon* vocat: *sterna* enim et νῶτα τῆς γῆς latæ fusæque planities: αὐχένες vero angusti campi metaphoricῶς dicuntur. Vide Rhodig. XVIII. 15. *Idem.*

CAP. LXV. *De Antipodibus, an sint, et aquæ rotunditate.*

De Antipodibus] De iis Manilius et Lucretius. Lactantius lib. III. negat Antipodas. Vide et Plutarch. de Plac. Phil. III. 11. Cleomed. Cyclic. I. 2. p. 323. Pomp. Mel. de Situ Orb. I. 1. *Idem.*

Inæquali globo] Multis sedibus et veluti scalarum gradu distincto. *Id.*

Vir inprimis eruditus] Cujus nuper quædam geographica, &c. edidit Henr. Stephan. in quibus tamen locum hunc exstare non memini. *Idem.*

Nullam esse eam portionem universæ rotunditatis colligentis] Scribendum *portione*, auferendi casu, non *portionem*, et Pliniano loquendi more, hoc est, si ratio respectusque habetur universæ rotunditatis: ut pronomen *eam* referas ad rationem perpendiculi. *Pintian.*

Quæ propter subtilitatem humoris, mollitiamque in se residentem] Exemplar utrunque, Salmant. et Tol. *residente* habet, ut intelligas *humore*. Utitur subinde tali locutione Plinius. *Idem.*

CAP. LXVI. *Quomodo aqua sit terræ innexa.*

Globo tellus medio] Hic Plinius mediam tantum terram mari præcinctam esse, reliquum vero dimidium eminere extra undas, velut pila aut globus aquis innatans, ait ex Thalis Milesii sententia. Arist. de Cœlo lib. II. *Dalec.*

CAP. LXVII. *De navigatione maris et fluminum.*

Cimbrorum promontorium] Chersonesum Cimbricam, quam incolunt Holsatienses. *Idem.*

Sub eodem sidere] Sidus hic plagam mundi significat. Vide Turn. Advers. XVIII. 24. *Idem.*

Caspium mare] Errores vet. de hoc mari exstant apud nostrum auctorem infra IV. 13. et apud Capellam VI. p. 247. et apud Dionys. Περιηγήσ. vs. 47. et 727. Melam I. 2. et II. 5. et Strab. lib. XI. Ortel. Thesaur. Hyrcan. vivaque effigie in Tab. Geograph. Septentrional. Terrar. Gerardi Mercat. Atque hinc quoque factum, ut veteres scriptores sinum nuncupent. Quod dum nostrates plerique

καπήλοι non animadvertunt, et ipsi eleganter scilicet scripturi eodem quoque nomine utuntur. *Idem.*

Sive angusto situ discreti] Desideratur verbum *situ*, in exemplari Salmant. recte puto. Pari locutione usus est v. 51. 'Tam parvo distat tanta rerum naturæ diversitas.' *Pintian.*

Eudoxum] Navigatorem, non Astrologum, de quo Petronius in Satyra: 'Eudoxus quidem in excelsissimi montis cacumen conscendit, ut astrorum cœlique motus deprehenderet.' Vide Strabonem lib. II. qui diversæ est a nostro auctore sententiæ. *Dalec.*

CAP. LXVIII. *Quæ portio terræ habiletur.*

Jam primum in dimidio computari videtur, tanquam nulla portio ipsi decidatur Oceano] Codex Salmant. et Romana impressio: *Jam primum inde mihi disputari videtur, cum nulla portio, &c.* Scribendum reor, *quænam illius portio ipsi decedat oceano*, hoc sensu: Caput hujus disputationis esse videtur, quanta sit illa terræ portio, quæ Oceano cesserit, quam permagnam esse simile vero est, cum in confesso sit Oceani vastitas. *Pintian. Jam primum in dimidio computari mihi videtur tanquam nulla portio ipsi decedat Oceano*] *Mihi* redundat: nam ipse inprobat eam opinionem. Et pro *decedat*, *decidatur* legendum. Portio terræ deciditur Oceano, eique accedit, non decedit. *Gelen.*

Sidera ipsa] Vide adnotata cap. 9. hujus libri. *Dalec.*

Quas vocant zonas] Eratosthenes in Hermete, apud Heraclidem lib. II. de Allegoriis Homericis: Πέντε δέ οἱ ζῶναι περιηγέες ἐσπείρηνται· Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυανοῖο, Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἔμπυρος, οἷον ἐρυθρὴ, Τυπτομένη φλογμοῖσιν ἐπεί ῥά ἑ μοῖραν ἐπ' αὐτὴν Κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν. Αἱ δὲ δύω ἑκάθερτε πόλοιο περιπεπηγυῖαι, Αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι. Versus hos Virgilius sic expressit: 'Quinque tenent cœlum zonæ, quarum una corusco Semper Sole rubens, et torrida semper ab igni; Quam circa extremæ dextra lævaque trahuntur, Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris. Has inter mediæque duæ mortalibus ægris Munere concessæ Divum.' Homer. in Achillis clypeo πτύχας vocat: et polis vicinas ex albo plumbo factas ait: mediam, auream, id est, igneam: reliquas duas ad tropicos sitas, æneas, veluti medii coloris inter aurum et plumbum: Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο, τὴν δὲ μίαν χρυσῆν. Zonas has eleganter descripserunt Ovid. Met. I. Claudian. de Raptu Proserpinæ, Hadrianus Junius III. 5. Procul. Sphær. cap. 19. *Idem.*

Rigore] Glacie ad Septentrionem, imbribus ad Meridiem. *Idem.*

Septentrio] Triones boves qui terram arant, colunt, terunt, quasi teriones. Hoc sidus, quod cœli vertex est, a stellarum figura et positu simile plaustro, Græci ἅμαξαν vocarunt: Romani a septem stellis ita junctis ut triones juncti videantur Septentriones. Vide Aulum Gell. XI. 21. Fest. in Septentriones, nonnihil restitutum a Merula super Enn. p. 36. et 614. *Idem.*

Exusta flammis] Sub Æquinoctiali. *Idem.*

Non perviæ] Quoniam, ut ipse putat, sub Æquinoctiali commeare non licet. *Idem.*

Mundi punctus] Vide Senecam in prooemio. *Idem.*

Et ut publicos gentium furores transeam] Lege ex Mss. *Et* (*ut publicos furores transeam*) *hæc* (terra est) *in qua conterminos pellimus furtoque vicini cæspitem nostro solo ordimur: ut qui latissime rura metatus fuerit, ultraque famam exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat, vel cum ad mensuram avaritiæ suæ propagaverit! quam tandem portionem ejus defunctus obtineat!*

Digitized by Google

Vide Gronovii Observat. I. 4.

CAP. LXIX. *Mediam esse mundi terram.*

Mediam esse mundi] Vide Aristot. de Cœlo II. 2. Plutarch. de Plac. Phil. III. 11. Achil. Stat. super Arat. pag. 84. *Dalec.*

Dioptræ] Astronomica instrumenta, quale nostrum Astrolabium a Ptolomæo, ut censent, excogitatum, quo Lunæ, Solis, et reliquorum astrorum intervalla cognoscuntur. Geminus teste Proclo super I. Eucl. I. 13. Astronomiæ tres constituit partes, γνωμονικὴν, μετεωροσκοπικὴν, καὶ κατοπτρικήν. Et quamvis id non sit accurate dictum, cum multis aliis hæc postrema scientia atque ars inserviat matheseos quoque partibus; hoc tamen constat, in universum dictam eam, quæ de quibusvis instrumentis mathematicis pertractat, quibus oculorum adhibita acie, per ipsorum pinnacidia adspectando quidpiam indagamus. Atque ita et ejus generis quoque instrumenta omnia generali nomine hac lege dicuntur dioptræ. *Idem.*

CAP. LXX. *De siderum ortus inæqualitate, et de ecleipsi, et ubi, et quare.*

Æquinoctialis] Ab hoc loco in finem usque capitis 77. una est et brevis sententia: Terram et aquas esse circacumque rotundas, idque multis probat exemplis. *Idem.*

Et quem vocant Berenices crinem] Lege, *Veneris crinem.* Salmasius pagina 759. b.

Neque enim, &c. mundus hic polo excelsiore se attollit, ut undique non cernantur hæc sidera] Sic leg. alii. Primum non *Mundus hic*, sed *Hoc polo*, legendum: deinde, *Aut undique cernerentur hæc sidera. Aut*, id est, alioqui; nam et hoc significatu apud probos auctores reperitur hæc particula. Sic XIX. 5. 'Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt.' *Gelen.*

Verum hæc eadem quibusque proximis sublimiora cernerentur] Mallem legere, permutato verborum ordine, *proximis quibusque*, usitatiore loquendi modo. *Pintian.*

Solis defectum Vipsanio et Fonteio consulibus, qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalendas Maias Campania sensit] Marcianus, qui Plinii breviarium composuit, non *pridie Kalendas*, sed *XI. Kalendas*, legit in Plinio. Exemplar Toletanum *II. Kalendas* habet, ut facilis fuerit librarii lapsus in alterutram partem. Horum Consulum, qui Neronis principatu magistratum gesserunt, meminere tum Plinius infra hoc ipso libro, tum Cornelius Tacitus libri decimiquarti initio. Meminit et Fonteii Juvenalis poëta: 'Stupet hæc qui jam post terga reliquit Sexaginta annos Fonteio consule natus.' Marciani codices, ut hoc obiter notetur, atrox menda invasit. *Apiano* enim *et Fonteio consulibus* legitur, pro *Vipsanio et Fonteio consulibus.* Idem.

CAP. LXXI. *Quæ ratio diurnæ lucis in terris.*

In queis prænunciativos ignes] Lego *prænunciaturos*, aut, quod magis probo, ut infra cap. 86. 'Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuncium esset.' *Idem.*

Tertia noctis a tergo ultimis visos] Melichius hoc esse credibile non putat, sicut nec quod de Alexandri cursore sequitur. *Dalec.*

Eundemque remeans obvium contrario prætervertebat occursu] Malui, quod est in scriptis exemplaribus, *Prævertebat:* prævertimus enim ad eandem metam nobiscum tendentes, non obvios. Et æque integra locutio est absque conjunctione *que.* Gelen.

Qua de causa ad Occasum navigantes, &c.] Ita hæc continuanda sunt, quæ perperam in Editis diducta leguntur: *Qua de causa ad Occasum navigantes, &c. ut Solem ipsum comitantes, vasaque horoscopa non ubique eadem sunt usui,*

Digitized by Google

&c. Salmas. p. 651. a.

Cap. lxxii. *Gnomonica de eadem re, et horologio primo.*

Vasaque horoscopa non ubique eidem sunt usui] *Horospica*, uterque codex, Tol. et Salmant. legit. Græci horoscopia appellant. *Pintian.* *Vasaque horoscopa non ubique eidem sunt usui*] Lege *Eadem*, id est, vasa. *Gelen.*

Quem gnomonem appellant] Vide infra xxxvi. 10. et vii. 34. et 60. Item Vegetium ix. 8. Vitruvium ix. 4. et 8. Ex recentioribus vero Clavium gnomonicis. *Dalec.*

In oppido Ancona] Scribo *Ancone;* nec enim primæ, sed tertiæ inflexionis est. Ancon Græce, apud nos Anco, ut Naro, Narbo, Hippo, Ascalo, astipulantibus non solum vetustis codicibus, sed etiam Prisciano grammatico. *Pintian.*

Cap. lxxiii. *Ubi et quando nullæ umbræ.*

Quod in margine Rubri maris ad primos, &c.] Scribe: *Quod in margine Rubri maris primum, ad elephantorum venatus conditum est.* Vide Salm. pag. 424. a. Paulo post ibid. legend. *Rursus in Meroë, insula hæc, caputque gentis Æthiopum quinque millibus stadium a Syene in amne Nilo habitatur, bis in anno absumi umbras sole duodevicesimam Tauri partem, et quartamdecimam Leonis obtinente.*

Cap. lxxiv. *Ubi bis anno umbræ, et ubi in contrarium.*

In contrarium cadere prodidit] Hoc evenit, quia Troglodytica sita est inter Tropicum Cancri et Æquatorem. *Dalec.*

Cap. lxxv. *Ubi longissimus dies, et ubi brevissimus.*

Ubi æstate lucidæ noctes haud dubie repromittunt, id quod cogit ratio credi, solstitialibus diebus accedente Sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu subjecto terræ continuos dies haberi] In exemplari Salmant. *haud dubia repromittunt*, scriptum invenies, non *haud dubie repromittunt.* Item quinque illa verba, *angusto lucis ambitu, subjecta terræ*, indebito loco, ni fallor, posita sunt. Sic enim, ut sentio, scribendum est: *Ubi æstate lucidæ noctes angusto lucis ambitu, subjecta terræ:* quibus verbis ostenditur ratio, quare in Britannia æstate lucidæ noctes sint. *Ambitum* enim *lucis* appellat lineam illam, quam sol designat motu coacto. Quod autem sequitur statim, *Senis mensibus*, in eodem exemplari non *mensibus* scriptum est, sed *diebus*, ut immerito hac parte taxetur Plinius a Budæo, primo libro de Asse. Quid si duo illa verba, *senis mensibus*, aut *senis diebus*, falso adjecta sunt? *Pintian.*

Thule] Islandia. *Dalec.*

Mona] Vulgo, *Man.* Idem.

Cap. lxxvi. *Item de horologio.*

Umbrarum hanc rationem, et quam vocant Gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri, de quo diximus, discipulus] Hic locus in aliis exemplaribus aliter legitur. Sed nulla mihi lectio satisfacit. Existimo enim verba esse partim adventitia, partim etiam depravata, scribendumque ad hunc modum: *Umbrarum hanc rationem, et quem vocant gnomonem, invenit Milesius Anaximander, de quo diximus.* cætera redundant, ex Laërtio Diogene in Vita Anaximandri. *Pintian.*

Scioptericon] Quod deprehenduntur ad umbram horæ. Sunt enim et automata per arenam, aquam, orbiculos, &c. de quibus Varro de Re Rustic. iii. 5. et ibi Fulv. Ursin. Vitruv. Archit. ix. 9. Proclus Hypotypos. Vide et infra vii. 60. et Cœl. Rhodig. Antiq. Lect. vii. 9. et x. 39. et xiv. 7. *Dalec.*

Cap. lxxvii. *Quomodo dies observentur.*

Ipsum diem alii aliter observavere] Alex. ab Alex. iv. 20. 'Diei spatium totum veteres diviserunt in matutinum, ortum, meridiem, occasum: noctis vero in vesperum, conticinium, sive intempestam noctem, gallicinium,

Digitized by Google

et Luciferum.' Aliter paulo Censorin. de Die Nat. cap. 23. et 24. Beroald. ad Apulei. pag. 35. *Idem.*

CAP. LXXVIII. *Differentiæ gentium ratio.*

Truces vero ex cœli rigore has et illas] Scribe ex Salmant. exemplari, verbis commutatis: *Truces vero ex cœli rigore et has. Illas, &c.* cum majore. *Pintian.*

Pro immanitate naturæ] Salmant. codex, *Pronunciate naturæ.* Toletanus, *Pro unitate naturæ.* Legendum puto, *Pronitate naturæ.* Sic melius, quam ut Hermolaus emendat, *Pro immanitate naturæ.* Idem.

CAP. LXXIX. *De motu terræ.*

De motu terræ] Hæc ex Aristot. Meteorol. lib. II. et de Plantis II. 1. item cap. 4. de Mundo, Seneca in Quæst. Natur. Vide auctores a Joan. Rassio collectos, et Plutarch. de Plac. Philos. III. 15. et Stob. Eclog. lib. I. pag. 68. *Dalec.*

Babyloniorum placita] De Chaldæorum Philosophis loquitur. *Idem.*

Motus terræ] Si quando Romæ terra quassata fuisset, supplicatio in triduum decernebatur, feriis a prætore indictis, præeuntibus duumviris, eoque die terræ motum nemo prænuntiabat, tanquam fœdum et abominandum quodpiam, nec Dei nomen, cui sacrum fiebat, edebatur, quod Pontificum libris traditum non esset, cujus Dei nutu imperiove terra moveretur. Vide Alex. ab Alex. v. 27. Vide Rhodig. XXX. 27. *Idem.*

Præclara quædam esse, &c.] Aristoteles *terræmotuum*, τῶν σεισμῶν, hæc refert genera, 1. χασματίας, *recessus;* 2. ῥήκτας, *hiatus;* 3. βράστας, *succussionem;* 4. ὤστας, *impulsionem;* 5. ἐπικλίντας, *inclinationem;* 6. παλματίας, *vibrationem.* Vide Dionem in Trajano quatuor genera recensentem, &c. et Ammian. Marcellin. lib. XVII. mihi pag. 1503. *Idem.*

Perhibetur et Pherecydis Pythagoræ doctoris alia conjectatio] Scribe dandi casu, *Perhibetur et Pherecydi Pythagoræ doctori alia conjectatio,* ex utroque codice. Sic paulo ante: 'Præclara quædam esse, immortalis in eo, si credimus, divinitas perhibetur Anaximandro Milesio physico.' In quibus verbis substantivum illud verbum *esse* superfluit ex vetere lectione: duas vero dictiones *in eo,* quis non videt, glossulam esse interlinealem? *Pintian.*

Ac prædixisse ibi terræmotum] Particula *ibi* deest in vetustis codicibus. *Idem.*

Intremiscunt terræ, nisi sopito mari] Proclus scribit, ut terræmotus cesset, Neptuno sacrum fieri Asphalio, quoniam mare sæpius obstat, ne terræ latebris erumpant venti, quamobrem Neptunum et γαιήοχον et ἐνοσίχθονα vocaverunt. *Dalec.*

Nec unquam nisi post ventos conditos scilicet in venas et cavernas ejus occulto afflatu] Aptior multo nostrorum exemplarium lectio: *Nec unquam nisi post ventos, condito scilicet in venas et cava ejus occulta afflatu.* Pintian.

Neque aliud est in, &c.] Lege Senec. Quæst. Nat. VI. 9. *Dalec.*

CAP. LXXX. *De terræ hiatibus.*

De terræ hiatibus] Totum hoc caput est ex Aristotele Meteorolog. lib. II. summa 8. Exempla aliquot habes apud Jul. Obseq. de Prodig. et Corn. Gemin. Cosmocrit. *Idem.*

Maritima maxime quatiuntur] Quamobrem Homero Neptunus vocatur ἐννοσίγαιος. *Idem.*

Galliæ et Ægyptus minime quatiuntur] Seneca Quæst. Nat. VI. 26. quia ex limo concrevit tota, quem affert Nilus turbido affluxu. Quamobrem nulla intervalla habet, accrescente in solidum limo, nihil inane quod interveniat, et spiritum includat. Moveri tamen aliquando Ægyptum idem asserit. *Idem.*

Interdiu autem circa meridiem: fiunt et Solis Lunæque defectu] Aristoteles, quem hoc libro sequi videtur Plinius,

Digitized by Google

Lunæ tantum defectu terram quati prodit, de Sole nullum verbum. Quare dictio *Solis* supervacanea esse videtur, adjecta, ut conjicio, ab aliquo, qui putabat indifferenter terram tremere utriusque sideris defectu. Legendum itaque, *Interdiu autem circa meridiem.* Sed hæc verba anterioribus adjunge ista. Sequitur statim alius sensus: *Fiunt et Lunæ defectu, quoniam tempestates tunc sopiuntur.* Pint.

CAP. LXXXII. *Auxilia contra motus futuros.*

Quale et crebri specus præbent] Exemplar Salmanticense, *Quam rem et crebri specus præbent.* Pintian.

Quod in certis notatur oppidis] Apographon Toletanum, *Quod in totis notatur oppidis.* Salmanticense, *Quod in tutis notatur oppidis*, egregie. Nam sequitur statim: *Multoque sunt tutiora in iisdem illis quæ pendent*, hoc est, cum omnia tuta oppida minus infestentur; hoc malo partes quæ pendent, sunt adhuc tutiores. *Idem.*

CAP. LXXXIII. *Portenta terrarum semel visa.*

Principis] Vide infra XVII. 5. sub finem. *Dalec.*

CAP. LXXXIV. *Miracula terræmotus.*

Miracula terræmotus] Vide Arist. Meteor. I. 4. per totum, et II. 2. de Mundo, c. 4. *Idem.*

Trasymenum] Livius lib. II. Decadis tertiæ. *Idem.*

Sed par aut majus ostentum] Lege *ostento*, ut similis casus simili respondeat, exemplari etiam utroque sic præferente. *Pintian.*

CAP. LXXXV. *Quibus locis maria recesserint.*

Ægypti] Herodotus vocat Ægyptum ποταμοῦ δῶρον, *fluvii donum*, ut et Seneca Quæst. Nat. VI. 26. *Dalec.*

In quam a Pharo insula noctis et diei cursum fuisse Homero credimus] Scribo contra omnia exemplaria: *noctis et diei cursus fuit, si Homero credimus:* ut paulo post, 'Herodoto quidem si credimus, mare fuit supra Memphin.' *Pintian.* *In quam a Pharo insula, &c.*] Nunc Alexandriæ ponte jungitur. Vide XIII. 11. *Dalec.*

Homero] Odyss. Δ. *Idem.*

De Circeiis] Odyss. K. Εἶδον γάρ, σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθών, Νῆσον, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται. *Idem.*

Itemque a planis Arabiæ] Subdubito an legi debeat, *in planis Arabiæ*, ex ipso quem allegat Herodoto, libro secundo. 'Est,' inquit, 'Arabiæ regionis non procul ab Ægypto sinus maris productus, in quo sinu quotidie reciprocatio aquarum et vadosum æstuarium est.' *Pintian.*

Teuthrania] Troadis mediterranea parte. *Dalec.*

CAP. LXXXVI. *Ratio insularum enascentium.*

Nascuntur et alio, &c.] Vide Strabonem sub finem lib. I. *Idem.*

CAP. LXXXVII. *Quæ et quibus temporibus enatæ sunt.*

Delos et Rhodos] Dicta ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι. De Rhodo Philo lib. de Mundo. Heracleides lib. περὶ πολιτειῶν· 'Ρόδον τὴν νῆσον, inquit, τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕστερον ξηρανθεῖσαν. Hadri. Jun. III. 15. Vide infra IV. 12. *Idem.*

Anaphe] Strabo lib. II. *Idem.*

Thera et Therasia] Seneca Nat. Quæst. lib. VI. 'Theren et Thian nostræ ætatis insulam hanc spectantibus nobis in Ægæo mari enatam, quis dubitat quin in lucem spiritus vexerit?' *Idem.*

M. Junio Syllano, L. Balbo Consulibus] Codex Salmanticensis, *Junio Syllano, M. Lælio Balbo Consulibus.* Tolet. *Cælio* legit, non *Lælio.* De hoc Junio Syllano, quem princeps Caligula *auream pecudem* appellabat, collega Silii Nervæ in Consulatu, principatu Tiberii Cæsaris, mox ab Agrippina Neronis matre veneno ex-

Digitized by Google

tincto, vide Cornelium Tacitum Historiarum libro IV. et item XIII. *Pintian.*

CAP. LXXXVIII. *Quas terras interruperint maria.*

Æolias insulas] Vulcanias, Liparæas, Hephæstias, infra III. 8. sub finem. *Dalec.*

Pithecusas] Ænaria, Inarime Homero. Pithecusæ Græcis, III. 6. *Idem.*

Mox in his montem Epopon] Scribo *Epomeum*, non *Epopon*, ex Strabone lib. V. non longe a fine: Timæus ait, 'priscos quoque illos multas de Pithecussis fabulas edidisse prodit. Paulo ante ipsum collem Epomeum, in insulæ medio situm, per quosdam terræmotus incendia evomuisse tradit.' *Pintian.*

Stagnum emersisse] Ut intelligas omnia in una insula accidisse, oppidum hiatu haustum, stagnum emersisse, montes provolutos, non eodem tamen terræ motu, sed alio post alium. *Gelen.*

Prochytam] Vide III. 8. *Dalec.*

Siciliam] Seneca Nat. Quæst. VI. 29. *Idem.*

Leucosiam] Leucosia Sirenum una in Neptunium promontorium e mari ejecta insulæ nomen dedit. Lycophron in Cassandra: ἀκτὴν δὲ τὴν προὔχουσαν εἰς Ἐνιπέως Λευκωσία ῥιφεῖσα τὴν ἐπώνυμον Πέτραν ὀχήσει δαρόν. Canterus III. 10. 'Alia est Leucosia dicta ab Æneæ consobrina, ibi sepulta, cujus meminit Halicarnassæus lib. I. et quæ depravata scriptura Festo 'Lectosia' dicitur.' Sirenas Ausonius in Grypho vocat *Siredonas*, quasi σειραήδονας, cantu allicientes: 'Tres in Trinacria Seiridones: omnia trina.' *Idem.*

CAP. LXXXIX. *Quæ insulæ continenti adjunctæ.*

Æthusam Myndo] Plinius V. 31. *Æthecusam* nominat, etsi aliter habeat vetus lectio, ut suo loco dicetur. Cæterum utro modo legatur, per *æ* diphthongon scribendum esse, ex etymologia Græca, notius est quam ut indicari egeat. Item *Myndo* per *y*, ut in Pomponium diximus. *Pintian.*

Domiston et Prienem Mileto, Artemisiam Parthenio promontorio] In Vett. Cod. verius legitur: *Dromiscon et Pernen Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio.* Gelen.

Syriten Ephesus in mediterranea habet] Plinius V. 31. *Syrien*, non *Syriten*, appellat; cui suffragatur et vetus lectio. *Pintian.*

CAP. XC. *Quæ terræ in totum mari permutatæ.*

Mox interno quæ videmus hodie, &c.] Lege, *quo videmus hodie*, ex codice Salmant. ut referat mari interno. *Id.*

CAP. XCI. *Quæ terræ ipsæ se sorbuerunt.*

Atque ut sinus et stagna prætercam, ipsa se condens terra, &c.] Ambo exemplaria, *ipsa secum est terra.* Scribo, *ipsa se comest terra*, ut VIII. 51. 'Comesse fœtus his non est prodigium:' et Cicero pro Cluentio, 'comestum' dixit, Prisciano auctore l. X. Verbum autem quod sequitur continuo, *Devoravit*, cum majore litera scriptum, initium esse debet sequentis clausulæ. Porro *Cibotum* montem conjicio fuisse provinciæ Phrygiæ. Nam Apameam Phrygiæ etiam urbem, appellatam aliis nominibus *Cælenas* et *Ciboton*, lib. V. tradit: ut forte, quod frequenter accidit, mons urbi nomen dederit. Confirmant hoc verba sequentia, 'Sipylum in Magnesia.' *Pintian.*

CAP. XCII. *Quæ urbes haustæ sint a mari.*

Elicen] Strabo lib. VIII. Arist. de Mundo. Callisthenes apud Senecam Quæst. Nat. lib. VI. Ovid. Si quæris, Polyp. lib. II. Xylan. super Vitam M. Antonini lib. IV. p. 334. *Dalec.*

CAP. XCIII. *De miraculis terrarum.*

Candor alicujus] Vel unionis, vel Adamantis. *Idem.*

Spiritus letales alibi] Vide Rhodig.

Digitized by Google

VIII. 12. Babylone in Apollinis templo arculam inventam, qua conscissa prosilierit spiritus pestilens, non solum Babyloniis, sed accolis etiam Parthis. Item principatu M. Antonini et Veri, diruto Apollinis fano Seleuciæ, repertum a militibus foramen, quod obturaverant Chaldæi, eoque recluso vaporem letiferum prorupisse, qui funestus in Gallias usque sit debacchatus. *Dalec.*

Scrobibus emissi] Seneca Nat. Quæst. VI. 28. *Idem.*

Puteolano] Cicero de Divinat. I. 'Plutonia' vocat, eaque sibi in Asia visa tradit, nempe ad Hierapolin. Idem lib. II. multis disputat, qua ratione Delphicus anhelitus et afflatus, quo Pythia, mente incitata, oracula edebat, evanuerit, et cessaverit. Vide Rhodig. VIII. 16. Idem auctor XIX. 12. Charoneis suffocari quævis animalia tradit, præter ea quibus exscissa sunt genitalia. Χαρωνῖται βουλευταὶ, Plutarchus in Antonio. Orcini senatores Suetonio in Augusto, post Cæsaris necem ad orcum demissi et Charonem, gratia vel præmio allecti. Victorius XVI. 16. Fuit et Athenis Χαρώνιος θύρα in Nomophylacio δι' ἧς οἱ κατάδικοι τὴν ἐπὶ θανάτου ἐξῆγοντο. Zenobius, Pollux, Rhodig. XVII. 9. Brod. IV. 8. *Idem.*

Spiracula vocant] 'Spiracula Ditis,' Virg. Æneid. VII. nempe in quibus est, 'rupto ingens Acheronte vorago,' id est, eruptio et exæstuatio ἀποῤῥώξ. Homer. Iliad. B. ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ. Vide Turn. XXVI. 28. *Idem.*

Hirpinis] Strabo lib. VI. 'Leucis, oppidulo non procul a Tarento sejuncto, fœtidam aquam fons effundit.' *Idem.*

Locum] Speluncam: quidam *lacum* legunt. *Idem.*

Hierapoli in Asia] Galenus, lib. I. tuendæ valetudinis, circa Sardeis talem quoque locum esse tradit. *Idem.*

CAP. XCIV. *De terris semper trementibus.*

Quædam vero terræ ad ingressus tremunt] Exemplar. Tolet. *premuntur* legit, non *tremunt:* verius puto. *Pintian.*

CAP. XCV. *De Insulis semper fluctuantibus.*

Quædam insulæ semper fluctuant] Considerandum an sit commodior lectio, *fluitant.* Plinius infra, capite 107. non longe a fine: 'Sicut illa permira naturæ opera, æs et plumbum in massam mergi, dilatata fluitare.' Et VII. 17. 'Virorum cadavera supina fluitare: fœminarum prona.' *Idem. Quædam insulæ semper fluctuant*] Theoph. Historiæ IV. 11. νήσων πλοάδων meminit. Vide Senecam Quæst. Nat. III. 25. et And. Bacc. de Ther. l. IV. p. 264. *Dalec.*

Vadimonis lacu] Vadimonius lacus, ad quem Livius l. IX. scribit Hetruscos a Romanis superatos fuisse, monti Rosulo vicinus, inter Sutrium et Nepe medius est Blondo: alii prope Tiberim collocant, juxta Bassano, inter Orti et Galese castella. Vide Ortel. Thesaur. *Idem.*

Ad Cutilias aquas] Strabo: Καὶ τὰ ἐν Κοτιλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους. Oppidum quod ad eam paludem erat *Cutilias* numero plurali dixerunt, et inde aquas eas. Aluminosas eas fuisse Gal. tradit; Græcis sedes quærentibus responsum est redditum: Στείχετε, μαιόμενοι, Σικελῶν Σατούρνιον αἶαν, Ἠδ' ἀβοριγενέων Κοτύλη, οὗ νῆσος ὀχεῖται. *Idem.*

Calaminæ] Insulæ Calaminæ et Saltuares eædem. Prope fuit Nympharum templum quibus erant dicatæ. Plinius Nymphæum vocat. Sotion in Eclogis: Ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη Καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δ' οὖσα νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μέσον αὐτῶν ἕνα ὃν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι, θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες

Digitized by Google

ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται. Τούτων δ' ἐπιτελουμένων ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ᾐόνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσιν, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς παραγίνετ' ἐπὶ τὴν ᾐόνα. Varro de Re Rust. III. 17. 'Cum eodem tempore insulas Lydorum ibi χορεύουσας vidisses.' Vide ibi Fulv. Ursini notas. *Id.*

Sunt et in Nymphæo parvæ, Saltuares dictæ] Legend. *Sunt et in Nymphæo Saliares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictum modulantium pedum moventur. Saliares* sunt ὀρχηστρίδες, χορητίδες, a *Saliis*, qui sunt ὀρχησταί. *Nymphæum* Lydiæ stagnum erat, in quo insulæ illæ Calaminæ et Saliares dictæ habebantur. *Salmas.* p. 125. a. b.

CAP. XCVI. *Quibus in terris non pluat: et acervata terrarum miracula, et cæterorum elementorum.*

Non impluit] Tacitus Annal. XVIII. de illa ara: 'Sanguinem aræ offundere vetitum, precibus et igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus, quamquam in aperto, madescunt.' *Dalec.*

In Taurorum peninsula in civitate Parasino] Scribo, *in civitate Characena*, a Charace civitate Tauricæ Cherronesi, Ptolemæo, Stephano, Plinio, etsi in Plinio IV. 12. corrupte etiam *Charaseni* scriptum sit, ut proprio loco dicetur. *Pintian.*

Sarcophagus] Si omnia corpora consumit, πανφάγος potius quam σαρκοφάγος dicitur. *Dalec.*

Duo sunt montes] Idem montibus duobus Æthiopiæ infra XXXVI. 16. in fine capitis. *Idem.*

Crotone] Vide apud Strabonem lib. VI. vetus proverbium, Κρότωνος ὑγιέστερον. *Idem.*

Ad aras Murtias] Veneri Murtiæ dicatas, de qua infra XV. 29. Rhodig. XVIII. 12. *Mutias* probat, nempe in honorem Q. Mutii Scævolæ erectas, qui tanta integritate Asiæ præfuit, ut in ejus gloriam *Mutia* diem festum Asiatici celebraverint, sicut et Syracusani 'Marcellea,' eodem fere laudis genere, quo Scipioni in sella Jovis Capitolini, Catoni in curia statua posita est. *Dalec.*

In Veiente, &c.] Hodie *Martignano*, seu *Marthenianο*: aliis tamen aliter. Vide Ortel. Thes. Marthenian. *Idem.*

Et in silva Ciminia, &c.] Ciminius mons, Viterbio proximus. Ciminius lacus hodie Viterbiensis. In eo monte Ciminia silva, in qua victos a Fabio consule Hetruscos scribit Livius lib. IX. Per montem illum tendebat via Cassia, ubi nunc est Surianum, arx munitissima. *Idem.*

CAP. XCVII. *Qua ratione æstus maris accedant, et recedant. Et ubi iidem extra rationem.*

Æstus maris accedere] De hoc vide Ptolemæum II. 12. Quadrip. et Arist. Prob. cap. 23. Item Meteor. II. 1. per totum, et Plutarch. de Plac. Phil. III. 17. et Stob. Eclog. Phys. cap. 25. pag. 69. Solin. Polyhist. 22. S. Aug. de Civit. Dei VII. 22. *Idem.*

Horis] Has horas vulgares et temporales καιρινὰς Græci vocant, ut æquinoctiales ἰσημερινάς. Vide Senec. Quæst. Nat. II. 28. Vide et annotata in XXXVI. 10. *Dalec.*

In coitu Solis pares] Lege, *In coitu Solis paret et plena. Eadem Aquilonia et a terris longius recedente, mitiores.* Salmasius.

Inanes vero bruma] *Manes vero bruma*, Tol. et Salmant. codices. Legendum forte, *mansuetiores*; ut paulo ante, 'Mitiores quam cum in Austros degressa.' *Pintian.*

Tardiore semper ad terras omnium quæ geruntur in cælo effectu cadente quam visu] Lego *nisu*, non *visu*, verbo Plinio familiari, ut liquebit etiam paulo post. *Pintian.*

Omnes autem æstus in, &c.] Romani veteres æstum maris accedentem 'Veniliam' appellarunt, reciprocantem vero et in salum redeuntem, 'Salaciam.' Cum autem in Germanicum Oceanum penetrassent Ger-

Digitized by Google

manicis vocabulis pro Venilia 'Maladinam' dixerunt, vulgo 'marce,' et pro Salacia 'Lidunam,' quibus vocabulis usus est Marcellus Empiricus: 'Conficitur,' inquit, 'XII. Cal. Julias. Non interest quo die vel Luna: Liduna, vel Malina.' His verbis apparet observatione superstitiosa Marcellum credidisse, alias vires herbis esse collectis, cum mare inundat, alias cum recedit. Oceanum refusum vocat Virg. Æneid. VII. 'refluentem,' ἀψόῤῥοον Homerus: idem æstum extumescentem, ac detumescentem ἁλοσύδνην vocat. Vide Scalig. in Festum, voce Salacia. *Dalec.*

Spatiosior laxitas] Lunæ viribus ac imperio. *Idem.*

Euripi] Vide Pomponium Melam. *Idem.*

Gadibus] Strabo sub finem lib. III. *Dalec.*

Pontus semper] Seneca in præfatione lib. IV. Quæst. Nat. 'Ob hoc Pontus in inferum mare assidue fluit rapidus, non, ut cætera maria, alternans ultro citro æstus, in unam partem semper pronus et torrens. Quod nisi faceret, hisque itineribus quod cuique deest redderetur, et quod cuique superest emitteretur, jam aut sicca essent omnia, aut inundata.' Vide infra IV. 13. *Idem.*

Introrsus in Pontum nunquam refluo mari] Legend. *Prorsus in Pontum, &c.* ex autographo Toletano. *Pintian.*

CAP. XCVIII. *Miracula maris.*

Circa Messanam, &c.] Seneca III. 26. *Dalec.*

CAP. XCIX. *Quæ potestas Lunæ, in terrena, et marina.*

Quo vera conjectatio existit] Legend. *Quo vero conjectatio existit haud frustra spiritus sidus Lunam existimari. Hoc est, quod terras saturet, accedensque corpora impleat, abscedens inanit.* Vide Salmas. p. 755. b. *Quo vero conjectatio existit, haud frustra sidus Lunæ existimari*] *Lunam* habet autographum Toletanum, non *Lunæ*: recte, opinor. *Pintian.*

Augeri conchylia] Luna alit ostrea, et implet echinos, muribus fibras Et pecui addit. Lucilius ap. Gellium XX. 8. Vide Arist. de Partibus Animal. IV. 5. Ptol. Quadrip. I. 2. et ibi Procl. *Dalec.*

Sed et sanguine hominem etiam cum lumine ejus augeri] Lego, *Sed et sanguinem hominum etiam, &c.* ex utroque exemplari. *Pintian.*

CAP. C. *Quæ Solis, et quare salsum mare.*

Saporem incoqui salis] Rhodig. XXVI. 15. et 16. Plutarch. de Plac. Ph. III. 16. *Dalec.*

Aut quia exhausto inde dulci] Dictionem *aut* supervacaneam censemus: totum enim perturbat sensum, qui sine illa constat perbelle. Nam etsi paulo post similes particulæ sequantur, non tamen ad hanc referendæ sunt, sed ad confutandam Aristotelis, et Senecæ, et aliorum opinionem de salso maris sapore appositæ. *Pintian.*

Omne asperius crassiusque linquatur] Scribo *liquatur*, hoc est, liquescit ardore Solis: quod cum fieri nequeat in profunda parte æquorum, quo radii Solis non penetrant, sequitur quod subjungit, 'summam æquorum aquam, etsi salsa sentiatur, dulciorem tamen esse profunda.' *Idem.*

Ut uno die in portu dulcesceret mare] Vide Val. Max. lib. VI. cap. ult. *Dalec.*

CAP. CI. *Item de natura Lunæ.*

Quod ferarum occisa corpora in tabem visu suo resolvat] Scribendum, ut testatus sum, *nisu*, non *visu*, ut supra c. 97. 'Eadem aquilonia et a terris longius recedente mitiores, quam quum in Austros digressa, propiore nisu vim suam exercet.' Appellat *nisum* Plinius defluvium illud, quod a sideribus in terram decidens varios pro qualitate ipsius sideris gignit effectus. 'Influentias' philosophi juniores, hoc est, infantes ac barbari, ap-

Digitized by Google

pellitant. Vetusta etiam exemplaria *nisu* legunt, non aliter. *Pintian.*

CAP. CIII. *Miracula aquarum, fontium, et fluminum.*

Miracula aquarum, &c.] De aquarum miraculis vide Vitruv. VIII. 23. et And. Baccium de Therm. passim quidem, cum primis tamen VI. 23. *Dalec.*

Juxta mare] Vide Arist. Problem. XXVIII. 19. 21. 27. *Idem.*

Ut in Fucino lacu] *Lago di Celano* hodie. *Dalec.*

Lario] *Lago di Como.* Idem.

Addua] *Ada.* Idem.

In Verbano] *Major.* Idem.

In Benaco] *La Gargde.* Idem.

Mincius] *Mento.* Idem.

In Sevinno] *Isero.* Idem.

Ollius] *Oglio.* Idem.

In Alpheum] Idem tradunt de Alpheo Strabo et Timæus. *Idem.*

Lycus in Asia, &c.] 'Dic ubi terreno Lycus est epotus hiatu: Existit procul hinc alioque renascitur ore.' De Erasino vide Senec. Quæst. Nat. III. 26. 'Sic modo qui bibitur tacito sub gurgite lapsus, Redditur Argolicis ingens Erasinus in undis.' Virgilius de Arethusa: 'Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos, Doris amara suam non intermisceat undam.' *Idem.*

In Piceno lacu Velino] *Piedi luco.* Ovid. 'Flumen habent Cicones quod potum saxea reddit Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.' *Idem.*

Durans adhuc integat cortex] Rectior lectio *durus,* etsi repugnant exemplaria, hoc sensu: non lignum tantum, sed durum lapidem, duro adhuc integi cortice. *Pintian.*

Ultra Surrentum] Vide Strabonem sub finem lib. v. *Dalec.*

Paludis Reatinæ] Ea palude sola jumentorum ungulæ durantur XXXI. 2. *Idem.*

Et in rubro mari oleæ virentesque frutices enascuntur] Hæc verba desiderantur in Tol. et Salmant. codd. *Pintian.*

Frutices enascuntur] Vide Theophrast. in Hist. *Dalec.*

Ad Vetulonios] *Viterbo.* Idem.

Musculi] Mures exigui, vel aquatici mytuli, ut in multis Galliæ fluviis. *Idem.*

Anapauomenon] Vide Pontanum. *Idem.*

Jovis Hammonis fons] Vide Scotonem, et nostrum v. 5. *Idem.*

In Falisco, &c.] Virg. Georg. II. 'Hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus Victima.' Silius l. I. 'Et lavet ingentem perfundens flumine sacro Clitumnus taurum.' Ejus fluvii Deus Jupiter Clitumnus vocabatur, de quo Plinius Junior Epist. VIII. 8. 'Adjacet templum priscum et religiosum: stat Clitumnus ipse amictus ornatusque prætexta. Præsens numen atque etiam fatidicum indicat sortes.' Flumen sacrum eum ideo vocarunt, quod, ut idem Plinius ait, in illo ad pontem usque natare liceret, non navigare. *Idem.* *In Falisco Clitumni amnis aqua potata candidos boves facit*] Hominem peritum regionum, qui tam levi momento Clitumnum ex Umbria in Hetruriam traduxit! Vetus lectio, *in Falisco omnis aqua pota candidos boves facit.* Gelen. *In Falisco omnis aqua*] *Amnis,* non *omnis,* nostrates habent codices. *Pintian.*

Cephissus ex eodem, &c.] Uterque in Orchomenium lacum effunditur. Theophrast. Hist. IV. 12. *Dalec.*

In Ponto fluvius Astaces irrigat campos] Astacon oppidum esse Ponti in Bithynia, unde sinus Astacenus dictus sit, Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Plinius, auctores sunt. De fluvio qui *Astaces* dicatur nihil comperi. Quamobrem scribendum hic puto, non *Astaces,* sed *Astacenus,* possessive, sicuti multos hoc ipso capite fluvios et aquas Plinius nominat, absque proprio nomine indicata modo regione in qua habeantur. *Pint.* *In Ponto fluvius Astaces irrigat campos, in quibus pastæ oves nigro lacte*

Digitized by Google

equæ gentem alunt] Cui absurdum visum est Scythicam gentem equino lacte ali, is multo vaniora credidisset, quæ Pausanias de Victimis ex hoc armento tradit, et sacras quoque dapes apud illos equinis visceribus constare. Certe apud Maronem legisse debuerat: 'Et lac concretum cum sanguine potat equino.' *Gelen.*

Lyncestis aqua] Vibius Sequester *Lycesium* nominat, Thraciæque fluvium esse tradit. Ch. exemp. *Lyncesus* legit. Ovid. Met. xv. 'Huic fuit effectu dispar Lyncestius amnis, Quem quicunque parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat quam si mera vina bibisset.' Vide Senec. Quæst. Natur. III. 20. *Lyncestas* Strabo lib. VII. inter gentes Macedoniæ refert, quæ in Austrum et Ionium sinum jacent. *Dalec.*

Dios Tecnosia vocatur] Ambo scripta exemplaria, *Dies Theodosia appellatur.* Pintian.

Styx] Vide lib. XXXIX. cap. ult. et XXXI. 2. *Dalec.*

In Carrinensi Hispaniæ, &c.] Alii *Catanensi* leg. Fons ille Catanensis absorbens omnia hodie *Ferventia* vocatur: ager, Cadima, vicinus municipio Tentugallensi. Auctor stirpis regum Lusitaniæ narrat, jumentum quo vehebatur, demerso pede in eum fontem, vix extractum fuisse a duobus comitibus. *Idem.*

Mira redduntur oracula] Iis per ambages redditis exitium sibi maturum impendere Germanicus monitus est. Rhod. XXVII. 5. *Idem.*

Retulimus] Supra c. 83. *Idem.*

Alia invehi] In Silia Indiæ montanæ fluvio nihil innatare Strabo tradit lib. XV. *Idem.*

Pluvias salinis aquas utiliores esse quam reliquas] Codices nostri, *Pluvias salinis aquis dulciores esse quam reliquas.* Pintian.

CAP. CIV. *Ignium et aquarum juncta miracula, et de maltha.*

In Comagenes urbe Samosata] Scribo *Samosatis*: neutrius enim est generis, clara natalibus Luciani, celebris apud Græcos scriptores. Item *Commagenes* cum duplici *m* scribendum, ut ostendimus in Pomponium. *Idem.*

Maltham vocant] Maltha hæc bitumen est. Malthæ factitiæ rationem vide XXXVI. 22. *Dalec.*

Adhæret: præterea tactus sequitur fugientes] Apographon Toletanum: *Adhæret præterea tactus, et sequitur fugientes.* Salmanticense: *Adhæret præterea, et tactum sequitur fugientis.* Pintian.

CAP. CV. *De Naphtha.*

Similis est natura naphthæ, &c.] Legend. *Similis est natura Naphtæ: ita appellatur circa Babylonem, et in Astacene Parthiæ profluens bituminis, &c.* Ἀστακηνὴ provincia est regni Parthorum. Per Parthiam igitur intellexit Plinius, τὴν τῶν Πάρθων ἐπικράτειαν. alias Ἀστακηνὴ diversa a Parthia proprie dicta, quæ Παρθυηνὴ Græcis. *Salmas.* p. 241. b.

Similis est natura naphthæ, &c.] Latinorum quidam oleum vivum vocant. Gratius: 'Vulcano condicta domus, quam subter eunti Stagna sedent venis oleoque madentia vino.' Xiphilin. ex Dione refert, Tigranocertanos naphtha sese inter cætera defendisse, Lucullo urbem oppugnante. Vide et And. Baccium de Therm. v. 13. *Dalec.*

Visam] Eadem vis in radice Aproxidis infra XXIV. 17. *Idem.*

Pellicem] Horat. 'Hoc delibutis ulta donis pellicem Serpente fugit alite.' *Idem.*

CAP. CVI. *De semper ardentibus locis.*

Exustionem] Veteres enim universitatis rerum apocatastasin, id est, restitutionem, sive redintegrationem, factam fuisse per cataclysmum tradunt, et olim futuram per ἐκπύρωσιν. Ejus meminit Rhodig. II. 21. Ejus fit et mentio infra VII. 16. *Idem.*

Digitized by Google

Flagrat in Phaselide mons Chimæra] Ambo codices non *Phaselide* habent, sed *Phaselitis*, quod et melius, ut paulo post *Flagrat in Bactris*, et mox, *Flagrat in Medis*. Pintian.

Eadem in Lycia Hephæstii montes, &c.] Legend. *Eadem in Lycia Hephæstii montes tæda flammante tractim flagrant, et adeo*, &c. Vide Salmas. p. 801. b.

Item Æthiopum juxta Hesperium montem] Utrumque exemplar *Hesperum* habet, non *Hesperium*. Unde et 'Hesperu Ceras' a Plinio alibi et Mela vocatur, ut in eum diximus. Proinde legendum hic, *Hesperu montem*, non *Hesperium*, etsi scio appellari etiam 'Hesperion Ceras,' 'Hesperios Æthiopas.' *Pintian.*

Frondemque densi supra se nemoris non adurens, et juxta gelidum fontem semper ardens. Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit] In tam paucis verbis quot res in censuram cadunt? Ante omnia conjunctio *et* cum majore litera scribenda, ut adjuncta præcedentibus sit initium insequentium. Legenda quoque verba illa, *Nymphæi crater*, sine distinctione: deinde scribendum videtur *egelidum*, non *gelidum*, quæ dictio significat tepidum vel ex Ovidiano versu, cujus Seneca meminit libro declamationum secundo: 'Et gelidum Borean, egelidumque Notum.' Tepidum vero fuisse fontem juxta Nymphæi craterem, non frigidum, Strabo ostendit septimo Geographumenon, his verbis: 'In ipsis Apolloniatarum finibus celeber locus extat, quem Nymphæum vocant. Ibi vero et petra est ignem vomens: cui fontes subsunt, qui aquas tepidas bitumenque scatent, dum ipsa bituminis petra, ut par est, uritur.' Hæc Strabo. Præterea videtur ordo verborum inversus esse, et præpostere conceptus, sensu aut nullo, aut vix cohærente. Nam si semper ardet, qua ratione Apolloniatis suis dira portendit? Quapropter legendum censeo: *Et juxta egelidum fontem Nymphæi crater. Dira semper Apolloniatis suis portendit ardens.* Neque enim crater ille semper ardet, ut ostendunt Strabonis verba paulo ante adducta, dum ipsa bituminis petra, ut par est, uritur: sed cum ardet, dira semper Apolloniatis prænuntiat. Postremo dispiciendum, an non *egelidum fontem*, sed plurium numero *egelidos fontes* scribi debeat, ut Straboni cum Plinio conveniat. *Idem.*

CAP. CVII. *Ignium per se miracula.*

Specula quoque concava, &c.] De speculis his exurentibus, quibus Romanorum succendit naves Syracusanus ille mathematicus celeberrimus Archimedes, res vulgo eruditorum nota est: cujusmodi autem fuerint ea specula non perinde constat: plerosque recentiorum in ea video sententia esse, quasi, in parabolæ modum cava fuerint, uti præter Vitell. a Milichio laudatum Orontius quoque peculiari libello persecutus est, et Cardan. de Subtil. lib. III. &c. Sed vetus auctor Anthemius περὶ παραδόξων μηχανημάτων (uti ex eo quod superest fragmento didicimus) κλιβανοειδέα fuisse tradit. Idem autem ab aliis præstitum reperies apud Zonaram in Vita Anastas. Dicori. et Curion. Saracen. lib. II. pag. 61. *Dalec.*

Quid quod innumerabiles parvi, sed naturales scatent] Alii, *partus*: antiqua lectio, *parvi*. Naturales dixit propter præcedentem speculorum mentionem: *parvi*, quia hactenus de magnis loquutus. *Gelen.* *Quid quod innumerabiles parvi*, &c.] Vide Senecam Quæst. Nat. II. 2. *Dalec.*

Exit et ad aquas Scantias] Eadem flamma micat in uliginosa terra, cum baculo sculpitur prope Gratianopolim Allobrogum, ad fontem quem Ardentem vocant, e quo stramen admotum possit accendi. *Idem.*

Servio Tullio] Idem infra XXXVII. 1. Vide Virg. Æneid. II. de Iulo. *Dalec.*

Digitized by Google

Verum egressa mens interpretationem naturæ] Archetypum Toletanum non *Verum* legit, sed *iterum:* ut legendum putem *interim.* Pintian.

CAP. CVIII. *Terræ universæ mensura, longitudo et latitudo.*

Terræ universæ mensura, &c.] Capella Philol. lib. VI. pag. 229. *Dalec.*

Ut dictum est] Supra cap. 66. *Idem.*

Promontorium Artabrum] Ibi sita est Olyssipo. *Dalec.*

Calarim Sardiniæ] Ostendimus in Pomponio, *Caralim* enunciandum, non *Calarim:* errareque eos qui aliter proferant. *Pintian.*

Sarmatarum gentes] Herodoto Sarmatæ supra Mæotin habitant quindecim dierum itinere. *Dalec.*

Eratosthenes] Is Cyrenæus fuit, ut scribit Vitruv. I. 6. *Dalec.*

CAP. CIX. *Harmonica mundi ratio.*

Ut circuitu esse ducenta quinquaginta quinque millia stadiorum pronunciarent] Scribo, *CCLII. M. stadia pronunciarent,* ex ipso Plinio capite præcedente, et Macrobio in Somnium Scipionis lib. II. Ptolemæus vero et Marcianus aliam rationem secuti sunt. Sed et calculi ratio, *duo millia,* non *quinque,* scribendum esse convincit. Nam si a pilæ medio ad summum, quæ est dimetientis dimidia pars, colliguntur XLII. M., duplicata, hæc summa reddet totum dimetientem, hoc est, LXXXIV. M. qui numerus si triplicetur, (nam septima pars dimetientis videtur ab Eratosthene neglecta, ut parvi momenti accessio ad totum circulum,) conficiet numerum prædictum CCLII. M. stadiorum. *Pintian.*

Addit huic mensuræ stadia septem millia] Scribendum videtur *XII. M.* non *VII. M.* facili librariorum lapsu, mutato *X* in *V*. Duodecim autem superiori summæ defuerant ad complementum totius circuli: qui, ut est in confesso, et supra docuit Plinius, complectitur ter dimetientem, et insuper septimam dimetientis partem. Dato ergo, dimetientem continere LXXXIV. M. consequitur, ut septima ejus pars agat *XII. M. stadia.* Pintian.

LIBER III.

Limen interni maris] Mediterranei, quod et supra *internum* dixit. Sallustio 'mare secundum,' et 'fretum maris nostri:' Isidoro, 'mare magnum.' *Dalec.*

CAP. I. *De Europa.*

Quam plerique merito non tertiam portionem fecere] Isocrates in Panegyrico: Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν 'Ασίας, τῆς δ' Εὐρώπης καλουμένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν. Æthic. Cosmogr. postquam vulgo tandem receptam orbis terrarum tripertitam attulisset divisionem: 'Sed hinc,' inquit, 'magnum inter doctos certamen fuit. Nam plurimi, qui res divinas evidentius agnoverunt, duas tantum partes accipiendas suadent, id est, Asiam et Europam tantummodo. Africam vero censent Europæ finibus deputandam. Et revera hoc ita esse evidenti documento monstratur. Quia non solum venenorum male altrix terra partem habet spatii; verum etiam est et cœli adverso sidere plus destituta. Namque illam partem tertiam vocaverunt,

Digitized by Google

non ut æqualem inclitis præcellentibusque, sed situ pessimo, languidam ardoribus suis, in extremo positam, ab optimis secarunt; non divisionis merito, sed sic ut incisa suis fluctibus invenitur.' Id quod postea p. 32. paucioribus paulo verbis repetit, et p. 52. Simler. quoque alios auctores dilaudat, quibus addatur et Auson. Ep. XVIII. Revera autem rem aliter, quoad caussas ab Æthico adductas, sese habere norunt partim eruditi, qui id omne ex hominum pendere arbitrio sciunt, partim vero qui hodierna die parentumque nostrorum memoria orbem terrarum ipsi lustravere, certioraque experti sunt. Qua de re cum primis, quod huc faciat, Leo Afer in descriptione Africæ, cæterique Cosmographi recentiores. Sallustius in Jugurth. 'In divisione orbis terræ plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantummodo Asiam et Europam esse: sed Africam in Europa.' *Dalec.*

Quorum primus a Calpe Hispaniæ] Scribe: *Quorum primus a Calpe Hispaniæ extimo monte, Locros, Bruttium usque promontorium immenso ambitu amplectitur.* Salmas. p. 83.

Juridici conventus ei quatuor] Marcianus duos assignat Bæticæ duntaxat conventus, Cordubensem et Gaditanum. Mirumque mihi, cur in hac traditione tam diversus abierit a suo Plinio, a quo in cæteris neque latum, ut aiunt, unguem discedere solet. *Pintian.*

Oppida omnia numero CLXXV.] Et paulo post, *fœdere II.* Scribe: *fœdere IIII.* ex exemplari Tolet. eximie: neque enim inferiores numeri collecti redderent aliter prædictam summam 275. *Pintian.*

Latio antiquitus donata XXIX.] Quoniam hac tota Geographia frequens mentio fit juris Latii, ac Municipalis, coloniarum, oppidorum, quæ stipendiaria fuerunt et quæ immunia, gentium, quæ Romana civitate donatæ sint, Alexandrum ab Alex. IV. 10. consulendum puto, qui ea omnia diligenter persequutus est. Jus Latii levatio censitionis fuit, ut idem jus experirentur in censitione quod Italicæ coloniæ, ac præterea in traditionibus nixi, usucapionibus, annali exceptione, jure capiendi. Immunitas vero cum nec pro capite, nec pro solo tributum pendebant. Videatur Onuph. Panvin. Imper. Rom. et Car. Sigon. de Antiq. Jur. *Dalec.*

Lusum enim Liberi patris ac Lysam cum eo bacchantium, &c.] Scribe, *aut Lysam cum eo bacchantem.* Marcianus: 'Cui,' inquit, 'nomen fabulæ a lusu Liberi patris, vel cum eo bacchantium sociavit.' Favent etiam ambo exemplaria. *Pintian.* *Lusum enim Liberi patris, ac Lyssam, &c.*] Nota est ex poëtis *lyssa*, hoc est, rabies, Mænadum Bacchi comitum obvios thyrso ferientium, et canes pecudesque discerpentium: de quà illud: 'Et torvum vitulo caput ablatura superbo Bassaris, et lyncem Mænas flexura corymbis.' *Gelen.*

At quæ de Hercule] Vetusti codices, *Quæ autem de Hercule.* Pintian.

Bæticæ primum ab Ossigitania infusus] Alii, *Ossigetania.* Codex Salmanticensis, *Ossigitania*, per *i*, in tertia, veriore lectione, ab *Ossigi* oppido conventus Cordubensis cognomine Laconio, de quo mox paulo. *Idem.*

Celticos a Celtiberis ex Lusitania] Scribo, *Celticos, a Celticis ex Lusitania advenisse.* Nam Celtiberi Tarraconensis provinciæ sunt populi, non Lusitaniæ. De Celticis autem Lusitaniæ Plinius in quarto, Ptolemæus primo. *Pintian.*

Ucultuniacum quæ et Turiga nunc est] Exemplar Salmant. *Icuriga.* Toletan. *Et Curiga:* Ptolemæus, *Acurgia.* Pintian.

CAP. II. *Bæticæ longitudo et latitudo.*

CAP. III. *Hispania citerior.*

Accedunt insulæ, quarum mentione

Digitized by Google

seposita præter civitates contributas aliis, provincia ipsa CCCXIII. continet oppida. In iis colonias XII.] Locus est vitiatissimus, cui opportune suppetias tulit apographon Toletanum, in quo ad hunc modum legitur: *Accedunt insulæ, quarum mentione seposita, civitates provincia ipsa præter contributas aliis CCXCIII. continet oppida CLXXIX.* Pintian.

Flumen Turium] Alii, *Durias:* Toletanum archetypon, *Turium:* Salmant. *Torim:* Ptolemæus, *Turulim.* Pintian.

Flumen Idubeda] Apographum Tolet. *Udiba;* Salmant. *Uduba:* nam *Idubeda* mons est celeber Hispaniæ Straboni et Ptolemæo. *Idem.*

Regio Illergetum] Illurganonenses, vel, ut Fulvius Ursinus legit, *Lurganonenses.* Vide Cæsar. in Comment. *Dalec.*

Qui Phocænsium fuere soboles] Alii leg. *Phocensium.* Scribe, *Phocæensium,* a Phocæa Ioniæ, non a Phocide Helladis. *Gelen.*

Latinorum] Qui Latii jure donati fuerant. Id autem fuit magistratus petendi causa civitatem adipisci. Fuerunt Latini cives et veteres, nimirum ex Latio ipso civitate donati, et novi, beneficio principis idem adepti. Cujacius Observ. x. 35. Car. Sigon. de Vet. Jur. et Onuph. Panvin. de Imperat. Roman. *Dalec.*

Celsenses. Ex colonia Calagurritanos] Scribendum reor, *Celsensi ex colonia Calagurritanos,* hoc sensu: Ex agro Celsensis coloniæ disceptare Cæsareæ augustæ Calagurritanos cognomine Nascicos: ut hoc ipso cap. infra: *Conveniunt Carthaginem ex colonia Accittania Gemellenses, ex colonia Salariensi oppidani Latii veteris Castulonenses, qui Cæsari Venales appellantur.* Celsæ autem Hispaniæ coloniæ et Strabo meminit lib. IV. *Pintian.*

Calaguritanos] Eorum urbs *Calagurus* dicebatur. Florus Epitomes II. De Calaguritanis vide Val. Max. VII. 6. *Dalec.*

Turiasonenses] Turiassonenses a Turiassone oppido ferrariis officinis nobili XXXIV. 14. *Idem.*

Caputque Celtiberiæ Segobrigenses Carpetani, et Toletani] Sic quidem legunt, verum nullo modo sustineri potest hæc lectio. Nam cum Plinius hic sequatur ordinem Alphabeti, quo pacto post elementum S subsequi possint populi incipientes a C, quales sunt Carpetani, non video. Legendum igitur, *Caputque Celtiberiæ Segobrigenses, Carpetaniæ Toletani.* Pintian.

Intercatienses, Palantini] Scribendum *Intercatenses,* ex monumento antiquissimo, quod usque in hodiernum legitur *Cluniæ,* quæ est finis Celtiberiæ, de qua mox paulo. *Idem.*

In his sunt Giguri] Ambo codices cum duplici *rr Cigurri:* Ptolemæus, *Egurri.* Idem.

Lucensis conventus populorum est XVI. præter Celticos et Lebunos ignominiosæ ac barbaræ appellationis] Lege: *præter Ceucos et Lebunos ignobilium, ac barbaræ appellationis,* ex vetere lectione, ut infra in Gallia Narbonensi, *Oppida vero ignobilia XIX.* et sæpe alias. *Pintian.*

Specularibus lapidibus] Talcum vocant, seu Asini speculum. *Dalec.*

CAP. IV. *Narbonensis provincia.*

Gebenna] *Les montagnes de Geneve a l'entour de Anici, les montagnes de Fossigny.* Idem.

Jura] Est exiguus pagus in radice montis non longe distans a D. Claudio, Gallice *Mitou,* a quo Jura mons nomen accepit. *Idem.*

Flumina Tecum, Vernodubrum, &c.] Scilicet Larnum, Alba, Tichis, ut superiori cap. *Dalec.*

Oppida Illiberis] Archetypum Toletanum, *Illiseberre:* Salmant. *Eliseberre:* Strabo, *Illibirris* fluvius et oppidum: Ptolemæus *Illiberris.* Pintian.

Rubrensem permeans lacum] Rubren-

Digitized by Google

sis lacus alluit Narbonensem, Strabo lib. XVI. *Le lac qui est pres de Capdestan, et de l'Archevesché de Narbonne.* Dalec.

Massiliensium] De Massiliensibus honorifice et magnifice multa Livius lib. XXXVII. Valerius, Cicero pro Flacco, Isocrates in Archidamo, et Aristoteles conditam putant a Phocæensibus magni regis dominatum fugientibus: addit Plutarch. in Solone, illorum ducem fuisse Protum: Trogus vero, Peranon. Dictam volunt *ἀπὸ τοῦ μάσαι*, quod cum in littore piscatorem gubernator navis conspexisset, jussi *μάσαι τὸ ἀπόγειον σχοινίον*, religare funem quo ad terram appellitur. Rhodig. XVI. 8. Massilienses tamen mores Plautus in Casina delicatos et muliebres intellexit: Athenæus autem ait *θηλυνθῆναι Μασσαλιώτας, καὶ ἀσχημονεῖν διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν, καὶ διὰ τρυφὴν γυναικοπαθεῖν, ὅθεν καὶ προσῆλθεν παροιμία, πλεύσαις εἰς Μασσαλίαν.* Brod. III. 27. qui et adnotat Massilienses a Phocæensibus, non Phocensibus, oriundos. *Idem.*

Rhoda] *Poce de Rhore, Aiguemortes*, quo in loco Marius fossam duxit. *Idem.*

Nec minus seipso torrentem Isaram et Druentiam] *Torrentes* agnoscit exemplar utrunque, Salmant. et Tol. ut ambos fluvios comprehendat: quos, si Ptolemæum sequeris, *Isara* accusativo Græco, et *Truentium* nominabis. *Pintian.*

Massalioticum] *Massalian* enim Græci, non *Massilian* proferunt. In Narbonensi Gallia recumbentibus qui ad nuptias invitati essent prodiens virgo jubebatur a patre aquam ei porrigere, quem sibi dari virum vellet. Ea sorte Peranus Phœnicum Dux Senani regis Segoregiorum gener delectus condendæ Massiliæ locum a socero accepit. Rhodig. XXVIII. 15. Turneb. XXVII. 26. Ex Plutarcho in Solone Protum, non Peranum, vocatum fuisse monstrat. Massaliæ Salyum caput: a Salyis nomen inditum. *Dalec.*

Ultra fossam ex Rhodano C. passuum Marii opere et nomine insigne stagnum, Astromela oppidum] Subsultans et vacillans oratio, erroribus scatens. Verbum *ultra* per majorem literam scribendum, ut sit principium sententiæ. *Ultra fossa ex Rhodano, C. passuum, Marii opere et nomine insignis. Stagnum Astromela. Oppidum, &c.* De fossa Mariana Ptolemæus et Pomponius. De stagno Stephanus, quod tamen ipse *Mastramellam* nominat cum duplici *ll*, non *Astromelam.* Ptolemæus item fossas Marianas plurali numero vocat. *Pintian.*

Insigne stagnum: Astromela oppidum, &c.] Lege, *insigne stagno Mastramela oppidum, Maritima Avaticorum.* Salmas. p. 94.

Maritima Avaticorum] Ptolemæus *Avatilorum.* Vetus tamen lectio et Pomponius, *Avaticorum.* Pintian.

Segovellaunorum] Nominis Segovellaunorum vestigium adhuc restat in appellatione oppiduli Diæ, et Tricoriis vicini, quod incolæ vocant Saillans, et in pago provinciæ dicto Solies, Salyum. *Dalec.*

Promontorium Citharista, Portus Regio] Codices iidem, *Promontorium Lao citharista, portus, &c.* Sed cum constet ex Ptolemæo Citharistam promontorium esse, scribendum videtur permutatione dictionum: *Citharista promontorium, Zao portus.* Pintian. *Promontorium Citharista, &c.*] Lege, *Promuntorium Citharista, Lacydon portus, regio Camatullicorum.* Is. Voss. in Melam, 174. Paulo ante legend. *Ultra fossa ex Rhodano, C. Marii opere et nomine, insigne stagnum Mastramele, oppidum Maritima Avaticorum.* Et oppidi et lacus nomen esse Mastramelam docet Stephanus. Vide Is. Vossium in Melam.

Forum Julii Octavianorum] Sic leg. alii; sed Apographon Toletanum

Digitized by Google

Octavanorum legit, non *Octavianorum*, recte: sic uti paulo ante *decumani*, et mox *septumani*. Nominantur et hoc capite Sextani et Secundani. Ut igitur a Decimus, Septimus, Sextus, Secundus, Decumani, Septumani, Sextani, Secundani, ita ab Octavus Octavani. *Pintian.* *Forum Julii Octavanorum*] Straboni *villa Franca*. Hod. *ville neuve pres de Nice:* aliis *Breil pres de Nice:* aut *villa Franca*. Oxubii *Oberrois*. Dalec.

Amnis in ea Argenteus] Vetus lectio, *amni sive Argenteus*. Scribendum puto, *Amnes Cænus, Argenteus*, ex Ptolemæo, qui tamen *Argentius* cum *i* in tertia enunciat. *Pintian.*

Ligaunorumque] Ingaunorumque, ut capite sequenti legitur. Ejus nationis caput est Albium Ingaunum (vulgo Arbenga), ut eodem capite. *Dalec.*

Acema] Alii, *amnis Cema.* Cum omnes Geographi Varum in hac ora Galliæ finem faciant, miror cur castigatoribus libuerit Cemam pro Varo supponere, reclamantibus manuscriptis codicibus. *Gelen.*

Arelate] Arelatem Romam Gallulam vocavit Ausonius, ob celeberrimum et opportunissimum emporium, cujus commoditatibus invitatus Flavius Constantinus tyrannus; Imperator in Britanniis salutatus, tempore Honorii junioris, sedem imperii sui illic statuit. Vide commentarios Scaligeri in Ausonium I. 24. *Dalec.*

Bliteræ septumanorum] *Beterre*, uterque Codex: Ptolemæus, *Betiræ*. Pintian.

Aquæ Sextiæ Salyorum] *Salicas* hos idem Ptolemæus nominat, non *Salyos*. Strabo tamen modo *Sallyos*, modo *Sallyas*, cum duplici *ll*. Idem.

Bormannico] Bormanni, Comacina, Turnebus IV. 6. Bormanni: *Obrac*. Comacina: *la Caune*. Dalec.

Cabellio Carcasum] *Caballio*, Strabo: Ptolemæus tamen et scripta lectio *Cabellio*. Item *Carcaso* Ptolemæus, non *Carcasum*. Pintian.

Tectosagum] Tectosagas sub Volscis comprehendi auctor est Strabo. Carcasso certe in confinio Volscarum est, et Tectosagum. *Dalec.*

Meminorum] Quidam volunt esse *la Mure pres Grenoble*. Sed mihi placet magis, *Menosque* vel *Mornas*, oppidum antiquum Rhodano appositum: XVIII. 8. legitur *Meninorum*, et non *Meminorum*. Idem.

Tascodunitari] Quibusdam Tarrasco *pres de Foix:* quibusdam Tasco Dunitari. *Chatelnau d'Arri*, aliis *Mirepois*. Dalec.

CAP. V. *Italia, Tiberis, Roma, Campania.*

Italia] Italiam, præter hanc notissimam appellationem, vel ab Italo Arcade, vel Siculo, vel Penelopes, et Telegoni filio sumptam, vel, ut Cato in Originibus maluit, ab Italo Hesperi fratre, vel ab Italis bobus, quos optimos gignit, etiam Argessam, sive Morgessam, Janiculam, Saturniam, Ausoniam, præsertim maritimum tractum Aruncorum, Volscorum, Campanorum, Calabrorum, Hesperiam, Œnotriam ab Œnotro rege, vel ἀπὸ τοῦ οἴνου quo nobilis est, ut Servius putat, vocaverunt. Hadrian. Jun. Animadvers. lib. I. cap. ult. *Idem.*

Tiberina ostia] De Tiberi vide Andream Baccium de Therm. III. 5. et Georg. Fabric. Rom. c. 16. *Idem.*

Ab Alpium pene lunatis jugis excurrit Italia] Æstimandum lectoribus relinquo, an hic *fine* potius quam *pene* legi debeat, hoc sensu: Italiam a fine Alpium excurrere in maria lunatis jugis, quod Plinius paulo post tradit: 'Et Amazonicæ figura desinens parmæ. Ubi a medio excursu Cocinthos vocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens.' Porro Amazonicas parmas lunæ expressisse figuram, et summus poëta scribit, 'Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.' Quem locum Servius grammaticus exponens, 'Pelta,' ait, 'scu-

tum brevissimum, in modum lunæ jam mediæ.' Et alio loco, hoc ipso capite Plinius, 'Patet,' inquit, 'longitudine ab Alpino fine Prætoriæ Augustæ.' *Pintian.*

Marrucini] Marrucinorum regio supra Aquilam a monte Secco, fluvius Sino et Tano, usque Lentem, Album, et Forum torrentes, qui conjuncti Lancianum adeunt. Ferentanis Marrucini propinqui, versus Adriaticum mare. *Dalec.*

Jam vero tota ea vitalis ac perennis salubritatis cœli temperies] Sic legend. *Jam vero tota ea vitalis ac perennis salubritas, talis cœli temperies, &c.*

Tot montium afflatus] Salmas. ad Solin. leg. *tot marium adflatus*, quia montium, inquit, nullus est adflatus, sed marium et ventorum. Sed profecto et hæc quoque aliter se habent. Vide Is. Vossium in Melam, p. 161.

Tam nobilia pecori vellera] Quid si legendum *mollia*, potius quam *nobilia?* Pintian.

Latitudo ejus varia est CCCC X. M. inter duo maria] Nullo modo sic legi potest. Nam, ut mox paulo subjungit, *haud ullo in loco CCC M. in latitudinem excedit*, etsi ibi quoque perperam scriptum est *CC.* pro *CCC.* ut liquet ex Marciano. *Pintian.*

Castro novo] Est et Castrum novum Hetruriæ, hodie *Corneto*, vel extructum, vel auctum, ruinis urbis Tarquiniæ vicinæ. *Dalec.*

Universæ autem ambitus a Varo ad Arsiam] Sic ibi legend. *universæ ambitus a Varo ad Arsiam, vicies centena quadraginta novem millia.* Salmasius capite 83.

A Corcyra minus LXX.] Alii leg. *a Corsica minus CXX.* Est quidem huic ferme par intervallum, et inter Corsicam: magis tamen placet *Corcyram* legi, quam *Corsicam*, ut habent codd. vett. alioqui Corsica ante Sardiniam, non ante Issam ponenda erat, eo scil. ordine quo ipsæ insulæ sitæ sunt. *Gelen.*

Inter sextam horam primamque brumalem] Hoc est, inter meridiem et hibernum exortum, id est, inter Notum et Eurum. Vide annot. VI. 32. *Dalec.*

Oppidum Vediantiorum civitatis Cemelion] Cæsar, Livius, et Plinius solent gentes Hispanas atque Gallicas in civitates dividere, cujusmodi nunc imperitum vulgus 'communitates' vocat. Sic inter Belgarum civitates numerantur Remi, Treviri, Eburones, Nervii, Morini, atque alii. Singulæ civitates plura habebant oppida, pro suis quæque opibus: quædam exiguæ non plus uno. Ita hoc loco Vediantiorum civitatis oppidum Cemelion recensetur non longe ab ora. Et Vediantii dicuntur ea forma, qua in eisdem Alpibus Ebroduntii, qui hodie sunt Ebrodunenses. Venidates diversi sunt ab his trans Padum vicini Carnis. *Gelen.*

Portus Herculis Monœci] Portus Herculis Menœci, *Villa Francha.* Lucanus: 'Quaque sub Herculeo sacratus nomine portus Urget rupe sua pelagus, non Corus in illum Jus habet et Zephyrus: solus sua littora turbat Circius, et tuta prohibet statione Monœci.' Portus Monœci Straboni, *Monigo*, statio potius quam portus, maxime infida, et vix quatuor navium capax. Vide Ortel. Thes. *Dalec.*

Portus Vadum Sabatium] Vadum Sabatium vetustum oppidum, dirutum, hodie *Vae*, superstitibus tantum quibusdam domunculis. Ex ejus ruinis extracta est Savona. Legendum puto, *portus Vadum Sabatium*, pro Vadorum Sabatiorum. *Idem.*

Hæc regio ex descriptione Augusti, nona est] Scribendum *undecima*, non *nona:* qui error, ut puto, ortus est ex similitudine numerorum *XI.* et *IX.* Nam Italia, ut paulo ante meminit, in undecim regiones ab Augusto divisa est. De undecima vero regione nusquam, nisi hic, mentio: at de

Digitized by Google

nona, capite 16. peculiaris fit commentatio. *Pintian.*

In qua Hetruria est] Ita vocarunt Pelasgi veteres, qui in Italia consederunt, nobilem eam partem Italiæ montosam. ὄθρυες enim montes, unde fit ἔθρυες, ο in ε mutato, ut in Apello, Apollo: τὴν πεδιάδα, *Campaniam*: καμπὸς enim vox prisca *planitiem* significat. Sic Hernicam, asperam, ut in Græcia τραχῖνα: ἀποελίαν, ἀπουλίαν, οε in ου contracto; ἕλη enim *sol.* Et in ipsa Apulia μεταπίους, nam ἄπιοι, *advenæ*, ut ἰθαγενεῖς, *Aborigenes*: et in ipsa Hetruria Umbros, spurios, nothos, insititios. Scalig. in Var. quamvis Varro ipse IV. de Ling. Lat. 'Umbros' dictos velit ab imbre, quod ea regio sit humilis, et multis imbribus perfusa. *Dalec.*

Thusci] Dicti sunt ἀπὸ τοῦ θύειν. De illorum origine, imperio, et statu, vide Alexandrum ab Alex. lib. III. cap. ult. *Idem.*

Oppidum Luna] Lunæ, Petræ sanctæ, et Carraræ montanos incolas. Livius Appuanos Ligures appellat, lib. X. ad Macram fluvium, non, ut vulgo legitur, Mœram, sitos. Rupem eo tractu excelsam adhuc vocant Petram Paniam. Lunensis portus Ptolomæo sinus Erycis: hodie *porto di Spetia.* Idem.

Pisæ] Sic dictæ, quod in humido loco positæ sint. Loca enim uda et humecta Græci πίσα vocant, ἀπὸ τοῦ πίσαι, id est, ποτίσαι. Rhodig. XXVIII. 6. *Idem.*

Portusque Telamon] Ptolemæo Telamonium promontorium, hodie Argentarium: cui vicinus est Trajani portus, hodie Herculis: eidem Populonium promontorium, hodie *Troia*, vel *Capo di Toscana.* Portus Herculis meminit Strabo, sub ingenti tumulo siti, juxta Cossam oppidum. *Idem.*

Cære intus M. pass. quatuor, Agylla] Cære a quo de quorundam sententia dictæ 'Cærimoniæ,' hodie *Cervetere:* prope id ad 4. mill. passuum in saxeso tumulo manent ruinæ Agyllæ. Strabo imperite cum Cære Agyllam confundit: quod errandi causam attulit Hermolao. Ptolemæo Alsium, quod Agyllam quidam esse volunt, Pyrgis vicinum et maritimum est: Cære mediterraneum prope Faleriam. *Cerus* veteri lingua sanctus. In Saliari carmine, *Cerus manus*, mysticum nomen Jani, quamvis quidam exposuerint Creatorem bonum. Ita Scaliger in Festum. *Idem.*

Præfectura Claudia Foroclodii] Foroclodii, forum Claudii vel Cassii: oppidum Sutrio vicinum, in via Cassia, euntibus Viterbio Romam, hodie *Vetralla.* Huic oppido contiguum Divæ Mariæ templum in foro Cassii vocatur. *Dalec.*

Pistorium] Inde jocus et allusio Plauti in Captivis: 'Multis et multigeneribus opus est ibi Militibus: primo dum opus est Pistoriensibus.' *Idem.*

Suanenses, Saturnini] Puto scribendum, *Suenses, Saturniani*, a Suena et Saturniana, ex Ptolemæo. *Pintian.*

Volaterrani] Strabo Volaterram vocat οἰνορέαν, ut et auctor libri περὶ τῶν ἀκουσμάτων, qui scribit Volaterranos, ne civitatem quispiam occuparet, solitos imperium ac dominium Reipub. suis libertis dare, quibus abeuntibus magistratu, alios ejusdem conditionis sufficerent. Victor. XXII. 23. *Dalec.*

Prius Albula] Invenio Serram quoque ac Rumonem vocatum, quoniam rapidis et concitatis aquis, quæ alluit, mordet, limat, mollit. Sic veteres loquuti sunt. Horat. 'quæ Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis.' Cornelius Severus in Ætna: 'seu lympha perenni Edit humum lima, furtimque obstantia mollit.' Attius in Telepho: 'remisque nixi properiter navem in fugam Trudunt subter saxa ad lævam qua montem mollibat mare.' Festo 'Rumentum,'

Digitized by Google

abruptio, interruptiove. *Idem.*

Tinia] Legitur apud Strabonem *Tinias:* hodie *Topino.* Mixtus is ad Canariam oppidum Chiesio nomen amittit, et Chesius dicitur. *Idem.*

Novenorum ita conceptu dierum] Hoc est, cum per novem dies aquæ in piscinis vel alveo claustris et aggeribus cohibitæ fuerint. *Idem.*

Latinumque a Vaticano dirimens] Emendatius, ni fallor, legetur *a Labicano,* ex verbis quæ paulo post sequuntur: 'Et qui ex agro Latino, item Hernico, item Labicano.' Nec sum immemor verborum Solini, quæ favere videntur priori lectioni. *Pintian.*

Aniene] Anio, *Teverone* hodie. Ad eum fluvium Camillus Gallos redempta Roma exeuntes trucidavit. Jungitur via Tiburtina ponte Mænnolo, quem Mammæa Severi Alexandri mater ædificavit. Numentana via, Numentano; Salaria, ponte extructo a Narsete. *Dalec.*

Lucus Jovis Indigetis] Nemus id hodie *Campo Selva,* vicinum Albæ longæ, hodie *Savello,* et Aritiæ ruinis, hodie *la Riccia.* Dalec.

Amnis Numicius] Fl. hic olim ex lacu Nemorensi emissus per Aream in mare labebatur. In ipsum vero Juturnæ fons, cujus aqua victimas conspergebant. Eam vase haustam oris latioris et fundi angusti, ne humi depositum staret: humum namque attingere piaculi loco habitum: aut Flaminicæ virginis sacrorum ministræ, aut Vestalium famulæ, aut patrimi matrimique Camilli, sive pueri coronati manibus tenebant. Alex. ab Alex. IV. 17. Hodie fons Ardeæ proximus tenui rivo in mare descendens. Cæterum lacus Nemorensis meminit Sueton. Calig. *Idem.*

Antium] Antium Equestris fortunæ templo celebre, auctore Tacito, qui incuriose scribit, nullam ejus ædem seculo suo Romæ fuisse: cum Quintus Fulvius Flaccus censor, victis Celtiberis, magnificam ædificasset, tegulis marmoreis tectam, quas Junonis Laciniæ templo detraxerat. Antiates famosos olim prædones fuisse constat: a piratica tamen coactos absistere Græcorum precibus, qui de eorum latrociniis apud Rom. Senatum questi fuerant. Victorius XXXI. 22. Hodie *Anxo.* Tiberius sumptuosissimis ædificiis ornavit: Nero et portu quo carebat, maximo sumptu et cura. In ruinarum parte oppidulum Neptunium extructum est, hodie *Natum.* Idem.

Creditur Homero] Vide locum quem citavit supra II. 80. *Idem.*

Hic jam plusquam et fama] Phrasis observanda, hoc est, certius quam si tantum auditione et fama comperisset. *Idem.*

Flumen Ufens] Flumen inter Formias et Sinuessam Garigliano, a monte Tauro, hujus fluminis ostiis. *Dalec.*

Tarracina] Porphyrio in Horat. ex vetustissimo Codice: 'Quæ nunc Tarracina dicitur, olim Anxur dicebatur, unde Jovem Anxurum colebant:' cujus et Virg. meminit, dum ait: 'Juppiter Anxurus aris præsidet.' Merito autem inquit Horat. 'repimus,' et 'impositum saxis,' quoniam adhuc illis temporibus Tarraconensis urbs in altissimo monte erat: inde postea in æquiorem locum deposita est, ut non solum adhuc sint vestigia ædificiorum in monte, sed et murorum. Si Servio credimus, 'Anxyrus' Jupiter dictus fuit, quod puer et imberbis pingeretur et sculperetur. 'Αξύρος legendum, ἀνεὺ ξύρου, quia nunquam esset barba rasa. In denario stirpis Pansarum altera parte videtur persona ludis Cerealibus conveniens, in altera Jovis imago sine barba, cum hac inscriptione: C. VIBIVS. C. F. C. JOVIS. (pro Jupiter) AXUR. *Idem.*

Amyclæ] Virgil. nono Æneid. 'Tacitis regnavit Amyclis,' id est, dele-

Digitized by Google

tis, et oblivione sepultis. Ejus oppidi cives Pythagorei, cum animatis omnibus abstinerent, serpentium, quos occidere nolebant, in vicinis paludibus natorum copia deleti sunt. Narrant alii, cum inani rumore hostes adesse crebro nuntiaretur, lege cautum, ne id postea indicarent, et ex improviso aliquanto post facta impressione, ab hostibus oppressos fuisse, unde proverbium, 'Amyclas silentium perdidit.' Lucilius: 'Mihi necesse est loqui. Nam scio Amyclas silentio periisse.' *Idem.*

Formiæ] Formiæ fuerunt a Sarracenis dirutæ anno 956. Prope Tarracinum extant illarum ruinæ. *Idem.*

Lyri amne divisa, Glanico appellato] Scribo *Clani*, non *Glanico*, ex Strabone, v. et Cornelio Tacito, xi. 'Orantibus,' inquit, 'Florentinis, ne Clanis solito alveo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipsis perniciem afferret.' Summus poëta Georgicorum secundo, 'Clanium' appellat Acerranorum fluvium, 'et vacuis Clanius non æquus Acerris.' *Pintian.*

Vulturnum] Vulturnum a colonia Roma eo missa conditum ad ostia Vulturni fluvii, hodie Vulturnia. Liv. lib. iv. ait Capuam olim Vulturnum dictam fuisse; Capuæ vero nomen inditum a Capuo Samnitum duce qui eam ceperat, vel a campestri agro. Vulturnum flumen etiam a Romanis 'Nataronum' vocatum fuisse tradit in vita Fabii Plutarchus. *Dalec.*

Cumæ] Cumis Hamæ vicinæ fuerunt, sacrorum religiones claræ. Liv. lib. xxiii. 'Campani adorti sunt rem Cumanam suæ ditionis facere: primo sollicitantes ut a Romanis deficerent. Ubi id parum processit, dolum ad capiendum eos componunt. Sacrificium ad Hamas nocturnum erat,' &c. In arduo monte, qui a Balneis Tripergulinis abest mille et quingentos passus, Hamarum insignes ruinæ conspiciuntur. *Idem.*

Bauli] Baulos Herculeos vocat Silius, quod eo Geryonis armenta diversatus Hercules egisset, quasi βοαύλους. Hadrian. Jun. i. 9. *Idem.*

Neapolis Chalcidensium, et ipsa Parthenope a tumulo Sirenis dicta] Sic interpungendum, ut verba illa, *et ipsa*, ad superiora referas. Ait enim, sicuti Cumas, quas paulo ante reddidit, ita etiam Neapolin Chalcidensium ædificium esse. Auctor est Strabo lib. v. *Pintian.*

Herculanium, Pompeii: haud procul spectante monte Vesuvio, &c.] Lege: *Herculaneum, Pompeii; haud procul spectato monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne.* Vid. Isac. Vossium in Melam, p. 170.

Alluente vero Sarno amne, ager Nucerinus est: et novem millia passuum a mari ipsa Nuceria] Prima illa verba, *Alluente vero Sarno amne*, ad superiora pertinent: ut scribendum putem: *Pompeii haud procul spectante monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne. Ager Nucerinus, et IX. M. passuum a mari ipsa Nuceria.* Nam verbum *est* non legitur in scriptis codicibus. Allui vero Pompeios Sarno amne, Strabo tradit libro quinto. *Pintian.*

Circeiis] Circeium est mons, sive promontorium potius, ad cujus radices oppidum Sanctæ Felicitatis situm est. *Dalec.*

Atellani] Atellanorum ruinæ visuntur in Aversa oppido regni Neapolitani. Prope id oppidum divæ Mariæ templum, quod nomine vetusto in Atella vocatur. Robertus Guichardus Aversum nominavit, quod illic munitis castris Neapolin simul et Capuam per longum tempus obsidens adversatus diu sit. *Idem.*

Calatiæ] Calatia, hodie *Cajatia.* Huic vicinus Callis Sidicinus, hodie *Calvi*, et Callicula, hodie *Cajanello.* Idem.

Casinum] Varro de Ling. Lat. lib. vi. *Cassinum* scribit, ac ejus dictionis rationem ducit a 'Casso,' quod 've-

Digitized by Google

tus' significat, quod veteres Samnites a Sabinis orti id tenuerunt: eadem ratione Forum Cassinum 'vetus' appellari. Papinius 'Casinum' scribit prima brevi: 'Nymphisque habitata Casini Rura evastantur.' Nunc Divi Benedicti cœnobium in monte Cassino. *Idem*.

Calenum] Calenum hodie Carinula. Juven. 'Et molle Calenum Porrectura viro;' sub. 'vinum,' quod in eo tractu nobile fuit: ut Massicum, Falernum, Surrentinum, Cecubum, dicta a collibus Caleno vicinis, imprimis vitiferis. *Idem*.

Ferentinates] Ferentium Tusciæ Ptolemæo, unde Ferentini: Ferentinum Latii, unde Ferentinates. Strabo perpetuo *Ferentinum* scribit. Est et in Samnio Ferentum, sive Sabinis, unde Ferentani et Ferentii. Valer. lib. II. 'Habitabat in villa sua prope vicinum Sabinæ regionis Ferentum:' quamvis illic quidam legant Fretum. *Idem*.

Lavinii] In ruinis Lavinii exstructa est civitas Indivina. Aliud fuit Lanuvium municipium, e quo Licinii Murenæ originem trahebant. Roma Tarracinam petentibus occurrit Marinum, deinde Lucii Murenæ villa, adhuc nonnihil integra, et Portium prædium. Marinum quidam Marianam villam esse putant: alii extructum fuisse ex Lavinii ruinis. Quidam de Zagarolo propinquo id existimant. In denariis Romanis insignia fuere penates tantum duo, hastas manibus tenentes, porca in eorum medio: quod sus Æneæ Lavinii porcos albos triginta pepererat, Albæ post annos triginta a Laviniis condendæ ostentum. Ursinus famil. Sulpic. et Leandr. in Descrip. Latii Litoral. pag. 198. *Idem*.

Tusculani] Prope erat villa Ciceronis Tusculana, hodie *Sancta Maria di grotta ferrata*. Idem.

Cujus nomen alterum dicere, &c.] Roma altero nomine *Valentia* vocabatur. Vide Solinum c. 2. M. Velserum rer. August. lib. III. p. 50. et lib. II. p. 23. Jul. Jacobon. Append. ad Famil. Cæs. p. 9. Pet. Pith. Advers. I. 4. Brisson. Form. I. p. 70. Fabric. Rom. cap. 2. Onuphr. Urb. Rom. p. 16. et auctorem ipsum infra XXVIII. 2. *Idem*.

Urbem] Urbs ab orbe, sive urvo, quod et urbum dicitur. Urvum autem τὸ ἀνάστιμον, indeque et aratri pars. Orbis quem et Olympum, limbum, mundum vocarunt. Fossa primum excavata die auspicato, qua cingebatur urbs junctis bove vaccaque interiore, aratro sulco ducto, introrsumque mœnibus factis. Varro. Magius III. 13. *Idem*.

Tres portas habentem] Quadratam Fabio Pictori, Catoni, Pompeio, Ennio: 'Et quis extiterat Romæ regnare quadratæ.' Plutarcho in Romulo τετράγωνον. *Magius*. Portarum Urbis 34. nomina, appellationisque rationem vide apud Alex. ab Alex. IV. 16.

Compita Larium CCLXV.] Attestatur Ovidianus versiculus, 'Compita grata Lari, compita grata cani.' Nam in compitis sacrum anniversarium Laribus fiebat: unde 'Compitalia' dicta, dies ei sacrificio status. Et verba quæ subjiciuntur intelligenda sunt de paribus inter se a miliario ad omnes portas spatiis. *Gelen*.

Currente a milliario] Milliarium est, 1. spatium mille passuum, 2. columna aurea in capite fori Romani, ad quam viæ publicæ terminabantur, 3. Vas Balneatorium magnum multarum amphorarum capax, Senecæ Quæst. Natur. III. 24. ἰπνολέβης. Milliariæ porticus a spatio mille passuum, vel a numero columnarum. Milliariæ oleæ XVII. 12. *Dalec*.

Crustumerium] In ea regione nunc sunt Mons rotundus, Palumbaria, et quædam oppida ignobilia. Vide Scalig. in Festum voce Crustumina. *Idem*.

Digitized by Google

Antipolis] Sic vett. edd. legunt: verisimileque est, Pelasgos aut Arcadas, qui cum Aboriginibus Saturniam tenebant, hoc nomen Janiculo indidisse, quod id oppidum sibi ex adverso situm esset. *Gelen.*

Carnem in monte Albano] In visceratione, sive ἐν τῇ κρεωδαισίᾳ, cui apud Lacedæmonios splendidissimus quisque ac clarissimus præficiebatur. Itaque et Lysandro munus aliquando id commissum est. Rhodig. v. 7. τὴν κρεωδαισίαν Lampridius in Alexandro *Edulitatem* nominare videtur. *Dalec.*

Fidenates] Fidenas evertit ac prorsus delevit M. Æmilius Dictator. *Idem.*

Ita ex antiquo Latio LIII. populi interiere] Hi populi, qui ex antiquo Latio, Plinii tempore, defecere, illi ipsi sunt proxima relatione ab ipso memorati. Nam præfatus fuit, 'fuere in Latio clara oppida:' quasi diceret, fuere olim, jam non sunt. Hi autem populi LI. sunt, non LIII. Itaque aut duo oppida librariorum indiligentia omissa sunt, aut in postrema summa non LIII. sed L. scribi debet. *Pintian.*

Casilini] De Casilino et Casilinorum adversus Hannibalem fortissima tolerantia vide Strab. lib. v. *Dalec.*

A Surrento ad Silarum amnem, &c.] *A Surrento ad Silarum amnem triginta millia passuum ager Picentinus fuit Oscorum, Templo Junonis Argivæ ab Jasone condito insignis:* sic legit Salmas. 59.

Ad columnam] Strabo semper hoc vocabulo utitur. Græci στήλην et στηλίδα. Manuscriptum exemplar habet *coloniam*. Dalec.

Utraque] Altera *Evizza*, altera *Frumentura* vocatur. *Dalec.*

Baleares duæ] Statius in Achil. 'Ut flexæ balearicus actor habenæ, Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu Inclusum quoties distingueret aëra gyro.' Hadrian. Jun. I. 2. Ortel. Thes. *Idem.*

Oppida habet civium Romanor. &c.] Sensus est: Olim quinque in ea insula oppida fuisse, duo jus civitatis habuisse: duo jus Latii: quintum fœderatum Romanorum fuisse, idque intercidisse. *Gelen.* *Oppida habet civium Romanorum, &c.*] Legend. *Oppida habet civium Romanorum Palmam et Pollentiam: Latina Cinium et Tucim: et fœderatum Bocchorum fuit.* Salmas. pag. 281.

Mænariæ] A mænis piscibus salsamento aptis. *Gelen.*

Et parva Annibalis] Hodie *Alsac* vocatur, inter Hispaniam et Majoricam e regione Ortosiæ, hodie *Tortosa*. Hermolaus haud recte putat esse Cunicalariam. *Dalec.*

Blascon vocatur] Monpessulensibus hodie, *La Plage:* insula cincta altera ex parte mari, altera stagno. *Dalec.*

Stœchades] Ptolemæo et Straboni, Stœchades quinque: duæ parvæ: tres sat magnæ: ac post eos Lero et Planasia. Stœchades tres Plinii, hodie *Pomige*, ab unius nomine. Earum prima, Themista Martiano, Prote Plinio, hodie *Isoco*. Altera Mese, hodie *Divi Stephani:* tertia Hypæa, hodie *Pomige*. Aliæ insulæ parvæ Stœchadib. vicinæ, duæ Straboni et Ptolemæo, plures Melæ, hodie, *Les Iles Dieres*, numero tres: *Bonomo, Porto Crozo, Porto Rhena* sive *Ribadeo*. Quatuor vero Stœchadibus vicinæ, Sturium, Phœnice. Phila Lero, hodie *Aire, Hiare, Proxelo, Reo*. His adjacent et aliæ duæ, quarum unam rubram vocant: Blasconem hodie dici *Gianeam* volunt: et Agatham Ptolemæo memoratam, hodie *L'isle d'Ade:* Lerina, in qua Leronis templum fuit, hodie *Sancti Honorati:* Planasia vero a Strabone memorata, huic vicina hodie Divæ Margaretæ. *Idem.*

CAP. VI. *De Corsica.*

Corsica] De Corsicæ situ, variis incolis, Phocensibus, Liguribus, Cantabris, et de coloniis Mariana et Syl-

Digitized by Google

lana, vide multa apud Senecam de Consol. ad Helviam, cap. 8. *Idem.*

Cosanum litus] Dicitur etiam a quibusdam Barpona. Pomp. Melæ Carbonaria, hodie Monte Christo. *Dalec.*

Mænaria] Hodie Melora. *Idem.*

Ilua] Ptolemæus in mari Ligustico recenset Iluam, Æthaliam, Caprariam, diversas insulas. Quidam Æthaliam ejus esse putant Palmariam insulam. De illa illiusque portu, variis lapillis, et Argonautarum relictis Stœchadib. ad eam accessu, vide multa apud Vict. XIX. 10. Αἰθαλίαν Græci vocant, pro quo apud Arist. περὶ τῶν ἀκουσμ. legitur corrupte, nunc Θάλεια, nunc Αἰγιαλία. Vict. XXXII. 23. *Idem.*

A Populonia decem, a Græcis Æthalia dicta] Geographi omnes, et utrunque scriptum exemplar, et vulgaris hodie nominatio, *Populonium.* Solus Virgilius poëtica, puto, licentia, *Populonia.* Nam Pomponio idem semper jus est cum Plinio. Occurrit hic notandum, Iluam insulam pro eadem cum Æthalia accipi a Plinio. A quo stare videtur Stephanus. Nam ferri metalla, quæ Iluæ Plinius, ipse Æthaliæ tribuit, unde insulæ nomen proditum tradit. At Ptolemæus diversas facit insulas, Iluam et Æthaliam. Sicuti infra etiam octavo capite, Æthusam et Ægusam Plinius unam intelligit, cum Ptolemæo duæ sint. *Pintian.*

Pandataria] Ex insulis duabus quas nautæ *Le Botte* vocant, altera Sanum, Pandataria est, in quam filiam Augustus relegavit, altera Divi Martini hodie. Vide I. 88. *Dalec.*

Prochyta] Virgil. Æneid. IX. 'Tum Prochyta alta tremit: durumque cubile Inarime, Jovis imperiis imposta Typhœo.' *Idem.*

Æneæ nutrice] Vide Dionysium Halicar. lib. I. *Idem.*

Profusa ab Ænaria erat] Nam Inarime sive Ænaria terræ motu quassata, monte dirupto ac prostrato, insulam divulsam extrusit Prochytam ideo dictam, quod ea causa veluti profusa fuisset. Strab. lib. v. *Idem.*

Ænaria ipsa a statione navium, &c.] Lege: *Ænaria a statione navium Æneæ, Homero Inarime dicta: Pithecusa, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed a figlinis doliorum.* Salmas. p. 96.

Homero Inarime] Apud Homerum debuit scribi εἰν' Ἀρίμῃ. error est librarii ex contractione εἰναρίμῃ. Virg. hunc sequutus Æneid. IX. ut supra ostendimus: 'Inarime, Jovis imperiis imposta Typhœo.' Veteres vocarunt Arimen. Vide Erythræum in Virg. et Ortel. Thesaur. *Dalec.*

Pithecusa] Sic vocata est, auctoribus Xenagora, Suida, Harpocratione, quod Candulum et Atlantem sceleratissimos homines, ac ideo vocatos Cercopas, quasi caudatas Simias, advenas dolis circumvenientes, Jupiter eadem fraude ab illis petitus in simias verterit. Vide Ovid. Met. XIV. *Idem.*

Extraque conspectum, pelagus Africum, &c.] Lege: *extraque in conspectu pelagus Africum attingens Sardinia, minus octo millibus a Corsicæ extremis, etiam angustias eas arctantibus insulis, &c.* Salmas. p. 98.

Cunicularia] Harum altera hodie, *Isola de le Bizze*, Serpentum insula, altera *Speragia.* Dalec.

CAP. VII. *De Sardinia.*

Sardinia] Sardiniæ cœlum Pausanias esse scribit θολερὸν ἐς ἐπιπὰν καὶ νοσῶδες, ob salinas, graves et violentos austros, et montium altitudinem, qui salubrem Boreæ flatum repellunt. Alii Solpugas, venenatæ formicæ genus, et Sardonium Bathrachium causantur potius. Cicero Tigellium in ea insula natum patria sua pestilentiorem esse ait. Martial. 'Nullo fata loco possis excludere, cum mors Venerit, in medio Tibure Sardinia est.' Silius: 'Serpentum tellus pura ac viduata veneno: Sed tristis cœlo,

Digitized by Google

et multa vitiata palude.' Rhodig. xii. 16. et xx. 24. *Idem*.

Enosin] Enosis, *Diabasta* Ptolemæo, hodie *Santermo*. Idem.

A Caralitano Ficariam] Adde *Galatam*, ex Marciano. 'A Caralitano,' inquit, 'Ficariam Galatamque.' Galatæ meminit et Pomponius, sed in freto Siculo. Meminit et Plinius infra capite octavo: cujus terra Scorpionem dirum Africæ animal necari, scribit v. 7. *Pintian*.

Ficariam] Hodie, *Isola rossa*. Dalec.

Berelidas] Duæ parvæ, hodie *Le Tauro et la Vacca*. Idem.

Collodem] Fortassis a lignorum copia, Ptolemæo Melibodes, sive Plumbea, hodie, Palmæ solis. *Dalec*.

Heras] Apud Ptolemæum et in vetustissimo codice legitur *Hieraca*, hodie *Divi Petri*. Ptolemæus addit, inter Corsicam et Sardiniam, Hermeam, non longe a Nymphata, hodie *Tabularia*. Idem.

Sirene] Straboni Sirenes, sive Sirenussæ insulæ, in circumflexu promontorii Athenæi, et Pestano sinu, olim Possidoniate, sitæ e regione Silaris fluminis, qua sinum eum illabitur, hodie *Trozo*, *Toro*, *Nizari*. Plinius unius tantum Leucasiæ meminit. In veterib. Rom. denariis Syren spectatur capite virginis cristata galea tecto, adjectis duabus pilis cum scuto, reliquo ut avis corpore. Nam, quod tradit Servius, Sirenes partim virgines fuere, partim volucres, Acheloi et Calliopes filiæ, numero tres, quarum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. Juxta Pelorum illæ primum habitarunt: deinde Capreas insulas tenuerunt, prænavigantes illectos suo cantu in naufragia deducentes. *Idem*.

Parvæ quæ vocantur Ithacesiæ, *Ulyssis specula*] Videtur et hic deesse præpositio *ab*, ex eodem Marciano: 'Contra Vibonem Ithacesiæ, ab Ulyssis specula dictæ.' Exemplar Salmant. *spectaculo* præfert, pro quo forte commodius legeretur, *speculatu*. Exemplar Toletanum *Ulyssis spectacula* legit. *Pintian*.

CAP. VIII. *De Sicilia*.

Ipsius Triquetræ, *ut diximus*] Verbum *Triquetræ*, hic et supra, adjectum arbitramur, falsoque Plinio attributum. De Sicilia enim disserit peculiari et dicato tractatu, non de alia regione, insulave. *Pintian*.

Coloniæ ibi, *urbes*, *ac civitates LXXII*.] Scribendum reor, *Coloniæ immunes ac civitates*, *&c.* ut hoc ipso libro, capite primo: 'Hujus conventus sunt reliquæ coloniæ immunes.' Et capite tertio: 'Post Cæsaraugustana colonia immunis amne Ibero affusa.' Et paulo ante, 'Colonia immunis Ilici.' Patet præterea ex Marciano, numerum coloniarum præteritum esse, librariorum incuria. Confirmatur id auctoritate ipsius Plinii, qui statim colonias in Sicilia quinque assignat: Taurominium, Catinam, Syracusas, Thermas, Tyndaridem. Item Marcianus et antiqua lectio *civitates LXXIII*. legunt, quam esse veram lectionem comperiet qui diligenter eas numeraverit. Ut in totum legendum sit: *Coloniæ immunes V. civitates LXXIII*. Idem.

Drepanum] Ex ejus adverso Ptolemæus insulam exiguam Forbantiam statuit, hodie *Lenza*: et ex adverso Lilybæi Sacram, hodie *Maretimo*. Dalec.

Taurominium] Hic et paulo post, in ambobus antiquis codicibus, *Tauromenium* leges, non *Taurominium*. Pintian.

Flumen Asines] Acim fluvium ex Ætna monte ἀκίδος, id est, teli, instar decurrere adnotat Eustathius in Dionysium, ab eo fluvio Romæ dicti *Aciculi*, quasi Aciscoli, ut *Agricli* pro Agricoli. *Dalec*.

Mons Ætna] Plautus in Milite: 'præter thesaurum, Tum argenti montes, non massas habet: Ætna non

Digitized by Google

æque alta est.' In Mercatore: 'Montes tu quidem mali ardentes in me jamdudum jacis.' Sub Ætna, Liparensibus insulis, et Puteolano, Baianoque agro Typhona Gigantem sepultum fuisse ex Pindaro Strabo scribit lib. IV. Cornelius autem Severus in Ætna Enceladum: 'Gurgite Trinacrio morientem Juppiter Ætnæ Obruit Enceladum, vasti qui pondere montis Æstuat, et patulis expirat faucibus ignes.' *Idem.*

Crater] Est summus verticis hiatus. *Dalecamp.*

Camarina] Virgilio dicitur Camerina: 'Apparet Camerina procul, campique Geloni: Immanisque Gelo fluvii de nomine dicta.' *Idem.*

Æthusa] *Grandolo* hodie. Huic vicina Æoli insula, hodie *Palanderia.* Dal.

Et a Solunte, LXXV.] Exemplar Tolet. *Selinunte.* De Selinusiis, ipse paulo ante Plinius et Stephanus. Est ejusdem nominis fluvius in eadem insula Plinio, Straboni, Ptolemæo. *Pintian.*

Citra vero Siciliam ex adverso Metauri, &c.] Legend. *Citra Siciliam ex adverso Metauri amnis XXV. millibus ferme passuum ab Italia septem Æoliæ appellatæ. Eædem Liparæorum et Hephæstiades a Græcis, a nostris Vulcaniæ, Æoliæ, quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnavit.* Salmas. p. 136.

Liparæorum] Insulas has τὰς τῶν Λιπαραίων νήσους Strabo vocat, quod aliquando in Liparæorum ditione fuerint. *Dalec.*

Cap. IX. *De Lipara.*

Lipara] Est princeps et maxima Æolidum insula. Apud Liparam Duillius Consul primus Carthaginenses prælio navali superavit. *Dalec.*

Melogonis, vel Meligunis] Dicitur ab *ovium* proventu, a μῆλον καὶ γίγνομαι. *Idem.*

Hiera] De Hiera Virg. Æneid. VIII. inquit: 'Insula Sicanium juxta latus Æoliamque Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis.' Turn. XXVI. 29. *Idem.*

Strongyle] Cornel. Severus in Ætna de nomine hujus insulæ ait: 'Insula cui nomen facies dedit ipsa rotunda.' *Idem.*

Cap. X. *De Locris Italiæ fronte.*

In ea ora flumina innumera, sed memoratu digna a Locris Sagra] Sic quidem nostri scripti codices habent, quod correctores fefellit. Multa enim in scripta lectione perperam posita esse contingit, librariorum imperitia. Rectius igitur in hac parte impressa exemplaria: *sed memoratu digna Locænus Sagra:* ex Ptolemæo evidenter. *Pintian.*

Sagra] Sagrus Straboni, Ferentanos a Pelignis dividens inter Amiternum et Ortonium labitur hodie Sangrus fluvius, et tribus milliaribus a Lantiano fertur. *Dalec.*

Dein sinus, et Scylacium] Legend. *Dein sinus Scylacius, et Scylacium, Scylletium Atheniensibus cum conderent dictum.* Salmas. p. 82.

Scylacium] Virgilius vocat Scylaceum navifragum: 'Caulonisque arces, et navifragum Scylaceum.' *Dalec.*

Et in ea portus, qui vocatur Castra Annibalis] Scribe: *Et in ea portus qui vocatur castra Hannibalis, nusquam angustiore Italia XL. M. passuum latitudo est.* Salmas. p. 83.

Eranusa] Sirenussarum mentionem facit Strabo. *Dalec.*

Cap. XI. *Secundus Europæ sinus.*

Croto] De eo et Miscello conditore vide multa apud Leopardum II. 14. Cogitanti de Crotone ædificanda oraculum editum est, Μύσκελλε βραχύνωτε παρ' ἐκ θεοῦ ἄλλα ματεύων Οὐ κολὰ θηρεύεις, δῶρον δ' ὅτι δῶ τις ἐπαίνει. Legito et Hub. Goltzii Græc. mag. p. 276. *Idem.*

Oppidum Thurium] Uterque codex *Tauri*, non *Thurium:* quæ lectio movet me, ut, quamvis hic *Thurium* sustineri possit, legi tamen malim *Thurii:*

Digitized by Google

nam et *Thurium*, et *Thuria*, et *Thurii* ea civitas dicitur, auctore Stephano. *Pintian.*

Aliquando Siris vocitata] Apud Athenæum lib. XII. Timæus et Euripides sic dictum volunt a muliere quadam: Archilochus vero a fluvio. *Dalec.*

Tarentinus appellatur] 'Herculeum Tarentum' Virg. appellat, a primis incolis vocatum *Signeum*, ab Ionibus, qui post habitarunt, Πλοῖον, ob navigationis commoditatem: vel quod, ut ait Arist. περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. Hercules ex Africa rediens obsessum et expugnatum suo nomine ornaverit: vel quod Taras ejus urbis conditor, Neptuni filius, Herculi et patri aras dicaverit: huic ut prospera esset navigatio, illi ut fortiter ageret et ditesceret. Quamobrem et nummo Tarentino Taras delphino insidens læva manu gestat cornucopiæ. Hadrian. Jun. I. 9. Vide et Hub. Goltz. mag. Græc. *Dalec.*

Ab eo Basta oppidum, et Hydruntum] Diximus in commentariolo, tumultuario studio a nobis in Pomponium composito, *Hydrus* nominari hanc civitatem, non, ut quidam putant, *Hydruntum*. Nam si *Hydruntum* diceretur, nequaquam paulo post sequeretur, 'Ab Hydrunte Soletum desertum,' et mox 'Brundusium L. M. passuum ab Hydrunte.' Omnes denique geographi et historici *Hydrus*, non aliter, enunciant. *Pintian.*

Qua in Græciam brevissimus transitus. Ex adverso Apollonia oppidum] Codices ambo scripti *ex adverso* cum minore litera legunt, et conjunctim cum superioribus, adduntque *cum*, hoc modo: *qua in Græciam brevissimus transitus, ex adverso Apollonia cum oppidi.* Scribo, *qua in Græciam brevissimus transitus, ex adverso Apolloniatum oppidi:* nota res, nec testimoniis confirmanda. *Idem.*

Pediculorum oppida, Rhudia, Egnatia] Lege, *Rudiæ*, *Gnatia*. Et paulo ante ibid. legas: *Oppida per continentem a Tarento. Uria (quia cognominis Apulæ) Messapia, Sarmadium. In ora vero Saënum, Callipolis, quæ nunc est Anxa, LXII. millia passuum a Tarento.* I. Voss. in Melam, p. 165.

Pediculorum oppida Rudia] Legendum numero multorum, *Rudiæ*, ex Strabone, Pomponio, Silio, Eusebio. Politianus quoque noster in Nutritia: 'Quem Rudiis ortum rigidi censura Catonis.' Proinde corrigendum vitiosum Ptolemæi exemplar, in quo *Rudia* pro *Rudiæ* scriptum est. *Pintian.*

Ante Iapyx] In exercitu Minois a Cæculi filiabus occisi in Sicilia dux strenuus Iapyx fuit, Dædali et Cretensis mulieris filius. Post obitum regis collectas exercitus reliquias 16. in Apuliam traduxit, et a suo nomine eum Italiæ tractum vocavit. Strabo apud Athen. l. XII. 'Iapyges posteri fuerunt Cretensium, qui Glaucum, cum in mare se dejecisset, nec usquam emergeret, quæsitum e Creta discesserunt.' *Dalec.*

Salapia] Oppidum id e loco pestilenti, qui 4. millib. pass. a mari distabat, in maritimam et salubrem sedem a M. Hostilio translatum fuisse, vide apud Vitruvium I. 4. *Idem.*

Teanum Apulorum] Apulos rusticos, inciviles, inurbanos, duros, agrestes fuisse monstrat hic Plauti versus in Milit. 'Post Ephesi sum natus, non in Apulis, non sum in Umbria.' *Idem.*

Ita Apulorum genera tria: Teani a duce] Scribendum opinor *Teani, a duce, Varies:* ut sint tria distincta genera: Teani, ab oppido Teano; a duce Dauno, Daunii; ab oppido Varia, cujus paulo ante præcessit mentio, Varies. *Pintian.*

Argos Hippium] Argos fuit Diomedis patria, quam 'Hippobotan Argos' Homerus vocavit. Vide Leopardum v. 16. *Dalec.*

Caudini] Caudium oppidum Samnii, in Caudina valle, dirutum. Dis-

Digitized by Google

tat ea vallis a Benevento millibus passuum decem: Furcæ vero Caudinæ quatuordecim. *Idem.*

Arpani] Hirpini, hodie Arpadium Caudio vicinum. Livius lib. XXIII. Hirporum in Sabinis prope Compsam meminit. 'Eadem æstate,' ait, 'ab Nola, quam præsidio tenebat, crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos fecit.' NOTA: Omittit Plinius Telesiam civitatem, ad ripam Exerniæ fluvii priusquam Vulturnum accipiat; memoratam Liv. lib. XXII. nunc dirutam. *Idem.*

CAP. XII. *Regio Italiæ quarta.*

Inora Frentanorum] Ferentanorum, Pelignis conterminorum, caput Ferentum, hodie *Franca villa*, in maris littore. Per eam regionem labitur Tifernus lentus fluvius, ex Nicare, seu, ut hodie vocatur, Majela monte nascens. Apud Livium lib. IX. 'Aulus consul uno secundo prælio Ferentanorum effusam aciem profligavit, et eorum urbem in deditionem accepit.' Ferentanorum oppidum mediterraneum Ptolemæo Anaxanum, hodie *Lansano*. Dalec.

Pelignorum] Peligni, hodie *Valuenses*, inter montem Majelam et Apelinum, ab oppido Populio usque ad Sulmonem extenduntur. In eo tractu oppidum est Furca, sive Palene, quasi Peligne, a quo dictos Pelignos volunt. Addit Strabo Interocleam, quæ hodie Interdocum. *Idem.*

Corfinienses] Corfinium oppidum, in quo Domitius Ænobarbus Julio Cæsari sese objecit, ne Pompeium insequeretur, dirutum jacet. Ejus ruinæ visuntur in pago Divi Pelini, in planitie, quam Petinam vocant, procul ab oppido Populio tribus millibus passuum. *Idem.*

Ad Fucinum lacum] Anaginæ fons Tophanus hyeme, lacu Fucino glaciato, exarescit: vere autem regelato lacu, ut et æstate autumnoque, ingentem aquarum vim fundit, quibus Liris fluvius augetur. Dicitur autem is lacus hodie, *Lago di Celano*. Idem.

Vestinorum Angulani] Ptolemæus, *Angolani*. Pintian.

Samnitium] Hodie, *Apruzo*. Samnitibus olim continebantur Ferentani, Vestini, Peligni, Marsi, Hirpini, Marrucini. *Dalec.*

Ficolenses] Quidam legendum putant *Ficedulenses*, eoque pertinere jocum Plauti in Captivis: 'Opus Tudetanis, opu'st Ficedulensibus.' *Idem.*

Amiternini] Aquila ex Amiterni ruinis, quod millibus quinque inde abest, et Furconii civitatis, episcopatu quodam nobilis, ædificata est. Amiterni reliquiæ visuntur turres, templa, theatrum. Amiterninus fuit Caius Sallustius Crispus. *Dalec.*

Curenses] Curenses olim Cures, a quibus Quirites; hodie, *Turres*. Inde nati Numa Pompilius et Titus Tatius, Romanorum reges. Episcopatus Sabinus, divi Euthymii, ei civitati, quæ nunc in exiguum vicum redacta fuit, propinquus est. Divus Gregorius in Registro Gratioso Numentano Episcopo Ecclesiæ divi Euthymii Curium in Sabinis administrationem committit. *Idem.*

Mutuscæi] Mutiscæ Virg. 'Ereti manus omnis oliviferæque Mutiscæ.' Id oppidum postea dictum Trevia, et Trebula, hodie *Truvium*. Mart. 'Numida qua gelidas summittit Trebula valles, Et viridis cancri mensibus alget ager.' Alii sunt Trebulani Balinienses supra c. 5. hujus libri. *Id.*

Æquiculis] Æqui, qui Tyburi montes imminentes ac superiores incolunt. Æquicolæ Virgil. Æneid. VII. 'Horrida præcipue cui gens, assuetaque multo Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.' Æqui Livio lib. IX. 'Populus Romanus bellum fieri Æquis jussit. Ad quadraginta oppida intra LX. dies omnia oppugnando ceperunt; quorum pleraque diruta et incensa sunt, nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum,' &c. In eo tractu sunt Vicovarro,

Digitized by Google

Cantalupo, Portella. Leand. p. 224. et Car. Sigon. de Ant. Jur. It. I. 3. *Idem.*

Comini] Cominii Livius lib. x. meminit. Oppidum quondam Samnitum, quod Carbilius cepit, cæsis hominum 4. millibus et 40. Montes altissimos Liri imminentes, ubi arces Viculbum, Alventum, Sanctus Donatus, Picinestum, Gallinarium. Septem fratres Cominium vocant ab illa urbe, cujus locus etiam ignoratur. *Idem.*

Velinos accolunt] Velini lacus in Amsancti vallibus soli multum operuerunt, quod ob inundationem eorum infructuosum fuit. At iis in proximum Narem deductis agri multum juxta Reate detectum est, graminis fœcundissimum, quos Roseæ Campos auctor vocat infra sub finem c. 5. lib. XVII. Virg. 'Rosea rura.' Legendum ergo sic puto: *Velinos accolunt lacus Roseis campestribus. Nam amnis sulphureis aquis, Tiberim petens exhaurit illos ac deplet. E monte Fiscello is labens juxta Vacunæ nemora, et Reate, in eodem conditur.* Vacunæ templum et oppidum prope Molianum fuit. De sulphureis autem Naris aquis Merula super Ennium pag. 388. *Idem.*

Trebanorum ortus] Scribendum reor, *Trebulanorum.* Populi sunt Sabinorum, quos paulo ante reddidit. *Pintian.*

Nomen dedere Sublaqueo] Loci nomen est lacubus illis subjecti, a lacu fictum vicino stagnis Imbruinis. Ibi fuit Neronis Sublacensis villa memorata a Frontino libro de Aquæductibus. Tacit. Ann. XIV. 'Nam quia discumbentis Neronis apud Imbruina stagna, villa cui Sublaceum nomen est, ictæ dapes,' &c. *Dalec.*

CAP. XIII. *Quinta regio.*

Piceni] A Picentibus diversi 'Picentini Neapolitani,' quorum oppida maritima Salernum, Surrentum ad Sarni ostia; mediterranea vero, Nola, Victoria, orti tamen hi ab illis. Qua de re Sigon. de Ant. Jur. It. I. 10. in fin. et c. 15. Piceni autem oppidi, quod regioni huic nomen imposuit, ruinæ supersunt prope portum Firmanum, urbem, ad ostium Læti torrentis, quem 'mortuum' vocat. *Idem.*

Adria colonia] Spartiano teste, ejus Adriæ civis fuit Ælius Hadrianus. Memoratur et ea civitas Livio lib. XIV. *Idem.*

Flumina, Albulates, Suinum, Helvinum, quo finitur, &c.] Apographon Toletanum, *Flumen Albula, Tervium quo finitur.* Salmanticense, *Flumen Albula, Tessuinum quo finitur.* Pintian. *Albulates*] Albula, hodie *Librata.* NOTA: Omittit auctor in Piceni descriptione Tignium oppidum, hodie *Sancta Maria in Georgio;* memoratum Cæsari Belli Civil. lib. I. et vicinum fluvium Tigniam, nunc *Tenne.* Dalec.

Ab iisdem colonia Ancona] Apographon Toletanum *Anco,* non *Ancon:* recte, ut supra notatum est. *Pintian.*

Cingulani] Cingulanum oppidum a Labieno ædificatum, quod adhuc extat, Auxino propinquum. *Dalec.*

Ricinenses] Ricinam instauratam, non, ut tradit Blondus, ædificatam, Pertinax de suo nomine Æliam Ricinam vocavit. Maceratæ vicina est. Hujus incolæ, in collem propinquum migrantes, Ricinetum olim, nunc Recanetum, condiderunt. *Idem.*

Septempedani, Tolentinates, Triacenses] Ptolemæus Trajanam hoc loco statuit, unde forte hic *Trajanenses* melius quam *Triacenses* legeretur. Eo magis, quod exemplar Toletanum non *Triacenses* præfert, sed *Traicenses.* Item ambo exemplaria *Septempedates* habent, non *Septempedani.* Pintian. *Septempedani*] E ruinis Septempedæ extructum est oppidum *Sanseverinum,* quod alluit Potentia fluvius: quidam legunt *Septempedates.* Dalec.

Salvia] Ex ruinis Salviæ extructum est oppidum Urbisaglia. *Idem.*

Digitized by Google

CAP. XIV. *Sexta regio.*

Asirinates] Quidam Asisinates ab oppido Asisio, quod et Axin vocant. Propert. 'Scandentique Axis consurgit vertice murus: Murus ab ingenio notior ille tuo.' *Idem.*

Foroflaminienses] In ruinis Fori Flaminii, eversi a Longobardis, extructum est Fulgineum, hodie *Foligini.* Alii tamen sunt Fulginates Tiburtinis propinqui, quos auctor hic memorat: Straboni Forum Flaminii Nuceriæ propinquum est, ubi nunc Fulgineum. *Idem.*

Forosempronienses] Forosempronium hodie *Fossambruno,* in via Flaminia, qua Roma itur Ariminum, ab Augusto lapidibus strata. *Idem.*

Interamnates] Interamnates Umbri, *Tarni* hodie, Sabini, sive Præcutii, sive Samnites, Termini, vel Tervolæ. Sub Sora in Samnio, ubi Liris coëunt duo capita, insula est, et oppidum Interamna dictum, quod iis duobus fluviis circundetur. *Idem.*

Nucerini] Alii sunt Nucerini prope Neapolim supra cap. 5. hujus lib. Hæc Nuceria, cognomine 'Alphatenia,' apud Livium lib. IX. in Umbris, quam Decius Consul oppugnando ad deditionem subegit, in ripa Penii amnis, hodie *Topino,* prope Fulgineum, et Camerinum, ubi Straboni lignea vasa fiunt, hodie suum nomen retinet *Nuceria:* Fulgineum vero, *Foroligno.* Nuceria 'Alphatenia' Livio lib. IX. fortassis 'Alphateni.' *Idem.*

Sentinates] Sentina Umbriæ, vicina Sentino fluvio, qui etiam hodie nomen retinet, a Longobardis eversa est, ex ejusque ruinis ædificata oppida duo, Saxoferratum, et Fabrianum. Ptolemæus in Umbris collocat, Blondus in Piceno. *Idem.*

Clusiolum] Quidam, *Luceolum,* oppidum in Flaminia via, qua itur Eugubium, a Longobardis dirutum: Candiano oppido in ejus ruinis extructo. Illic Totilæ mors Bellisario nunciata est. *Idem.*

CAP. XV. *Octava regio.*

Fluvius hinc Rubrico] Labitur hic inter Ariminum et Cesennam. Fluit in Adriaticum mare, et quod ait Lucanus, 'Fonte cadit modico, parvisque impellitur undis.' Circa originem *Rucon* vel *Rugon* vocant: cum longius provectus est mare versus, *Pisciatello.* Straboni Rubicon labitur inter Ariminum et Ravennam: exit inter Anconem et Senogalliam. *Dalec.*

Sapis] Sapis, per Candiam vallem Ravennæ propinquam fluens, portum olim faciebat commodissimum, in quo Augustus classem instituit, quæ Adriaticum mare custodiret. Itaque nautarum, remigum, mercatorum concursu ampla illic civitas. Classis Ravennatum, sive Classensis, ædificata est divi Gregorii sæculo Episcopatus, a Luitprando rege Longobardorum capta et diruta, cujus exilia vestigia nunc restant, templum divi Apollinaris, extructum a Theodorico rege Ostrogothorum, murorum, portus, et Phari quædam ruinæ. *Idem.*

Brixillum, Mutina] Ptolemæus, Suetonius, Josephus, *Brixellum.* Vetus lectio, modo *Brixillum,* modo *Bruxillum.* Pintian.

Placentia] Ad id nomen spectat jocus Plauti in Captivis: 'Opus paniceis, opus placentis quoque.' *Dalec.*

Popilii] Pompilium hodie *Forumpovolo.* Anno 700. Crimoaldus Longobardorum tyrannus, die Sabbati sancto, cum Chrisma conceptis verbis sacraretur, ex insidiis captam diruit. Eandem restitutam a Foropovoliensibus Ægidius Cardinalis ecclesiæ legatus evertit, et aratro suffodit. Episcopatus translatus est in Forum Britannorum, hodie *Bretenou,* pro quo hic legitur *Forum Truentinorum.* Dalec.

Cornelii] Forum Cornelii, a Narsetis militibus dirutum, Clephis Longobardorum tyrannus Imolæ nomine restituit, et Ravennatibus, qui in fide

Digitized by Google

P. R. perstabant, opposuit. Martial. 'Si quibus in terris, qua simus in urbe rogabit, Corneli referas me licet esse foro.' *Idem.*

Faventini] Sylla Carbonem cum exercitu ad Clusium, Faventiam, Fidentiolamque cæso Italia expulit. Livius lib. XVIII. *Idem.*

Tanetani] Tanetum Regio vicinum: hujus meminit Livius lib. XXI. Totila ibi occisus a Narsetis copiis, nempe Longobardis equitibus, quos ad 10000. conduxerat. *Idem.*

Velitates cognomine Vecteri, Regiates] Legendum alterutro modo, aut *Vecteri, Vegiates*, separatim, ut sint duo populorum nomina, aut conjunctim, *Vecteriregiates*, ne turbetur alphabeti ordo. *Pintian.*

Senones] Senones Brenno duce, XIV. Kalend. August. anno U. C. 362. deleto Rom. exercitu, Romam ceperunt: hancque de nomine Ducis Brenogalliam appellarant. Prœlium commissum fuit ad Alliam fluvium, quam hodie Corresium vocant: unde Allienses dies nefasti Romanis: huic vicinum est oppidum Podium Carresii. *Dalecamp.*

CAP. XVI. *De Pado flumine.*

Visendo fonte] Nomen proprium est fontis. Imo vero gerundium est verbi viso, positumque pro digno visu seu conspicuo, ut de Tigride infra VI. 17. auctor loquitur, seu admirando, ut ex Capella quoque interpretatur Ort. Thes. Erld. Sic et XI. 49. infra, 'Seu plane visenda res esset,' &c. *Idem.*

Augetur ad canis ortus, liquatis nivibus, &c.] Lege: *Augetur ad canis ortus liquatis nivibus, ac his quam nativis torrentior, nihil tamen ex rapto sibi vindicans, atque ubi linquit, ubertatis largitor.* Liquatæ nives, sunt aquæ, itaque non opus est vocabulum istud repetere. *Linquit* vero hic accipitur pro 'defluit,' 'decrescit,' λείπει, uti sæpe. *Isac. Vossius* in Melam. p. 164.

Agris quam navigiis torrentior, &c.] Sic legend. *agris, quamvis torrentior nihil tamen ex rapto vindicans, atque ubi liquit, etiam ubertate largior.* Hæc natura torrentium fluviorum, ut aliis agris aliquid ex rapto vindicent et adjudicent, aliis vero adimant et tollant. quod negat facere Padum Plinius, quamvis torrentiorem. Sed perperam legitur, *nihil ex rapto sibi vindicans:* lege *abjudicans*, non injurius est torrens illis agris, quibus aliqnid adjicit per alluvionem; sed quibus quid ex rapto abjudicat et tollit, vice iniqui censoris. *Salmas.* pag. 84. &c.

Torrentior] Torrentior, id est, rapidior, concitatior, ac magis exundans: qua in re fallitur Isidorus XIII. 21. Etymol. qui torrentem dictum putat, quod siccitate torrescat et arescat. Ego potius torrentem quasi torquentem dictum putaverim, quod inflatus pluviis, liquatisve nivibus auctus, obvia quæque intorqueat et pervertat. Aliis *torrere* rapere est, unde *torrens* rapidus. Eridano tauri vultum Virgilius tribuit, Georg. IV. quod gravi sono, ut taurus, mugiat; et cornua propter riparum conflexuosos sinus: 'Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violentior influit undis.' Sic 'tauriformem Aufidum' Horat. IV. Od. 14. 25. hinc figmentum de Acheloi cornu ab Hercule evulso. Magius IV. 2. *Dalec.*

Atque ubi liquit agros] Legi forte melius posset, *atque ubi liquitur nix ubertate largior.* Nam dictio *agros* non habetur in vetusta utraque lectione. *Pintian.*

Inter Ravennam Altinumque passuum CXX.] Scribe, *inter Ravennam Altinumque per CXX.* Nimirum accepit librarius particulam *per*, compendio scriptam, pro *passuum*. Idem.

Altinumque] Ex hujus oppidi ruinis ædificatum est oppidum Torcello, Martial. 'Æmula Baianis Altini littora villis.' Syli fluvio propinquum

Digitized by Google

est. *Dalec.*

Septem maria dictus facere] Palus versus Æmiliam et Flaminiam porrecta, in eam Pado effuso, et influentibus Anemone, hodie *l'Amone*; Silete torrente, hodie *Sil*; Cliterna torrente apud Bagnacavallo; Idice, prope Mulinellam; Scultenna, hodie *Panario*; Limitio, *Samogia*; Formigine, fluviolis ad Bundenum. Finis ejus paludis Turris Vicelini, et Rheni Bononiensis ostium *Bagnacavallo*, Blondo, olim Tiberiacum. *Idem.*

Qui Vatreni dicitur] Vatrenus, hodie *La riviere de Imola*, et Isaurus, hodie *Folia*, Æmiliæ fines sunt. Addunt quidam et Scultennam, hodie *Pannario*. Dalec.

Padum] Ad id Padi ostium hodie Butrium est, Ravennatium castellum, et Spina, nunc vicus, olim florentissima civitas, nunc a mari distans nonaginta stadiis, olim maritima. *Idem.*

Vatrenus amnis] Vatrenus hodie Spineticum ostium non ingreditur, sed averso cursu pene 20. millium itinere, novi nominis ostium in Padusa habet, hodie Zeniolum. Padi alveus qui a Ferraria Consadalum, et qui a Coderia in mare labitur, ab annis 150. reclusus est. *Idem.*

Atriæ] Ea solo episcopatu famosa est, a paucis piscatoribus hodie incolitur. *Idem.*

Fossiones] Pistrinam Follam nunc dici tradit Rhodig. v. 1. Aliis Pelestrinam. *Idem.*

Philistinæ] A Thuscorum tribubus et decuriis (φυλὰς Græci vocant) ejus rei caussa accitis factæ. *Idem.*

Medoaci duo] Bernardo Justino auctore, alter eorum Brenta nomine Paduam petit, alter, Bachilione, Tarvisium præterlabitur. *Idem.*

Quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quæ Pades Gallice vocetur, Padum hoc nomen accepisse] Vetusta exemplaria brevius ac concinnius: *Quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quales Gallice vocantur padi, hoc nomen accepisse.* Pintian.

Bodincum vocari] A Germanica dictione *Boden*, fundum significante. Aug. Rocha Bibl. Vat. p. 321. Fuerit igitur et altera dictio addenda. Nos enim Germani, qui fundo destituuntur, *Bodenloss* dicimus. *Dalec.*

Cap. xvii. *Italia Transpadana. Regio undecima.*

Fructuoso alveo] Scil. ob importationem variarum mercium. *Gelen.*

Boii] Quidam Boiorum etiam Mutinam esse volunt, ut Tanetum, et Regium. Illorum meminit Livius lib. xx. Unde 'Bononia,' quasi Boionia. *Dalec.*

Insubres Mediolanum] Galli. Claudian. in nuptiis Honorii et Mariæ: 'Ad mœnia Gallis Condita, lanigeræ suis ostentantia pellem.' Nam cum ejus urbis fundamenta jacerentur, effosso solo reperta est lanata sus. Brod. ii. 26. *Idem.*

Cap. xviii. *Venetia. Decima regio.*

Altinum] Id oppidum, ab Attila incensum et dirutum, intra Gallicas paludes situm fuisse Vitruvius tradit i. 4. Martialis: 'Velleribus primis Appulia, Parma secundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis.' *Idem.*

Liquentia] Nascitur prope Pulsinicum pluribus fontibus eodem ferme loco scatentibus. Quidam putant e lacu Domus Stultæ, *Gazappaza*, in agro Bellunensi, per subterraneos meatus profluere. Opiternii fines valde procul abesse tradit Sabellicus. *Idem.*

Alsa] Hodie *Sisanus.* Labitur inter Mugliam oppidum Tergesto proximum, et Justinopolim, hodie caput Istriæ. In Istria Ptolemæus collocat. *Idem.*

Natiso] Natiso, hodie *Natisone*; Turro, hodie *Turrone*; Sontium, hodie *Lisontio*; subeunt prope Manzan, et Ultimum, hodie, Udenæ, 24. stadiis procul Aquileia, quam præterfluit Natissa amnis: ut probabile sit Plinium, pro *Natissa*, *Natissonem* scrip-

Digitized by Google

sisse. Apud Paulum Lombardum lib. IV. Dugna matrona Aquileiensis ob metum Hunnorum irrumpentium ex suis ædibus in Natissam præcipitem se dejecit. Sontii nec Plinius nec Ptol. meminerunt. Idem Lombardus scribit, Theodoricum e Sirmio et Pannonia in Italiam transeuntem ad Sontium castra primum posuisse. *Dalec.*

Carnorum] Carnia Straboni montana, tractus montanus Forojulio imminens, hodie *Carantanæ:* ubi civitas Julium Carnicum eversum a Longobardis, hodie *Julio,* Carnia litoralis Ptolemæo, hodie Patriarchatus Aquileiensis, et Forum Julii Provincia, vulgo *Friol,* ubi forum Julium oppidum, hodie *Cividale.* Ejus provinciæ fines: a meridie sinus Adriaticus inter ostia Liquentiæ, et Timavi, quem tractum Chersum vocant, jam Istriæ partem: a Septentrione Noricarum Alpium juga: ab Ortu Istria et Japidia, quas Illyrici partem esse volunt, et præcipue ad ortum solstitialem Japidiæ pars, Cranium: ab occasu Bellunensis et Tarvisinus ager usque ad ortum Liquentiæ. Sabellicus, ejus regionis peritissimus, unicum Tiliaventum agnoscit, non duo, ut Plinius. *Idem.*

Timavus] Virgilio novem, Strab. et Martial. septem ostiis in mare evolvitur. Martial. 'Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi.' Item: 'Et tu Ledæo fœlix Aquileia Timavo, Hic ubi septenas Cyllarus (equus Castoris) hausit aquas.' Blondus non recte putat Brentam esse. *Idem.*

Istriæ] Istria patet a Formione fluvio, hodie *Cisapio,* ad Farnaticum promontorium. Primaria ejus civitas Justinopolis, hodie *Capo d'Istria,* extructa in insula pullaria, hodie *Capria.* Idem.

In Adriam effluente e Danubio amne, eidemque Istro ex adverso Padi fauces] Legendum ex eisdem: *e Danubio amne, eodemque Istro:* hoc sensu: Ex amne Danubio, qui et ipse alio nomine appellatus est etiam Ister. Cæterum illud est non somniculosis, ut aiunt, oculis prætereundum, traditionem, quam Plinius hic tam fortiter improbat, non vulgarium esse auctorum, sed idoneorum atque adeo summorum, Eratosthenis et Theopompi, referente Strabone lib. VII. item Aristotelis libro de Historia Animalium octavo, et libro de Admiranda Auditione: item Apollonii Rhodii quarto Argonauticōn et ejus expositorum, et apud nos Melæ Pomponii libro secundo. *Pintian.*

Nauporto] Alius Strabonis Nauportus in Savum defluens, et ejusdem Pamportus in Dravum. *Dalec.*

CAP. XIX. *Istria.*

In mediterraneo regionis decimæ coloniæ, Cremona, &c.] Error est non simplex. Primum sola Cremona Colonia vocatur; quasi non et Brixia et Ateste coloniæ fuerint: deinde Natri coloniarum enumerationi inseritur, quo nomine nulla usquam colonia legitur. *Gelen.*

Regionis decimæ] Hæc ad præcedens caput pertinere videntur. *Dalec.*

Cenomannos] Cenomannorum in Gallia Togata oppida sunt, Bergamum, Mantua, Tridentum: ut Insubrum, Novaria, Mediolanum, Comum, Ticinum: Lybicorum, Vercellæ, Dertona: Taurinum Taurinorum Ptolemæo. *Idem.*

Habitasse in Volscis] Procul a vero id abest. *Dalec.*

Flamonienses, Vannienses, et alii cognomine Culici] Scribo commutatis verbis ex Pliniana loquendi consuetudine, *Flamonienses cognomine Vanienses, et alii Culici.* Argumento sunt, præter alia, verba quæ sequuntur, *Forojulienses cognomine Transpadani.* Sic non dabitur occasio lectoribus putandi interruptum esse ordinem alphabeti. *Pintian.*

Adduam Larius] Apud Strab. sub finem lib. IV. perperam legitur, A-

Digitized by Google

duam e Verbano, Ticinum ex Lario profluere, sive interpretis culpa, sive librariorum errore ac negligentia. *Dalec.*

Sebinus] Nunc lacus Issei, in Brixiano tractu. Eum fluvius Ollius e superioribus locis natus ingreditur, ac ex eo sese profert. *Idem.*

CAP. XX. *De Alpibus et gentibus Alpinis.*

Rhæti et Vindelici] De his M. Velser. Rer. Aug. lib. I. *Idem.*

Ejusdem et Graios fuisse positos in transitu Graiarum Alpium] Adde dictionem *exercitus*, et deme verbum *positos*, ex utroque exemplari: ut legendum sit: *Ejusdem exercitus et Graios fuisse in transitu Graiarum Alpium.* Pintian.

Vennonetes Sarunetesque] Rhenanus putat legendum, *Vennonetes Rutentesque.* Sunt enim Vennonetes qui et Veneti, lacus Veneti accolæ, nempe partis lacus Constantiensis. *Dalec.*

Trophæo Alpium] Trophæum id fuisse prope Augustam Prætoriam Salassorum arbitratus, deceptus est. Reliquiæ ejus trophæi visuntur prope oppidum Monigo in Liguribus, extante adhuc columna cochleata, qua et speculæ, et arcis loco utuntur. Incolæ vocant Torbia, quasi Trophæa. *Dalec.*

Medulli] Medulli, vel Miolani Ligurum, supra Savonam prope Malvesin. *Idem.*

Lege Pompeia] A Cn. Pomp. Sex. Cn. Nanno U. C. 664. hoc est 88. ante Servatorem Christum, perlata, uti putat Car. Sigon. de Ant. Jur. Ital. III. 2. *Idem.*

CAP. XXI. *Illyricum.*

Illyricum] De hoc quantum ad veteres res Romanas facit Sigon. de Ant. Jur. Prov. I. 7. et Onuph. Panvin. Imp. Rom. pag. 77. et Pancirol. super Notit. Orient. cap. 23. et nonnulla quoque M. Velser. Rer. August. circa principium. *Dalec.*

Uno nomine Illyricum vocatur] Bernardo Justino, Dalmatæ Istri accolæ Liburniam occupatam Dalmatiam vocarunt, secundum littus Adriatici maris a Polo usque Catarum. Montana imminentia, Croatia sunt. Ejus vicini Illyrici, hodie Sclavi et Bosnenses, olim Triballi: ultra quos Albani, olim Epirotæ, a Drino fluvio usque Dyrrachium, et post eos Rasciani, Flavio Vopisco, et Capitolino in vita Constantii primi et secundi, Galerii Maximini, Juliani, Claudii secundi: Illyricum continet quicquid est a Fanatico sinu usque ad Peloponnesum, et Istriam, Macedoniam, Epirum, Pannoniam, Dalmatiam. *Id.*

Iapides] Iapidiam cum Venetorum regione et Istria confusam esse tradunt recentiores Geographi. Bernardus tamen Justinus Historiæ Venetæ lib. III. scribit, Soncium fluvium Carsos montes, quos olim Iapidiam vocarunt, ab Alpibus dividere. Straboni Iapidum oppida sunt Metullum, Arupe, Manetium, Vendum. *Idem.*

Rursus in continente colonia Iadera] Nostra Exemp. et hic et cap. seq. *Iader* scribunt, non *Iadera.* et veram hanc esse lectionem, ipse nos Plinius docet capite hujus lib. I. ultimo: ‘Contra Iader,’ inquit, ‘est Lissa.’ Ptolemæus et Pomponius *Iadera* proferunt, sed vitio (ut reor) exemplarium. *Pintian.*

CAP. XXII. *Liburnia.*

Narona colonia] Notavimus supra et docuimus in Pomponium legendum *Naro*, bisyllabum. *Pintian.*

CAP. XXIII. *Macedonia.*

Macedonia] De qua Sigon. de Ant. Jur. Prov. I. 8. Onuph. Panvin. Imp. Rom. p. 775. &c. *Dalec.*

Montes Candaviæ] Deserta Candaviæ Seneca vocat Epist. IV. 31. *Idem.*

Epidamnum] Lege Val. Max. I. 5. in exemplo et historia Apolloniatarum. Plaut. in Menæch. ‘Propterea huic urbi nomen Epidamnum inditum est; quia nemo ferme huc sine damno divortitur.’ *Idem.*

Digitized by Google

CAP. XXIV. *Noricum.*

Noricum] Pancirol. super Notic. Occid. c. 63. *Idem.*

A tergo Carnorum et Iapidum qua se fert magnus Ister] Hæc in Manusc. et vet. annectuntur cap. superiori. *Idem.*

CAP. XXV. *Pannonia.*

Pannonia] Onuph. Panvin. Imp. Rom. p. 800. et Pancirol. super Notit. Occid. c. 63. *Dalec.*

Siscia] Sisciam ab aliis vocari, Saviam vero in Not. Rom. Imp. et prope Albanum montem citra Savum in Pannonia superiore sitam, olimque monetam ibi cusam fuisse, ideoque et propositum thesaurorum ibidem versatum et monetæ procuratorem notat Pancirol. super d. Notic. lib. II. 36. et 37. Videatur et Ortel. Onomast. aut Thes. Sed et stationem unius ex quatuor Danubianis classibus prope eandem, stativaque in ipsa cohortis tertiæ Alpinorum sub Pannoniæ Duce merentium fuisse, is, de quo paulo ante mentionem fecimus, Pancirol. II. 81. commonet. *Idem.*

CAP. XXVI. *Mœsia.*

Mœsia] Mœsia superior, hodie Bosna, cum parte Serviæ: Mœsia inferior, hodie Bulgaria, cum parte Walachiæ. Bulgari olim Triballi. Ptolemæus, qui sæculo Antonini Imperatoris scripsit, meminit utriusque. Vopiscus tamen, longe posterior, scribit, Aurelianum Dacos, qui ultra Danubium habitabant, in Mœsiam traduxisse, in eum tractum scilicet, ubi nunc Servia est, et Mœsiam in duos secuisse. *Dalec.*

Pannoniæ jungitur provincia] Pannoniæ pars Dacia, sive Transsylvania. Hanc tenent tres gentes: Teotones, sive Teutones, oriundi a Saxonibus, bello fortes, hodie Sibenburgenses, a septem urbibus quas possident nominati. Unde et Latini 'Septemcastra' eam provinciam vocant, Siculi, Ungari vetustissimi, et, ut aiunt, nobilissimi. Agros ii quamvis colant, et greges pascant, invicem sibi occurrentes generosos se Dominos salutant. Immunes sunt, nisi cum rex coronatur. Tum enim quisque paterfamilias taurum pendit. Sexaginta millia ea gens se daturam pacta est. Jussi nisi ad bellum proficiscantur, plectuntur capite, ac omnium bonorum jactura, quæ fisco adjudicantur. Tertii, Walachi, Istro finitimi a Meridie, Rosanis, sive Rutenis, a Septentrione. Nomadibus, Scythis, sive Tartaris, versus Tyran fluvium: olim Getæ, qui Darium Hystaspis repulerunt. A Flacco, qui eo coloniam deduxit, Flaccos, postea Walachos dictos arbitrantur: ut Serviam provinciam, quod teste Strabone, Getarum; et Dacorum, unde Davus Terentianus quasi Dacus, servilia nomina sint, et in Serviam Daci sive Getæ transierint. Steph. de Urb. in verb. Δακία καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δᾶοι καὶ Γέται. *Idem.*

Teutria appellata] Straboni pariter duæ, et in earum altera Urbs Ureum, hodie Bestia. *Dalec.*

Contra Surium bubus] Codex Salmanticensis, *Contra Surium Bavo.* Toletanus, *Bova*, ut si proprium nomen insulæ *Bavo*, seu *Bova.* Quid si legas, non *intra Surium*, sed *inde;* vel *item Tragurium?* nam Tragurium in hoc sinu Ptolemæus, Strabo, Pomponius celebrant. Superius quidem facta est mentio Tragurii, sed falso illic reddita creditur. Romana exemplaria *Banode contra Surium,* ut forte scribendum sit *Bano, Decon, Tragurium.* Nam *contra Surium* quid sit, ego etiam cum Hermolao nescire me fateor. *Pintian.*

Et cum oppido Pharia] Ptolemæus cum Plinio, *Pharia:* at Strabo, Stephanus, Pomponius, Polybius, *Pharus;* qualis illa Alexandriæ, quam scriptores omnes famigerant. *Idem.*

Melita] Melita duplex; altera inter Africam et Siciliam, ante Pachynum Malta, a quo Strabo Melitæos

Digitized by Google

canes vocatos scribit: altera Plinii Dalmatica sive Illyrica, e regione Ragusæ veteris, ab Antonino in Itinerario memorata, et Stephano, qui cum Plinio canes inde cognominatos censet. Veneti, more antiquo, triremium præfectis mandant, ut Venetias redeuntes dextrorsum et introrsum per Melitensem canalem navigent, non lævorsum. Vide proverbium: 'Melitæus canis.' *Dalec.*

In Ionio autem mari ab Orico, M. M. passuum] Scribendum videtur *L. M. passuum.* Nam Strabo, libro sexto, a Brundisio ad Sasonem CCCC. stadiorum intervallum esse ait, quæ agunt passuum *L. M.* et Sasonem insulam in medio sitam esse scribit, ejus spatii quod est inter Epirum et Brundisium: quod Plinius ipse supra c. 11. dixit esse C. M. passuum, non amplius. Quod intervallum pedestri continuare transitu, pontibus jactis, primum cogitasse Pyrrhum Epiri regem, post eum M. Varronem, cum classibus Pompeii præesset piratico bello, et utrumque aliis impeditum curis a proposito destitisse. Porro in Strabone Latino falso XL. scriptum est pro CCCC. Quin etiam Plinius, quod magis adhuc castigationem nostram confirmat, supra c. 22. Oricon a Salentino Italiæ promontorio abesse tradit LXXXV. M. pass. *Pintian.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google


HDI
HW 2MFP 8

Digitized by Google



Digitized by Google